Universidad de Deusto
Biblioteca

Canonicarum
Vtriusque
&
D. Joanne
Gutierrez
MDCXVIII

Biblioteca Nacional de Maestros

Universidad de Deusto
Biblioteca

2D2917

348.15"15"
G 96 j

40000212917

Universidad de Deusto
Biblioteca

CANONICARVM VTRIVSQVE FORI TAM EXTERIORIS, QVAM INTERIORIS ANIMAE QVAESTIONVM

LIBER TERTIVS.

Qui totus circa ſponſalia de futuro, & matrimonia verſatur.

AVTORE
D. Ioanne Gutierrez Canonico Doctorali Ciuitatẽſi.

AD EXCELLENTISSIMVM DOMINVM DVCEM de Lerma, Marchionem de Denia, &c.

63924

EST. 48 PLUT. 2

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICAE.

Ex officina Typographica ANTONIAE RAMIREZ viduæ. Anno ɔIↃ IↃC XVII.

Expenſis Nicolai Martini del Caſtillo Bibliopolæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

YO EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor Iuan Gutierrez Canonigo Doctoral de la Santa Iglesia de Ciudad-rodrigo, nos ha sido fecha relacion, que vos auiades compuesto vn libro que era el tercero de las Questiones Canonicas, que tratava de Sponsalia de futuro, & matrimonia, que era el que presentauades; el qual os auia costado mucho estudio y trabajo, y nos suplicastes os mandassemos dar liccẽcia, y priuilegio por veynte años, o por lo que nos fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias que la Pragmatica por nos vltimamente fecha sobre la impression de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuismolo por bien, por la qual por os hazer bien, y merced os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes q̃ corren y se cuentan desde el dia de la data desta cedula en adelante vos, o la persona q̃ vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion por el original que va rubricado, y firmado al cabo de Iuan de Xerez nuestro escriuano de Camara de los que en el nuestro Consejo residen en estos nuestros Reynos de Castilla, con que antes que se venda lo traygays ante ellos juntamente con el original, para que se vea si la dicha impression esta conforme a el, o traygays fe en publica forma, en como por corrector por nos nõbrado se vio, y corrigio la dicha impression por el original, y mandamos al impressor q̃ ansi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al Autor, o persona a cuya costa se imprimiere, y no a otro alguno, para effeto de la dicha correccion, y tassa hasta q̃ primero el dicho libro sea corregido, y tassado por los del nuestro Consejo, y estando ansi, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, y en el seguidamente ponga esta nuestra cedula, y licencia, y la aprobacion, y tassa, y erratas, so pena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la Pragmatica, y leyes destos Reynos, que cerca dello disponen, y mandamos, que durante el dicho tiẽpo persona alguna sin vuestra licencia pueda imprimir, y vender el dicho libro so pena que el que lo imprimiere y vẽdiere aya perdido, y pierda todos los libros, moldes, y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mandamos incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para nuestra Camara, y la otra tercia parte para el Iuez q̃ lo sentẽciare, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare, y mandamos a los del nuestro Cõsejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles, de la nuestra Casa y Corte, y Chãcillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Iuezes, y Iusticias qualesquier de todas las Ciudades, Villas, y lugares de los nuestros Reynos, y Señorios, assi a los q̃ agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden, y cumplan esta nuestra cedula y merced, que assi os hazemos, y contra ella no vayan ni passen en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diezmil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en San Lorenço a primero del mes de Octubre de mil y seyscientos y diez y seys años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor. Pedro de Centreras.

Aprobacion del Obispo de Ciudad-rodrigo.

POR comission de los Señores del Consejo, yo Don Hieronymo Ruyz de Camargo, por la gracia de Dios, y de la Sancta Sede Apostolica Obispo de Ciudad-rodrigo del Consejo del Rey nuestro Señor, he visto y hecho ver el libro que el Doctor Ioã Gutierrez Canonigo Doctoral de la nuestra Sancta Iglesia Cathedral desta Ciudad ha cõpuesto, que se intitula, de Sponsalibus, & Matrimonijs, y me parece que el libro es muy conforme a los de mas, que tan doctamẽte ha escrito el Autor, y andan impressos con licencia, y priuilegio de su Magestad, y por tal le aprueho, y assi se le podra dar la que aora pide para esto, pues fuera de no auer en el cosa alguna contra nuestra Sancta Fe Catholica, muestra las grandes letras del Author, y el desseo que tiene del bien y aprouechamiento de todos, y por ser el libro de materia que tanto se pratica, sera de mucha vtilidad y prouecho, en cuyo testimonio damos la presente aprobacion, en forma bastante firmada de nuestro nombre, y sellada con nuestro sello, y refrendada del infrascripto Notario publico de nuestra Audiencia, en Ciudad-rodrigo à primero de Março de mil y seyscientos y diez y seys años,

El Obispo de Ciudad rodrigo. Passo ante mi Bernardo Gonçalez.

Aprobacion.

POR comission de los Señores del Consejo Real he visto con particular atencion, y cuydado el tercero tomo de las Questiones Canonicas de Sponsalibus, & Matrimonio que ha compuesto el Doctor Iuan Gutierrez Canonigo Doctoral de la Sancta Iglesia Cathedral de Ciudad-rodrigo, el qual es muy docto, y digno de Autor tan conocido por sus grandes letras en estos Reynos, como estimado en los estraños, por lo qual y por las singulares Questiones que trata, y resuelue con admirable distincion muy precisas, y necessarias para los tribunales Ecclesiasticos, y que en el no ay cosa contra los Sagrados Canones, me parece conuiniente, y muy prouechoso para todos los desta profession se le de al Autor la licencia que pide para imprimirle, y que desto resultara al bien comun que de los demas libros que ha sacado a luz, en Madrid a 15. de Setiembre de 1616. años.

El Doctor Iuan de Bedoya Morboguejo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATA.

PAg.4.col.2.li.20.ſi materia pœnali.leg.ſit materia pœnalis. p.16.c.2.lin.39.coniugum le.coniugium.pag.34.col.2.li.10.litera.le.licentia,& alibi.pag.35.col.2.li.9.proban-da.l.ſeruanda.pag.54.col.1.li.8.contractum.le.contractu.pag.60.col.1.li.2.ducturam, le.ducturum.p.69.col.2.li.20.allegandum.le.allegando.pag.70.co.2.facta.le.facti.p.84.c.2. li.31.Pontificij filij interpretes.le.Pontificij interpretes.p.93.col.1.li.33.præcedẽte.le.præde cente.pag.109.co.2.li.25.conditione.le.cõdione,ne.pag.112.co.2.li.14.reijciat.le.reijciatur. pag.131.co.2.li.35.alium.le.aliunde.pag.152.co.2.li.6.ſponſi alter.le.ſpõſum.pag.181.co.2. li.48.exis.le.exigi pag.188.co.2.li.43.caſibus.le.caſus.pag.206.co.1.li.28.inepto.le.inuito. pag.219.co.2.li.4.fuit.le.fiunt.pag.229.co.1.li.19.diſſenſu.le.diſſenſus.pag.247.col.1.li.49. alij.le alijs.pag.265.c.1.li.25.vi.le.leui.pag.275.c.2.li.19.cedere.le.credere. pag.279.c.2.li. 11.intelligibilis.le.in intelligibilis.pag.300.c.2.li.10.maius.le.minus.pag.328.c.2.li.11.per-manendo.le.permanendi.pag.332.c.1.li.17.duratiori.le.duraturi.pag.347.c.1.li.49.alicubi-tus putantur.le.alicubi hoſpitantur.pag.359.c.2.li.25.niſi.le.ſed.pag.404.c.1.li.38.condictio nes.le.conditiones.&alibi ſæpe.pag.48.co.2 l.44.nata.le nactis,& alibi.pag.434.c.2.li.3.ſe-quitur.le.ſequuntur.pag.443.co.1.li.13 inſtauit.le.inſtitit.pag.444.c.2.li.14.ſententiam.le. ſentiam.pag.447.co.2.li.46.puberi.le.pueri.pag.451.co.2.li.35.nimirum.le.nimiũ.pag.458. co.2.li.8.contrariam.le.contrarium.pag.466.co.2.li.6.inuadent.le. inuaderetur.pag.499.c.1. li.10.permittere.le.permittente.pag.526.co.1.li.27.opinionem.le.opinionis. pag.542.c.1.li. 5.matri.le.mariti.pag.546.co.1.li.3.in eo.le.meo.pag.554.co.2 li. 47.alijve aſcendentes.le. aliusve aſcendentis.

Alia verò ſi quæ irrepſerunt ex litterarum defectu, & tranſmutatione facilè deprehendes.

Con eſta ſe rratas eſta impreſſo conforme a ſu original eſte libro. En fe de lo qual lo firme. En Salamanca oy 20. de Septiembre del Año 1617.

El Corrector, &c. *Manuel Correa de Montenegro.*

TASSA.

YO Iuan de Xerez Secretario de Camara del Rey nueſtro Señor de los que reſi-den en ſu Conſejo, doy fè que auiendoſe preſentando ante los Señores del dicho Conſejo vn libro intitulado de *Abſoluto Matrimonio*, compueſto por el Doctor Iuã Gutierrez, que con licencia de los dichos Señores fue impreſſo le taſſaron a quatro ma-rauedis el pliego en papel, y a eſte precio y no mas mandaron ſe venda, y que eſta fè de Taſſa ſe ponga al principio de cada libro de los que anſi fueren impreſſos en virtud de la dicha licencia, y para que dello conſte depedimiento de la parte del dicho Doctor Iuan Gutierrez di eſta fè, que es fecha en la Villa de Madrid a tres dias del mes de Octu bre de mil y ſeiſcientos y diez y ſiete.

Ioan de Xerez.

EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI DOMINO, AC D. FRANCISCO GOMEZ DE SANDOVAL ET ROJAS DVCI DE LERMA,

Marchioni præclariſsimo de Denia, Cea, & Ampudia & Potentiſsimi Regi Philippi III. a Conſilijs, eiuſque equorum præfecto, ac vt vulgò dicitur *Sumiller de corps*, totiuſque Caſtellæ Comendatario Maximo, Arciſque Burgenſis ac domus Regiæ de Tordeſillas præpoſito Doctor Ioannes Gutierrez Canonicus Doctoralis almæ Eccleſiæ Ciuitatẽ. S. P. D.

EPIGRAMMATARIVS *ille Bilbilitanus noſter (Excellentiſsime Princeps) æternitatẽ cõmendãs, cuius omnes homines ſunt maximè amatores, ait*; Victurus, genium debet habere liber *Cui etiam aſtipulatur Ouidius de Põto.* Scriptis ſit viuax virtus, experſque ſepulchri. *Vnde igitur hæc vita æterna, ſeu hæc æternitas vitæ, melius paratur, quã ex literis, ſiquidem homines reddunt non ſolum immortales, ſed penè cum diuis æquantur, ad quam æternitatem nemo vnquam ſine bono auſpicio, aut alicuius Clariſsimi Principis præſenti numine aſpirare poterit. Quod igitur præſentius numen? quem aptiorem, præſtantioremque genium? quem denique Auguſtiorem Mecœnatem hic meus poterit habere liber, vt per te æternus fiat, quàm te noſtræ Hiſpaniæ fulgentiſsimum ſydus? Nam à fulgentiſsimo gloriæ tuæ ſplendore religionis, quidam me affectus inuaſit, & ſicuti, qui ex tetra caligine, ad Solis nitorem prorupit in ſolito radiorum iubare ſuffuſus oculorum lumine caſſus caligare incipit; Ita ego literis adhuc tantummodo intentus ad tui nominis claritatem proueniens, allucinari, & cæcutire incipio. Sed quod celſitudinis tuæ magnitudo, hinc ademit, illinc humanitas, comitas, & facilitas egregia tua ad dicendum inuitat, & impellit. Quid autem te ex antiquiſsima, & generoſiſsima Gomeciorum, & Sandoualium familia eſſe ortum commemorem, cùm nulla ſit tam ingenua, & inclyta, cui non conſanguinitatis, aut affinitatis vinculo ſis coniunctus, cuique nõ minus te illi, quam illam tibi ſplendoris attuliſſe cuncti fateantur. ſed vt tua eſt humanitas ſæpe in ore habes* Aliena laudat genus, qui laudat ſuum, *exiſtimans ſolam virtutem Chriſtiani Principis vnicum eſſe decus, & ornamentũ.* Quia & genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra putas. *Vnde ergo tuarum laudum immenſa præconia meo hebeti calamo percurrã? quod exordium ſumam? quem ve progreſſum teneam? prorſus ignoro. Cum earum præſertim vaſta congeries, facundiſsimum quemque Oratorem balbutire, & remorari poſſint. Quis namque erit tam audax tamque à facundia potens, qui minima tua, & maiorum facinora, exigua chartula comprehendere audeat? cum ingentia volumina vnaquæque requirant. Tot, tantaque de tuis egregijs laudibus dicenda ſe agminatim ingerunt, & ſeſe feſtinabunda offerunt, quæ hoc encomio prima dicantur, vt me omnino hæſitare faciãt. Si cœpero namq; de incõparabili prudentia dicere: occurret iuſtitia, quæ poſtponi gemebunda dolebit: ſi de fortitudine egero intrepida, triſtabitur tẽperantia, omnium pertinationũ moderatrix ac*

Universidad de Deusto
Biblioteca

libidinũ inimica; si liberalitatẽ laudauero, frugalitas ipsa se cõtẽni existimabit. Si clemẽtiã demũ extulero, seueritas indignabitur: quãcũque deniq; arripuero illæ cæteræ inuidebunt; ita enim in singulis virtutibus eminuisti, quasi reliquas non possideas. Præter eo initus animi integritatẽ, & morũ continentiã, & in supremo Regis Philippi Senatu, in decernendis grauissimis causis acre iudicium, tanta est enim in te æquitas incorrupta, vt ab ea vel vnguẽ latum discedere non sis passus; prætermitto tacitus reliquas corporis, & fortunæ singulares dotes, sed non silebo munificã tuam naturam, quæ ita propriè tua est, vt cum reliquis omnibus principibus (absit inuidia verbo) nihil cõmune habeat. Nullus vnquã fuit tam miser, cui benignitatis tuæ viscera non patuerint. Nemo tam perditis rebus derelictus, qui apud tuã sacram ancoram perfugiũ non inuenerit. Quã laudem, benignitas ista ex vniuersis virtutibus generata tibi non peperit? Quid enim sigillatim de religionis cultura dicã? Quid de illibatæ virginis peculiari obseruatione, cui tot tantaq; magnifica tẽpla, & vtriusq; sexus cœnobia erexisti, & sacrasti, vt non vsquã gazas, & diuitias reponere Deo acceptus potuisse videaris? Quid pietatẽ in reliquos diuos repetã præsertimque in Diui Pauli Vallisoletani celeberrimum tẽplum, de quo recte dici potest, quod de Cæsaris Amphiteatro, Vnũ pro multis fama loquatur opus. *Sed ne tuarũ laudum Oceano pauca dicendo iniuriã irrogasse videar, Timantes velo contegam, quod penicello verborum depingere nequeo, frustra namque de his verba fiunt ad quæ perficienda nulla suppetit facultas.*

Quapropter (generosissime Princeps) ne te diutius immorer, Cũ tot sustineas & tãta negotia solus, *ne prologus maiora promittit in fronte quã habeat in recessu, de me quã breuissime potero nonnihil dicã. Affero imo offero tibi librum iã tertium Canonicarum quæstionũ, (duos namq; priores libros de his quæstionibus, tãquam totius Ecclesiæ Primati, Sanctissimo Patri nostro Clementi VIII. velut primitias meas consecraui, alia cõplura volumina in lucem iam edi gloriosissimo Regi nostro Philippo II. vtpote orthodoxæ Ecclesiæ propugnatori accerrimo, dicaui) Post cuius duo luminaria magna, inter reliquos Christianorum Dinastas tu solus es mihi visus, cui omnia mea opera, & me ipsum iure optimo deuoueam: nũc igitur post longa studiorũ curricula, & in eis indefessos labores has Canonicas Quæstiones per te prælo cõmittere exopto, vt si quid parũ docte, & circunspectè dictũ fuerit, tu, qui es norma, & Canõ, quẽ Iurisconsulti inspicere debent, corrigas, & emendes. Nã licet per multos annos Iuri Canonico indefesse insudauerim & in Academijs, & conuentibus forensibus Christianorum Regum scripta mea ducantur, & probentur, gloriosissimum tamen duxi, à te prudentissimo Principe probari, vt si aliquid in re litteraria luminis in hoc Augustobricensi angulo protulerim, per te suo candelabro, locetur, & præfulgeat, ne in tenebris delitescat, imo Reipublicæ Christianæ prosit, cui pro virili in hoc Doctorali apice semper profui, meque tibi ipsi de meliori nota cõmenda inque, tuã clientelam accipe tuo namq; clypeo suffultus genuinos liuidorum dentes non perhorrescam, quoniam altius decurrit tuæ celsitudinis Sol, quam quô eorum latratus peruenire valeant.*

Hoc

Ad Lectorem.

HOc opus inceperam priusquam in publicum exirẽt tres tomi, quos de Matrimonio postea inscripsit doctissimus Thomas Sanchez Granateñ. Theolog. è Societate IESV, & quamuis illis visis superuacaneum fortasis videri posset de hac materia vlterius agere, cum exactissime ipse eam pertractauerit illis tribus tomis decem Libros integros continentibus: attamen cùm semper in animo habuerim solos tres Canonicarum quæstionum in vtroque foro conficere, duobus iamdiu in diuersis materijs in publicum editis: tertium, & vltimum constituere decreui in materia matrimoniali in praxi frequentissima, & vltilissima, tum quia est huiusmodi, tũ etiam quia grauissimas causas matrimoniales in praxi summo studio definierim, & ad alias consultus responderim longis cõmentarijs, quæ in hoc libro suis locis inseruntur, & omnia breuius disseruntur, omissa tantum materia de debito cõiugali, & de diuortio, de qua per Thom. Sanchez vbi supra 3. tom. lib. 9. & 10. apud ipsum videnda, nè hoc opus plus debito oneremus. Denique eo iam diu perfecto Ferdinãdus Rebello è Societate similiter IESV opus longum de obligationibus iustitiæ in publicum edidit, in quo inter alia plures sectiones, & capita in materia matrimoniali congerit, insuper & de impedimentis matrimonij valde docte examinat citans Thom. Sãchez, sed quia hic mire & doctissime claro ingenio, & multa lectione textuum, & Authorum suum opus elaborauit, eius ordinẽ sequi omnino decreui; certus, quod Lectorẽ huius nostri non pœnitebit, si forsan id voluerit perlegere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CANONICARVM VTRIVSQVE FORI TAM EXTERIORIS, QVAM INTERIORIS ANIMAE QVAESTIONVM

LIBER TERTIVS.

Qui totus circa sponsalia de futuro, & matrimonia versatur.

AVTORE

D. Ioanne Gutierrez Canonico Doctorali Ciuitatensi.

SVMMARIVM Cap. I.

1 *SPONSALIA tripliciter sumũtur, vt hic, & numeris sequentibus.*

2 *Sponsalia primo modo accepta, sunt futurarum nuptiarum promissio. & num. 3.*

4 *Differentia, quæ datur inter sponsam de futuro, & sponsam de præsenti.*

5 *Sponsi post contractum matrimonij de præsenti ante copulam, quandoque appellãtur maritus & vxor.*

6 *Sponsa de futuro aliquando in iure appellatur vxor.*

7 *Communis vsus loquendi attendendus est, quando statutum iubet, quod mulier nupta, seu maritata non succedat, si tãtum sit desponsata per verba de præsenti, non tamen traducta ad domum viri.*

8 *Sponsaliorum significatio prior, & frequentior est futurarum nuptiarum promissio, & num. 9. ponitur distinctio obseruanda.*

10 *Dispositio, quando dicatur fauorabilis, & quando odiosa, & quæ sunt considerãda, & num. 11.*

12 *Sponsa de præsenti nondum cognita decedente, an locum habeat statutum præcipiens, vt vxore decedente absque liberis, vir dotem, vel partem eius lucretur.*

13 *Intellectus tex. in c. 3. circa finem de sententia excommunicationis, de percutiente clericum cum vxore, matre, vel sorore, aut filia propria turpiter inuentum loquente: & an habeat locum in percutiẽte clericum turpiter inuentum cum spõsa sua de præsenti a se non cognita carnaliter, num. 14. & nu. 15. an procedat in sponsa de futuro, & numeris, sequentibus*

16 *Adulterium an committatur cum sponsa de futuro.*

17 *L. si vxor 13. in princip. vers. Diuus. ff. ad l. Iul. de adulter. & in §. si minor eiusdem legis intellectus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *Circunstantia copulæ habitæ cum alterius sponsa de futuro, an sit necessario confitenda sacerdoti?*
19 *Circunstantia notabiliter aggrauans peccatum, licet speciem eius non mutet an sit confitenda? & num. 20.*
21 *Filij nati ex fornicatione cum sponsa alterius de futuro an sint adulterini? & an hi dicantur, filij naturales, vel spurij? n. 22.*
23 *L. 11. Tauri intellectus.*
24 *Filij nati post votum castitatis simplex an sint naturales?*

CAPITVLVM I.

Quot sint sponsalia, & quid?

1 PONSALIA tripliciter sumuntur; primo pro futuri matrimonij promissione: secundo pro matrimonio de præsenti, copula non consummato, vt in c. 3. loco de præsumpt. & in c. 2. & in c. fi. de sponsa. duo. & c. coniuges, & c. qui desponsatã 27. q. 2. & Matth. 1. cũ esset desponsata, &c. & ita tenent cõmunes secundũ Viuald. in Candel. Aur. 7. sacram. in materia de sponsa. c. 1. q. 1. tertio dicuntur sponsalia, munera, quæ à sponso spõsæ dabãtur. l. 1. c. fi nuptiæ ex rescript. & ita accipitur 1. Reg. c. 18. non habet Rex spõsalia necesse: de prioribus 2. modis sponsaliorum hîc agendum est, de tertio autem suo loco.

2 Spõsalia autẽ primo modo accepta, sunt futurarũ nuptiarũ promissio c. nostrates 30. q 5. & in l. 1. ff. de sponsal. cũ simil. eo ꝙ veteres per stipulationem futuras sibi vxores sponderent; l. 1. & 2. ff de sponsal. l. spõsio. ff. de verb. significatione, & ibi Alciat. & Rebuf. in versic. veteres enim. Præpositi. in rubrica de sponsal. & matrimo. numero 2. & ibi Marian. Socin. numero 6. D. Couarru. in quarto, de sponsal. prima parte, cap. primo, in principio. Petrus Nicol. Motius de sponsal. in principio numero 6. Victoria in summ. in materia de sponsal. in principio. D. Thom. Nauar. & alij plures, quos refert & sequitur Viuald. in suo Candelabr. aureo. septem sacramentorum titulo de sponsalib. cap. 1. num. 3. pagina 381. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. institit. Maior. tit. 10. num. 2. Mascard. 3. tom. de probat. conclusione 1332. est cõmunis inter õmnes DD. secundũ Petrũ de Ledesma in summ. de sponsal. cap. 3. pag. 29. Thom. Sanchez lib. 1. de sponsalib. disputatione 1. num. 7.

Vnde D. Thom. in 4. distinctione 27. quæstione 2. art. 1. ad 6. quem sequitur Cuch. vbi supra numero 1. dum appellat spõsalia sacramentalia, quædam matrimonij, sicut exorcismum baptismi, intelligendus est de sacramentalibus matrimonij, idest de præuijs ad ipsum matrimonij sacramẽtum: non vero, quód sponsalia habeãt sanctitatem aliquam, præuiam ipsi sacramento matrimonij, sicut exorcismi, habent sanctitatem aliquam; qua ratione dicuntur sacramentalia, vt obseruauit Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 43 articulo 1. folio 96. §. vltimo supponendum est; quem refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 8. & ita DD. nostri vxorem ab sponsa, quæ coniugalem consensum præstitit in hoc distingunt, quòd vxor post nuptialem benedictionem, seu carnis copulam dicatur: antea vero sponsa appelletur. Spõsalia secũdo modo accepta, sunt & dicuntur matrimoniũ de præsenti, in facie Ecclesiæ celebratum, non tamen copula consummatum, cap. ex publico, de conuersione coniugat.

3 Quia quodammodo est adhuc promissa respectu effectus matrimonij secundum Abb. in d. cap. 3. loco in fi. quam significationem diuina etiam Scriptura obseruat, & eam frequens vsus recepit secundum Abbatem in d. ca. ex publico per tex. ibi. Ancharr. Felin. & Dec. quos refert, & sequitur D. Couar. d. cap. 1. num. 3. & 4. & Motius vbi sup. nu. 2. & nouissime Thom. Sanchez è Societate Iesu, lib. 1. de matrimonio disputatione 1. de sponsal. num. 1.

4 Vnde ea differentia datur inter sponsam de futuro, & spõsam de præsenti, cõiugẽ, & vxorẽ: quòd spõsa de futuro est illa, quę alteri de futuro promissa est: sponsa de præsenti illa dicitur, quæ per verba de præsenti contraxit, per quæ verba matrimonij

monij sacramentum conficitur, sed nondum est copula sequuta: vxor autem, vel coniux illa appellatur, quæ iam à viro suo est cognita, latè D Couar. 1. part. de spõsalibus. cap. 1. nu. 3. & latissimè Dominic. à Soto in 4. dist. 27. q. 2. art. 1. quos refert, & sequitur Viuald. vbi su. c. 1. n. 7. pag. 382.

5 Quandoq; tamen post contractũ matrimonij de præsenti, etiam ante copulam, appellantur vir, siue maritus, & vxor: quia nuptias non concubitus, sed consensus facit, l. nuptias. ff. de reg. iur. cap. sufficit. 27. quæst. 2. & cap. omnes, eadem causa, & quæst. cap. consultationi. de sponsal. c. cum initiatur. cap. coniuges. c. coniugium. eod. tit de sponsal. l. 5. tit. 2. part. 4. & ibi Greg. Lop. in glos. verb. *consentimiento*. & constat ex c. 1. Matth. ibi: *Iacob genuit Ioseph virum Mariæ*: & ibi. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*. Marian. Socin. in d. rubr. de sponsi. d. n. 6. & Thom. Sanchez vbi sup. d. n. 1. & probauimus latè in nost. tract. de tutel. 1. p. c. 9. num. 6. cum sequentibus.

6 Imò etiam aliquando in Iure sponsa de futuro appellatur vxor. ca. iuuenis, de spõsalib. ibi: Quia ipsa coniux ipsius fuisse dicitur: iuncta glos. verb. coniux, id est, sponsa: & in sacris Literis Gen. 19. ibi: Iacob dixit ad Labam: *Da mihi vxorem meam*: quæ tãtum erat sibi promissa. Thom. Sanch. vbi sup. Sponsæ ergo coniuges appellantur, non ratione præsentiũ, sed spe futurorũ, ex eo quod propter fidem, quam in desponsatione dederunt, postea efficiantur veræ vxores. cap. sic quippè. 27. q. 2. vbi Gratian. ex pluribus hoc ipsum probat, cuius est locupletissimus testis D. Hieronym. aduersus Heluid. de perpetua Virginitate Beatæ Mariæ. 2. tom. vt refert, & sequitur D. Couar. d. cap. 1. num. 4. & nos d. cap. 9. n. 9.

Ideoque Iura loquentia de matrimon. & de marito, & vxore accipienda sunt, quando matrimonium per verba de præsenti contractum est, quamuis copula sequuta non sit, vt docet idem Couar. in 4. 2. p. cap. 1. n. 4. Matien. in l. fin. glos. 6. n. 1. tit. 2 lib. 5. nouæ collect. Reg. & nos de iuram. confirmat. 1. p. c. 51. n. 2.

7 Quod si aliquãdo iura solùm sunt intelligenda in viro, & vxore data commixtione carnali, & in matrimonio iam consummato, id erit, vel ex communi vsu loquendi ex legis intentione, vel ex alia simili ratione secundum D. Couar. vbi sup. Quod si communis vsus loquendi haberet, quod desponsatæ per verba de præsenti, nondũ ad domum viri traductæ, dicantur sponsę, & non maritatæ, etiam desponsata per verba de præsenti ad domum viri non traducta, non excluderetur virtute statuti habentis, vt mulier nupta, seu maritata non succedat patri, aut matri, existentibus masculis: quia communis vsus loquendi præualet communi significationi verborum. l. cum Delanionis. §. asinam. ff. de fundo instruct. cum similibus: secùs si statutum excluderet filiam dotatam, & aliqua esset desponsata per verba de futuro, & pro eados soluta fuisset: quia ista diceretur dotata ex quo est certa de dote sua, vt cum Antonio, & alijs tradit Marian. Socin. in rubr. de sponsi. n. 8. 9. & 10. dicens tandem, quod hæc decisio apud se non transit sine dubio, sed tũc nõ intẽdit insistere. Ego verò circa primum dictum de cõmuni vsu loquendi teneo, quod prædixi in d. tract. de tutel. 1. p. q9. n. 6. cũ seqq. & præcipuè n. 9. nempè, cuòd sponsus, & spõsa de præsenti, re vera vir, & vxor dici possunt: & quod vocabulo nostro Hispano propria significatione spõsati appellantur quoque, *casados*, licèt non dicãtur, *velados*: & inter eos dicitur esse matrimoniũ ante velationẽ, vt in l. 2. in fin. tit. 1. & in l. 26. tit. 11. part. 4. & in Cõc. Tridẽt. sess. 24. c. 1. de ref. matr. & ibi latiùs cũ alijs probauimus. Circa secundũ de statuto excludente filiam dotatã, &c. veram esse cẽseo præd. decis. quia militat eadẽ ratio, & intentio statuti in filia desponsata per verba de futuro dotata, & sua dote soluta, quæ in filia nupta dotata.

8 Proprior autẽ, & frequentior significatio sponsaliorũ est prima sup. dict. nẽpe, futurarũ nuptiarũ promissio, vt tenent Abb. Anton. Felin. Mari. Soci. n. 7. & cõmuniter DD. in rubr. de sponsi. in Decretal. & Couar. vbi sup. n. 4. in fin. Anton. Cuch. de institit. maior. lib. 5. tit. 10. n. 3. & Thom. Sanchez alios allegans vbi sup. d. nu. 1: & Ledesma vbi sup. pag. 30. col. 1. vnde quoties de sponsis mentio fiat, intelligi debet de solis sponsis de futuro, nisi aliud suadeat communis, ac frequens vsus loquendi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusve interitio: qui legem dedit, contractũ, vel testamentum fecit, vt cum alijs resoluit D. Couar. d. c. 1. in fine, & cum pluribus Didac. Perez in l. 1. lib. 5. ordinamenti fol. 4 in vers. quæro vtrũ, & Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. in noua editione, in materia de matrimonio c. 36. fol. 103 1. & quod statutũ loquẽs de vxore, non intelligatur de sponsa, & loquens de sponsa de futuro, non intelligatur de vxore, nisi aliud exprimatur: tenẽt Anton. in rubrica de sponsalib. n. 4. & ibi Præpositus nu. 6. Thom. Sanchez d. lib. 1. disput. 1. n. 2. verba namque statuti proprie sunt intelligenda l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. c. in nostra, & ibi Innocent. de iniurijs cum simil.

9 Sed in hac re obseruanda est huiusmodi distinctio, vt siquidẽ materia odiosa sit, vt si statutum contineat, filiam dotatã non succedere patri, tunc minime comprehẽdatur sponsa de futuro: si autem materia sit fauorabilis, comprehendatur etiam sponsa de futuro, per tex. in l. non sine, C. de bonis, quæ lib. iuncta l. 1. C. eodem tit. Hanc distinctionẽ tenet Abb. in c. tertio loco, de præsumption. in fin. & in c. ex publico n. 9 de conuers. coniugat. & in rubrica de sponsalib. nu. 5. & ibi Alex. de Neuo, n. 6 Felin. n. 1. & bene Marian. Socin. in n. 8. & 11. Greg. Lopez ante l. 1. ad fin. tit. 1. p. 4. Marcus Anton. Cuch. lib. 5. instit. maior. tit. 10. n. 8. & 9. & alios allegans contra Tiraquel. Tho. Sanch. d. disput. 1. n. 2. post princip. & n. 3. vers. verum in hoc. Roder. Suarez in l. 2. fori tit. *de los casamientos*, n. 34. & Villalobus in ærario cõmun. opin. verb. matrimonij appellatione. Ant. Gabriel tom. 2. commun. opin. lib. 11. eodem verbo matrimonij appellatione.

10 At sciendum tamen, quando dicatur dispositio fauorabilis, & quando odiosa? considerandũ est, primum intentum dispositionis, si enim id sit, statuere in fauorem alicuius, erit fauorabilis, licèt in damnum, & odium alterius resultetur, si verò primum intentum sit in alicuius odiũ, & pœnã, quãuis cedat in alterius fauorem erit odiosa: quia ex primario fine attendenda est dispositio: ita colligitur ex glos. in c. si propter de rescript. in 6. verb. primi anni. ad finẽ, & tenẽt ibi Dominic. n. 9. Franc. n. 6. glos. etiã in c. sciant cũcti, de elect. in 6. verb. alios, & ibi Dominic. & Franc. in fine: Bart in l. qui exceptionẽ 40. in princip. n. 2. per illũ tex. ff. de condit. indebit. & ibi Alberic. & Salic. vterq; nu. 1. idẽ Bart. in l. si quis, nec causam in princip. n. 6. ff. si cert. pet. & ibi Paul. de Castr. nu. 4. & est optimus tex. ad hoc in c. statuimus de decim. in 6. ibi: cũ nõ sit dicẽdũ asperum, sed piũ potius, & benignũ: idẽ tenẽt cũ alijs D Coua. lib. 1. var. resolut. c. 11. n. 5. Mandosius regul. 10. de annal. possessor. q. 3. n. 7. Flamin. Pariss. de resignat. benef. lib. 12. q. 2. nu. 23. cũ sequentibus. Thom. Sanch. d. lib. 1. disput. 1. n. 4. vbi appellat hãc doctrinã cõmunẽ, atq; cõmuniter receptã: & glos. in d. c. sciãt cũcti, allegatur ad hoc, quòd quando agitur de obseruãtia iuramẽti est res fauorabilis, ac proinde fieri debet extẽsio, licèt si materia pœnali secũdũ Auendañ. 2. par. c. 27. Prætor. nu. 30. dicens, quod hæc est communis opinio.

11 Et præfata cõmunis doct. & distinctio, vt vera sit, intelligẽda est, quãdo odiũ à fauore distingui nequit, tũc enim ex principali intẽtu fauoris, aut odij iudicanda est fauorabilis, aut odiosa: at verò, quoties fauor, & odiũ distingui commode possunt, extendenda est, quatenus est fauorabilis, restringenda verò, quatenus est odiosa: ita & bene concordando opiniones docent Couar. & Thom. Sanchez vbi supra.

12 Ex supra dictis etiã decidenda venit ea quæstio, an stante statuto, vt vxore absque liberis decedente, vir dotem, vel partem eius lucretur, si sponsa de præsenti nondum cognita obierit, dos, vel pars illa dotis viro adquiratur? videtur namque, cum hæc dispositio fauorabilis appareat, viro adquiri, iuxta distinctionem communem supra adductam, & ita hanc partem pluribus late comprobat Felinus in c. tertio loco, n. 1. cũ sequentibus de præsumpt. & n. 2. eã probabilẽ esse cẽset, & eam multi sequuntur, secundum Abbatem in d. c. ex publico n. 7. de conuers. coniug & fuit opinio Baldi in d. l. non sine, quem sequitur ibi Paul de Castro: idem Bald. in l. Deo nobis num. 6. C. de Episcop. & cleric. & Bald. in l. solet §. quæ virum, num. 2. ff. de his, qui not. infam. & Gomez Arias in l. 79. Taur. num. 1.

Nihi-

Nihilominus tamẽ cõtraria sent. in hoc est tenẽda, nẽpe, minime sponsum lucrari præd. dotẽ, vel partem eius marito delatã in præd. specie: est namque materia odiosa, cum sponsa sine causa eam dotis partẽ amittat, & præterea mens principalis statuti non concurrat, supponentis tacite, vxorem debere esse cognitam, & adhuc decedere sine liberis; ita tenet latissime hanc quæstionẽ pro & contra examinans Salic. in l. cum inter. C. de donat. ante nupt. Abb. in d. c. ex publico n. 7. cum sequentibus, de conuers. coniug. & consil. 1. n. 4. cũ sequẽtibus, vol. 1. & Felin. alios referens in d. c. 3. loco, n. 2. Constan. de sponsalib. tit. quid sint sponsalia n. 11. volu. 9. tractat. diuers. Doctorum in nouis, Summa Tabie. verb. sponsalia §. 1. in fin. & Thomas Sanchez d. lib. 1. disput 1. nu. 5. & iuxta hanc partem plures DD. consuluerunt, quos refert Marianus Socin. in rubrica de sponsalib. nu. 12. vbi inquit; pluries se habuisse de facto, & consuluit (& recte meo iudicio) cõsiderata qualitate verborum ipsorum statutorum, ac eorum ratione qua potuerunt moueri statuentes, & alijs circũstantijs ad id necessarijs.

13 Deinde colligitur ex superioribus, quid dicendum sit circa decisionem tex. in cap. 3. de sententia excommunic. circa finem, ibi: nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in clericum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum, manus iniecerit violentas: an habeat locum in percutientem cleri cum turpiter inuentũ cum sponsa de præsenti, nondum carnaliter cognita ab sponso, an incidat in pœnam excommunicationis, vel non? in casu nãque illius tex. quã uis prima facie maritus in excommunicationis sententiam incurrere videbatur, licet non sit compellendus ad Sedem Apostolicam pro absolutione venire, vt apparet manifeste ex verbis ipsius iam relatis: attamen contrarium verius, & communiter receptum est, per omnes ibi, scilicet, eam non incurrere per eundem met tex. à contrario sensu, ibi cæterum (quæ est dictio aduersatiua) iuncto fine, ibi: non erit à sententia excommunicationis immunis: ergo in casu proximo præcedenti eam nõ incurrit; ita tenet Nauar. in Manual. Latin. c. 27. n. 34. iuncto n. 80. & inquit Thomas Sanchez vbi supra n. 6 quòd omnes nemine discrepante (quod ipse viderit) intelligunt eum tex. vt is percussor nõ incurrit sententiam excommunicationis.

14 Verum quòd ille tex. iuncto præd. suo cõmuni intellectu non procedat in percutiente clericũ turpiter inuentũ cũ sua sponsa de præsenti à se incognita carnaliter, & sic quod incidat in pœnã excõmunicationis, facit cõmunis resolutio supra adducta, quia cum res sit exorbitans à iure cõmuni, & clericis odiosa nomine vxoris, cõprehẽdi nõ videtur sponsa de præsenti incognita.

Nihilominus tamen contrarium in hac vltima specie est verius, & tenendum, imo quòd in casu illius tex. idem sit dicendum in sponsa de præsenti ab sponso nõ cognita: nẽpe, vt sponsus clericũ cũ ea turpiter repertũ percutiẽs, minime incurrat excõmunicationis sententiam. Ratio namque illius tex. hoc suadet, quia mens Pontificis fuit excusare maritum ab hac excommunicatione, ob iniuriam adulterij attrocem sibi illatam, ob quam Iure Ciuili conceditur sibi accusatio, vt in l. si vxor 13. in principio, in vers. Diuus Seuerus. ff. ad l. Iuliam de adult. de cuius tex. intellectu infra agemus: quæ ratio pariter militat in quacũq; sponsa de præsenti, cum vere committatur cum ea adulterium, & violetur alienus torus, vt postea dicemus: & ita in terminis hanc sententiam expresse tenuit glos. in d. c. 3. verb. cum vxore, & ibi Ant. de Butrio nu. 13. Anchar. in fine. Abbas n. 9. Syluest. in Summa verb. excommunicatio. 6. dicto. 10. & Tho. Sanch. vbi supra alios allegans.

15 Sponsus tamen de futuro percutiens clericum cum sponsa turpiter inuentum incidit in pœnam excommunicationis, Papæ reseruatam, Canonis, si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. vt sentit præd. glos. cõmuniter approbata secund. D. Couar. in 4. de sponsalib. 1. part. cap. 1. num. 12. vbi tamen, inquit, se credere, ratione iniuriæ, quæ ipsi sponso infertur, ipsum spõsum excusari, & satis esse ab Episcopo eundem absolui, cum ex eodem capitulo 3. appareat, percutientem clericum cum sorore turpiter inuentum excusari: quem sequitur Marc. Antonius Cuchus

Universidad de Deusto
Biblioteca

instit. maior. lib. 5. tit. 10. n. 5. & Ludou. Lopez in 2. par. instruct. in materia de matrim. in 2. edit. c. 36. fol. 1031. §. ex prædictis etiam. 2.

Sed contra hanc sententiam facit primo: quia si præd. ratio, & fundamentum Couar. aliquid probaret, dicendum esset, huiusmodi percussorem immunè esse ab excommunicatione, sicut de percutiente clericum repertum cum sorore turpiter statuitur in d. c. 3. hoc autè non est ita; quia percutiens clericũ repertum cum sponsa de futuro turpiter incidit in excõmunicationẽ, vt nullus negat: igitur, &c. Secũdo, quia regulariter excõmunicatio percutiẽtis clericũ est Papæ reseruata, vt in d. c. si quis suadẽte diabolo, nisi in casibus à iure expressis: sed hìc non est huiusmodi: ergo ius antiquũ remanet in suo robore, quod enim non mutatur, qua restare prohibetur. l. præcipimus, cum simil. de appellat.

Tertio. Quia tex. in d. c. 3. solũ excipit ab obligatione adeundi ad Sum. Põtificẽ pro huiusmodi absolutione percutientẽ clericum turpiter inuentũ cũ vxore. Nõmine autẽ vxoris, præmaxime in odiosis clericis, non cõprehenditur sponsa de futuro, vt patet ex sup. dict. ergo absolutio in hac specie peti, & obtineri debet à Sum. Põtif. nec sufficit q; ab Episcopo cõcedatur. Ex quibus hanc opinionẽ contra prioręẽ Couar. cum cõmuni tenent, & probãt Viuald. in Candel. Aur. 7. Sacram. 1. p. tit. de sponsa. n. 11. vers. quæritur 5. & Thom. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 1. n. 6. vbi dicunt hanc opinionẽ esse cõmunẽ, & veriorẽ cõt. Couar. vbi sup. quod ita credo, & teneo, quamuis opinio Couar. sit benigna, non tamen tuta.

16 Ex sup. dict. etiã venit resoluenda quæstio illa celebris, an adulteriũ cõmittatur cũ sponsa de futuro? Videtur namq; cum ea adulterium cõmitti ex tx. in d. l. si vxor 13 in prin. vers. Diuus. ff. ad l. Iul. de adult. ibi: Etiam in spõsam hoc idẽ vindicandũ, quia neque matrimoniũ qualecunquẽ, nec spẽ matrimonij violare permittitur: expẽdo verba illa, neque spẽ matrimonij: nam cũ præcesserint alia de matrimonio qualecunque, hìc dicitur, nec spem matrimonij, hoc est, sponsalia de futuro, quæquidẽ sunt futurarum nuptiarum promissio, vt sup. probauimus: quod etiam probatur in §. si minor. eiusd. l. & in terminis sic in spõsa de futuro intelligit eam l. glos. & alij, quos refert, & sequitur D. Couar. 1. p. c. 1. n. 7. vbi id benè probat.

Secundò. Hæc eadem pars probari videtur ex l. 1. tit. 17. p. 7. in princ. vbi dicitur: *Adulterio es yerro que home faze, yaziendo con muger casada, o desposada con otro.* Vbi ponitur mulier desponsata ampliatiuè ad nuptam: & in terminis hãc opinionem tenet glos. in c. quemadmodum, verb. sponsa. de iureiur. Abb. & Præposit. in c. discretionem. de eo, qui cogn. vxor. &c. Oldrad. & Alueric. in l Miles. §. quærebatur. ff. ad l. Corn. de adult. Cifuent. in l. 81. Tauri. in princ. & hoc est verum stãdo iurì communi, secundum Greg. Lop. in d. l. 1. verb. *o desposada*: & latè eam probat, atque defendit D. Sarmi. li. 1. select. interpret. c. 5. num. 1. cum seqq. vbi respondet fundamentis Couar. sup. & tandem concludit num. 4. esse verum adulterium: & tenendo hanc sententiam eam limitat Sarmient. vbi sup. n. 5. vt non procedat quando iam sponsa expresse constituisset ab sponsalibus recedere: solus namque animus in mente retentus ad hoc non sufficeret, vt ibi probat.

Nihilominus tamen contraria sententia in præfata quæstione principali tenenda est; imò quod cum sponsa de futuro adulterium minimè committatur.

Primò. Quia adulterium est alieni tori violatio. c. lex illa. ad fi. 36. q. 1. l. inter. §. 1. ff. ad legem Iul. de adult. l. 1. in princ. tit. 17. part. 7. Diuus Thom. 2. 2. q. 154. art. 8. in corpor. Glos. in rubrica. C. de adulter. Doctores in rubr. extra. de adulter. in Decretal. Didacus Perez post alios, quos citat in l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordinamenti, in glossa: *Y fiziere adulterio*: pag. 289. col. 1. & plerique ex infra citandis: sed coitus cum sponsa de futuro non violat alterius torum; ius enim non competit sponso de futuro accedendi ad sponsam de futuro ante coniugalem consensum: ergo adulterium non committitur cum sponsa de futuro.

Secundò. Quia adulterium propriè solum committitur cum nupta. l. inter. 6. in princ. ff. ad l. Iuliam. de adult.

Tertio.

Tertio ex l. 81. Taur. hodie l. 4. ti. 20. lib. 8. nouæ collect. reg. ibi: *Si alguna muger estando casada, o desposada por palabras de presente cometiere adulterio.* At sponsa de futuro non est nupta, nec desponsata per verba de præsenti, ergo accessus ad illam non est adulterium, sed tantum ille qui committitur cum nupta, vel sponsa de præsenti, & in terminis hãc sententiã voluerunt, & tenet glossa in c. quidã desponsauit verb. sed mœchus. 27. q. 2. & in d. c. discretionẽ verb. reatũ adulterij, vbi Cardinal. id notat, Antoni⁹ de Butrio n. 6. de eo qui cognou. consang. vxo. glossa in c. si vero, *El primero*, de sententia excommunic. verb. cum vxore, Ananias in cap. 1. nu. 2. in fin. de adult. Felin. in rubrica de sponsalib. nu. 11. in fin. D. Couar. in 4. de sponsal. 1. parte cap. 1. num. 8. & de iure regio idem probat Greg. Lopez vbi sup. in versiculo, sed per leges. Ant. Gomez in l. 80. Tau. num. 47. in vers. dubium tamen est, vbi dicit communem: & veriorem esse existimat Don Iuã Vela de pœnis cap. 1. de adulterij pœna pag. 4. vers. quid autem dicendum. Marc. Anton. Cuchus de institution. maiorib. lib. 5 tit. 10. n. 4. Est communis secũdũ Iuliũ Clarũ, qui eã sequitur lib. 5. receptarum sentent. §. adulterium, versic. Sed hæc omnia: sequitur Constan. de spõsalib. tit quid sint spõsalia n. 17. & 18. vol. 9. tract diuersorum Doctorũ in nouis, & vbi Garret. eodẽ tit. lib. 1. c. 3. in fine Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinam. vers. itẽ deducitur, pag. 5. & ad Greg. Lop. vbi supra se refert Didac. Perez in d. l. 2 tit. 15. lib. 8. pag. 289 col 1 in glos. *E hiziere adulterio*. paulo post princip. Gomez Arias in l. 81. Taur. n. 1. cum seq. vbi late eã defendit Cantera in suis quæstion. criminal. §. de adulterio, n. 26. pag. 476. est communis secund. Azeued. qui eam sequitur in l. 3 n. 5. tit. 20 li. 8. nouæ collect. reg. eandem sequitur Viuald. in suo Candelab. aureo septẽ sacramẽt. tit. de spõsal. n. 9. Ludouic. Lopez in 1. p. Instruct. in noua editione c. 29. §. ad hęc libet. & in 2. par in materia de matri. §. 36. §. aduertẽdũ est tertio: Enriquez lib. 11. de matrim. c. 13. n. 4. Manuel Rodri. in 1 tom. suæ Sũmæ c. 53. n. 3. in fine; & nouissime eos sequitur Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 2. num. 2.

17 Difficultas cõsistit in responsione ad d. §. Diuus: & §. si minor; nã pro facto duorũ videtur eis respondere, vt affirmat Greg. Lopez vbi supra ad finem glossæ.

Couar. namq; vbi supra d. nu. 8. ad fin. & communiter DD. respondent ad d. §. Diuus, ibi licere ex rescripto Imperatoris, coitum alterius cũ sponsa de futuro vindicare; nõ tamen ex eo quod ille coitus sit adulterinus: sed quia iniuria attrox spõso infertur propter spẽ matrimonij: vnde spõsus non vindicat hanc fornicationem, eo quod sit adulterium, sed ratione iniuriæ attrocis sibi illatæ, quemadmodũ iniuriam spõsæ illatã vindicare licet ob eandẽ matrimonij spẽ. l. itẽ apud Labeonem §. spõsam quoque ff. de iniurijs, vel saltem in d. §. Diuus (inquit Couar.) spõsus non vindicat illã fornicationẽ iure adulterij, quod sibi sat esse, ipse Præsul affirmat, inde opinãs, verũ sensum d. §. Diuus, & §. si minor non obstare, quia videlicet loquuntur in accusatione quæ fit iure sponsi, non vero iure adulterij, vt aperte dicit constare ex eius litera, nempe d. § Diuus, vel quod erit ille tex. intelligẽdus de spõsa ad domũ traducta, cũ qua ex illa traductione cõsensus coniugalis, saltem tacitus, interceserat, cũ illa esset nubilis, malitia supplente ætatem, vt ibi latius probat. Hic tamẽ intellectus ad d. § Diuus non placet Sarmient. vbi supra num 1. quia ibi probatur cõtrariũ iungẽdo eũ cũ vers. præcedẽti: cũ enim ibidem dictũ fuisset: sed & in eã vxorem potest maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit, &c. Sequitur dictus §. Diuus Seuerus & Antonin. rescripserũt etiã in spõsam hoc idẽ vindicãdũ; quia nec matrimoniũ quale cũque, nec spẽ matrimonij violare permittitur: quod cõfirmatur ex d. § si minor ibi, sed quasi spõsa poterit accusari ex rescripto Diui Seueri, quod supra relatũ est. Addit præterea non posse defendi intellect. prędicti Couar. ad d. §. si minor, quia ille tex. in eo solũ fundatur, quod spõsa sit, & ad hoc allegatur ibi rescriptũ Diui Seueri, in quo nulla traductio, seu copula est necessaria, vt sponsa dici possit.

Nihilominus licet hæc pũctuatio & replica subtilis sit, & suo ingenio digna, adhuc intellectus Couar. & cõmunis ad dicta iura sustineri potest & debet: tũ quia com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munis est, quem verum esse tenẽt tot viri grauissimi, ita vt merito nõ sit censendum eos hallucinatos fuisse, & solum Sarmiẽtum veritatem attigisse: tum etiam, quia etsi iungendo d. §. Diuus cũ § præcedenti, qui loquitur de adulterio ad fin. verba d. §. Diuus, illa nempe, etiam in sponsam hoc idem vindicandum, intelligenda sint: prius tamen, & verius est, vt intelligatur de iniuria attroci illata sponso ex copula habita cum sua sponsa de futuro, quæ etiã commissa fuit in §. præcedẽti cum vxore. Itaque respectu copulæ cum vtraque cõmissæ eadem vindicta dicitur, & est: non tamen ex hoc appellare voluerunt Diuus Seuerus & Antoninus adulterium, copulam, commissum cum sponsa de futuro, sicut commissum cum vxore; sed parificare intendunt vindictam in vtroque casu de qua vterq; § loquitur, diuersimode tamẽ: in primo namque illa copula cum vxore admissa, adulteriũ & bene nominatur: in secundo vero minime, sed asseritur hoc idem vindicandum, scilicet, iniuriam attrocem illatam spõso, in quo sufficit verificari idẽtitatem cum § præcedenti diuersa etenim ratio respectu adulterij militat inter copulam habitam cum vxore, & inter habitam cum sponsa de futuro, adeo, vt verisimile non sit, Iurisconsultum intellexisse, adulterium committi cum vxore de futuro, cum in ea specie definitio adulterij supra assignata, minime conueniat, nec cadat: quia proprie adulteriũ in nupta cõmittitur, iuxta Papin. Iurisconsultũ in d. l. inter liberos ad fin ff. ad l Iuliam de adulter. Nec est dicendũ Papinianũ contrariũ esse in hoc Vlpiano Authori d. l. si vxor. 13 §. Diuus, sed imo potius vtrumque idem sensisse: hocque manifestum fit ex ratione d. § Diuus, ibi: quia neque matrimonium qualecũque, nec spem matrimonij violare permittitur. Hæc nãque ratio aperit mentem, & intellectum d. § Diuus Seuerus: nempe quòd non liceat violare matrimonium, nec spem ipsius: sed nihilominus diuersa sunt matrimonium iam contractum, & sponsalia de futuro, quæ dicuntur & sunt spes matrimonij futuri; in illo enim violatur matrimonium ipsum, hoc est, eius torus: in his autem, scilicet, sponsalibus de futuro cum nondum fuerit cõtractum matrimonium, sed tantum violatur spes futuri matrimonij, quod nec etiam licet: non tamen inde sequitur, quòd si violetur spes matrimonij futuri, sit adulterium, cum nullum adhuc interceſſerit matrimonium de præsenti, sed erit grauis & attrox iniuria, maior quam cum non sponsa, propter illã qualitatem spei futuri matrimonij aggrauantem ipsam iniuriam. Quis enim non videt magnam esse differentiam inter copulam admissam cum vxore alterius, & cum spõsa de futuro? Quomodo igitur appellari potest adulterium vbi matrimonium, aut sponsalia de præsenti non interceſſerũt? Quòd etiã probatur ex tex. in c. quemadmodum de iur. iur. vbi si quis iurauit cum muliere contrahere propter superueniẽtem fornicationem, vel deformitatem, eã repellere potest; & tamen si esset vxor matrimonium non dirimeretur, sed tantum separarentur coniuges quo ad torum, & mutuam cohabitationem, vt ibi probatur & alibi. Similiter intellectus Couar. ad d. §. si minor supra assignati verisimi sunt, & literales, imo ibidem probatur copulam cõmissam cum sponsa de futuro non posse accusari iure viri, sed quasi sponsa ex rescripto Diui Seueri, quod supra relatũ est, scilicet, ob attrocem iniuriam sibi illatam. Quòd si replices, adhuc ibi illam copulam appellari adulterium in illis verbis, ex eo adulterio; respõdet Couar. ideo ibi illud dici, quia sponsa ad domũ sponsi erat traducta, ex quo consensus coniugalis saltem tacitus interceſſerat, cũ puella esset nubilis, malitia supplente ætatem, siquidẽ fuit viripotens, & ob id cognita ab alio, & nihilominus iure viri accusari non potest, sed vel, quasi sponsa ex rescripto Diui Seueri, quia erat minor, & sic sponsa de futuro, de qua loquitur d. § Diuus. & nec spem matrimonij violare licet, quãuis enim tũc verum coniugium iudicabatur iuxt. Glos. & ibi communiter DD. in cap. 1. §. vnic. de desponsatione impub. lib. 6. communiter approbatam secundũ Præpos. in c. de illis. *El segundo*, eodem tit. Adhuc tamen tex. ille in d. § si minor nec l. 3. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. reg. quatenus exegit ad adulterij pœnas incurrendas, ipsos sponsos qui consensum coniugalem præstiterunt cõstitu-

stitutos fore in ætate perfecta duodecim annorum in fœminis, & quatuordecim in viris à Sacris Canonibus requisita, non videtur permittere adulterij accusationem, quam saltem permittit iure sponsaliorum d. § si minor, non tamen d. l. Regia, vt recte considerauit Couar. d. c. 1. num. 14. & 15. vbi bene agit de intellectu d. l. Regiæ.

Non obstat etiam d. l. 1. ibi, *O desposada con otro*, tit. 17. partit. 7. quia lex illa in hoc necessario intelligenda est de sponsa de præsenti, non verò de futuro, vt patet ex definitione adulterij statim ab ea posita, ibi, *E tomo este nombre*, scilicet *adulterio, de dos palabras de Latin*, alter & torus, *que quiere tanto dezir, como home, qu'eya, o fue al lecho de otro por quanto la muger es contada por lecho del marido, cõ quien es ayuntada*: nota verbũ, *cõ quiẽ es ayuntada*: ergo est spõsa de præsenti ad minus: ex quibus omnibus remanet forma præd. cõmunis resolutio, quòd adulterium non cõmittitur cum sponsa de futuro, nec ipsa de adulterio accusari potest, licet attrox iniuria facta sit spõso: & proculdubio est verisimũ iure nostro Regio ex d. l 3. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. reg. ibi *Que toda muger que fuere desposada por palabras de presente cõ hombre que sea de catorze años cumplidos, y ella de doze años acabados, è hiziere adulterio, &c.* et l. 4. eius tit. in principio ibi, *si alguna muger estando con alguno casada, ò desposada por palabras de presente, en haz de la Sãcta Madre Iglesia, cometiere adulterio, &c.* ergo ad hoc, vt ipsum committatur, & accusari possit de adulterio, eiusque pœnas incurrat, opus est, quòd ipsa mulier sit nupta, & sic sponsa de præsenti in facie Ecclesiæ; alias secus à contrario sensu, & ita obseruauit Greg. Lopez in d. l. 1. tit. 17 part. 7. in Glos. *ò desposada*, ibi: sed per leges, &c.

18 Hinc esse videtur eũ, qui cum alterius sponsa de futuro fornicatus fuerit, nõ teneri ad confitendum Sacerdoti hanc circũstantiam, seu qualitatem sponsaliorũ, nec ipsa sponsa ad hoc astringitur, cũ hæc qualitas speciem peccati non mutet, licèt omnibus iniuriam passis satisfactio debeatur; circunstantiæ namque, quæ peccati speciẽ non mutant, non sunt necessario confessario reuelandæ in interiori animæ iudicio secund. D. Thom. in 4. sentent. dist. 17 q 3. Archiepiscop. Florẽtin. in 3. p. suæ Summæ tit. 17 cap. 17. §. 5. Syluest. verbo cõfessio. 1 q. 9. & verbo circunstantia Natar. de pœnit. distinct. 5. in princip & hæc est communis, & frequentiori calculo recepta sententia secund. Couar. de sponsal. lib. 1. parte, cap 1. in princip num. 14 Concil. Trident. sessio. 4. cap. 5. & Canone 7. dum ibi declaratur, quòd circunstantiæ, quæ mutant speciem, sunt confitendæ; ergo à contrario sensu, quæ non mutant speciem, non sunt confitendæ, prout docuimus lib. 1. Canonic. quæstionum c. 3. à nu. 25. & Padilla in l. si qua beneficia, num. 28. C. de diuers. rescript.

Cum igitur hæc, de qua agimus, circunstantia copulæ habitæ cum sponsa alterius de futuro speciem peccati nõ mutet, quia non est adulterium, consequitur ipsam nõ esse necessario confitendam: & in terminis ita tenet Couar. vbi supra: quem sequitur Viualdus in candelabro aureo. 7. sacrament. 1. parte in materia de sponsal. lib. c. 1. num. 10. & dicit esse probabilem Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 43. art. 1. dubio vltimo.

Cuchus tamen de institut. maiorib. lib. 5. tit. 10. num. 7. hoc sic intelligendum opinatur, nisi illa ex tali congressu conceperit, ne maritus alienam prolem alat, sibique hæredem extraneum ignarus in præiudicium propriæ sobolis instituat: & tandem inquit, quòd imo, quia in tali progressu hoc periculum subest, videtur omnino hæc circunstantia aperienda, quasi peccatum augens, cum metuere hoc periculum debuisset, & propterea ab hoc peccato cautius se abstinere: & sic tenet in effectu contra priorem sententiã Couar. & sequacium, prout expresse aduersus eum probat Sarmient. vbi supra lib. 1. select. inter pret. c. 5. num. 3. & Ludouic. Lopez in 1. parte Instructor. cap. 29 § ad hoc libet, & præterea hanc secundam sententiam contra Couarruuias sequitur tanquam longe probabiliorem Petrus de Ledesma vbi supra, & in additionibus eam probat cũ magis communi Doctorum, prout eum refert, & sequitur Manuel Rodriguez in sua Summa 1. parte, cap. 53. *de la confessiõ* nu. 3. quia qualitas hæc notabiliter aggra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uat peccatum, siquidem ob eam potest sponsus sponsam repudiare. c. quemadmodum de iureiurando.

19 Et qualitas notabiliter aggrauans peccatum, licèt speciem eius non mutet, est confitenda, vt ibi late probat, & nos quoque docuimus vbi supra nu. 26. Hanc etiã partem veriorem existimat in præmissa specie Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disputatione 2. num. 6. qui num. 7. inquit. Quòd quamuis hic accessus non sit vere adulterium, mutat tamen peccati speciem, cum, vltra fornicationem, sit iniustitia aduersus sponsalium fidem, vt ibi late probat aduersus Enriquez, & hæc secũda sententia aduersus priorem mihi magis placet, & verior & tenenda videtur, nempe quòd prædicta circunstantia sponsalium de futuro sit necessario confitenda subti- 21
cendo sponsum, vt aiunt præfati Authores.

20 Limitat hanc sententiam Thomas Sanchez vbi supra, vt procedat quando hæc circunstantia se tenet ex parte fœminæ, ideſt, dum aliquis fornicatur cum sponsa alteri⁹ de futuro: secus, si se teneat ex parte viri, vt si sponsus de futuro fornicetur, quia tunc hæc circunstantia sponsaliũ non est necessario detegenda in confessione: 22
mouetur, quia ea iniuria reputatur prudẽtum arbitrio leuis in fornicatione sponsi de futuro, quia licèt ea fornicatio iniuriã cõtineat, ac circunstantiam diuersam speciẽ iniustitiæ aduersus ius acquisitum spõsæ per sponsalia, non tamen excedit limites culpæ venialis, ac proinde inquit, non esse necessario fatendam, & secus esse fatetur in sponsæ fornicatione, quæ attrox est sponsi iniuria.

Displicet tamen mihi hæc limitatio, quoniam sponsus, & sponsa se habent vt correlatiua, ac proinde dispositum in vno debet censeri dispositum in alio. l. final C. de indict. viduit. Tolet. l. final. ff. de accept. lat. l. 1. C. de cupres. lib. 11. cum simil. & quamuis attrox, & grauior reputetur prudentum arbitrio fornicatio sponsæ de futuro quàm sponsi, nihilominus hæc grauis nimis est, siquidem violatur spes, & fides futuri matrimonij, & aggrauatur notabiliter peccatum, ac proinde hæc circũstantia necessario ab sponso de futuro cõfitẽda esse videtur, quod à fortiori procedit, si ea mutat speciem peccati, prout mutare fatetur ipsemet Thom. Sanchez vbi supra: præterea, & contra eum facit nõ leuis ratio, nam si maritus fornicetur cũ alia fœmina, quam propria vxore, necessario fateri debet suum statum; & conditionẽ, hoc est, se esse vxoratum, quia ea circunstantia mutat speciem peccati, quod nemo negabit, & tamen arbitrio prudentum ea fornicatio leuior respectiuè iudicabitur, quam vxoris: ergo idem in proposita specie fornicationis sponsi de futuro respectiue etiam siquidem ob eam sponsa de futuro poterit sponsum suum repudiare, ex quibus hanc sententiã contra Thom. Sanchez censeo esse veriorẽ, & securiorem in animæ iudicio.

Vltimo, ex sup. dictis plane infertur, filios ex fornicatione cum sponsa alterius de futuro natos, non esse adulterinos, quia ea fornicatio adulterium nõ est, vt probauimus, ita recte tenet Couar. d. 1. p. de spõsal. cap. 1. n. 13. in principio. Ludouic. Lopez in 2. p. sui Instructorij in materia de matrimonio cap. 36. §. aduertendum est 3. Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 2. num. 8.

Dubium tamen est an huiusmodi filij, de quibus agimus, sint, & dicantur naturales, vel spurij? & D. Sarmient. lib. 1. selectar. interpret. cap. 5. num. 5. probat contra Couar. eos non esse naturales, pro quo facit l. 11. Taur. hodie l. 9. tit 8. lib. 5. nou. coll. reg. vbi disponitur: *Que entonces se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que nacieron, o fueron concebidos, sus padres podian casar con sus madres justamente sin dispensacion*: Sed huiusmodi fornicator non poterat iuste cum sponsa alterius matrimonium cõtrahere, ex qua conceperat illum filium, obstantibus sibi illis sponsalibus de futuro alterius hominis: ergo filius ille non erit naturalis, sed spurius, sic scriptum est à Ceruantes in d l. 11. Taur. nu. 145. cũ sequẽtibus, quod filij nati ex eo qui simplex votum castitatis emiserat non sunt naturales.

Nihilominus tamen tenendum est cõtrarium, nempe, filios natos ex fornicatione habita cum alterius sponsa de futuro esse naturales; quia tempore conceptionis poterant parentes eorum validè cõtrahere, nõ obstantibus præd. sponsalibus, licèt peccarent; patet, quia per matrimonium de præsenti soluuntur sponsalia de futuro, vt per Thom. Sanch. lib. 1. disput. 48. num. 1. ex tex. in cap. si inter, de sponsal. & cap. 1. de sponsi. duorum. & cap. fi. 27. q. 2. & Matiençoin rubrica, glos. 1. nu. 49. tit. 1 lib. 5 nou. coll. reg. ergo cum hi poterãt iuste (hoc est valide) contrahere non obstantibus præd. sponsalibus de futuro, hæc potentia sufficit ad hoc, vt præd. filij dicantur naturales, iuxta d. l. 11. Taur.

23 Quæ dum ad hoc postulat vt parentes possint libere contrahere, intelligi debet, ideſt, valide, quia non habent impedimentum dirimens, vt cũ iudicio perpendit Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 20. n. 3. quem sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 2. num. 8.

24 Quo fit contra Ceruantes vbi supra, quòd filij geniti post votum castitatis simplex, merito sint & dicantur naturales, vt in terminis recte probat Lara de aliment. in l fi quis à liberis nu. 93. ff. de lib. agnosc. & Pater Molin. 1. tom. de iustitia & iur. tract. 2. disputatione 167. col. 949. & comprobat Sanch. vbi supra, qui etiam præd. nostram sententiam ex his tenet.

9 *Sponsalia de futuro in quacũque ætate contracta valent, si via ordinaria, vel miraculosa vsus rationis accelueretur.*

10 *Malitia an suppleat ætatem in spõsalibus?*

11 *Sponsalia non sunt contracta ante septennium, nisi probetur contrahentes esse doli capaces: septẽnio vero completo cõtracta sunt valida, nisi probetur non esse eos doli capaces.*

13 *Sponsalia contracta ante septennium, si nulla sint, post septennium conualescunt, ex ratificatione expressa, vel tacita.*

15 *Sponsalia inualida contrahere ante septennium non est peccatum mortale, & num. 15. vbi agitur de intellectu tex. in ca. 2. de desponsatione impuberum.*

16 *Matrimonium contrahere ante ætatẽ legitimam culpa est mortalis.*

17 *Ætas legitima ad matrimonium validum contrahendum est 12. annus in fœmina, in viro quatuordecimus: & hæc ætas debet esse completa, vt in nu. 18. sufficit tamen si prima dies præd. termini ætatis sit incepta, vt in nu. 19. quinimo idem erit dicendum, quãuis tres dies ex ea ætate deficiant, vt in nu. 20. in dubio autẽ ante præd. ætatem, nec mas, nec fœmina præsumuntur generationi apti, nisi contrarium asserens id probet, vt in num. 21. est tamẽ præd. præsumptio iuris tantum, cõtra quam probatio in contrarium admittitur, vt in num. 22.*

Malitia in matrimonio supplet ætatem, si tunc adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligando.

SVMMARIVM Cap. II.

1 *Ætas requisita ad sponsalia de futuro contrahẽda, & numeris sequentibus.*

3 *Septẽnes vsum rationis habere debẽt ad hoc, vt sponsalia valide contrahere possint: & ante septẽnium nõ sufficit is vsus rationis, qui alias sufficit ad peccandum lethaliter, vt in num. 12.*

4 *Ratio quare ius Canonicum eãdem ætatem requirat ad sponsalia in viris, & fœminis, cum diuersam ad matrimonia petat.*

5 *Sponsalia de futuro vltima die septennij incepta contrahi possunt, imo sufficit, etiam si duo, vel tres dies septennij deficiant, vt in num. 6. imo in medio septimi anni, vt in num. 8.*

7 *Parum pro nihilo reputatur in omni materia, vt in auditione missæ, recitatione horarum, furto, ieiunio & alijs.*

CAPITVLVM II.

De ætate requisita ad sponsalia de futuro, & ad matrimonia.

1 IN sponsalibus contrahendis (vt inquit Modestinus in l. spõsalibus 14. ff. de spõsalibus) ætas contrahentiũ definita non est,

vt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in matrimonijs: quapropter primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab vtraq; persona intelligatur: ideſt, si non sint minores, quam septem annis.

Tandem Iure Canonico probatur in c. litteras, & in cap. accesit de desponsatione impub. & in cap. ad dissoluendum, eodem tit. l. 6. in princip. tit. 1. par. 4. & ita tenent omnes DD. de hac re agentes, quorum plures refert Candela. aureum. 7. Sacrament. 1. parte in materia de spons. ca. 2. num. 12. & cæteri infra citandi. Nauar. cũ communi in Manual. Latin. cap. 22. num. 29 post Sylueſt in Summa verb. sponsalia quæſt. 2. § tertium. Dominic. à Soto in 4. distinct. 27. quæſt. 2. art. 2. ad secundum.

Et septennium istud completum desideratur in sponsalibus contrahendis, vt probatur in dictis iuribus, & fatẽtur omnes, vt affirmat Thom. Sanchez de matrimonio lib. 1 disputatione 16. num. 2. & tenet quoque Motius. de sponsal. titul. qui pos. contrah. sponsal. num. 5. fol. 168. & ratio est, quia septennio completo incipit communiter vsus rationis, & libertas, vt probatur in l. si infanti §. vltimo iuncta l. potuit C. de iure delib. & in d. l. in sponsalibus in verbis supra relatis, hanc rationem assignat D. Thom. in 4 distinct. 27. quæst. 2. art. 2 quem omnes sequuntur, vt inquit Thom. Sanch. vbi supra, & approbatur in d. l. 6. in principio, ibi, *Porque entonces comiençan à auer entendimiento, è son de edad que les place las desposadas*, tit. 1. p. 4. vbi etiam quod sponsalia contracta ante septennium amborum, aut alterius nihil valerent.

2 Maior ergo septennio, imo quilibet, alias habilis post septimum annum completum potest sponsalia de futuro cõtrahere, non tantum per se, sed & per nuncium, procuratorem, vel parentes, & tutores, & curatores pro pupillis, & etiam alij sine mandato alterius, hoc est, quamuis nõ habeat mandatum à principio, sed nõ sunt sponsalia donec ille, vel illa sciuerit, & ratum habuerit. Canones namque in hoc non requirunt nisi consensum contrahentium: cap. cum locum de sponsal. cum simil. ita Motius vbi supra de sponsalib. tit. qui pos. contraher. sponsal num. 5. vbi nu. 6. inquit: aduertendum esse, quòd si pater sciente filio contrahit sponsalia pro filio ipso tacente, licet aliter nõ consentiat expresse tenent sponsalia, quia taciturnitas operatur isto casu consensum, vt in cap. vnic. §. fin. de desponsation. impub. lib. 6. & quod secus est in alijs absque ipso patre, & matre, quia non sufficit sola præsentia, sed oportet quod alter consentiat expresse, vel tacite per cohabitationem, vt in c. ad id quod de sponsal. Abb. & Marſ. quos ibi ad hoc ibi citat.

3 Requiritur tamen quod septẽnes vsum rationis hebeant, nam si vterque, aut vnus eorum illum radeptus nõ sit, sponsalia sunt nulla, & ita intelligitur d. l. in sponsalibus ff. de sponsal. dum inquit, non esse præscriptam ætatem sponsalibus, sicut in matrimonio. Nam in matrimonio semper sufficit ætas præscripta à iure, in sponsalibus autem non semper; sæpe namque septennio completo deest rationis vsus, ita glos. ibidem in fin. & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 16. num. 3.

4 Ratio autem quare Ius Canonicum eandem ætatem ad sponsalia in viris, & fœminis præscripserit, cum tamen diuersam ad matrimonia petat, nempe 14. annos in viris, in fœminis autem 12. vt infra dicemus, hæc est, quia ad sponsalia sufficit vsus rationis, qui eodem tempore viris & fœminis aduenit, ad matrimonium autem requiritur potentia generandi, quæ tardius in viris reperitur, ita D. Tho. vbi supra ad tertium.

5 Sufficit tamen ad sponsalia de futuro, vt vltima septennij dies sit incepta, etsi nõ sit completa, & hoc fauore matrimonij, sicut fauore testamenti: hoc introductum, & decisum est in l. qua ætate ff. de testam. quia non debet esse minus fauorabile matrimonium, quam testamentum: ita in terminis tenet cum Abb. D. Couar. in 4. de sponsal. 1. parte cap. 2. nu. 2. Mandos. Enriquez, & Ludouic. Lopez, quos refert, & sequitur Sanchez d. lib. 1. disputatione 16. num. 2. vers. hinc colligitur, & vers. sufficit tamen: loquitur etiam eadem opin. Motius de contract. lib. tit. qui possint contrah. sponsal. num. 2. ad fin. fol. 168. col. 1.

6 Quinimo sufficeret moraliter completum esse septennium in hac materia, veluti si duo, vel tres dies deficiant, quia quod parum distat à re, parum, aut nihil distare videtur, vt inquit alias Philosoph. Aristotel. 2. Physicorum. l. penult. ff. de milit. testam.

7 Et in omni materia parum pro nihilo reputatur, vt in auditione missæ, recitatione horarum, furto, ieiunio, & alijs, quæ propter paruam quantitatem mortaliam non dicuntur, vt resoluit Nauar. in Manual. cap. 11. num. 4. & communis secund. Candelab. aureum septem sacram. statim infra citandum: vnde licèt iura requirant septennium esse completum ad sponsalia de futuro valide contrahenda, non tamen definit moraliter completũ esse, etsi duo, vel tres dies deficiant, nõ enim in tam paruo tempore perficitur intellectus, & vsus rationis impuberum, ita, vt antea, eũdẽ nõ habuerint, cui accedit, quòd de minimis non curat Prętor, & ita hanc partem tenẽt Ioan. Andreas in d. c. literas num. 2. Enriquis in c. accesit, eodem tit. de desponsatione impub. Præpositus in c. iuuenis num. 7. in 5. fallacia de sponsal. glos. in Summa 30 quæst. 2. ad medium, ibi: nisi proximi sint septennio: sequitur plures allegans, & dicens communem Didac. Perez in l. 1. lib. 5. Ordin. pag. 6. col. 1. ad fin. versicul. 2. opinio: & col. sequenti. D. Thom. in 4. sentent. distinct. 27. quæst. 2. artic. 2. ad septimum, & ibi Palud. quæst. 1. art. 2. conclus. 2. Ricardus de Mediauilla art. 3. quęstione 1. ad 2. Archiepiscopus Florent. in 3. parte suæ Sũmæ tit. 1. cap. 18. in princip. Sylueſter in Summa, verb. sponsalia, quæstione 2. in 2. dict. & Tabien. ibidẽ quæst. 4. num. 5. Soto in 4. d. distinct. 27. quæst. 2. art. 2. est communis secund. Candelab. aur. 7. sacram. 1. parte in materia de sponsal. cap. 2. n. 15. ad 3. & secũdũ Petrũ de Ledesm. in Summa de sacramento matrimonio pag. 41. col. 1. vers. *La segunda sentencia es*, quam ipse sequitur, ibi, *digo lo segundo*, sequitur Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 11. fol. 1240. Ludou. Lopez 2. parte Instructorij de matrim. cap. 37. fol. 1039. Vega lib. 6. suæ Summæ casu 101. & quod valeant sponsalia, quando cõtrahentes septẽnio nimis propinqui sunt, tenent etiam Victo. in Summa de matrimonio nu. 284. & Veracruz 1. parte Speculi coniug. art. 16. §. primo, sponsalia expressa. l. final tit. 1. partita 4. ibi. *siete años, ò poco menos*: & q̃ si deficeret vna hebdomada, & aliquid amplius spõsalia sint valida tenet Viuald. in suo Cãdelab aur. vbi supra d. num. 15. post Sotum vbi supra; & Manuel Rodriguez in 1. tom. suæ Sũmæ in 2. editione cap. 224. num. 2.

8 Imo in rigore, vt ait S. Thom. vbi supra valerent, quamuis contrahatur in medio septimi anni, quod etiam dixit Præpos. vbi supra d. num. 7. & Viuald. vbi supra, & superiorem sententiam communem receptiorem & benigniorem, atque tenendam esse censeo: tametsi contrariam cũ Alex. de Neuo. in d. l. literas num. 2. in fin. imo quod exigatur septennium metaphysicè completum, vbi de malitia ætatẽ supplẽte non constat: tenet vt probabiliorem Thom. Sanch d. lib. 1. disputatione 16. sub num. 4 in vers. verum probabilius, quod non credo, nec probo, sed præcedentem magis receptam sententiam, vt prædixi: intelligit tamen D. Thom. quod prædixerat, valere sponsalia de futuro, quamuis cõ traheretur in medio septimi anni: arbitrio boni viri, nempe secundum conditionem contrahentium, quia in quibusdam magis acceleratur rationis vsus, quam in alijs, & sic intentio discretionis, & complacentia nuptiarum, quod sequitur D. Couar. in Clementina si furiosus 3. parte in initio num. 5. de homicid. sequitur etiam Didac. Perez, vbi supra vers. sed melius est, secundum Sanct. Thom. & Candelab. aur. vbi supra num. 15. ad fin. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 1. disputat. 16 num. 13. ad fin. in vers. melius tamen, & ita est tenedum, prout etiã tenet Greg. Lopez in d. l. 6. Gloſſa 1. ibi gloſſa: tamẽ superiora confirmant ex eo, quia licèt Ius Canonicum præscribit septennium, vt præsumatur rationis vsus ad contrahen. da valide sponsalia de futuro, non autem ante eam ætatem, hoc tamen procedit, vbi contrarium nõ apparet, vt cum alijs tenet & fatetur idem Sanchez vbi supra numero 10.

9 Hinc etiam est, vt secũdum veriorem, probabiliorem, & communem sententiã Doctorum valida sint sponsalia de futuro in quacunque ætate contracta, si via ordinaria, vel miraculose vsus rationis acceleretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur, vt tenet Alex. de Neuo in c. iuuenis num. 19 de sponsal. vbi quod si constet de prudentia pueri sexto ætatis anno valent sponsalia, & Ant. Gabriel tom. 2. cõmun. opin. lib. 17. in vers. spõsalia facta, ibi: proximi septennio, & in vers. sponsalia etiã, folio 312. Vbi dicit esse communem sententiam valere sponsalia quadriennio cõtracta, si adsit rationis vsus, quos refert Thomas Sanchez vbi supra num. 14. arbitrio ergo prudentis viri secundum conditionem contrahentium, & eorum vsum rationis hoc discernendum erit, iuxta doctrinam D. Thomæ vbi supra communiter recepti.

10 Deducitur etiam ex supra dictis, quid dicendum sit in illa satis controuersa quæstione, an malitia in sponsalibus suppleat ætatem? In qua sunt duæ opiniones cõtrariæ, prima habet, non supplere, & sic quod non valeant sponsalia ante septennium cõtracta, etiam si eo tempore rationis vsus contrahentibus adsit, ita tenent Abb. in d. c. iuuenis num. 5. & in c. gemma num. 6. de sponsalib. & alij plures, quos citat Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 16. num. 8. dicentes, malitiam tantum supplere ætatem quando fœmina ante septenniũ fuit 13
tentata ad copulam, tunc namque dicunt oriri publicam honestatem propter copulæ tentationem per cap. iuuenis de spõsal. hanc eandẽ sententiã tenet, & probat Motius de contract. tit. de nupt. in rub. qui possint contrahere sponsalia num. 3. & 4. fol. 168.

Secunda opinio multo verior, communis, & tenenda proculdubio habet, malitia supplente ætatẽ valide contrahi sponsalia 14
ante septẽnium, sicut & matrimonium ante ætatem ad id iure requisitam, ex tex. in cap. de illis, *el segundo*, de desponsatione impub. Ita in terminis tenet glos. in d. c. iuuenis de sponsal. verb. dubia: & in c. spõsa eodẽ titulo in fine, & in summa verb. sponsalia 30. quæst. 2. Ioann. Andr. in cap. vnic. num. 1. de desponsat. impub. lib. 6. & ibi Philip. Frãcus in princ. num. 2. idẽ Ioann. Andr. in c. iuuenis num. 9. de sponsal. & ibi cæteri communiter DD. Couar. in 4. de sponsalib. 1. parte cap. 2. num. 1. & alij quãplures Iuristæ cõmuniter. D. Thom. in 4 distinct. 27. quæst. 2. art. 2. ad 7. & alij communiter Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra nu. 9 & est communis secundum Motium vbi supra num. 3. versic. contraria, & nu. 4. vbi alios refert, licèt ipse eam non sequatur, sed quã prædiximus.

11 Tandem ex supra dictis resoluimus ante septennium non esse sponsalia, nisi probetur contrahentes esse doli capaces; septennio vero completo esse sponsalia, nisi probetur non esse doli capaces, sic Enric. in cap. accesit num. 2. de desponsatio. impub. quem refert, & sequitur Sanchez vbi supra num. 11. veritati igitur est in hoc stãdum, sicut in reliquis.

12 Non tamen sufficiet in proposito is rationis vsus ante septennium ad sponsalia de futuro validè contrahenda, qui satis est, vt puer ille possit lethaliter delinquere secund. D. Thom. in 4. distinct. 27. quæst. 2. art. 2. ad secundum. Ludouic. Lopez in secũda parte Instruct. cap. 37. de matrim. fol. 1039. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 43. art. 2. dubio 1. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 9. quicquid cõtrarium) probare nitatur Sanchez vbi supra num. 16.

Cæterum si sponsalia ante septenniũ contrahantur, & nulla sint: post septenniũ tamen conualescunt ex ratificatione expressa, vel tacita, iuxta d. cap. literas, & ca. accesit de desponsat. impub. cap. vnico in principio, & §. porro. eodẽ tit. in 6. Couar. vbi supra num. 3. & Sanchez d. disputatione 16. num. 5. vbi numeris seqq. agit de signis, & requisitis ad tacitam ratificationem.

Contrahere autem sponsalia inualida ante septennium non est peccatum mortale: quia tex. in cap. 2. de desponsat. impub. dũ districte prohibet, ne aliqui, quorum vterque, vel alter ad ætatem canonibus determinatam non peruenerint, coniungantur, nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente, vtpotè. pro bono pacis talis coniunctio toleretur, licèt præceptum contineat: quia in omni prohibitione continetur præceptum, vt inquit Archidiacon. in cap. interdixit 32. distinct. & præterea, quia intẽtio cuiuslibet Legislatoris Ecclesiastici, vtentis in sua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo, est obligare

gare ad mortalem culpam transgressorẽ, nisi per aliquod signum, vel verbum exprimatur, aut significetur contrarium, vt cum communi sententia resoluimus lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 7. num. 21. & multo fortius in specie d cap. 2 quia graui 16
bus verbis ibi vtitur Summus Pontifex, videlicet, districtius inhibemus. Quare meri to contra Ioan. Andr. ibi num. 1. Hostiẽs. in eodem loco, & Alex. de Neuo num. 2. dicunt, non esse leue contrauenire: & esse præceptum obligans ad mortale, docent Palud. in 4. sentent. distinctione 28. quæst. 2. art. 1. num. 8. & 10. & Summistæ communiter; nempe Syluest. verb. matrimonium 5. quæst. 6. & verb. sponsalia quæst. 1. dicto 1. Tabiena verb. matrimonium 2. quæst. 6. num. 7. Nauar. in Manual. cap. 22. num. 31. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 13. num. 13. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 43. art. 2. dubio 3. quos refert, & sequitur Sanchez lib. 1. de matrimonio disput. 19. num. 1.

15 Hæc namque, quamuis ita se habeant, non tamen tex. in d. cap. 2. de desponsat. impub. intelligi debet de sponsalibus ante septennium: quia tex. ille dicit, non coniũgantur, & postea in sua exceptione dicit, talis coniunctio toleretur, sed sponsalia de futuro non dicuntur coniunctio, sed coniunctionis promissio: & cum materia sit pœnalis, & prohibitoria non est extendẽda vltra propriam significationem, & nulla irrogatur iniuria ex his sponsalibus tertiæ personæ, nec sacramento, cum sponsalia de futuro, sacramentum non sint. Quare merito hanc opin. (quòd contrahere sponsalia inualida ante septennium non sit peccatum mortale) tenuerunt aliqui Theologi, vt inquit Ledesma vbi supra dubio 3. & eam tenet Manuel Rodrig. in Sũma 1. tom. in 2. editione cap. 244. num. 2. & Sanchez d. disputatione 17. num. 4. dicens, hanc sententiam multo probabiliorem esse, quam contrariam Soti in 4. distinctione 29 quæst. 2. art 2. ad 1. Nauar. Enriquez, & Ledesmæ vbi supra, qui vltimus hoc declarat, pueros hos peccare mortaliter, si tunc habeant rationis vsum, & à fortiori consulentes, & inducentes eos ad contrahendum, imo communem dicit idẽ Ledesma eam sequutus de Sacramẽto matrim. pag. 41. ad fin. & in principio sequẽtis. Sed nihilominus præcedens sententia negatiua verior est, & tenenda: imò nec culpam venialem in hoc contractu inuenit Sanchez vbi supra d. num. 4.

Matrimonium autem contrahere ante 16
ætatem legitimam culpa est mortalis, vt probatur in d. cap. 2. iuxta eius literam, & veriorem sensum, supra expensum, ita tenent Palud. Syluest. Tabiena, Nauar. Petr. de Ledesma, Enriquez, & Manuel Rodrig. vbi supra, nisi ex Episcopi litera, & iusta interueniente causa matrimonium ante legitimam ætatem celebretur, vt in d. c. 2 in 2. parte, sic tenent plerique ex supra dictis, & ita est tenendum, quicquid Tho. Sanchez, vbi supra num. 6. contrarium teneat sequutus intellectum Abb. ad d. ca 2. ibidem num. 5. & Præpositi. num. 2. explicantium illum tex. vt tantum prohibeat, ne impuberes, vel pubes cum impubere, contrahant matrimonium, simulque copulæ carnali dent operam, ne postmodum de valore matrimonij dubitetur: hoc namq; diuinat ad illum tex. si quidem tantum agit de prohibitione coniunctionis in matrimonium, ante ætatem legitimam, non vero de copula, nec ius Canonicum matrimonium de præsenti inter impuberes permittit cap. final. de desponsat. impuber. & in cap. vnico §. Idemquoque, eodem tit. lib. 6. cum similib. Sed tantum refert factũ impuberum, vel impuberis, cum pubere contrahentium matrimonium, & decidit non esse matrimonium de præsenti, licet illud de facto intenderint contrahere, & quamuis interpretetur, sponsalia illa tantum fuisse de futuro, nõ tamen inde sequitur, permittere matrimonium cõtrahi ante ætatem legitimam, vbi malitia eam non supplet, quin potius illud prohibere videtur siquidem declarat, non esse validum matrimonium de præsenti, sed tantum interpretatur eum contractum esse sponsalia de futuro, in quibus valere potest: sicque non obstat aliud fundamẽtum prædicti Moderni, quòd à iure antiquo recedendum non sit absque tex. expresso ob euitandam iuris correctionem adeò, vt ob hoc à propria verborum significatione recedendũ sit, vt per nos lib. 3. practic. quæstione 15. num. 34. & alios, quos ibi refert.

Verum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verum namque in se hoc est, non tamen conuenit in proposito. De ratione autem, & intelligentia d. cap. fi. de desponsatione impub. & d. c. vnic. §. idem quoque, eodem tit. lib. 6. quare Ius Canonicum interpretetur matrimonium contractum à præd. per suos annos legitimam ætatem sponsalia de futuro, cum ea minime verbis expressis celebrauerint, aut promiserint? agit latè D. Gothar. in 4. 1. parte cap. 3. per totum, & nos etiam de iuramento confirmat. 1. parte c. 51 num 35.

Et præd. sponsalia de futuro à iure talia interpretata ex matrimonio inter impuberes, vel inter puberem, & impuberem contracta, sunt valida, & obligant etiam si malitia non suppleat ætatis defectum, vt definitur in d. c. fi. de desponsat. impub. & in d. c. vnic. §. Idemquoque, eodē tit. in 6. glos. in d. c. fi. verb. subarrata, & in d. § idemquoque verb. matrimonium, & vtrobique communiter DD. & alij quamplures Autores, quos congerit, & sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 21. num. 2. vbi recte hoc intelligit procedere in vtroque foro, & num. 3 limitat, vt non procedat, quando contrahentes prædicti 18 re tantum expresse intenderunt matrimonij vinculo se constringere, tunc namque non manebunt in foro conscientiæ obligati ad sponsalia: sed erunt obligati, vbi ea intentio expressa non fuit, quia videntur secundum ius contrahere, & erunt spōsalia: quòd si prædicta intentio restrictiua in iudicio legitime probetur, nec etiam in foro exteriori manebunt obligati ad spōsalia meo iudicio, quia tunc cessat iuris præsumptio, & interpretatio ex defectu legitimi consensus in vtroque foro.

Nec præd. iura, nempe c. fi. de desponsat. impub. & cap. vnic. §. idemquoque eodem tit. lib. 6. corriguntur per sacrum Cōcilium Trident. sess. 24. cap. 1. in Decret. de reformatione matrimonij, quia solis veris matrimonijs formam præscripsit capitillud, illisque clandestine celebratis resistit: nec contractus huiusmodi impuberū, vel quando alter est impubes, nec est, nec fuit verum matrimonium, sed iuris interpretatione spōsalia, ita tenet Nauar. in Manual. Latin. c. 22. num. 57. & Ludouic. Lopez d. c. 37. fol. 1041. col. 1. in fine, & sequē ti, & ita quit Petrus de Ledesma de matrimonio quæst 45. art. 5. puncto 2. post dubium 4. fol. 181. col. 2. quòd ita declarauerunt Cardinales; & sequitur hanc opin. Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 21. nu. 5. estque verissima, & tenenda, quamuis præd. declarationem Cardinalium in his proprijs terminis non viderim.

17 ÆEtas autem requisita ad matrimoniū validum contrahendum est pubertas, nempe annus duodecimus in fœmina, vt constat ex cap. continebatur de desponsatione impubē. in viro autem annus decimusquartus, vt in cap. attestationes, & in c. ex literis eodem tit. & hæc ætas ita à Iure Canonico statuitur, atque definitur, quòd tūc præsumantūr habiles ad copulam, & ad coniugalem consensum, vt constat ex cap. puberis eodem titulo de despōsat. impub. & ibi, hoc notat glos. vltima, ab omnibus ibi communiter recepta, in hac etenim ætate aduenit pubertas: quare autem citius pubescant fœminæ, quam masculi egimus in authentica sacramenta puberum num. 1. & 2. cap. si aduers. vendit. & Tiraquel. in l. 6. connubial. num. 38.

18 Præd. ætas requisita ad matrimonium contrahendum tam in viro, quam in fœmina debet esse completa, vt colligitur ex d. c. continebatur de desponsat. impub. dum ad valorem matrimonij puellæ non duodenis ponderatur, eam proximam duodecim ann. fuisse ac à viro cognita: idē probatur in cap. attestationes eodem tit. ibi, ante quam ad annum decimumquartum peruenisset, & in c. ex literis eodem titulo, ibi, donec compleat puer annum decimūquartum: & in cap. final. eodē tit. vbi quòd non valeat coniugum puellæ, quæ circa duodecimum annū nupsit, nisi malitia suppleat ætatē, vbi glos. vers. circiter, ait ad modicum tempus referri eam dictionem: vult ergo tex. ille non valere matrimoniū fœminæ, cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, nisi malitia ætatem suppleat, & ita fatentur omnes DD. in dictis iuribus.

Satis tamen erit si prima dies anni duodecimi in fœmina, & decimiquarti in viro sit incepta, vt testamenti fauore statutum est in l. qua ætate, ff. de testam. cum fauor matrimonij minor non sit, & in terminis ita

ita tenent Ioann. Andr. in d. cap. fin. num. 3. Anton. de Butr. & Abb vterque num. 6. Cardin. n. 2. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 104. n. 2.

20 Quinimo, & idem erit dicendum, quāuis tres dies ex ea ætate deficiāt ex eo, quod moraliter censeatur, tunc completa, non enim metaphysicè compleri requiritur, sicut in ætate septennij ad sponsalia requisiti, sup. num. 6. probauimus, & in terminis ætatis matrimonij: hoc idem in terminis docent, & tenent Hostien. in d. c. puberes, num. 5. de desponsat. impub. Alphōs. à Veracruce in 1. part. Specul. coniug. artic. 16. vers. primo sponsalia dicens requiri in fœmina annū duodecim, vel propè: & Martin. Ledesma in secundam partem quarti lib. Sentent. quæst. 60. art. 1. col. penul. vers. hæsitabis vlterius, vbi dicit, satis esse, quāuis decem dies desint; non enim concludentior ratio differentiæ assignari, aut inueniri potest in defectu vnius diei, quam aliorum paucorum, quamuis Abb. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez d. lib. 7. disput. 104. num. 3. teneant in hoc contrarium: sicut contrarium tenuit etiam in materia sponsalium idem Sanchez, quem supra improbauimus.

21 In dubio autem ante dictam pubertatis completam ætatem (vel paucos ante dies, iuxta modò dictam sententiam) nec mas, nec fœmina præsumuntur generationi apti, nisi contrarium afferens id probet, vt docet Innocent. in cap. continebatur, num. 3. de desponsat. impub. & alios referens Couarru. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 5. §. num. 3. Nauar. in Manuali Latin. cap. 22. num. 29. & Thom. Sanch. vbi sup. nu. 4. vbique impleta pubertate præsumitur hæc generandi potentia, ac proinde in eam negantem transire onus probādi, vt benè docet Dominic. consil. 24. num. 6.

22 Est tamen præsumptio hæc iuris tantum contra quam contraria probatio admittitur, vt benè quoque docet Hostiens. in d. c. puberes n. pen. de desp. impub. & cum eo Sanch. vbi sup.

23 Ex quibus deducitur in matrimonio malitiam supplere ætatem, atque ideo validū esse matrimonium celebratum ante ætatē à iure præscriptam, si tunc adsit potentia generandi, & sufficies discretio ad se obligandum, vt decidit. in c. de illis, *el segundo*, & cap. puberes, & cap. fin. de desp. impube. Ideo namque ius eam ætatem præscribit ad matrimonium contrahendum validè, quod præsumat tunc pueros, & non antea, & iudicio sufficienti ad matrimonium, & potentia generandi prædictos esse: ergo, quando hæc adesse constat, cedet præsumptio veritati: ita Sanch. vbi sup. num. 20. cum seqq. quid in proposito nomine malitiæ intelligatur.

SVMMARIVM Cap. III.

1 *Sponsalia de futuro, & matrimonia, quibus verbis contrahuntur?*

2 *Matrimonium contrahitur per verba præsentem coniugalem consensum exprimentia.*

3 *Idem erit, si contrahentes coram parocho, & testibus dicant inuicem, quod se recipiunt in virum, & vxorem, o q̄ se entregan por marido y muger, vel tandē, quod se mutuo consensu contūgunt, vel habeo, teneoq̄ in vxorē ex nunc, & prouidebo tibi sicut vxori ex nunc, ex nūc reputo te in vxorem, ipsa consentiēte: quia omnia important verba de præsenti, vt in nu. 4. Idem si quærenti, vis hanc in vxorē? respōdeat placet, vel volo: & similiter fœmina, vt in n. 5. Idem est dicendū quādo verbū volo, adijcitur accusatiuo rei, vt in n. 6. Idē per hæc verba, volo te esse vxorem meam, quando illo verbo explicatur velle eligentis, seu velle efficax, quod est actu velle: secùs, si præd. verbo explicetur appetitus, seu desiderium quoddā, quod est velle inefficax, vt in num. 7.*

8 *Verba illa, volo tecum contrahere matrimonium, vel te in vxorem accipere, an inducant matrimonium de præsenti, vel sponsalia de futuro tantùm? & n 9. cū sequentibus.*

12 *Verba illa, numquam te derelinquam pro alia, non efficiunt matrimonium.*

13 *Verba illa, non habebo aliam vxorem, vel non ducam aliam, aut aliquam, nisi te, vel non erit mihi alia vxor, nisi tu, quid inducant in proposito, & numeris sequentibus.*

14 *Communis vsus loquendi attendendus est in dubio, quem valorem habeant verba prolata in matrimonijs contrahendis, amplia in vtroque foro, vt in num.* 15.

15 *In matrimonijs cõtrahendis verba prolata sunt intelligenda, secundum cõmunem vsum loquendi, non solum in foro exteriori, sed etiam in foro interiori animæ, quando de intentione cõtrahentium constare nequit aliàs, & verba sunt dubia.*

16 *In dubio an sit matrimonium, necne? in fauorem matrimonij est pronunciandum in vtroque foro: si tamen de intentione contrahentium constet illi est standum in foro conscientiæ, licet verba sint dubia, vt in numero* 17. *& non est, quo ad forum conscientiæ, curandum de verbis externe prolatis, quando de intentione contrahentium constat, vt in numero* 18. *vbi hoc ampliatur.*

19 *Opinio singularis vnius Doctoris celebris, matrimonium sustinentis, præferri debet opinioni plurium impugnantium, nisi textui aperto innitantur, vt in numero* 19. *vbi quomodo hoc intelligatur.*

CAPITVLVM III.

De verbis, quibus sponsalia, & matrimonia contrahuntur.

1 VERBA promissoria, quo ad sonum, & significationem de futuro efficiunt sponsalia, nõ vero matrimonium, siue concipiantur per verbum promitto, videlicèt, promitto me ducturum talem fœminam, siue simpliciter proferantur, nempe ducam, vel accipiam MARIAM talem fœminam, vt colligitur ex capite primo, & cap. inter virum, & cap. 15. qui fidem de sponsalib. vbi late DD. & præcipue Abb. Gofredus in Summa de sponsalib. numero quarto, & Hostiens. in Summa titulo de sponsalibus, numero sexto, & alij, quos refert, & sequitur Mascardus de probat. tertio tomo, conclusione 1332. numero secundo, Martin. de Gratis inter consil. matrimonial. Zileti consil. 15. numero sexto, & ex Theologis Diuus Thomas in quarto sententiarum, distinctione 27. quæstione 2. articulo 1. in corpor. & ibi Ricard. articulo 3. quæstione 2. Paludan. quæstione 2. articulo quarto, conclus. 4. numero 26. Sotus quæstione 2. articulo primo, conclusione 3. & Palacio disputatione 1. folio 571. conclusione 1. D. Anton. in tertia parte suæ Summæ, titulo 1. cap. 18. §. 2. Bartholom. à Ledesm. de matrimonio, dubio nono, in princip. Viuald. in suo Candelab. aureo septem sacram. in materia de sponsal. cap. 3. numero 19. vbi, quod sponsalia absolute, vel simpliciter quinque modis contrahuntur, secund. Angel. in Summa verbo sponsalia, n. 7. & Syluest. q 5. Sot. & cæteros super Tho. Primò, simplici promissione, vt accipiam te in meam: secundo per fidei dationem, vel iuramentum d. c. si inter virum de spõsa. Tertiò, quãdo ambo impuberes, vel alter eorum, maiores tamen septennio, contrahunt per verba de præsenti, quia licet non valeant, vt matrimonium de præsenti; valent tamen, vt sponsalia de futuro, vt in fine capitis præcedentis diximus. Quarto, per anuli subarrationem: cap. si quis desponsauerit 27. quæstione 2. Quinto, dando arram: eandem communem sententiam sequitur alios allegans Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 18. num. 12. essque recepta apud omnes, & verissima.

2 Matrimoniũ autẽ contrahitur per verba præsentẽ cõiugalẽ cõsensum exprimẽtia, tex. in c. penultim. de sponsal. cuius hæc est cõmunis interpretatio secund. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 4 §. 1. n. 1. si quis enim fœminæ dicat (intellige hodie corã parocho, & testibus iuxta formã Sancti Cõcil. Trid.) accipio te in vxorẽ, fœmina verò, è conuerso respondeat, & ego te in virum accipio, matrimoniũ censetur ex hoc contractum: idem est, si viro dicenti, accipio te in meam, respondeat fœmina, placet, secũdum Couarruuiam vbi supra, post Hostiensem in cap. si inter, in principio, de sponsalibus, & alios plures, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez dicto libro 1. disputatione 18. num. 10. dicens, idem esse, si respondeat, consentio, secundum Hostiensem in dicto cap. si inter, in princip. & ibi Ioann. Andre. num. 3. Anton. de Butrio n. 5. Ancharran. n. 2. Panormit. n. 7. & Præpositus. n. 2.

3 Idem erit, si contrahentes coram parocho, & testibus dicant inuicem, quod se recipiunt in virum, & vxorem, *ò que se otorgan por marido, y muger:* vel tandem, quod se mutuo consensu coniungant, vt inquit sacrosanctum Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 1. in Decreto de reformatione matrimon. ibi: Vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorũ mutuo consensu intellecto: vel dicat: ego vos in matrimonio coniungo, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vnius cuiusque Prouinciæ ritum.

4 Vnde similiter erit matrimonium, habeo, teneoque in vxorem ex nunc, & prouidebo tibi sicut vxori, ex nunc reputo te in vxorem, ipsa consentiente: quia hæc omnia important consensum de præsenti secundum Paludanum in quarto sentent. distinctione 27. quęstione 2. art. 4 num. 25. Brunel. de sponsal. conclus. 13. numero 1. Palatium d. distinct. 27. q. 1. fol. 571. colu. 1. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. num. 10.

5 Idem, si quærenti, vis hanc in vxorem? respondeat vir, placet, vel volo, & similiter fœmina, secundum Hostiensem in capite ex parte, de sponsal. & ibi Enrich. numero tertio. Angel. in summa, verbo matrimonium 2. nu. 10. Sũma Confessorũ, quem refert, & sequitur Syluest. verb. matrimonium 2. quæstione decima, & eos sequitur Thomas Sanchez dicto numero 10.

6 Ex quibus proculdubio idem est dicendum. quando verbũ, volo, adijcitur accusatiuo rei: quia tunc manifestè indicat consensum de præsenti, & constituit matrimonium, quod omnes profitentur secundum Couarruuiam in quarto de sponsal. secunda parte, capite 4. §. primo, numero quarto, versic. id tamen est apud omnes, &c. quem sequutus sum libro primo Canonicarum quæstionum, capite vigesimo primo, numero vigesimo septimo. Palac. vbi supra, folio 572. columna prima. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. capite trigesimo sexto de matrimon. folio 1034. & Thom. Sanch. dicto libro 1. disputatione 18. num. 10. ad finem.

7 Idem per hæc verba: volo te esse vxorem meam, quando illo verbo explicatur velle eligentis, seu velle efficax, quod est, actu velle secus, si prædicto verbo explicetur appetitus, seu desideriũ quoddam, quod est velle inefficax: quia tunc non contrahitur matrimonium, nec sponsalia, vt cum alijs resoluimus vbi supra, numero vigesimo octauo, sequitur alios allegans aduersus Menoch. Thom. Sanch. vbi sup. n. 29.

8 Deinde, quid dicendum sit de verbis istis: Volo contrahere tecum matrimonium, vel te in vxorem accipere agit D. Couarruuias vbi supra, dicto numero quarto, in versiculo, sin autem verbum volo, & nos dicto capite vigesimoprimo, numero vigesimotertio cum sequentibus, & quatuor opiniones in hoc congerit Thomas Sanchez vbi supra numero vigesimo secundo cum sequentibus. Ego autem in hoc articulo teneo sequentes conclusiones.

9 Prima conclusio. Verba hæc: Volo contrahere tecũ matrimonium, te ducere, te habere, vel accipere in vxorem, inducunt tantum contractum sponsalium de futuro: quia in hac specie verbum, volo, adiungitur infinitiuo designanti initium actus, eique suspensionem in ijs, quæ à sola voluntate loquentis dependent Ioann. Andreas, & Abb. in capite ex literis, de sponsalibus, & est magis communis, vt cum alijs resoluit Couarruuias vbi supra, numero quarto: & nos dicto cap. 21. num. 22. & Viuald. in Candelab. aureo septem Sacrament. in prima parte de matrimonio numero 49. necnon & plures alios referens Thom. Sanch. vbi sup. num. 24. & 25. qui numero 26. hoc ampliat cum Menoch. libro tertio, præsumptione tertia, numero sexto, vt procedat etiamsi illis verbis, volo te ducere, addatur, & in te consentire per verba de præsenti: quia adhuc ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc non erit matrimonium, cum non consentiat de præsenti, sed tantum dicat se velle consentire. Eadem prima conclusio est etiã cõmunis, vt latè per Veroum quæstione 6. numero 3. circa medium, versic. vel secunda, & consil. matrim. 60. numero 14. in fi. ibi, clarum est, & Rotam Romanam nouissim. decisione 121. numero 7. in primo tom. pagina 15. vbi numeris seqq eam probat dicens, quod ita fuit iam resolutum, & ampliat etiamsi præd. verba sint prolata in præsentia testium, & sacerdotis, & postea sequuta sint oscula, & quod ita fuit pronunciatum, & numero primo, cum sequentibus idem probat in illis verbis, sum contentus accipere Hiellã in vxorem meam: quamuis numero 20. cũ sequentibus dicat, quod licet maior pars ita tenuerit, nihilominus alij in contraria opinione perstiterunt, ex fundamentis de quibus ibi, per eum, numero 21. & tandem num. 23. refert plures casus, in quibus limitat præd. communem sententiam, asserens num. 7. quod vbi adest communis opinio DD. ibi dicitur esse ius clarum, secundum Pureum, quem citat. Et præd. casus, in quibus limitat communem præfat. sententiã sunt huiusmodi. Quando de mente partium constaret voluisse per præmissa verba contrahere matrimonium de præsenti. Vel quando præcessit tractatus de contrahendo matrimonio, saltẽ immediate. Vel quãdo cõmuniter in loco verba illa aliam reciperent interpretationem. Vel quando interuenerit parochus, subarratio in facie Ecclesiæ, cum benedictione amici, & consanguinei, tractatio sponsæ tanquam vxoris. Vel quando interuenerunt tripudia, conuiuia, oscula, & alia, quæ solent interuenire inter contrahentes matrimonia de præsenti. Vel quando deliberatæ proferuntur. Vel quando facto ipso, aut alias tacite necdum expresse id partes ostendunt. Vel quando adsunt aliæ coniecturæ: nã & illę ad hoc sufficiunt, prout tenent DD. in singulis præd. speciebus in illa decisione 121. num. 23. relati.

Et quod præd. magis communis sententia non procedat, quando consuetudo loci habet, quod ea verba, volo te ducere, vel tecum cõtrahere matrimonium inducant matrimonium de præsenti, tunc namque cæteris necessarijs interuenientibus ipsum matrimoniũ celebratur, quia cum contrahentes consuetudinis non ignari his verbis vtantur satis sibi ipsis indicantur velle matrimonium inire, tenet Ioãnes Andreas in d. cap. ex literis. *El primero*, prope fin. de sponsal. & ibi Cardin. numero 1. Alexand. de Neuo, numero 18. D. Couarru. loquens in communi vsu loquendi, & nos vbi supra numero 24. Salzedo in addit. ad Bernard. Diaz in regula 275. Antonius Cuchus lib. 5. instit. maior. numero 42. & Thomas Sanchez vbi supra numero 26. & melius prius num. 3. ibi; vbi dicit, &c.

Secundo, quod quando præcesserit tractatus de contrahendo matrimonium de præsenti sit sufficiens coniectura animi contrahendi matrimonium de præsenti per prædict. verba mutuo dicta, volo tecum contrahere, si aliud non obsistat, tenet Cardinal. in Clementina 1. quæstione 20. de consanguin. & affinit. Couar. Antonius Cuchus vbi supra, & Sanchez numero 27.

Tertio, quod quando præd. verba de quibus in præfata prima conclusione deliberatè, & ad interrogationem alterius ex contrahentibus prolata sunt, inducant matrimonium de præsenti, docent supradicti præter Thomam Sanchez, & Manuel Rodriguez in Summa primo tomo, secunda editione, cap. 216. numero sexto, contradicit tamen Sanchez vbi supra d. numero 26 ibi, limita secundo, ex Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 2. articulo 1. post secundam conclus. vers. eadem fere, quia velle contrahere, non est contrahere.

Nihilominus tamen hæc limitatio vera, cõmunis, & tenenda est, quia ex deliberatione supponimus consensum contrahendi de præsenti, vtpote, quia de hoc agebatur, & sic subiecta materia hoc expostulat, nec Sot. vbi supra loquitur, quando deliberate præd. verba prolata fuissent, sed quando contrahentes simpliciter dicunt, volo tecum contrahere, & alter respondet, & ego tecum: quo casu merito, quod nõ sit celebratum matrimoniũ, quia velle contrahere simpliciter, & absolute non est contrahere. Cæterum, si prædicta verba deliberatè, hoc est, animo contrahendi matrimonium proferantur, vt quia hoc agebatur, quis dubitat esse matrimoniũ: visi igitur cõsistit in deliberatione contrahendi matrimonium, vt habet, & sentit communis sententia: cæterum hac deficiente procedit opinio Soti, & Sanch. & ideò meritò docuimus cum alijs d. lib. 1. Canonicarum quæstionum, cap. 21. num. 25. quod in promissione ista, ego te volo accipere in meam: si constat de intentione, ipsi standum sit in foro conscientiæ; si verò de ipsa non constet, iudicentur sponsalia de futuro, non verò matrimonium, nisi præcesserint verba matrimonij de præsenti, quia tunc per dicta verba videtur, vel saltem præsumitur ea proferens executionem manifestare.

Deinde, & quarto declaratur prædicta prima, & communis conclusio, vt non procedat, si illis verbis: volo te habêre, vel tenere in vxorem, adderetur dictio, ex nunc: quia tunc esset matrimonium, si hæc fierent coram parocho, & testibus, iuxta formam Concilij Tridentini, ita tenet Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 11. numero 6. & Sanchez vbi supra, numero 28. qui hoc comprobat ex dictis per eum ibidem numero 14. vbi resoluit, beneque probat, in verbis de futuro, quæ significant de præsenti ratione adiuncti, quando iunguntur particulæ illi adiunctæ verbis importantibus executionem: tunc namque manifestum est constituere matrimonium, videlicèt, quando adijciuntur hæc verba, vel dictiones, ex nunc, vel semper, vel omnibus diebus vitæ meæ, vel deinceps, vel posthac, vel ab hoc tempore habebo te, vel tenebo te in vxorem, vel prouidebo tibi sicut vxori, vel tractabo te sicut vxorem, vel eris mihi vxor, ex tex. in capite ex parte, de sponsalibus, & in capite si quis diuinis. 30. quæstione 5. Quia re vera prædicta verba, ita deliberatè prolata, important consensum de præsenti, ex quo etiam præcedens 3. limitatio comprobatur.

10 Secunda conclusio principalis in hac materia verborum dubiorum hæc est: quando verbum volo adiungitur verbo denoranti executionem actus perfecti, & sic matrimonij exercitium, vt, volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem, censetur per prædicta verba matrimonium contractum, quia isti actus præmittunt contractum matrimonij, iuxta communem Doctorum sententiam in dicto capite ex literis, & in dicto capite ex parte, quorum plurimos citat Thomas Sanchez dicto libro 1. disputatione 18. numero 24. vbi in fine dicti numeri 24. inquit, quod hæc sententia est probabilis, nisi secundum Paludanum sint aliquæ coniecturæ, ex quibus colligatur animus contrahendi sola sponsalia, vt quia tunc de illis agebatur: & hanc secundam conclusionem tenet etiam cum alijs Candelab. Aureum septem Sacrament. vbi supra, prima parte de matrimonio, nu. 49.

Nihilominus tamen D. Couarruu. in quarto de sponsalibus, secunda parte, cap. 4. §. 1. num. 4 in versic. sin autem, ibi: quod quamuis, inquit, hoc esse dubium, & non videri verum, diximus etiam dicto lib. 1. Canonicarum quæstionum, cap. 21. sub numero 26. ex rationibus de quibus ibi, nisi cõmunis vsus loquendi id manifestè haberet, vel verba quæ de matrimonio de præsenti habentur, præcesserint: præmaximè si sequeretur statim traductio ad domum, quò magis præsens voluntas contrahentium manifestaretur, adhibitis solemnijs Concil. Trident. Idem nunc probo, & nos sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 25. citans etiam pro eadem sententia Anton. in dicto capite ex literis, *el primero*, numero nono, & Villalob. Beroi in suis communibus opinionibus, litera M. numero 65. & Menoch. de arbitrar. iudic. libro secundo centuria quinta, casu 466. numero 23. & 29. & cum his declarationibus est intelligenda hæc secunda conclusio principalis.

Tertia conclusio communis Canonistarum est, quod per hæc verba: iuro, vel promitto, quod te habebo in vxorem, celebratur matrimonium: sed contraria imò, quod tantùm celebrentur sponsalia de futuro, est verior, probabilior, & tenenda, prout eam tenuerunt antiqui Canonistæ, & est communis sententia Theologorum, vt latissimè examinauimus pro vtraque parte artic. hunc, & ita eum resoluimus d. lib. 1. Ca-

11

nonic. quæstionum, cap. 21. à num. 21. cum sequentibus, vsque ad num. 36. idemq; constat ex Thom. Sanchez vbi supra nu. 16. & 18. vbi quamplurimos alios DD. pro vtraque parte refert, & tãdem nos refert, & sequitur, dicens hanc nostrã sententiã esse probabiliorem, & sibi non placere (prout mihi quoque non placet) moderationem Antonij Cuchi lib. 5. institut. maior. c. 11. nu. 43. nempe esse matrimoniũ, si addatur verbum, promitto: nempe, promitto me habiturum te in vxorem: Placet tamen Thomæ Sanchez limitatio, quam posuimus vbi supra, num. 35. quod sit matrimonium, si loci consuetudo obtineat, 12
vt ea verba, habebo te in vxorem, importent consensum de præsenti, vel si tunc temporis de matrimonio tractabatur; & his verbis prolatis sequatur traductio ad domum.

Tandem, licet prædicta cõmunis opinio Canonistarum vera foret, locum non haberet, vbi spõsalia de futuro præcessissent dicta verba denotantia exequtionem, hoc modo concepto cõtractu: promitto, quod ducam te in vxorem, & tenebo te pro legitima coniuge: tũc namque propter præd. verba præcedentia, quæ sunt futuri temporis restringuntur sequentia in tempus matrimonij contracti, ideſt, cum matrimonium erit contractum, sicque sponsalia de futuro iudicãda sunt: verba namque subiecta ex præcedentibus intelliguntur l. fi. §. cui dulcia, ff. de vino, tritico, oleoq; legat. & in c. sedes de rescript. & in Clem. nõ potest, de procurat. & in terminis ita tenent Hostiens. & Abb. in d. c. ex parte num. 7. & ibi Præpos. nu. 6. Roman. & Alex. quos sequuti sumus d. lib. 1. Canonic. quæstionũ c. 21. num. 36. post Couar. in 4. 2. parte c. 4. §. 1. num. 5. ad fin. eandem sententiam probarunt in d. c. ex parte Ioann. Andreas n. 3. Anton. de Butr. num. 10. Cardinal. n. 5. quæst. 2. Anchar. num. 5. Enrichus num. 4. Alex. de Neuo num. 24. & Speculat. in tit. de sponsal. in principio num. 7. Decius in c. iurauit, notabil. 3. de prob. Greg. Lopez in l. 2. tit. 1. partita 4. in glos. *è prometo*, Menoch. de præsumpt. lib. 3, præsumpt. 3. n. 4. Ludouic. Lopez in 2. parte Instructorij c. 36. de matrim. fol. 1033. Manuel Rodrig. in 1. parte summæ in noua editione, c. 216. num. 6. & alios allegans Thomas Sanchez d. lib. 1. de matrim. disputatione 18. num. 16. itaque hæc est proculdubio verissima, & receptissima sententia, & iuxta mentẽ contrahentium verbis prolata similiter etiam, quando verba præcedentia sunt dubia declarantur per sequẽtia significantia aperte matrimonium, vt non habebo aliã in vxorem, nisi te, & accepto te in vxorem: tunc namque erit matrimonium: ita tenẽt Ioann. Baptist. Seuerin. consil. 86. num. 1. & 2. & Menoch. d. præsumptione 3. nu. 5. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, d. num. 16. ad finem.

Ex quibus deducitur, non esse veram opin. Hostiens. in d. cap. ex parte, & illic Ioann. Andr. num. 3. Anton. de Butr. nu. 10. Anchar. 7. Enrich. num. 5. Alexan. de Neuo 27 Præposit. 8. Angel. in sua summa verb. matrimonium 2. num. 11. Rosel. verb. matrimon. 3. num 6. Sylvest. eodem verb. 2. quæst. 10. dicto 5. Brunel. de sponsal. conclusione 13. numero 1. Villalob. commun. opin. litera M. num. 57. & Anton. Gabriel in 3. tom. cõmun. opin. verb. matrimonium: tenentium per hæc verba, nũquam te derelinquam pro alia, efficere matrimoniũ: non enim præd. verba significant consensum de præsenti, sicut nec illa: non habebo aliam in vxorem, nisi te, vt infrà numero 13. dicemus: vtroque namque casu tota oratio negatiua est, & hunc sensum habet, vt non absolute promittam coniugalem statum electurum, sed si hunc elegero, tecum promitto confracturus matrimonium, seu te habiturum in vxorem: igitur promissio spõsaliorum sub conditione, si coniugalem vitam elegerim, potero tamen continere, atque in celibatu viuere, nec reus ero fractæ promissionis, sicuti in illa promissione: non habebo aliam in vxorem, nisi te; cum Paludan. probant Couar. in 4. de sponsal §. 1. num. 8 vers. ex quibus audacter: & in proprijs terminis, contra præd. priorem, & communem sententiã, de qua nũc agimus, ita consuluit Felix Maleotus, quẽ refert, & sequitur Couar. vbi supra num. 3. ad fin. ibi. hanc etiam consuluit. & Tho. Sanchez n. 19. ad fin. nec cũ securitate audere cõsulere, iuxta communem præfatam sententiam, quæ mihi falsa prorsus videtur, licèt sit communis.

13 Similiter infertur ex superioribus ad decisionem alterius quæstionis, quid inducant in proposito verba illa: non habebo aliam vxorem, vel non ducam aliam, vel aliquam in vxorem, nisi te, vel non erit mihi alia vxor, nisi tu? quæ hic longa serie esset quidem discutienda, nisi hoc fecissemus lib. 1. Canonicarum quæstionum. cap. 21. à sui princ. & per totum. Vnde hic summariè resoluam, vt proprio loco, quæ ibi latè differui, nunc addens, quæ postea viderim per alios decisa.

Tres sunt in hac quæstione opiniones principales, quas ibidem adduxi. Prima haber per præd. verba matrimoniũ de præsenti censeri contractum ex fundamentis, de quib⁹ ibi n. 1. vsq; ad n. 7. inclusiuè. Vbiq; hæc est communis nostrorum sentẽtia, sed num. 8. cum sequentibus vsque ad numerum 11. inclusiuè eam improbauimus: nũc addo alios eandem primam sententiam tenentes, relatos per Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disput. 19. n. 3.

Secunda opinio est per præd. verba, nõ matrimonium, sed sponsalia tantùm de futuro includi, quæ est etiam communis opinio Doctorum secundum Adrian. & alios, quos ibi retuli.

Tertia opinio vera, & tenenda est, atque communis etiam, quod per præd. verba nõ censeatur matrimonium, nec sponsalia de futuro absolutè contracta, sed sub conditione, si coniugalem vitam promittens elegerit, vt tunc cum illa, cui fuit facta huiusmodi promissio contrahere debeat: poterit tamen, si maluerit continere, atque in celibatu viuere, neque ex hoc reus erit fractæ promissionis, quandoquidem virtute illius, illi præcisè matrimonialiter coniugere non tenetur, vt ibidem latè probauimus n. 13. cum pluribus seqq. Hanc etiam sequitur, & probat, nos & alios plures citãs Thomas Sanchez vbi sup. n. 5. præsertim DD. in cap. ex parte, de sponsal. Cepol. consil. 1. in ciuil. Alciat. in l. actione. n. 16. de transactio. Nauar. in Manua. Hispano. cap. 22. n. 25. & lib. 4 consil. in 1. edit. tit. de sponsal. consil. 48. in secunda verò consi. 7. Gregor. Lop. in l. 2. in glos. *prometo* tit. 1. part. 4. & plures alios Theologos. Eãdem sententiã probat, & tenet Octauian. Vulpe. de præposit. aduerbij, & coniunction. significat in dictione, nisi, num. 4. fol. 63. præmaximè attento Concil. Trident. quia consensus in matrimonio certus, nõ dubius, & sub verborum inuolucro, requiritur.

Intelligenda tamẽ est hæc sententia, nisi ex coniecturis appareat, voluisse contrahentes per ea verba matrimonium, vel sponsalia celebrare, veluti si de hoc tunc temporis agebatur, vt tenet Alexand. de Neuo in d. cap. ex parte, num. 31. posi Speculatorem de sponsal in principio num. 3. Gregor. Lopez vbi supra, & nos num. 18. & Thomas Sanchez d. disputatione 19. num. 7.

Secundò, intelligẽda est secund. aliquos, nisi contrahens diceret, nolo aliam nisi te: tunc namque dicunt ipsi esse matrimonium, vt per Speculatorem, & Gregorium Lopez vbi sup. & Brunel. de sponsal conclusione 13. num. 5. in fine. quia æquiualet huic, volo te, & non aliam: sed hoc non est verum, & ita meritò cum Alciat. distinctionem hanc reprobauimus vbi sup. num. 21. secundum Thom. Sanchez d. disputat. 19 num. 6. Quare alij Autores indistinctè in partem negatiuam responderunt. & loquuti sunt, & hæc de dictione, nisi. Sed quid quæso dicendum erit de dictione, quam: nempè: nullam aliam, quam te ducam: & quamuis Sot. in 4. distinct. 29. quæst. 2. art. 3. in versic. de hac autem negatiua, & Bartholom. de Ledesma de matrimonio, dubio 25. in fine, & Petrus de Ledesma sentiant esse æquiuocam locutionem, imò Sotus ait, forsam esse sensum mere negatiuum, vt non ducam aliam, nisi te; verius tamen est, idem importare in hac specie dictionem, quam quod importat dictio, nisi: ita Couarruuias in quarto, secunda parte, cap. quarto, §. 1. numero 7. & nos dicto capite 21. numero 15. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 29. versiculo decimo. Viualdus in Candelabro aureo septem Sacrament. prima parte de sponsal. capite 4. numero 27. qui duo tenent per illa verba, nullam aliam, quam te ducam in vxorem, non constitui sponsalia, nec matrimonium, sed cõstringere sic promittentẽ, casu, quo matrimonium eligat ad ducendã illam, sicut dixim⁹ modò de dictione, nisi: quos refert, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur Thom. Sanch d. lib. 1. disputatione 19. num. 8. idem sentit de vtraque locutione Menoch. lib. 3. præsumptione 3. num. 8. & Marc. Ant. Cuch. lib. 5. instit. maior. tit. 11. num. 44. De dictione, præter, videlicet, nullam ducam præter te: Soto vbi supra probat includi affirmatiuam ducendi hanc, & ita esse sponsalia, sequitur Angles in suis Florib. Theologic. quæstionũ 1. parte, quæst. 2. de matrim. conditione difficultat. 9 folio 1035. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 12. n. 7. & hæc sententia est satis probabilis secund. Thom. Sanchez vbi supra num. 9.

Ego autem, qui tertiam supra dictam opin. principalem probaui in dictione, nisi, non possum cõtrariam hanc de dictione, præter, sequi: quia dictio nisi, idem significat, q̃ dictio, præter, & è conuerso, cur igitur potiùs dicẽdũ est in vna, quã in alia? Sed potius in vtraque, quod non inducatur matrimonium, nec sponsalia, & DD. loquentes in dictione, nisi, hoc tenẽtes idẽ velle credẽdum est in dictione, præter. secundo, hæc eadem sententia in dictione, præter, corroboratur non parum ex decisione tex. in cap. adijcimus 16 quæst. 1. vbi dicitur, statuimus, vt nullus præter Domini sacerdotes audeat prædicare: non tamẽ inde sequitur, posse omnes sacerdotes prę dicare: & in terminis hanc sententiam tenet Enriquez lib. 11. de matrim. c. 13. nu. 4. in fin. quem refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, num. 10. dicens hoc esse probabilius: imo est verius, & tenendum.

14 Illud tandem in hac materia, pro regula obseruandum est, quòd in matrimonijs contrahendis in dubio, quem valorem habeant verba prolata, communis vsus loquendi attẽdedus, & obseruandus est: cap. ex literis. *El primero*, de sponsalib. & ibi cõmuniter DD. & late cum communi probat D. Couar. in 4. de sponsalib. 2. parte c. 4 §. 1. num. 2 & Candelab. aure. 7. sacrament. de matrim. 1. parte, num. 48. & nos alios allegantes lib. 1. Canonic. quæstionũ cap. 21. nu. 3. cum sequentibus, vbi quod etiam attendẽda est loquentium qualitas, & conditio; c. solitæ de maiorit. & obediẽtia, & Anton. Cuchus lib. 5. instit. maio. tit. 15 11. num. 38. Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 18. nu. 4. vbi quod etiam attendendum est, de quo tunc temporis tractabatur, si enim de matrimonio verba dubia censendum est matrimoniũ constituere: etsi de spõsalibus, sponsalia, vt colligitur ex cap. intelligentia de verb. signific. & docent Palud. in 4. distinct. 27. q. 2. art 4 conclusione 5. n. 27. Alphonsus à Veracruce in 1. parte Speculi, art. 17. dubio 2. & generaliter in dubio facienda est interpretatio contra eum, qui potuit apertius suam mentem declarare, argumento l. veteribus 40. ff. de pact. vt si alter ex contrahentibus dicat, se voluisse contrahere sponsalia, & alter oppositum ei credetur, & è contra: præter quam, si is, qui primo verba protulit, dixit verba certa, & clara, sponsalium, vel matrimonij, quia tunc secundum intellectum debent intelligi verba sequentia, quia responsio intelligi debet iuxta interrogationem: l. vt responsum, & ibi communiter Doctores, C. de transaction. l. si defensor. §. qui interrogatus, in fin. ff. de interrogation. actor. ibi: hic enim magis eum puto ad interrogationem respõdisse: ex quo tex, communiter DD. deducunt, & notant, quod responsio ambigua, & generalis declaratur, & restringitur per præcedentem interrogationem, vt late probat Greg. Lopez in l. 26. glos. 1. tit 11. partita 5. & Franciscus Beccius consil. 55. num. 4 lib. 1. & in terminis nostris sponsaliorum, & matrimonij ita tenent Paludan. vbi supra, & Petrus de Ledesma de Matrim quæst. 45. art. 3. dubio 1. conclusione 4. hoc tamen velim intelligas, quando verba sequẽtia sunt æquiuoca, atque dubia, vt præmisimus: secus verò erit, quando essent determinata, & clara, vt cum iudicio obseruauit Alphõs. á Veracruce in 1. parte Speculi coniug. art. 47. dubio 2. quẽ sequitur Thom. Sanchez d. lib 1. disputatione 18. num 4. ad finem: vbi etiam quod in dubio fauendum est fœminis, quia simplicius res tractare solẽt, facilíusque à viris decipiuntur, prout tenent Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 11. num. 6. Bartholom. à Ledesma de matrimonio lib. 9. fol. 1234. & Petrus de Ledesma d. dubio 1.

Et supra d. regula communis deducta ex d. c. ex literis, quę habet, q̃ in matrimonijs contrahendis verba prolata sint intelligenda,

ligenda, secundum communem vsum loquendi procedunt non solum in foro exteriori, in quo loquuti sumus, sed etiam in foro interiori animæ quando de intentione contrahentium constare nequit aliàs, & verba dubia sunt, sic tenent Palud. in 4. distinct. 27. quæst. 1. art. 1. num. 10. & quæstione 2. art. 4 cõclusione 5. Angel. in summa, verb. matrimonium 2. num. 8. Ludo. Lopez in 2. parte Instruct. c. 36. de matrim. fol. 1033. col. 2 quod accipiendum est secund. Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrim. disputatione 18. n. 8. ad fin. quãdo cõtrahẽtes verborum significationem intelligebãt aliàs secus. Nam vbi esset ignorantia, deest voluntas.

16 Sic in dubio, an sit matrimoniũ, necne, in fauorem matrimonij, & pro ipso iudicandum est, non solum in foro exteriori, vt in cap. fi. de sententia, & re iudic. vbi decidit, quod duobus iudicibus ordinarijs diuersas sententias proferentibus, præfertur sententia in fauorem rei, nisi in causa fauorabili matrimonij: quem tex. adducit glos. verb. in liberali, in cap. ex literis deprobat. & ex his hanc doctrinam generalem, nempe, quod in dubio iudicandum sit pro matrimonio tenent, & probant communiter DD. in cap. ex parte, de sponsalib. Cardinal. in cap. fin. de clandest. desponsatione. Abb. in c. final. num. 7. de desponsatione impub. Lapus allegat. 56 num. 14. Alciat. lib. 1. respons. consil. 13. num. 15. Menoch. de præsumpt lib. 3. præsumptione 3. nu. 9. & plures allegans Marc. Ant. Cuchus de instit. maior lib. 5. tit. 11. nu. 156. Mascard. de probatio. conclus. 1027. num. 1. Thom. Sanch. alios allegãs d. lib. 1. disputatione 18. num. 5. Greg. Lopez in l. 18 in glos. *que fue dado por libertad*, tit. 22 partita 3. limitans, nisi sententia esset euidẽter iniqua, ex l. si pater, in fine principij ff. de inofficios. testamento. Sed etiam in foro conscientiæ: quod probatur, quia in vinculo matrimonij non est aliquod discrimẽ inter iudicium exterius, & inte- 17
rius; siquidem matrimonium, quod validum est in conscientiæ iudicio, erit etiam firmum in foro exteriori. Rursus, quod nullum est in interiori foro animæ, minime valebit in exteriori, tametsi iudex, qui per exteriora signa iudicare debet, pronuncier illud esse matrimonium, quod verum non est: tex. recte expensa in c. tua nos de sponsal. Paluda in 4. distinct. 27. q. 2. art. 5. in vtroque namque iudicio id agitur, an matrimonium probetur, ideſt, an consensus coniugalis fuerit præstitus: sed tantum versatur differentia in cognoscendi modo; in foro namque conscientiæ statur confessioni propriæ, etiam in requirẽtibus mille testes: in exteriori verò, non creditur ipsi confitenti in causa propria, sed testibus, aliisque legitimis documentis: in substantia igitur nullum est discrimẽ inter vtrumque forum, licèt maxime differant in modo cognoscendi de qualibet re, quæ in controuersia versatur, & ita est intelligenda Doctorũ interpretatio, quæ habet tex. in d. c. tua nos in 1. parte, le qui in foro iudiciali, in secunda vero in foro conscientiæ, quam ibi probant Abb. col. 1. & in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. & est communis hic sensus, vt alios referens affirmat D. Couar. in 4. 2. parte c. 2. nu. 2. & prius in 1. parte c. 4 §. 1. num. 9 versic. ego vero, & Greg. Lopez in l. 3. tit. 1. partita 4 in glos. *con ella*: Menoch. lib. 3. præsumptione 1. num. 30. vbi dicunt, & docent, dubitantem de consensu, & quo affectu accesserit ad sponsam, compellendũ esse in vtroque foro ad matrimonium, & in vtroque foro præsumi habuisse consensum, reiecta quadam Syluestri distinctione, verb. matrimoniũ 2. quæst. 15. nisi post tale dubium contraxisset cum alia, tunc enim secundum ipsos præferri debet posterius matrimonium certum priori dubio: sequitur Thom. Sanch vbi supra n. 6.

Quidquid Enriquez lib. 11. de matrimonio ca. 13. num. 4. in fine dicat, nẽpe, quod licèt in dubio an matrimonium sit, necne? in foro exteriori sit pro matrimonio iudicandum, attamen in foro conscientiæ nemo in dubio teneror ad onus matrimonij: non enim hoc est verum, sed quod prædiximus.

Si tamen de intentione contrahentium constet, illi standum est in foro conscientiæ, licèt verba sint dubia; intelligentia nãque dictorum ex causis est assumenda, dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus, vt in cap. intelligentia. 6. de verb. significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 Hinc Hostiens. in c. ex parte in princip. & ibi Enrichus nu. 1. de sponsal. Angel. in summa verb. matrimonium 2. num. 13. Syluest. verb. matrimonium 2. quæst. 10. dicto 6. & Nauar. in Manual. Latin. c. 22. num. 79. inferunt, non esse, quo ad forum conscientiæ, curandum de verbis externe prolatis, quando de intentione contrahentium constat: addunt Angel. & Syluest. vbi supra, & Nauar. num. 80. adeò hoc verum esse, vt si intendant cõtrahere de præsenti esset verum matrimonium, quamuis verba sonent de futuro, quorum hæc est veramens, & intentio, quod si desit intentio, & consensus internus, qualiacunque sint verba, nulla sponsalium, aut matrimonij oritur obligatio: & è contra, si adsit intentio se obligadi vinculo matrimonij, aut sponsalium, eaque manifestetur alteri aliquo signo exteriori, ita, vt ambo contrahentes intelligant, se mutuo per illa verba velle contrahere matrimoniũ, vel spõsalia, sufficiunt qualiacunque verba: cum enim de ratione matrimonij, vel sponsalium non sint expressa verba, sed verba, vel signa, satis est, si verbis id significantibus, vel si verba id non significent, signo externo, sibi mutuo animum indicent: ita in terminis declarat, & tenet Thomas Sanchez, d. disputatione 18. num. 2. dicens, ob hoc, optime Sotum in 4. distinct. 27. q. 2. articul. 1. post secundam conclusionem, vers. quod si: & Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 8. prope fin. & Palatio Concanonicum nostrum quondam, iam vita functum distinct. 27. disputatione 1. folio 571. col. 2. asserere, quod licèt cõsensus contrahentium sit de præsenti, si non sibi mutuo per verba de præsenti explicent, sed per verba de futuro, non sit matrimoniũ: quod etiam dixit Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 45. art. 3. dubio 2. ad 7. pag. 157. & sequenti, vbi etiam, quod si contrahentes velint contrahere, & intelligant se velle matrimonium inire, quomodocũque explicetur consensus, & per quæcunque verba est verum matrimonium.

Quod si de intentione contrahentium constare nequit, & res dubia sit, iudicandum est in vtroque foro, iuxta communẽ verborum intelligentiam; sed si hæc non adsit, sed dubium omnino sit, in tali dubio pro matrimonio est iudicandum in vtroque foro, vt prædiximus.

19 Quod adeò procedit, vt opinio singularis alicuius Doctoris celebris matrimonium sustinentis præferri debeat opinioni plurium impugnantium, nisi textui aperto innitantur, iuxta doctrinam Hostiens. in Summa de cognatione spirituali super verb. aliter. DD. in rubrica de sponsalib. Barbat. consil. 6. num. 2. volum 1. Anto. Gabriel tom. 2. commun. opinionum, fol. 95. col. 1. in vers. opinio huius Doctoris, ex Menoch. plures referens lib. 2 præsumptione 71. num. 30. cum seqq. Anton. Cuchus lib. 5 institut. maiorum, tit. 11. n. 157. Nauar. in Manual. Latin. cap. 27. nu. 287. sequitur alios allegans Thomas Sanchez, d. lib. 1. de matrim. disputatione 18. nu. 7. vbi veram esse intelligit cum alijs, dummodo illa opinio singularis probabili rationi innitatur.

Sed non esse veram hanc sententiam probat Decius in cap. 1. num. 31. de constitu. dicens, quod communis sententia Doctorum contra matrimonium, testamentum, & cæteras causas fauorabiles præferatur, & sequenda sit, opinioni singularis vnius Doctoris contrariæ, non enim fauore matrimonij, vel alterius similis causæ videtur recedendum à communi opinione, quia sic fauorabilis causæ debitores sumus, quod alijs iniustitia non fiat, c. ex tenore de foro competent. & in c. final. de donat. inter virum, & vxor. Pro quo facit etiã l. si pater in fine princip. ff. de inoffic. testam. ibi, nisi aperte iudices inique, secundum hæredem scriptum pronũtiasse apparebit: quare merito hanc opin. tenet idem Barbat. consil. 3. scribit præclare columna penulti. vers. nec obstat, volumine 1. vbi intelligit superiorem opin. nisi opinio verior, & probabilior esset in contrarium, quia tunc non deberet iudicari pro matrimonio, ex d. l. si pater: addens, quod hoc sequitur omnis prudentia iuris, quem refert, & sequitur aduersus priorẽ sententiam Decius vbi supra, & Alciat. lib. 3. Paradoxorum c. 7. nu. 3. & 4. & in reg. 1. præsumptione 40. num. 2. Auiles in c. 1. Prætor. in glos. *fiel*, num. 15. ibi, item limitatur, & Cotta in 2. parte memorab. iuris in

in verb. nuptiarum causa, & Ioan. Orosc. in l. 1 num. 17. ff. de officio quæstor. vbi retenta hac opinione, quærit quod ergo erit, testamenti, matrimonij priuilegium? Et respondet, id esse, vt si variæ opiniones, si res dubia sit melius, is faciat, qui pro testamento, & matrimonio pronunciat; non tamen opinio singularis vnius, vel alterius Doctoris in fauorem testamenti contra communem sequenda est, quando constat clare, quod communis opinio est contra matrimonium, vel quod opinio singularis esset notorie falsa, vt constat ex Decio, & reliquis modo citatis, & tenet plures allegans cõtra priores Ioan. Neuizant. in sua Sylua nuptial. lib. 5. num. 73. & Menoch. vbi supra num. 31. hanc etiam sententiam contra priorem sequutus sum in repetitione l. vnic. num. 21. C. quando non petent. part. & verior mihi, & tenenda proculdubio nunc quoque videtur, præcipuè cum etiam sit tantorum virorum iudicio probata; magna est enim authoritas cõmunis opinionis in iudicando, & consulendo, & ideo tenenda, & sequenda est, vt latissime probat Neuizant. vbi supra d. lib. 5. num. 1. cum pluribus sequentibus, vbi pluribus modis eam ampliat, & limitat: & tamen nostrã in proprijs terminis opinionẽ sup. vt vidimus tenet, & probat etiã in causa matrimoniali post Decium, vbi supra, num. 28. cum sequentibus, & tradit Auiles etiam d. num. 15.

SVMMARIVM Cap. IIII.

1 *Sponsalia de futuro post Sacrum Concilium Tridẽtinum, an obligent, eius solennitate non obseruata? & numeris sequentibus.*

2 *Sponsalia de futuro clandestina sunt omnino licita ex se, absque culpa.*

3 *Sponsalia de futuro sunt valida, licet cõtrahentes dispares sint valde genere, vel diuitijs, dummodo contrahens conscius sit conditionis alterius contrahentis: nisi scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeretur, vt in num. 4.*

5 *Promissio interna tantum homini facta nõ obligat, secluso iuris positiui dispositione: attẽto solo iure naturali, vt hic.*

6 *Promissio Deo facta matrimonij contrahendi ex se, nisi aliys vestiatur circunstantijs, inualida est.*

7 *Votum firmissimo animo emissum profitendi religionem ante matrimonium consummatum, an validum sit?*

8 *An liceat habenti votum castitatis, vel religionis contrahere matrimonium animo firmissimo ingrediendi religionem ante matrimonij consummationem?*

8 *Votum matrimonij, quando ea ratione fit, quod vouens se fragilem, & frequenter carnis tentationibus succumbentem speretur, an obliget?*

9 *Votum matrimonij, quando fit in honorem Dei, & causa pietatis, an validum sit?*

CAPITVLVM IIII.

An spõsalia de futuro post Sacrum Concilium Tridentinum celebrata obligent, eius solennitate non obseruata.

1 HANC quæstionem latissime examinauimus in nostro tractatu de Iuramento confirmat. 1. parte cap. 51. num. 3. cum plurimis sequẽtibus, vbi neruose probauimus, Sacrum Concilium ea nõ prohibere, nec in ipsis loqui, sed tantum in matrimonio clandestino de præsenti, ac proinde sponsalia de futuro tam iure communi, quam post Concilium valida esse, præcipue iurata, & compellendos esse contrahentes ea obseruare, & adimplere censuris Ecclesiasticis, & ita practicari communiter resoluimus, tametsi moderata coercitione vtendum in hoc sit: excipiuntur casus de quibus ibi.

Superuenit Ioan. de Segura, qui in suo Directorio iudic. Eccles. in 2. parte c. 15. num. 6. & 7. cum sequẽtibus nostrã præd. sententiam improbat, & firmiter, inquit, esse tenendum ac asserendum, post Concil.

cil. Triden. iudicem minime compellere debere, sic de futuro matrimonium contrahere promittentes adimplementum promissionis, sed statim sine lite, & eius strepitu esse faciendam monitionem à iudice, de qua in c. requisiuit de spõsal. quod sici non obtemperetur, compulsionem cessare; discretique iudicis esse post Concil. Tridenti. desistere prorsus à coactione, hæc & alia asserit præfatus Modernus iuri, rationique, necnon, & praxi quotidianæ omnium tribunalium Ecclesiasticorũ contraria, & ideo merito eum postea improbauimus lib. 1. Canõnic. quæstionum cap. 18. post num. 10. ad fin.

Sed quo magis eius temeritas, & audacia conuincatur, referam nunc quamplurimos grauissimos Autores præter à nobis priori loco citatos, qui nostram sententiam expresse profitentur, & sequũtur tanquam verisimam, ex quibus apparet satis, esse communem, & magis communiter receptam, & verisimam, ac proinde proculdubio tenendam tam in puncto iuris, quam in iudicando, & consulendo, prout etiam quotidie tenetur, & iuxta eam in praxi ante nostra scripta, & postea prout ab hinc quadraginta annis, & plus sæpissime vidimus iudicata, reiecta opinione cõtraria Seguræ, necnõ, & Albornoz, de arte contract. lib. 4. tit. 1. & Matiençó, in rubrica tit. 1. glos. 1. n. 45. in princip. & n. 50. in fin. lib. 5. nouæ collect. reg. qui aliud inique etiam senserunt.

Nostram autem sententiam tenent Nauar. in Manual. Latin. cap. 25. num. 144. & lib. 3. consili. in 1. editione, tit. de voto, consil 6. num. 3. & lib. 4 tit. de consanguin. cõsil. 3. num. 7. in 2. vero editione eodem tit. de voto consil. 3. num. 3. & lib. 5. tit. de raptor. consil. 4. num. 3. vers. 5. & Didac. Perez in l. 1. tit. 1. fol. 39. col. 1. vers. contrariũ lib. 5. ordinam. vbi inquit, quod in pluribus causis ita per iudices ordinarios iudicatur, prout pluries vidit D. Spino in suo Specul. testam. glos. 15. num. 79. & 80. Salzed. in addition. ad practic. crimin. Canonic. Bernardi Diaz, cap. 73. vers. 9. Mendoça de pact. lib. 1. cap. 4. num. 62. Azeued. in l. 1. num. 14. cum sequentibus tit. 1. lib. 5. nouæ collect. reg. Galleg. de cognatione spiritual. c. 13. Alphonsi. à Veracruce in appẽdic. ad Specul. coniug. dubio 9. Cels. in summa casuum reseruat. casu 19. Palati. in 4. sentent. distinct. 40. quæst. vltim. in fine. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 5. nu. 8. Ludouic. Lopez in 1. parte Instruct. cap. 85. in fine: & in secunda parte in materia de matrim. cap. 37. pag. 1041. col. 1. & cap. 39. pag. 1061. col. 1. Bartholom. de Ledes. de matrimonio dubio 8. pag. 1229. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 5. circa secundum punctum dubio 4. fol. 180. col. 2. in fin. & in Summa de sacramento matrim. cap. 3. fol. 31. col. 2. in 4. concluf. vbi quod sponsalia obligant ad contrahendum matrimonium sub pœna peccati mortalis, & quod hoc docent omnes Theologi, & Iuristæ: Manuel Rodriguez in sua summa 1. tom. in 2. editione, cap. 244. num. 10. Candelabrum Aureũ 7. sacrament. 1. parte cap. 4. de sponsal. num. 28. & cap. 5. num. 47. & Vega lib. 6. suæ summæ casu 104 & nouissime nos & præd. referens eandem sententiam sequitur, probat atque defendit respondens cõtrarijs, & à nobis in priori loco fundamenta huius sententiæ mutuo accipiens Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disputatione 12. num. 2. cum sequentibus, sicque est declaratum ab Illustrissimis Cardinalibus, vt post nos aliqui ex supra citatis referunt, & plures declarationes Cardinal. idẽ dicentes refert, & congerit Farinat. in 4. parte declarat. Cardinal. super cap. 1. in Decret. de reformatione matrim. session. 24. Cõcil. Trident. addit, & bene Petrus de Ledesma vbi supra in d. Summa tit. del sacramento del matrimonio fol. 33. col. 1. & 2. quod iudices regulariter, & communiter debent compellere eos, qui sponsalia de futuro contraxerunt, vt promissionem adimpleant, alias peccant contra iustitiam, & quod in hoc conueniunt omnes DD.

Vnde male distinguit Motius de contractib. tit. de sponsalib. sub rubrica de naturalibus sponsaliorum cap. incip. capio. &c. nu. 1. fol. 169. col. 3. in princip. & sub rubric. quæ actio detur pro sponsalib. fol. 170. in princip. dicens, quod licèt sponsalia obligent sub mortali, in foro tamen contentiosos, qui sponsalia contraxerunt non compeiluntur matrimonium contrahere, quo-

quoniam matrimonia debent esse libera, cum matrimonia coacta malum exitum habere soleant, limitat tamen hoc posterius fauore publici boni, quia tunc cõtrahens sponsalia per censuram Ecclesiasticã esset compellendus ad matrimonium contrahendum, quia iudici obedire tenetur, verbi gratia, quando publicum bonum futurum operatur, vt est alicuius regni conuersio ad fidem, vt notauit Ioseph. Angl. quem citat: veritas nãque est, in vtroque foro regulariter etiam semoto bono communi, & à fortiori cum eo contrahentes sponsalia de futuro compellendos esse ad matrimonium contrahendum, & sic ad fidem, & promissionem adimplendam cum effectu, vt satis superque probatum remanet.

2 Ex quibus aperte deducitur præd. sponsalia de futuro clandestina esse omnino licita ex se absque culpa, vt in terminis verius tenent, & probant Veracruz, vbi supra d. dubio 9. fol. 44. § ad dubium, & Ludouic. Lopez in secũda parte Instructor. in materia de matrimon. cap. 37. fol. 1041. col. 2. & Salzed. vbi supra d. c. 73. versic. 9. & § ex quibus, & Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 45. art. 5. circa secundum punctũ, dubio 4. vbi refert responsum Cardinal. huiusmodi: præceptum Cõcilij Tridentini, quod matrimonium celebretur coram parocho, & testibus nõ extenditur ad sponsalia: & dicit esse peccatũ mortale ea non adimplere: quod etiam cõtra alios bene probat Thomas Sanch. d. lib. 1. de matrim. disputatione 13. num. 1. & 2.

3 Imo etiam valida sunt sponsalia præd. de futuro, licèt contrahentes dispares sint valde genere, vel diuitijs, dummodo contrahens conscius sit conditionis alterius cõtrahentis, quia tunc videtur velle cedere iuri suo, & excessus donationem facere, ita tenet Alphons. à Vera Cruce in tertia parte sui Specul. coniug. art. 19. concluf. 2. Cordoua lib. 1. sui quæstionar. quæst. 13. dicto 1. & Molina Theolog. de Iustitia, & iur. tom. 2 disputatione 271. fol. 1113. dicẽs, quod quamuis puella nobilis, & viuẽs male faciat contrahendo sponsalia contra patris voluntatem, cum ignobili, aut paupere, eo quod exequtio esse nequeat sine alio rum scandalis, & ipsius puellæ dedecore, & ita prodigi, & cum peccato promiserit, tenetur tamen, & quod nemo auderet affirmare oppositum, eo quod sit contra Ecclesiæ praxim, huiusmodi fidem seruare cogentis, quem refert & sequitur Tho. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 14. num. 2. tametsi Nauar. in Manual c. 16. numero 18. contrariũ teneat, quãdo inæqualitas est magna, sed potest eius opinio saluari, vt infra statim dicemus in casu sequenti.

4 Superior tamen sententia affirmatiua limitanda est, nisi scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeretur. Nam virtus iustitiæ obligare non potest ad actum, qui sine peccato adimpleri non potest: sed contrahere matrimonium cum magno illo scandalo est aperte lethalis culpa, quia notabiliter charitas proximi lædi tur, diffoluitur parentum pietas, & cognatorum amicitia: ergo, &c.

Hoc idem probatur, aut saltẽ colligitur ex tex. in c. cum in tua de sponsal. ibi. de fama, vel scandalo: vbi glos. verb. scandalo Abbas num. 4. Alex. de Neuo num 6. Præpos. num. 2. dicentes, quod quando vehementer scandalum timetur ex matrimonij contractu inter contrahentes consanguineos, potest, & debet iudex interdicere matrimonium, ita etiam tenet Abb. in c. requisiuit num. 4. de sponsal. quod Ecclesia non debet compellere implere sponsalia, quoties rixæ inter parentes contrahentiũ probabiliter timentur, & melius hoc expresse tenent, & docent Felin consil. 26. num. 21. & Nauar. d. c. 16 num. 18. Menoch. consil. 1. num. 44. & 66. volumine 1. & Cordou. d. quæst. 13. paulo post princip. & nos lib. 1. Canonic. quæstionũ cap. 20. & 23. Capua lib. 2. decis. 78. num. 3. Ludouic. Lopez in 1. parte Instructor. cap. 76. in 2. editione, fol. 189. col. 2. loquuti sumus, quãuis sequuta sit virginis defloratio sub spe matrimonij futuri, quod quidem verũ est propter præcedẽtem rationẽ secund. Thom. Sanch. d. lib. 1 disputatione 14. n. 3. vbi etiam, quod idem dicendum est, licèt nulla sit inter contrahentes disparitas secund. Ludouic. Lopez vbi supra. Sed quod cautè hoc scandalum est considerandum, quia non sufficit quodcunque, cum sæpe

vanæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vanæ minæ iactentur, terroresq; opponuntur, & discordiarum pericula intentantur, quæ tamen experientia teste, vbi defuerit ille impetus, & matrimonium celebratur, & in nihilum recidũt, facileque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas: idem probat, quoties est timor probabilis pessimi exitus, vt odij capitalis inter ipsos contrahentes secund. Menoch. vbi supra d.num 66. & nos num. 23.

Hinc inquit Sanchez vbi supra num. 4. quod nos docemus d.num. 23. nempe posse patrem impedire sponsalia filij contra eius voluntatem inita: esse intelligendum, quando scandalum dictum probabiliter timeretur, aliàs secus: sed nos vbi supra d.n. 23. & à num. 17. cum sequentibus loquuti recte sumus, quando scilicet ex huiusmodi matrimonio filij cum indigna contrahẽtis summa discordia, & odium inter patrẽ, & filium induci posset, quod sufficit, siquidem ex hoc scandalum probabiliter timeri potest.

5 Quamuis autem superiora vera sint, promissio tamen interna tantum homini facta, non obligat, secluſa iuris positiui dispositione, attento solo iure naturali, nempe, si mente aliquis se obliget, nõ vero per modum voti, sed fœminæ adducendã illã in vxorem. Ita tenet D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 1. in corpore, & in 4. distinct. 38. quæst. 1. art. 1. quæstiuncula prima, Abulens. cap. 30. Num. quæst. 44. Angles in suis Florib. Theologic. quæstionum 2. parte, in quæstione de voto, art. 2. in 4. difficultate, est communis sententia Iurisprudentium secund. Magistrum Aragõ super Thom. vbi supra art. 3. fol. 992. in vers. dico: & in vers. de eadem simplici: & nos lib. 2. Canon. quæstionum ca. 22. num. 4. Mercad. lib. 6. de contract. cap. 16. §. *en todos estos*. Garsiam de contract. 1. parte cap. 3. fol. 41. Ludou. Lopez 1. parte Instructor. in 2. editione cap. 177. § ad quæstionem existimo. Cordoua in sua Summa quæstione 133. Enriquez lib. 13. de excommunicat. ca. 17. num. 5. in commento litera. I. Manuel Rodriguez 1. tomo suæ Summæ in 2. editione cap. 95. statim in princip. & dicit esse probabilem Molina Theolog. in 2. tomo de Iustitia, & Iur. tractatu 2. disputat. 266. & huic adhęret Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputatione 3. num. 5. alios allegans, quamuis num. 4. in fine asserat, contrariam esse satis probabilem, quam tenuerunt Ledesm. in secundam partem 4. quæstione 18. art. 1. dubio 13. & Palacios lib. 5. de contract. lib. cap. 11. §. Porro vt meam. Mendoça lib. 1. de pactis cap. 4. num. 8. & in eam magis inclinant Soto, Angles, & Aragon, necnon, & Molina vbi supra. Sed prima negatiua est verior communis, & tenenda, vt patet ex supra dictis.

6 Promissio autem Deo facta matrimonij cõtrahendi ex se, nisi alijs vestiatur circunstantijs inualida est, impedit enim cœlibatum, qui dignior est matrimonio, vt definitur à sacro Concil. Trid. sessione 24. Cano. 10. inquit enim: Si quis dixerit, statũ coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius, ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam iungi matrimonio, anathema sit: votũ enim est promissio melioris boni, secũd. Thom. per omnes receptũ 2. 2. quæst. 88. art. 2. in corpore in fin. vt docuimus lib. 2. Canonic. quæstionum cap. 22. num. 1. quod optime probat Aragon de Iustitia, & Iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 88. de voto, ar. 2. pag. 682. col. 1. obligabit tamen huiusmodi votum contrahendi matrimonij eo casu, quo matrimonium esset in præcepto, vt, si vouens defloruerit virginem fide data de matrimonio; quia tunc præstãtius est matrimonium, quia est in præcepto: item quando ex eo matrimonio sperarerur vtilitas maxima totius reipublicæ: vt pax inter Principes Christianos, bellorũque sedatio, vel copiosa infidelium conuersio; tunc namque vtilius esset ad Dei honorem matrimonio copulari, vt docet Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 4. num. 1. vbi alia adducit in proposito.

7 Dubitari tamen contingit, an votũ firmissimo animo emissum profitẽdi religionem, ante matrimonij consummationem validum sit? Et valere votum matrimonij si vtrinque votum castitatis emissum sit, vt contigit in matrimonio Beatæ MARIAE Virginis, probat Dominicus à Soto lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæst. 1. art. 3. in vers. sed ais saltem licere: quia hoc votum est de re bona, vt de sacramento, ciusque gratia recipiendi, & quia non præcludit viam ad maius bonum, cum ante matrimonij consummationem possit vouens ingredi religionem, idque in animo habeat.

Cæterum notum est, validũ esse id votũ, si esset aliqua particularis ratio ob quã ad Dei honorem id matrimonium expediret, vt euenit in matrimonio Beatissimæ Virginis MARIAE.

Secluso tamen hoc casu nullo modo esset validum, vt docet Magister Aragon, vbi supra, & probat ex professo Thom. Sanchez vbi supra, num 2. cui opitulatur alia ratio, nempe, quod eo animo contrahens illudere videtur sacramento, & notabilem iniuriam infert puellæ, nam cogit ipsam absque nuptijs esse, donec ipse profiteatur: etsi egrediatur, esse vxorem mõnachi cum suo dedecore; & eo professo, nõ ita facile alij nuber, & suspitionis nota non leui afficietur: existimabunt enim multi eam desertam esse ob aliquod vitium: decipit etiam in re graui puellam, nulla enim hoc animo cognito ei nuberet: insuper, priuat eam interim redditione debiti, si ab ea petatur: & præterea exponitur, sic contrahens manifestissimo periculo mutandi animum, & sic violandi votum.

An autem liceat habenti votum castitatis, vel religionis contrahere matrimonium animo firmissimo ingrediendi religionem, ante matrimonij consummationem, dicemus 1. cap.

8 Addit præterea Sot. vbi supra vers. cõtra hanc autem, quem sequitur Aragon etiam vbi supra col. 2. §. sed restat nunc, & alij Moderni, non obligare etiam votum matrimonij, quando ea ratione fit, quod vouens se fragilem, & frequenter carnis tentationibus succumbentem speretur. Contraria tamen sententia in hoc est verior, & tenenda, imo quod huiusmodi votum obliget ad ducendam vxorem, vt late eam probant, & tenent Caietan. in 2. 2. q. 88. art. 2. dubio vltim. Nauar. in suo Manual. Latin. cap. 12. num 43. in fin. Bellarmin. lib. 2. de monach. cap. 14. Angles in suis Florib. Theologic. quæstionum 2. p. quæst. 1. de voto art. 1. difficult. 12. Ludouic. Lopez in 1. parte Instructor. cap 44. §. votum absolute. Phisiarc. de officio Sacerdot. 1. tomo parte 2. lib. 3. cap. 17. Enriquez lib. 11. de matrim. cap 6. num. 5. Molin. Theolog. 1. tomo de Iustitia, & Iur. tractatu 2. disputatione 149. §. verum enim vero. Manuel Rodriguez in sua Summa 2. tom. cap. 94. num. 14. quos refert, & sequitur dicens quod eam tenent communiter Iuniores docti Tho. Sach. d. lib. 1. disputatione 4. n. 7. vbi n. 8. respondet fundamentis contrariæ sententiæ: hæc igitur secunda est magis communiter recepta & verior.

9 An autẽ validum sit votti matrimonij, quando fit in honorem Dei, & causa pietatis late agit pro, & contra Sanchez, vbi supra, num. 9. cum sequentibus, & tandem resoluit non valere, nisi fiat sub conditione, videlicet, si ducturus sum vxorem, ducam pauperem.

SVMMARIVM Cap. V.

1 *Acceptatio sponsalium an sufficiat absque repromissione? & numeris sequentibus.*

2 *Tacens videtur consentire quantum est in sui fauorem, non vero in ipsius præiudicium.*

3 *Is, qui fidem dedit alteri acceptanti de contrahendo matrimonium, obligatur ad id contrahendum, non quidẽ sponsalium vi, cum nulla sint, sed vi simplicis promissionis acceptatæ: nisi alter post acceptationem diu distulerit repromissionem, & matrimonium perficere, vt in num. 4. & quid si promissor tempus ad complendam suam fidem adiecerit? num. 5.*

6 *Sponsalium repromissio mutua, etiam gratis facta, est obligatoria.*

7 *An promissio simplex matrimonij non mutua, ab altero tamẽ acceptata absque repromissione, obliget sub culpa lethali, an vero venali tantum? & numeris sequentibus, vbi late probatur pluribus fundamentis, quod obliget sub culpa mortali: & num. 10. quod hoc intelligatur modo, quis vere promiserit, cum animo se obligandi secus si facta sit promissio, vt hic secundo intelligitur modo exprimatur in promissione, causa ipsius promissionis, vt in num. 11. intelligitur tamen hoc, vt in num. 12. tertio intelligitur prin-*

Universidad de Deusto Biblioteca

principalis sentẽtia præd. nisi res sint notabiliter mutatæ, vt in num. 13.

14 *Quæ sit materia grauis in promissione simplici, vt eius violatio sit mortalis culpa?*

15 *Promittens generaliter vnam sacram cum animo se obligandi, si id omittat an delinquat mortaliter, necne? distinguitur, num. 16.*

CAPITVLVM V.

An sufficiat acceptatio sponsalium absq; repromissione, vt vterque contrahens remaneat obligatus.

1 PARTEM affirmatiuã in hac quæstione tenẽt Palud. in 4. distinctione 27 quæst. 1. art. 1. num. 4. Alphonsus à Veracruce in appendic. ad Specul. coniug. dubio 9 ad secundum fol. 44 & videntur tenere D. Anton. Archiepiscopus Florẽtin. in 3 parte suæ Summæ tit. 1. cap. 18. in princip. Summa Rosela verbo sponsalia nu. 1. & Sylvest. eodem verb. in princip. dum dicunt, esse spõsalia, si alter se acceptare ostenderit à contrario sensu: & Summa Tabiena verb. sponsalia quæstione 3. nu. 4. in fine, & Nauar. in Manual. Hispan. ca. 22. nu 22. dum asserit, non esse sponsalia, si altero promittẽte, alter minime acceptat.

Hæc tamen sententia, quamuis vera sit, quatenus habet ex parte promittentis esse sponsalium fauorem acceptantis, ita vt is promittens compelli possit adimplendam præd. promissionem: attamen, quatenus dicit acceptantem remanere itidem obligatum ad idem absque alia repromissione, vera quidem non est, nec tenenda, sed potius contraria: imo quod requiratur mutua promissio ad hoc, vt vterque maneat obligatus. Quod primo probatur, quia in dubio obligatio inducenda non est quoties ipsa non intercedit, cum sit contra possessionem voluntatis suam libertatem possidentis, sed acceptans tantum promissionem, hoc solum facit in sui fauorem, nec se vicissim idem facere adiecit, ergo non remanet obligatus, quod ex eo verisimũ efficitur.

Quod tacens videtur consentire, quantum est in sui fauorem, non tamen in sui præiudicium glos. iuncta tex. in reg. qui tacet de regul. iur. in 6. Innocent. in cap. in Genesi, de electione, num. 8. Abb. num. 1. Felin. nu. 19. in cap. nonne de præsumpt. Couar. in practic. quæstionibus ca. 15. n. 5. late Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 42. num. 4. Patian. lib. 1. de probat. cap 30. num. 4. vnde taciturnitas nõ est sufficiens consensus signum ad obligandum personam, iuxta glos. in l. filius famil. 8. verbo non probatur de procurat. Dyn. in d. reg. qui tacet Patian. d. lib. 1. cap. 29. num. 15. ergo similiter acceptans promissionẽ, censetur solum acceptare in quantum est in sui fauorem, vt promittens maneat sibi obligatus, non autẽ in sui præiudicium, vt ipse obligetur. Secundo idem probatur, quia obligatio est onus, & iuris vinculum, hoc autem absque promissione, vel repromissione expressa, aut saltem tacita ex signis æquipollentibus expresse non inducitur, præsertim, cum sit stricti iuris, l. quicquid astringẽdæ cum similium, ff. de verb. oblig. ergo, &c. Tertio, quia nullus cõtractus fit, nec celebratur sine cõsensu vtriusque partis, vt patet ex titulo institu. de obligat ex cõsensu, vel quasi, &c. Sed acceptans promissionem alterius, minime se obligat, ergo obligatus non remanet: hinc l. Regia secunda tit. 16. lib. 5. nouæ collect. Regiæ requirit ad hoc, quod quis remaneat obligatus, vt constet, *que alguno se quiso obligar à otro por promission, ò por algun contracto, ò en otra manera*, vt ibidem cauetur, in nostro autem casu hoc non apparet, sed tantum de acceptatione in sui fauorem promissionis alterius, igitur acceptans non remanet obligatus, si de alio nõ constet.

Quarto, quia contra eum, qui potuit legem apertius dicere, & nõ dixit est faciẽda interpretatio, vt in l. veteribus ff. de pact. cum simil. sed hoc promittens potuit apertius dicere exposcendo repromissionem alterius, & non fecit: ergo sibi imputet.

Quinto, & vltimo huic sententiæ fauet practica communis, quæ vtriusque contrahentium mutuam promissionem requirit, atque desiderat, ergo, &c.

Nec obstat si in contrarium replices ex sola acceptatione promissionis sponsalium resultare tacitam repromissionem, quæ sufficit, quia taciti, & expressi idem est iudicium, l. cum quid, cum simil. ff. si cert. pet. non enim potest verificari acceptatio in hac specie, quin etiã videatur ex vtraque parte contracta sponsalia: nam respondemus, quod acceptatio præd. potest sumi de per se solum, absque tacita, nec virtuali repromissione; in hunc videlicet sensum, si acceptans voluerit alteri promittenti ei matrimonialiter consentire, & sic in fauorem tantum acceptantis, non vero, quod ipse acceptans videatur ex hoc solo obligatus ad contrahendum matrimonium, ita vt ad hoc absque ipsius consensu inuitus compelli possit, & sic in sui fauorem, cum in hac specie fauor separari possit ab odio, & sic à præiudicio.

Quibus fundamẽtis merito hæc secũda pars verior efficitur, quã tenent Dominicus à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione quarta, articulo primo, post primã conclusionem verficul. in contrarium tamen, & Ludouicus Lopez in secundo tomo Instructor. in materia de matrimonio capit. 36. folio 1032. §. præterea quoniam, & Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 43. articulo 1. dubio §. in hac difficultate, versic. sit conclusio, in solutione ad 6. & voluit idem Author in summa de Sacramento matrimon. pagina 30. columna 1. in versic *lo segundo*, & Thom. Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 5. num. 5.

3 Ex qua verisima, & tenenda sententia deducitur, eum, qui fidem dedit alteri acceptanti tantum de contrahendo matrimonio, obligari ad id contrahendum, non quidem sponsalium vi, cum nulla sint, sed vi simplicis promissionis acceptatæ: ita tenet Guillierm. quem refert, & sequitur Diuus Antoninus Archiepiscopus Florentin. in tertia parte suæ summæ tit. 1. capit. 18. in princip. versic. nota ergo, Summistæ verbo sponsalia, nempe Tabien. quæstione 3. numero 4. in fine, Armill. numero 3. Soto in 4. distinctione 27 quæstione 2. articulo 1. post primam concluf. versic. in contrarium, Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 25. in princip. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 8. §. annotare oportet hic primum: Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. in materia de matrim. cap. 36. folio 1031. §. perpendendum est, & folio sequenti, §. præterea quoniam: Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 43. articulo 1. dubio 1. ad sextum, Segura in secunda parte director. cap. 15. numero 14. Manuel Rodriguez in prima parte suæ Summæ, in secunda editione cap. 244. numero 1. conclusione 1. & ita teneo, estque recepta sententia, quicquid contrarium velit Veracruz in appendic. ad specul. coniug. dubio nono, ad secundum, folio 44. & Molin. de Iustitia, & Iure in secundo tom. tractatu secundo, disputatione 263. folio 69. ante §. non defuerunt: contra quos priorem sententiam probat, veram esse dicẽs, quando matrimonij promissio fit gratis, & liberaliter, tunc namque altero acceptante promissionem nec repromittentem solus promittens obligatur, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 5. num. 12.

4 Qui post Sotum, & Ludouicum Lopez vbi supra eã limitat, quoties alter post acceptationẽ diu distulerit repromissionem, & matrimonium perficere, tũc namque censetur contemnere, atque ita, qui promisit manebit liber ex tacita promissione, & inquit Sãchez ibidem, hoc tempus arbitrio prudentis, atque attentis circũstantijs occurrentibus perpẽdendũ esse.

Verũ hæc restrictio vera non videtur, si quidem promittens nullum tẽpus adimplendi suam promissionem adiecit, sibique imputet, quare id non expresserit, nec sufficienter constare videtur ex sola dilatione acceptantis, quod censeatur ipse promissionem præfatam contemnere, cũ sciat, eam durare, nec promissor instet pro eius adimplemento, nec acceptans insinuet suum contemptum, & sic poterit ipse quandocunque ille promissor voluerit cum alia persona cõtrahere matrimonium opponere se eius monitionibus, atque petere, vt fides prius sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

data adimpleatur, & iudex debet hoc sua sententia præcipere, & pronunciare quid tenendum.

Ego quidem in hac specie, quando scilicet, nullum tempus exprimitur, quo promissor adimplere debeat suam promissionem contrahendi matrimonium cum ea persona præsenti, & acceptanti absque repromissione eiusdem censeo verius, & tenendum esse contra præd. restitutionem Soti, Ludouic. Lopez, & Sanchez ex modo relatis fundamentis, quæ magis astringunt, quam contraria, & sic quod licet alter acceptans tantum, post acceptationem diu distulerit repromissionem, & matrimonium perficere, non tamen ex hoc promissor liber remaneat, cum nec etiam huiusmodi remaneret, si ambo simul promitterent sibi inuicem matrimonium contracturis, & alter postea diu id adimplere distuleret: limito tamen hoc duobus modis. Primo, quando ille promissor requireret acceptantem in iudicio, vt perficeret cum eo matrimonium infra breuem terminum à iudice assignandum, eo ipse acceptãs renueret id adimplere tunc namque merito, quod promissor liber remaneat, accusat demum contumacia, & à iudice litera cõcessa ad contrahendum cum alia persona, extra iudicium fieret, si acceptans id, recusarer: Secundo, quando de contemptu promissionis iuridice constaret: secus, si tacite is contemptus coniectari præsumatur per supradicta.

5 Quod si promissor tempus ad complendam suam fidem adiecerit, tunc distinguendũ erit profecto tempus in hunc modum, aut enim id tempus adiectum fuit, non quidem eo animo, vt post dictum tempus promissio finiretur, sed simpliciter in fauorem acceptantis, aut per modũ finiendæ obligationis, hoc est promissionis, in primo casu numero 3. liberabitur per lapsum diu temporis, in secundo vero liberabitur altera parte ante cursum temporis, vel contemnẽte petere implementum præd. promissionis: & hoc quidem ex mente, & animo externo promittentis, & acceptantis, iuxta quem iudicandum est: quod igitur remedium dabimus promissori in prioribus duobus casibus, vt liberetur à sua promissione perpetua? hoc profecto, vt petat à iudice Ecclesiastico competenti, vt assignet acceptanti terminum breuem, intra quem, vel in assignato ab ipso promissore compellat eum, vel eam ad repromissionem actualem cum effectu mutuo faciendam, & adimplendam, ita vt alias promissor liberetur à præcedẽti sua promissione, & ei detur litera, vt libere possit cũ altero, vel altera contrahere, & cum hac declaratione, & distinctione, non vero alias procedere potest præd. Modernorum limitatio.

6 Verum si repromissio sponsaliorum mutua, etiam gratis facta sit, procul dubio erunt sponsalia obligatoria: promissio vero sola respectiue ad repromissionem sequi debentem facta per modum contractus requirit necessario, vt obliget, quod sequatur repromissio, & dum ea non accesserit, prior promissio non est efficax ad obligandum promittentem, sed potest promittens libere, & tuta conscientia à fide præstita resilire, & pœnitere, vt bene probat Thomas Sanchez d. lib. 1. disputatione 5. numero 14. vbi quod in vtroque foro fides adhibenda est priori asserenti consensum reuocasse, vt aduertit Anton. de Butr. in cap. penultim. numero quarto, de sponsal. quia in dubio præsumitur sub ea conditione consensisse, si alter statim repromittat, & numero 15. agit Sanchez, quando censebitur per modum contractus, & quando gratis promittere? & resoluit, promittentis intẽtioni standum esse: quod si de ea non constet, ex coniecturis desumptis ex antecedentibus deprehendetur, quia si de matrimonio inter eos contrahendo tractabatur, manifestum est promissionem non esse gratuitam: si autem nullatenus de hoc sermo erat, sed ob aliquod beneficium acceptum, quasi se gratum exhibens promisit, censebitur ex gratitudine, ac beneuolentia promisisse, & non per modum contractus respectiue, & in dubio iuxta sponsaliom naturam, quæ est, vt sit contractus mutuus, & respectiuus promittere quare altero non repromittente, minime tenebitur.

Dubi-

Dubitatur tamen, an promissio simplex matrimonij non mutua, ab altero tamen acceptata, absque repromissione eo casu, quo prædiximus obligare, obliget sub culpa lethali, an vero veniali tantum? & in hoc vtramque opin. seclusis alijs circunstantijs probabilem dicit Petrus de Ledesma in sua summa de sacrament. matrimon. cap. 3. folio 32. columna prima ad fin. & columna sequenti, qui magis se inclinare videtur in partẽ mitiorem, nempe, tantum obligare sub veniali culpa, nisi essent circunstantiæ obligantes ad mortalem culpam, veluti si promissio facta fuisset in pretium, vel solutionem corporis mulieris, vel si ob præd. promissionem mulier incurrisset in damnum remanendi innupta: idem Ledesma de matrimon. quæstione 47. articulo quinto, dubio secundo, conclusione 1. folio 255. eandem sequitur Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 2.

8 Fundatur hæc sententia ex opinione tenentium, simplicem promissionem acceptatam generaliter obligare tantum sub veniali culpa, qui sunt Caietan. 2. 2. quæstione 113. articulo 1. dubio 4. & in summa verbo perfidia, vbi & Armill. numero vnic. Soto in quarto, distinctione 20. quæstione 2. articulo 2. paulo ante §. at vero: quamuis Franciscus Garsia de contract. prima parte, cap. 3. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. numero 2. & lib. 13. de excommunic. cap. 17. numero 5. & 6. vbi addit, non implentem hanc promissionem, non teneri ad restitutionem, nisi post iudicis sententiam.

9 Ego vero in vtroque casu proculdubio teneo contrariam sententiam, quam censeo esse veriorem, & receptiorem, atque omnino tenendam, eo quod promissio simplex sponsaliorum acceptata in materia graui, prout hæc est, obliget sub mortali. Secũdo, quia idem est dicendum generaliter in alia quacunque simplici promissione acceptata extra sponsalia, vt obliget sub peccato mortali in materia graui. Primum probatur ex fundamentis secundẽ, quæ sunt vrgentissima, quorum septem congerit nouissime Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 5. numero 20. & præcipua sunt sequentia.

Primum, quia excommunicatio ferri non potest, nisi pro peccato mortali, vt probauimus lib. 2. canonic. quæstionum, cap. 16. numero 16. sed pactum non seruans potest excommunicari, ca. 1. de pact. cum simil. ergo peccat mortaliter præd. promissionem non seruans.

Secundum, quia fides præstita etiam hosti est probanda, cap. noli 23. quæstione 1. cum similib. ergo signum est, eius fractionem, esse culpam mortalem.

Tertium ex cap. qualiter de pactis: ibi, studiose agendum est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur, Abbas ponderat verbum, promittuntur, vt loquatur de simplici promissione.

Quartũ, quia inter simplicẽ loquelã, & iuramentum Deus non constituit differentiam, cap iuramenti 22. quæstione 5. quod explicat Abb. vbi supra in fine quo ad obligandum, licet grauius peccet iuramenti transgressor: ergo obligat ad mortale.

Quintum, quia seruare fidem non solum pertinet ad veritatem, sed etiam ad iustitiam, vt ait Cicero lib. primo de Officijs.

Sextum, quia quandocunque in foro exteriori iure quis compellitur adimplere promissionem, tenetur etiam ex lege iustitiæ implere in foro interiori sub mortali, vt fatetur Caietan. Author contrariæ sententiæ in summa, verbo perfidia, & corroboratur, quia in vtroque foro idẽ seruãdũ est, vbi forus exterior nẽ innititur falsæ præsumptioni, neq; in pœnã, quæ iudicis sententiã desiderat, vt recte docent Sotus lib. 4. de Iust. & Iur. q. 5. art. 3 vers. quarto arguitur. D. Couar. in c. cum esses nu. 7. de testament. Ledesma in 2. 4. quæst. 18. art 1. dubio 12. fol. 217. col. 2. in principio, sed promittens cogitur in foro exteriori stare promissioni, vt in d. cap. 1. & in cap. qualiter, de pact. & in l 2 incip. *Pareficiendo*, & c. titulo 16. lib. 5 nouæ collect. regiæ: nec lex hæc pœnalis est, aut falsæ præsumptioni innitens: ergo & in foro interiori obligat: quibus fit, vt ad restitutionem quoque iste promittens teneatur, & ideo merito hanc partem, scilicet, quod promissio simplex acceptata generaliter obliget, non solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in foro exteriori, sed etiam in interiori animæ sub pœna peccati mortalis, tenent quamplurimi Authores, estque verissima, communis, & receptissima sententia, vt patet ex Thomas Sanchez d. lib. primo disputatione 5. numero 20. qui eos citat, nempe Abb. in d. cap. qualiter in fine Anto. de Butrio in d. cap. 1. numero 2. de pact. & ibi Fortunius numero 30. Alexan. de Neuo in cap. debitores, numero 9. de iure iurando, Angel. in summa verbo pactũ, numero 4. Tabien. quæstione 2. numero 3. Syluest. quæst. 4. & verbo lex. quæstione 10. dicto. 12. Nauar. in Manuali Latin. cap. 18. numero 6. D. Couar. de pactis in 6. secunda parte §. 4. numero 13. in vers. quidam autem, Ioan. Molin. de differentijs inter forum conscientiæ, & cõtentiosum, different. 17. Mendoça de pact. lib. 1. cap. 4. num. 2. cum sequentibus, qui numero vltimo concludit, teneri restituere non implentem promissum, eumque cum promissio facta est posse occulta compensatione vti; Theologi, & tamquam plures hanc sententiam tenuerunt, nempe idem Caiet. 2. 2. quæstione 88. art. 1. in princip. dicens, promissionem simplicem de re leui non obligare ad mortale, secus de re notabili: Richardus in quarto sentent. distinctione 88. articulo 3. quæstione 3. & ibi Dionys. quæstione 2. § quæritur, Abulens. cap. 30. num. 50. ad 52. & cum Guillier. D. Anton. 2. parte titulo 10. cap. 1. §. 4. Soto de Iustitia, & Iur. lib. 7. quæstione 2. art. 1. ad primum, versat verò Media. lib. 5. de sacror. homin. continentia cap. 23. vers. sed ais. Nauar. lib. 2. de restitutione in noua editione cap. 2. num. 7. corolar. 3. num. 329. Angles in florib. Theolog. quæstionum 2. parte, quæstione 1. de voto articulo 2. difficult. 3. conclusione 1. Barthol. à Ledesma dubio 8. de matrimonio §. adnotare oportet. Aragon 2. 2. quæstione 88. articulo 3 folio 991. §. hoc tamen non obstante, Ludouic. Lopez in prima parte Instructor. in secunda editione cap. 180. §. porro & hæc, & lib. 2. de contractib. c. vltim. ad fin. vers. at verò, Manuel Rodriguez in secundo tom. suæ summæ cap. 27. in princip. Mercad. lib. 7 de contract. cap. 16. statim in princip. Michael Palatio lib. 5. de contractib. cap. 11. §. est igitur, vt summatim: & hanc ego semper tenui, consului, teneo, & doceo omnino tenendam, quos Authores ideo retuli hic, licet sint congesti per Thomam Sanchez vbi supra, qui eam quoque sequitur, vt facilem lector videat, quam temerarium esset discedere ab hac verissima, & sana doctrina tantorum Patrum, non obstante opinione nonnullorum contrarium tenentium, quam nec veram, nec probabilem, nec securam esse censeo.

Ex quibus manifeste remanet probata prima superior sententia, quam tenuimus, & docemus, nempe promissionem simplicem sponsalium acceptatam, quo casu diximus obligare, obligare quidem sub peccato mortali, vtpotè super re, & materia graui, quam in terminis nostris nuncupatim tenet, & probat Bartholom. à Ledesma dubio 8. de matrimonio § annotare hic oportet primo, & Thomas Sanchez d. disputatione 5. numero 26. lib. 1. de matrimonio.

10 Superior tamen receptissima sententia, & tenenda, quæ habet, simplicem promissionem acceptatam, generaliter obligare in foro interiori sub peccato mortali, intelligi debet modo quis vere promittat animo se obligandi, quoniam si ficta sit promissio non tenetur promittens ex vi illius adimplere, vt in qualibet obligatione voluntaria traditur in l. obligationum, *la primera*, ff. de actio. & oblig. & de promissione l. 1. titulo 15. partita quinta, ibi, *Promissiones otorgamiento, que fazen los homes por palabras, è con intencion de obligarse*, expressa l. 2. in principio, ibi, *pareciendo, que alguno se quiso obligar*, titulo 16. lib. 5. nouæ collect. reg. Matienço in l. 7. glossa secunda, numero 19. titulo 10. eodem lib. 5. & plures ex Theologis supra citatis, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, vbi supra numero 21. dicens, quod ex hoc plurimæ promissiones possunt excusari a mortali, quia per eas non intendunt homines se obligare præcise, sed ex quadam beneuola honestate, vtpotè si promittens requisitus, vt promissionem iuramento confirmet, id recusat, non obreuerentiam iuramenti, sed ne teneat mortali; vel si quando promitteret interrogatus,

gatus, an vellet se obligare ad mortale, responderet negatiuè, Caiet. 2. 2. quæst. 88. Ludouic. Lopez in 1. parte instruct. in 2. editione, cap. 180. Aragon vbi supra, fol. 992. Hæc exempla non arctant regulam prædictam, quin idem sit dicendum in alijs similibus, quibus constet, animum se obligandi defuisse. Promissio namque ficta sponsalium absque animo promittendi, nec implendi promissum, nec se obligandi, non obligat in conscientia, vt tenẽt omnes secundum Petr. Ledes. in sua Sum. tit. *Del Sacramento del Matrimonio*, c. 3. concl. 2. fol. 30. ad fin. vbi in 3. conclusione secùs esse dicit si promittens habet animũ se obligandi, licèt eum non habeat adimplendi promissum, secundum omnes, sed de hoc agemus latiùs infra alio cap.

11 Secundò. Eadem receptissima sententia intelligi debet, dummodò exprimatur in promissione causa ipsius promissionis, licèt enim stipulatio, promissio, seu quilibet contractus sine causa celebratus mero iure valeat, si tamen ex eo agãtur potest obijci exceptio doli mali, ita quod sic obligatus soluere non teneatur, l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. & met. except. & ibi notant glos. & communiter Doctores: estque communis propè omnium Doctorum sententia, vt latè resoluimus in nostro tractatu de iuramento confirmatorio, prima parte, cap. 47. de contract. sine caus. celebrat. num. 1. cum sequentibus, vbi latè id ampliauimus, & limitauimus.

12 Hæc tamen causæ adiectio solum desideratur in iure, ne ioco, & absque animo promittendi promissio facta præsumatur, & per errorem. Quare si alia via constaret de promittentis voluntate, neque ex errore promisisse compelleretur, etiam in foro exteriori seruare fidem, vt docet Anton. Gomez in 2. tom. variar. resolut. cap. 11. n. 4. in fin. diximus d. cap. 47. num. 6. Thomas Sanch. d lib. 1. disput 5. num. 22. in vers. verius tamen est, & ante eũ D. Couar. de pact. in 6. 2. parte, §. 4. num. 14. vbi ait, præsumi donationem, quando constat, nõ ex errore causæ promisisse, sed cognouisse ex nulla causa se debêre: in dubio tamen, quando talis scientia non probatur, promissio, seu obligatio sine causa non valet: quia præsumitur aliquo errore facta, & non ex certa scientia, & tunc debitor non tenebitur in effectu opposita exceptione doli; quia in dubio donatio non præsumitur, l. cùm de indebito, cum simil. ff. de probation. ita in terminis tenet Anton. Gom. vbi sup. num. 8.

Sed cùm in foro cõscientiæ cesset prædicta præsumptio erroris, obligabit promissio, quamuis causa expressa minimè sit, secundum Syluest. in summa, verbo pactũ q. 4. Nauar. in Manu. Latin. c. 18. n. 6. Matien. in d. l. 2. glos. 1. n. 11. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. Reg. quos refert & sequitur Sanchez d. n. 22. ad finem.

13 Tertiò, intelligenda est prædicta receptissima sententia, nisi res sint notabiliter mutatæ: quia tunc nõ obligabit prædicta promissio, vt per Molin. 2. tom. de iustitia, & iure, disputatione 272. & breuiter Sanchez vbi sup. nu. 43. & in materia promissionis sponsalium opt. tex. in cap. quemadmodũ, de iureiurando: vbi cauetur, quod is, qui iurauit cum muliere contrahere matrimonium propter superuenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest, secùs propter præcedentem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam despõsationis non venerit, l. 8. vers. *La sexta*, tit. 1. part. 4. & ibi Greg. Lop. in glos. fornicio: & quando superuenit notabilis deformatio idẽ probat d. l. 8. in vers. *La tercera es.*

14 Quarto obseruandum est in proposito, inter Doctores non constare, quænam sit materia grauis in promissione simplici, vt eius violatio sit mortalis culpæ? Nauar. nãque in Manual. Lati. c. 18. n. 7. ait, eam esse, quæ satis est, vt illius furtũ sit mortale: quia vtrobique iustitia violatur, Ludou. Lop. in 1. par. instructorij, in noua editione, c. 180. §. 3. requiritur, & lib. 2. de contract. cap. vltim. ad finem, §. ait verò, tenet contrarium cum Ioanne de la Peña, dicens, quod quamuis furtum decem argenteorum esset mortale, nõ tamen esset sufficiẽs materia, vt violatio promissionis donandi illos, esset mortale: secùs si esset promissio donandi centum. Sed Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 5. num. 24. credit quadruplo maiorem materiam exigi in promissione, quam in furto, quod ibi latè nititur probare: sed ego non video ratione efficacem

cem probandi suam assertionem hoc nomine quadrupli, maioris, vel minoris summæ: vnde mea sententia est hoc relinqui arbitrio & discretioni prudentis viri, qui hoc æstimabit attentis debitis circunstantijs concurrentibus personarum, rerum, & temporis qualitatibus, alijsque opportunis: cum iure non sit determinata certa quantitas in proposito, argumento l. 1. cum similib. ff. de iur. delib.

15 Illud autem rectius existimasse videtur Thomas Sanchez vbi supra numero 25. contra Nauarrũ lib. secundo de restitutione cap. 2. in noua editione, numero 329. promittentem generaliter vnum sacrum cum animo se obligandi, hoc omittentem, non delinquere mortaliter, cuius contrarium tenebat Nauar. vbi supra eo motus fundamento, quia detrimentum spirituale ex omisso sacro est magnũ grauisque quocumque temporali. Item, quia vouens Deo sacrum, & non implens mortaliter peccat: sed rigida, & minus vera est hæc sententia secund. Sanchez vbi sup. quoniam damnum spirituale conferendum non est cum temporali: alias promittens alteri vnam tantum orationem Angelicam, & omittens peccaret mortaliter & similiter consulens venialiter: sed hoc non est ita: ergo nec illud. Quare ad iudicandum, an sit damnum graue, conferendum est temporale cum temporali, & spirituale cum spirituali: in genere autem damnorum spiritualium, non est tanti momenti omissio sacri liberaliter promissi, vt censenda sit mortalis: neque simile illud de voto: quia votum pertinet ad religionem, & est in ordine ad Deum, & ita multo strictius obligat: si enim quis voueret, se quotidie recitare tertiam partem circuli Virginei, hoc est, *Del Rosario de nuestra Señora*, semel omittẽs peccaret mortaliter, quia votum est Deo factum, secus si homini promitteretur, ita Sanchez vbi supra.

16 Nihilominus in specie præmissa, ego sic distinguerem, vt, qui gratis promisit alteri vnum sacrum, ad quod sciebat (at quia tibi indicatum fuisset, vel alias) donatarium teneri & obligatum esse alteri, vel ratione pictantiæ receptæ, vel recipiendæ, vel alio alias præciso vinculo, tenebitur per se, vel per alium illud sacrum facere, alias non liberabitur: secus si promisit vnum sacrum altari, qui illud exposcebat, vel acceperit ex causa deuotionis, quo casu intelligo recte procedere opinionem Sanchez vbi supra in priori autem opinione Nauar. quia sciens obligationem alterius promisit, ex quo visus fuit in se suscipere onus illius, ac proinde tenebitur, acsi proprium esset ab initio, qua in specie, nempe, quando ex propria obligatione tenetur quis vnum sacrum facere procul dubio tenetur ad illud faciendum per se, vel per alium sacerdotem, & non implens promissum peccabit grauiter, in dubio autem, quando non constat de obligatione præcisa, crederem omittentem vnum sacrum, quod promiserat, non peccare mortaliter, iuxta opini. Sanchez, quam in hoc casu veram esse censeo.

SVMMARIVM Cap. VI.

PROMISSIO matrimonij facta absenti, an obligat irreuocabiliter ante absentis acceptationem, nemine pro eo acceptante, seu stipulante? & quid si tertius eius nomine stipuletur, vel acceptet? & numeris sequentibus.

2 *Donatio absenti facta, iure communi, & regio antiquo septi Partuarum, ante acceptationem poterat reuocari: idem iure nouiori regio, vt in numero 3. idem est dicendum in promissione matrimonij absenti facta, vt in numero 4.*

5 *In matrimonio contrahendo non requiritur simultaneus cõsensus, sed satis est, quod vnus consentiat per prius, & duret in consensu, quando alterius consensus accedit ex post facto.*

6 *Donatio facta piæ causæ, an requirat acceptationẽ ad eius irreuocabilitatẽ?*

7 *Donatio, vel promissio matrimonij facta præsenti, & tacenti nõ potest reuocari.*

8 *Præsentia in proposito donationis, & promissionis matrimonij nõ præsumitur, nisi probetur, limitatur num. 9. in casu de quo ibi.*

10 *Promissio matrimonij, vel donatio facta infanti absenti per maiorem septẽnio, non potest reuocari & n. 11.*

12 *Promissio matrimonij, vel donatio absenti facta, an ad sui irreuocabilitatem requirat, quod ipsa intimetur absenti per certum nuncium, vel epistolam, & num. 13.*

14 *Acceptatio, & repromissio absentis sufficit, quod fiat per literas promissoriat, rescribendo absenti, vel alij cuicumque: nec requiritur quod intimetur prædicta repromissio, vel acceptatio mittenti, vt in num. 15.*

16 *Iuramentum adiectũ promissioni factæ absenti, non impedit eius reuocationẽ ante acceptationem.*

17 *Promissio de matrimonio contrahendo facta absenti, aliquo stipulante, vel acceptante pro eo, an possit reuocari?*

CAPITVLVM VI.

An promissio matrimonij facta absenti obliget irreuocabiliter ante absentis acceptationem, nemine pro eo acceptante, seu stipulante: & quid si tertius eius nomine stipuletur, vel acceptet?

1 QVAESTIONEM facit text. in cap. veniens, qui Cleric. vel vouent. vbi promissio matrimonij absenti facta ponitur tanquam valida, & tamen non constat ex eo tex. aliquem acceptasse, & ita nonnulli sentire videntur, licèt id satis non aperiant.

Nihilominus tamen est resolutio verissima Doctorum in contrariam, & sic quod præfata promissio posit reuocari in vtroque foro ante acceptationem, quam tenet glos. in d. c. veniens, verb. promisit absenti, dum ait, per interpositam personam, quæ mandatum habebat ab hoc, aliàs nihil est: & ibi Ioan. And. n. 8. dũ inquit: Potest spõderi absenti, dummodò sciat, vel ratũ habeat: & ibi quoque Hostiens. & Anchar. in princ. dum aiunt, absenti fide data per literas, vel per nuncium. Azeued. in l. 2. n. 20. & 21. tit. 16 lib. 5. nou. collect Reg. Alphons. à Veracruce in suo speculo coniug. 1. par. ar. 16. § sed dubitatur vtrùm Angel. in Summa, verb. sponsalia, num. 19. Syluester eodem verbo, in princip. quos sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 24.

2 Quæ conclusio recepta probatur: quia iure Cõmuni, & Regio antiquo sept. Partit. donatio absenti facta ante acceptationẽ poterat reuocari, l. absenti. ff. de donat. l nec ambigi. C. eod. tit. l. 1. 2. & 3. tit. 11. & l. 4 tit. 4. part. 5. Idemque est in quocumque alio contractu, nullus enim vim habet obligandi efficaciter, donec mutuus consensus accedat, interim namque non est contractus: §. in his, instit. de emptione, & vendit. l. cõtractus, C. de fide instrument. l. 1. in fin. ff. de contrah. empt. l. 2. ff de action. & oblig. l. 56. in princ & l. 63. l. 91. l. 93. in fine, tit. 18. part. 3. l. 1. tit. 11. part 5. Greg. Lopez in l. 4. tit. 4. part. 5. in glos. *no lo puede*. D. Moli. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. n. 61. & 62. Burgos de Paz iunior quæst. 10. ciuili. n. 5. vbi alios refert & Azeued. vbi sup. necnon & Sanchez vbi sup. num. 2. & ita docuimus in c. quamuis pactu in princ. n. 53. de pact. in 6. Obligatio namque non oritur, nisi ex mutuo duorum consensu, l. 1. ff. de pact.

3 Sed & iure nouissimo nostri Regni, nẽpè d. l. 2. incip. *Pareciendo q̃ alguno se quiso obligar*, &c. tit. 16. lib. 5. nouæ colle. reg. requiritur acceptatio donationis, & ante eã potest reuocari, vt diximus, & probauimus vbi sup. est q; verior, & cõmunior opinio, vt videtur, & diximus consil. 20. n. 3. & post nos eam tenet Azeu. in d. l. 2. n. 20. in fi. & n. 21. & ante nos D. Couar. Auend. Molina Iurista, Orosc. Olarus, Didac. Perez, Burgos de Paz, & Mieres, quos retulimus, & nunc quoque refert, & sequitur Thom. Sanchez d. disput. 6. n. 19. vbi etiam citat idem tenentes Enriquez lib. 13. de excommunication. cap. 17 num. 6. & Nauar. lib. 3. de restitutione in 2. editione, cap. 1. pag. 4. dubio 1. num. 270. & Manuel Rodriguez in 1. tomo suæ Summæ, in 2. editione, cap. 95. num. 1. aduersus alios tenentes contrarium, quos retulerat ipse Sanch. vbi sup. num. 18.

Ergo idem dicendum est in promissione matrimonij absenti facta: tũ quia promissio iure ciuili regulãda venit, licet fiat de matrimonio contrahendo, quatenus respicit initium contractus promissi.

4 Imo & attento etiam iure naturali promissio, & donatio acceptationẽ requirit, vt reuocari nequeat, vt verius esse credit, & probat aduersus Couarru. & Molina Theologum Thomas Sanchez d. disputatione 6. nu. 10. tum etiam, quia de iure canonico iudicandum est secundum leges, vbi non sunt canonibus contrariæ cap. 1. & ibi glos. verbo adiuuantur, & communiter DD. de noui oper. nuntiatione, Gregor. Lopez in l. vltima in glos. in furto tit. 3. partita 4. Anton. Cuchus lib. 1. instit. maior. tit. 1. num. 13. Molina Theolog. 2. tomo de Iustitia, & Iur. disputatione 263. §. operepretium tamen erit, & alios allegãs Thomas Sanchez d. disputatione 6. nu. 24. ius autem canonicum non est in hoc contrarium iuri ciuili, sed vtroque iure acceptatio requiritur, vt per eundem Molinam d. lib. 1. disputatione 7. num. 21.

5 In matrimonio ergo contrahendo nõ requiritur simultaneus consensus, sed satis est, quod vnus consentiat per prius, & duret in consensu, quando alterius consensus accedit ex post facto, secund. Hostiens. in cap. ex literis. *El segundo*, de sponsalib. Palac. Rub. cum communi in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 50. num. 20. & tradit cum alijs D. Couar. de sponsal. 2. parte cap. 4. in princip. num. 7. & inquit Greg. Lopez in l. 10. tit. 1. partit. 4. in glos. verbo, *ni consiente en el*, quod licèt ibi videatur probari, quod in contractu matrimonij requiratur simultaneus consensus, idest, quod simul, & eodem tempore præstetur: opinio tamen Hostiens. vbi supra, & in cap. dilectus eodem tit. modo relata contra Abb. in d. c. dilectus est verior, & communiter tenetur eandem opinionem Hostiens. contra Abb. testatur communẽ plures allegans D. Couar. vbi supra, & opinio Hostiens. contra Abb. sequitur Nauar. in Manual cap. 22. num. 80. & contra Abb. dicit esse communem opin. Ripa in 2. respons. de sponsal. num 7. & Azeued. in d. l. 2. sub num. 20 & est verior, omninoque tenenda, vt cum alijs testatur Candelab. aur. septem sacrament. In materia de matrimonio, in 1. tom. num. 42. pag. 410. cum sequenti, & ita est tenendum, nisi secund. Couar. vbi supra transisset longum interuallum, vel reuocatus esset consensus prior, antequam secundus contrahens præstaret suum mutuum consensum, credens, eum, qui prius consenserat, non pœnituisse, cum tamẽ pœnituerit, vt poterit: ergo interimque non acceptatur prior cõsensus reuocari, vt est prædictum, & tenet etiam in terminis Azeued. d. nume. 20. vers. neque simultaneus, & ibi, est tamen verum: & num. 21. in princip.

Et præfata communis resoluitur, de qua in principio huius c. quæ habet, quod promissio matrimonij posit ante acceptationẽ reuocari in vtroque foro, vt modo etiã dicebamus, procedit licèt matrimoniũ sit causa pia, vt tenet Thomas Sanchez d. disputatione 6. num. 25.

6 Quamuis enim quamplures DD. teneant fauore causæ piæ, non requiri acceptationem promissionis eidem factæ, & sic statim ante acceptationem fieri irreuocabile, prout sunt Tiraquel. de priuileg. causæ piæ, priuilegio 115. num. 1. post Felin. in cap. 1. de pact. num. 7. decis. Pedemont. 70. quamuis sub dubio, & Molin. Theolog. in 2. tom. de Iustitia & Iure disputatione 263. in vers. Felinus tamen: cæterum contrarium verius, & probabilius est, vt docuimus in d. c. quamuis pactum in princip. num. 55. de pact. in 6. & d. consil. 20. num. 1. cum communi ex D. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen cap. 2. num. 58. cum sequentibus, & alijs Authoribus, præsertim glos. in l. illud, verbo alia in fin. C de Sacrosanct. Eccles. & ibi cõmuniter DD. & Couar. in rubrica de testament. tertia parte num. 13. in princip. & lib. 1. varia. resol. cap. 14. num. 16. Ant. Gomez in 2. tom. var. resol. cap. 4 num. 2. Greg. Lopez in l. 4. in verbo, *no lo puede*, tit. 4 partit. 5. Burg. de Paz Iunior, quæst. 10. ciuil. num. 31. Matiençoin l. 2. 3. & 4. n. 9. tit. 10. lib. 5. nouæ collect. reg. Anton. Gabriel commun. opin. tit. de verb. oblig. conclusione 1. nu. 72. Cefalus consil. 440. num. 32. Iulius Clarus lib. 4. recept. sentent. verb. donatio. quæst. 12. in fin. Anton. Gama decisione 381. num. 3. Manuel Rodriguez 1. tom. suæ

suæ Summæ in 2. editione, cap. 95. num. 1. quos sequitur dicens esse verius, communius, & probabilius Thomas Sanchez d. lib. 1. de matrimonio, disputatione 6 num. 16. Denique præfata ampliatio probatur, quia cum promissio matrimonij futuri requirat consensum alterius, & sic acceptationem, & sit contractus onerosus, merito, vt reuocatio antea facta prioris consensus sit valida, siquidem alter absens eã promissionem non acceptauerat.

7 Procedit etiam eadem resolutio, de qua supra in principio huius cap. vt ea promissio matrimonij cẽseatur acceptata, & obliget, si fiat præsenti, & tacenti, vt tenet Ludouic. Lopez in 2. parte Instructorij, in materia matrim. ca. 26. fol. 1032. col. 1. §. præterea quoniam, quem sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 6. num. 26. & merito: quia quoties de tacentis cõmodo agitur, censetur tacens in sui fauorem consentire, vt diximus supra cap. 5. num. 2. & ita, quando promissio, & donatio fit præsenti, & tacenti, reuocari postea non potest, quia ex sola præsentia cum taciturnitate censetur acceptata, vt docuimus cum alijs in d. c. quamuis pactum in princip. nu. 58. estque communis sententia secund. Syluest. in Summa verbo pollicitatio num. vnic. & D. Molin. alios referentem d. cap. 2. num 76. & Couar. dicentem contrariam sententiam esse falsam in rubrica de testament. 3. parte num. 13. Iul. Clarum vbi supra §. donatio, quælt. 14. vers. sed pone. Menchac. lib. 2. controuers. illustrium c. 62. num. 12. cum sequentibus: Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumptione 42. num. 4. Azeued. in l. 2. num. 11. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. reg. & alios refert Thom. Sanch. vbi supra num. 11. aduersus Tiraquel. de priuileg. causæ piæ; Angles, & Manuel Rodrig. Imo addit Auendañ in 2 parte cap. 1. præt. num. 2. esse communem opinionẽ, quod validitatem donationis, vel priuilegij sola scientia donatarij sufficit, & ibi refert plures casus in quibus tacita præsumitur scientia, & acceptatio, sequitur etiam Roland. à Valle, consil. 19. num. 33. & 34. item decis. Pedemont. 70. nu. 12. & Tho. Sanch. sub d. num. 11. vbi inquit, nos hoc tenuisse in d. cap quamuis pactum, in princip. num. 58. cum tamen ibi rectius tenuerimus contrarium, num. 59. inteligentes præd. communem sententiam, vt procedat, quoad validitatem tãtũ donationis: nõ vero, quoad irreuocabilitatem ipsius, quia ad hoc requiritur acceptatio, vel saltẽ præsentia donatarij cum taciturnitate ipsius, vt modo quoque probamus contra Tho. Sanchez, præmaximæ quando donatio fit sub aliqua conditione, vel grauamine, aut grauaminibus. Vnde idem dicimus, & probamus in promissione matrimonij absenti facta, vt minime sufficiat quoad irreuocabilitatem, scientia alterius partis, nisi ipsa quoque acceptet, vel si fuerit præsens, ad minus taceat.

8 Quinimo in proposito præsentia non præsumitur, nisi probetur, vt in l. 2. C de statuis, & imaginib. ibi, sua probet accessisse præsentia: præsentia nãque consistit in facto, & facta non præsumuntur, nisi probentur, l. in bello §. factæ ff. de captiu. & limin. reuers. l. quæcũque in fine ff. de public. in rem action. & ita in terminis præsentiæ, quod non præsumatur, nisi probetur tenent Alberic. & Bald. per tex. ibi in d. l. 2. num. vnic. Paul. in l. illud num. 6. C. de Sacrosanct. Eccles. Menochius plures referens de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 18. num. 1. & 2. Mascard. 1. tom. de probat. cõclus. 165. num. 1. & Sanchez vbi supra sub d. num. 11. in vers. his tamen non obstantibus, &c. Vbi respondet ad l. optimam C. de contrah. & committ. stipul. quia ibi constabat per scripturam præsentia serui: & ad doctrinã glossæ in l. 1. verbo inter præsentes C. eodem tit. quod loquatur quando instrumentum facit mentionẽ de actu, qui fieri non potest, nisi per præsentes, & alijs Doctoribus probantibus cõtrarium: nec nos eius sententiæ fuimus, vbi supra num. 58. ad fin. siquidem, non discussimus articulum, nec diximus, quæ opinio esset tenenda, sed tantum remissiue processimus. Nunc autem ex proposito rem agentes, teneo præsentiam in dubio non præsumi in nostro casu, nisi ipsa probetur ex supra dictis aliàs, namque omnis promissio, vel donatio absenti facta esset irreuocabilis regulariter, quod minime est dicendũ: accedit præterea communis vsus, qui habet, quod quando donatarius præsens est tempore donationis, hoc ita exprimitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in instrumento ipsius, nempe, *hago gracia, y donacion a vos P. que estays presente, &c.*

9 Deinde illud etiam obseruandum censeo, quod si tempore promissionis matrimonij vterque sit in ciuitate eadem, vel loco, & eodē die, & coram eisdem testibus alter alteri præd. promissionem fecerit matrimonij, licet simul præsentes non sint, essent valida sponsalia, & irreuocabilia, prout in simili donatione, vt valida sit etiā absque ratificatione, tenet, & probat The saur. decis. Pedemontan. 70. num. 12. per ea, quæ in simili tenet Bellonus consil 5. num. 15. & 16. & inquit Thesaur. quod ita nouissime censuit Senatus in causa magna Anno 1587. 15. Nouembris.

10 Similiter si promissio matrimonij fiat infanti per maiorem septennio, non requiritur acceptatio, & promittens resilire nequit, sed tenetur expectare donec infans ad septennium perueniat, qui si tunc noluerit, remanet promittens liber, si vero voluerit, tenebitur seruare fidē. ita docent D. Antonin. in 3. parte suæ Summæ tit. 1. cap. 18. ante §. 1. Sylvest. verbo sponsalia quæst. 2. dicto 2. ad fin. vbi Tabien. q. 4. §. 5. Armil. aurea num. 4. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 11. conclusione 4. Manuel Rodriguez in 1. tom. suæ Summæ in 2. editione, cap. 245. nu. 7. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 6. nu. 27. aduersus Cardinal. quem improbat: & fundamentum huius veræ, & communis sententiæ est.

11 Quia donatio seu promissio gratuita facta infanti absenti, non eget ipsius consensu, nec acceptatione, sed statim ei acquiritur irreuocabiliter; tex. in l. iubemus, C. de emancip. libertin. vers. nisi infantes, Decius consil. 245. num. 3. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 2. num. 75. & nos late consil. 20. num. 7. & 8. Parlſ. consil. 77. num. 33. lib. 1. Burg. de Paz quæst. 10. ciuil. num. 18. Azeued. in l. 2. num. 22. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. reg. & tandem Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 6. num. 15. dū tamen factus maior eam acceptet Burg. de Paz, & Azeued. vbi supra in vers. an benedicant.

12 Ad hoc tamen, vt promissio matrimonij absenti facta irreuocabilis sit, nō oportet, vt absenti intimetur per nuncium ad id per promittentem destinatum, vel per epistolam, prout requiri Thom. Sanchez ibidem existimabat num. 20. eo motus fundamento, quia in reliquis promissionibus id desideretur iure communi, & regio, vt per eundem ibidem num. 3. & 20. sed meo iudicio licet attento iure communi bene dicat: attenta tamē d. l. 2. incip. *pareſciēdo*, &c. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. reg. non recte loqui videtur.

13 Siquidem verius est, & tenendū, quod etsi ea lex regia non tollat acceptationem; tollit tamen alias solennitates requisitas, nempe, quod donatarius certificetur de donatione, vel promissione gratuita per nuncium ad id destinatum per donatorē, vel promissorem, aut per epistolam; quia iuxta mentem, & decisionem d. l. regiæ satis est, vt quilibet nunciet inscio donatore, dummodo sequatur acceptatio ante reuocationem, secund. D. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. num. 62. Burg. de Paz iunior. quæst. 10. ciuil. num. 24. & nos in d. c. quamuis pactum in princip. nu. 59. & Gregor. Lopez in l. 4. tit. 4 partita 5. in glos. verbo, *no lo pueda*, & hoc ab omnibus recipitur, vt testatur Angul. de meliorat. in l. 1. glos. 3. num. 28. & tenet etiā Azeued. in d. l. 2. num. 20. per totum, tit. 16. lib. 5. nouæ collect. reg. quibus magis credendum est, quam Thom. Sanchez: sufficiet ergo, vt absens, cui fuit facta promissio matrimonij futuri, si aliunde certior factus de dicta promissione eam acceptet, quamuis certior ratio nō fiat per nuncium ad id destinatum per promittentem, nec per epistolam, per supradicta.

14 Ex quibus censeo etiam verius, & receptius esse, sufficere acceptationem, & repromissionem absentis rescribendo mittē ti literas promissorias, vel alij cuicunque, secund. Archid. in cap. ne illud num. 5. 30. quæst. 5. & in cap. final. prope fin. de procurat. lib. 6. vbi Ioan. Andreas prope fin. & Anchar. in fine, & Dominic. in §. sane num. 3. Francus num. 5. Felin. consil. 40. num. 10. Zasius consil. 3. num. 8. volumine 2. Alex. consil. 146. num. 11. volumine 5. Angel. in Summa verb. matrimonium 2. num. 20. D. Antoni. Archiepiscopus Florentin. in 3. parte suæ Sūmæ tit. 1. cap. 19. ante §. 1. & alij, quos refert, & sequitur Sylvest. verbo matrimonium 5. quæstione 12. Tabien. verbo matrimonium secundo, q. 6 num 7. Alphons. à Veracruce in 1. parte specul. conius. 3. art. 16. dubio 7. vers. sed do modo, Henriquez lib. 11. de sacramento matrim. cap. 2. num 6. in commento litera N. Candelab. aureum 7. sacrament. in 1. parte de sacrament. matrim. nu. 46. in fin. pag 413. in princip.

15 Nec requiritur intimari præd. repromissionem consensuum, & acceptationē absentis mittenti, quicquid Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 7. num. 35. contrariam sententiam aduersus supra dictam cum eodem Veracruce in appendic. ad specu. dubio 3. in fine, & Perr. de Ledesma de matrim. quæst. 45. dubio vltim. in solutione ad primum, late probare nitatur, cuius argumenta facili negotio diluuntur, & tandem, quia donatio, & promissio gratuita absenti facta fit irreuocabilis, per solam acceptationem eius, cui facta fuit ante reuocationem promittentis, neque requiratur, quod eadem acceptatio intimetur, constat ex supradictis.

16 Iuramentum autem adiectum promissioni factæ absenti de matrimonio cōtrahendo non impedit, quin ante acceptationem possit reuocari, nisi iuramentum fiat per modū voti, vt rectius probat Thom. Sanchez vbi supra d. disputatione 7 num. 24 & 25. & 39. vbi hoc ampliat, etiā si adsit iuramentū de non reuocando, quæ sententia plurimum corroboratur, & confirmatur ex altera veriore plurium Doctorum, quæ habet quod donatio facta absenti etiam iurata, & cum pacto de non reuocando eam, potest reuocari ante acceptationem, quia iuramentum sortitur naturā cōtractus super quo interponitur, ac proinde est intelligendum, si donatarius eam acceptauerit, vnde ante acceptationē donator, etiam cum iuramento, non videtur se obligare saltem irreuocabiliter, vt late probauimus in reper. cap. quamuis pactū in princip. in secunda editione Salmanticæ facta ann. 1592. sub num. 55. vers. re tamē accuratius de pact. in 6. Azeued. in d. l. 2. n. 25 tit. 16. lib. 5. nouæ collect. regiæ, & alij plurimi Authores, quos nouissime refert Antoni. Thesaur. decis. Pedemontan. 70. num. 8. tametsi ipse ibi probet contrarium nobiscum, vbi supra in prima editione, & cum alijs pluribus authoribus, & hæc quādo nemo pro absente stipulatus promissionem matrimonij.

17 Superest, vt videamus, an idē sit dicēdū, quando promissio matrimonij fit absenti, aliquo pro eo stipulante, aut acceptāte, an, in quā ita obliget, vt reuocari minime possit? veluti, cū agitur de matrim. cōtrahēdo inter patentes, vel eorū sanguineos vnius, vel vtriusque partis, vir promittit absenti fœminæ, vel eius consanguineis, vel affinibus, aut alijs eius nomine, se contracturum matrimonium cum ea, ipsique seu acceptant promissionem prædictam, & sic remanent inita pacta matrimonialia.

Hanc quæstionem, quando promissio matrimonij est respectiua, tribus conclusionibus absoluit Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 7. numero 29. cum sequentibus.

Prima conclusio est, quando promissio matrimonij est respectiua, & per modum contractus vtrō, citroque obligatorij absenti facta, quicunque eius nomine stipuletur absque illius speciali mandato ad repromittendum, licet verba promissionis dirigantur in præsentem, vt promitto tibi me ducturum Mariam, potest, ante absentis repromissionem, quæ vicissim priori contrahenti nota sit, reuocari: ita Sanch. vbi supra num 31. quam prius tenuit, & probauit D. Azeued. in d. l. secunda, sub numero 20. ibi est tamen verum, & num. 21. in princip. alios allegans.

Hanc conclus. limitat ille nu. 32. vt intelligatur, nisi alter stipulans contraheret promittendo pro absenti matrimonium, quæ promissio intelligitur, idest, se facturum, & curaturum, tunc namque non potest promittens resilire, quia est mutuus contractus vtrinque celebratus, & sicut stipulans potest cogi, vt curet, & faciat quod in se est, ad quod se obligauit, ita & promittēs tenetur fidem seruare, & probatur in cap. sicut de sponsalib. potest tamen stipulans, antequam parti absenti intimet remittere hanc sponsionem, quia obligatio non est acquisita absenti, sed huic stipulanti: at si intimaret absenti, & ille acceptaret, iam non posset remittere.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda conclusio, quando promissio est respectiua, quãuis alter promittat misso nuncio à sponsa ad petendum promissionis fidem, dum non intimat sponsæ, vt repromittat, illaque repromiserit potest adhuc resilire, quia ante alterius repromissionem contractus non est perfectus, nec nuncius potest nomine absentis repromittere, nisi speciale ad id mandatum habeat, vt in matrimonio definitum est in c. fina. de procurat. lib. 6. & consequenter idem in sponsalibus probandum est; l. oratio ff. de sponsal. ita Sanchez vbi supra num. 33.

Tertia conclusio: quando promissio matrimonij est respectiua, si mittatur nũcius non tantum ad petendũ matrimonij promissionem, sed, vt mittẽtis promissionem alteri intimet, satis est, vt alter coram illo repromittat, vt sponsalia perficiantur, ne vtrique absque alterius consensu reuocare liceat, ita recte probat Thomas Sanchez vbi supra num. 34.

Quarta conclusio, promissio matrimonij gratuita absenti facta coram persona, quæ absentis nomine stipulari potest, quas retulit Sãchez vbi supra numero 5. vsque ad 9. non potest reuocari à promittente, si ille præsens absentis nomine stipuletur; & promissio fiat per verba directa in præsentem, vt promitto tibi me contracturũ cum Maria, vel per verba impersonalia, vt promitto me contracturum cum Maria, secus si verba promissionis dirigantur in absentem, vt promitto Mariæ absenti matrimonium. Hanc conclusionem probat Sanchez vbi supra num. 36. addens num. 37. quod stipulans in præd. casu, non potest remittere præd. promissionem ex decis. Pedemõtan. 70. n. 14. & Matth. de Afflict. quem ibi refert, quamuis Collector illarũ decisionum, dicat, se tenuisse contrarium.

SVMMARIVM Cap. VII.

1 *Deliberatio, quæ requiratur ad validitatem sponsaliorum, & an facta calore iracundiæ sufficiat? & numeris sequentibus.*

2 *Contractus calore iracundiæ gestus non valet, nisi cùm plenum iudiciũ adest, confirmetur.*

3 *Licitatio vectigalium, quæ calore licitantis vltra modum solitæ conductionis inflauit, quando admittenda sit?*

4 *Iuramentum, & votum calore iracundiæ facta non obligant.*

6 *Promissio omnis homini facta à subito, malo, aut alio passionis motu percito non valet.*

7 *Deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votum, & sponsalia, quæ requiratur, & num. 8.*

CAPITVLVM VII.

De deliberatione ad sponsalia requisita.

1 DELIBERATIO plena, & matura requiri videtur ad validitatem sponsaliorum, ac proinde non sufficere, quæ fit calore iracundiæ, cum hæc sit materia grauis, & agatur de obligatione, & vinculo perpetuo, prout est matrimonium, quod promittitur contrahendum, & facile contingat, quod qui in consulto se obligant, cito pœniteant, & ex inde si cogantur adimplere fidem promissionis de contrahendo matrimonio difficiles exitus (vt frequenter solet) contingant, cap. requisisti ad fin. de sponsal. Tandem facit regula quicquid calore iracundiæ 48. ff. de regul. iur. l. 3. ff. de diuort. cap. diuortium de pœnitentia distinctione 1. c. si quis iratus secunda, quæstione 3. quibus iuribus cauetur, factum calore iracundiæ non prius ratum esse, quã si perseuerantia sequuta apparuerit iudicium animi fuisse: sic iuramentum caloræ iracundiæ præstitum non ligat: l. 2. C. ad l. Iul. mag. Philipp. Decius in d. regula quicquid calore, num. 4. Vltimo facit regula communis, & vulgaris in iure, quæ habet.

2 Quod contractus calore iracundiæ gestus non valet, nisi cum plenum iudicium adest, confirmetur, vt ex supradictis probauit glos. in d. c. si quis iratus verbo si quis, & in l. 3. statim in princip. Decius post Bart. ind. regula quicquid calore num. 1. Roman. singul. 508. Ias. in l. si filiam, nu. 5. de

de inoffi. testamento, Felin. in cap. Matthæus num. 2. de simon. Tiraquel. de priui leg causæ piæ, priuileg. 18. & de pœnis tẽ perand. causa 1. num 24. vbi limitant fauore causæ piæ, facit l. licitatio 9 in princip. ff. de public. & vectig.

3 Vbi quod licitatio vectigalium, quæ calore licitantis vltra modum solitæ conductionis inflauit, ita demũ admittenda est, si fideiiussores idoneos, & cautiones, is, qui licitatum me vicerit, offerre paratus sit.

Nec obstat, quod lex illa agat de speciali casu licitationis in subastationibus, in quibus licitantes certantes frequẽtissime præter voluntatem, aut saltem, *por tema, mas que por voluntad*, pretium vltra modum augent: vnde non videtur ad alios contractus calore iracundiæ celebratos extendendam, cum eadem ratio militare non videatur.

Quia respondetur, hoc idem regulare esse in alijs contractibus calore iracundiæ celebratis, non aliter enim sunt rati, quam si cum plenum iudicium adest confirmantur, vt modo dicebamus.

4 Sic præterea videmus iuramentum, & votum calore iracundiæ facta non obligare, iuxta glos. in cap. dudum verbo calore, & ibi Hostiens. & Butr. in cap. sicut ex literis num. 2. & in cap. si vero nu. 7. de iur. iurand. Roman. vbi supra, Tiraquel. de pœnis temperand causa prima, numero 26. & 27. & alij Authores: ergo nec promissio matrimonij inconsulta, & repentino motu facta valebit, si postea, cum plenum iudicium interuenit, non ratificetur: vnde si quis calore concupiscẽtiæ inflãmatus, aut bene potatus, licet non ebrius, omnino iurasset vxorem ducere Mariam, vel alterã fœminam, non videtur compellendus ad eam ducendam ex prædictis.

5 His tamen omnibus non obstantibus in hac materia non sic late, & generaliter docendum est, huiusmodi parum deliberatam voluntatem, non obligare ad fidem promissam adimplendam. Sed caute, & cũ distinctione procedendum est, videlicet, eam deliberationem in proposito sufficere, quæ in materia lethalis culpæ sufficeret ad culpam mortalem.

Vnde si quis ira, aut alio passionis motu subito percitus sponsalia contrahat, si tanta est passio, vt rationis iudicium obtenebrauerit, & deliberationem ad peccatum mortale requisitam impedierit, vt, si illo subito motu hominem interieret, non esset mortale, tunc sponsalia non essent valida, defectu deliberationis: quod raro continget (supponit namque furorem completum) si autem non ita impedit deliberationem, quin homicidium illud tunc admissum esset culpa mortalis, sponsalia erunt valida, quod plerũque continget, quoties subito iratus, aut alio passionis motu percitus sponsalia contrahit.

6 Quod quidẽ generale est in omni promissione homini facta, vt docent Nauar. in Manual. Latin. cap. 18. num. 7 & Molina Theolog. secundo tom. de iustitia, & iur. disputatione 267. in princip. idemque est in voto, & iuramento, iuxta glos. in c. mulier 32. quæst. 2. & alios plures, quos retulimus, & sequuti fuimus lib. 2. canonic. quæstionum cap. 22. num. 7. vbi numeris sequentibus alia plura adduximus in proposito, Ioann. Andreas in cap. dudum numero 20. de cõuers. coniugat. vbi Butrius num. 25. Cardinal. num. 5. Anchar. 10. Alexand. de Neuo in cap sicut ex literis num. 18. de iure iurand. & ibi Imol. in fine, & Felin. num. 3. & 4. Decius in d. l. quicquid calore num. 2. Paludan. in 4 distinct. 38 q. 1. num. 9. & 10. est communis secund. Nauar. vt resoluimus, vbi supra, & eam quoque tenent Manuel Rodriguez in 2. tom. suæ summæ, cap. 92. num. 1. Aragon in 2. 2. quæst. 88. art. 1. Angles in florib. Theologic. quæstionum in 2 parte, quæst. 1. de voto art. 1 difficultate 3. Ludouic. Lopez in prima parte Instructor. cap. 43. & omnes prope Summistæ verb. iuramentum, & verb. votum, & tandem nouissime alios referens Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 8. numero 5. vbi in terminis sponsalium idem probat post Palud. vbi supra num. 9. & D. Anton. in 2. parte suæ summæ tit. 11. cap. 2. in princip. & Syluest. verbo votum 2. quæst 13. quod & nos in proprijs terminis de sponsalibus adnotauimus d. c. 22. num. 13.

7 Inquit tamen Thomas Sanchez vbi supra num 7. quod ad hoc, vt adsit deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votum, & ad

Universidad de Duisburg
Biblioteca

& adſponſalia is, qui vouit, aut contrahit, debet præmeditari cauſam, nempe iram, anguſtiam, morbi, belli, vel aliam paſsionē, & amorem impellentem, & finem, quem intendit ſecund. Paludan. in 4. diſtinctione 38. quæſt. 1. num. 5. D. Anton. in 2. parte ſuæ ſummæ tit. 11. cap. 2. in princip. notabil. 6. hocque docet Caietan. 2. 2 q. 88. art. 1. circa conditionē ad votum requiſitā vbi hoc magis explicat, dicens, requiri, vt aliquis conferat id de quo deliberat cum eius oppoſito: aliàs non eſſet ſimpliciter liberum: non tamen ad hanc deliberationem magna temporis mora requiritur; etiam dum iudicium aliqua paſsione conturbatū eſt, vt docent Paludan. num. 9. D. Anton. Sylueſt. & Caiet. vbi ſupra, qui addit poſſe eam deliberationem impercibiliter fieri, vt ſi occurrat homini irato volenti vouere, quid facit, & adhuc voueat: imo dicunt Nauar. cap. 12. num. 26. & Ludouic. Lopez in prima parte Inſtructor. cap. 43. paulo poſt princip. §. in momento, quos ſequitur Sanchez vbi ſupra non exigi, vt ea deliberatio præcedat tempore, ſed ſolum naturæ ordine votum, vel tractum.

8 Vnde non eſt admittenda regula, quam tradunt nonnulli, nempe Angel. in ſumma verbo votum 1. num 6. Tabien. ibidem q. 1. & Supplement. Gabriel. in 4. diſtinctione 38 quæſtione 1 art. 1. & ſequaces, ſcilicet, quod ſi tranſacta periculi anguſtia, eū, qui vouet, vel contrahit pœniteat, ſignum hoc eſſe defuiſſe requiſitam deliberationem, ac proinde non obligare: ſed non eſt ita, quia ſæpe eorum, quæ ex magna deliberatione facta ſunt, facientem pœnitet, tum etiam, quia calore iracūdiæ multa fiūt deliberatione ſufficienti ad culpam lethalem, quæ eo calore ſecluſo minime admitterētur, ac proinde merito poſt alios prēd. regulā improbauimus lib. 2. canonic. quæſtionum cap. 22. num. 14. refert, & ſequitur alios allegans Thomas Sanchez d. diſputatione 8. numero 8. vbi, quod in eo ſenſu poteſt illa regula admitti, quando ſcilicet dubitatur, an vehemens paſsio rationis vſu priuarit, quia tunc licet nō ſit certa, eſt tamen aliquantulum probabilis coniectura, ſi ſtatim pœniteat facientem, defuiſſe deliberationem, vt explicuit Summa Tabien. in ſecunda editione, verbo votum 1. quæſtione 1. num. 2. eiſdem rationibus improbat ibi Sanchez aliam regul. quam docent Anton. de Butrio in cap. ſicut ex literis num. 9. de iur. iur. & Abb. in cap. ſi vero num. 7. eodem tit. quæ habet, quod ſi ceſſante calore iracundiæ minime votum, aut iuramentum emiſſum eſſet, non obligabit, ſed hoc non eſt verum, vt ibi per eum.

In dubio autem, an iracundia, vel perturbatio priuauerit vouentem, vel contrahentem ſponſalia deliberatione requiſita, necne? iudicandum eſt pro voto, vel ſponſalibus, Panormitan. in cap. dudum 8. de cōuerſ. coniugat. Alex. de Neuo in d. c. ſicut ex literis num. 18. & ibi Felin. num. 3. de iur. iur. quos ſequitur Thomas Sanchez vbi ſupra num. 10. quia ſemper præſumitur deliberatio, & raro contingit, vt in tantam iracundiam, quis incidat, vt rationis vſum impediat: denique, qualitas, quæ naturaliter homini ineſt, ſemper in dubio adeſſe præſumitur, vt cū Alciat. probat Menoch. lib. 1. præſumptione 14 num. 3. & probat latius ſupradictam concluſionem Sanchez vbi ſupra d. num. 10. quæ mihi vera, & tenenda videtur.

SVMMARIVM Cap. VIII.

1 *MVTVS, & ſurdus an poſsit matrimoniū cōtrahere? & numeris ſequentibus.*
2 *Mutus, & ſurdus ſimul an poſsit matrimonium contrahere?*
3 *Mutus, & ſurdus poſſunt confiteri, & abſolui.*
4 *Mutus, & ſurdus ſimul, ac cæcus an poſsit matrimonium contrahere?*
5 *Furioſus, & inſanus an poſsit matrimonium contrahere? & numeris ſequentibus.*
6 *Intellectus tex. in cap. neque furioſus 32. quæſt. 7.*
7 *Dictio, ſedſi, aduerſatur in iure, & in facto.*
8 *Mulier, ſi contrahat matrimonium cum furioſo, & poſtea cùm ipſe reuerſus eſt ad ſanam mentem denuo contrahat matrimonium cum eo, tenebit hoc matrimonium ex nunc: & antunc ſufficiat tacitus conſenſus, copula, vel cohabitatio ad reualidandum matrimonium, vide numero 9.*
10 *Mentecaptus an poſsit contrahere matrimonium?*
11 *Mentecaptus non poteſt contrahere? & numeris ſequentibus.*
12 *Mentecaptus non poteſt donare.*
13 *De furioſo, & mētecapto dicta negatiue, quomodo intelligenda ſint?*
14 *Furioſus habens dilucida interualla, in dubio præſumitur actum feciſſe tempore ſanæ mentis, vt actus potius valeat, quam pereat, vt hic late agitur de hoc.*

CAPITVLVM VIII.

De muto, & ſurdo, furioſo, inſano, & mentecapto, an matrimonium contrahere poſſint?

1 MVTO, & ſurdo incipiēdo, habemus tex. in cap. cùm apud 23. in ordine de ſponſ. vbi Innocentius III. Arelatenſi Archiepiſcopo ita reſcripſit, ſane conſuluiſti nos, vtrum mutus, & ſurdus alicui poſsint matrimonialiter copulari, ad quod taliter reſpondemūs: quod cum prohibitorium ſit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicunque non prohibentur, per conſequentiam admittatur, & ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus illorum de quorum, quarumque coniunctionibus agitur, & cætera, idem decidit l. 5. tit. 2. partita 4. in verſ. *eſto ſeria*, &c. ibi Gregor. Lopez in gloſ. *que fueſſe mudo*: vnde videtur, quod ſi talis velit contrahere, ſibi non poſsit, nec debeat denegari, cum, quod verbis non poteſt, ſignis valeat declarare, ita etiam cauetur in dictis iuribus.

2 Sed dubitari poteſt an hæc iura agāt de muto, & ſurdo ſimul, an vero de diuerſis, quorum alter mutus, alter ſurdus ſit? & videtur prima facie de his loqui, nempe de ſolo muto, & de ſolo ſurdo, vt quilibet eorum matrimonium ſignis contrahere poſſit, vt apparet ex primis verbis illius tex. ibi, alicui poſsint matrimonialiter copulari: loquitur namque in plurali: nam ſi de muto, & ſurdo ſimul intelligeretur tex. ille eſſet ſoleciſmus: qui quidem intellectus, quod mutus tantum, & ſurdus tantum poſſint matrimonium contrahere eſt in ſe veriſsimus, atque caſus indubius, & approbatur expreſſe in d. l. Regia 5. Quinimo & hoc in d. cap. cum apud videtur intelligere gloſ. ibi verbo, Surdus, & Anchar. num. 5. Bald. in l. diſcretis nu. 1. C. qui teſtam. facere poſſ. & ibi DD. Gregor. Lopez vbi ſupra, Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 5. quæſt. 3. nu. 26. & Bollus in Oeconomia canonica claſſe 2. cap. 4 § 7. litera G.

Nihilominus tamen tex. in d. cap. cum apud intelligi etiam poteſt, & debet in muto, & ſurdo ſimul: is namque ſi intellectum perſpicacem habeat, ita vt ſignis edoceri poſsit, quid ſit matrimonium, & ſignis indicare conſenſum, ſponſalia, & matrimoniū valide contrahere poſsit, vt paret ex eodē tex. in reſponſione, ibi videtur, quod ſi talis velit contrahere ſibi non poſsit, nec debeat denegari: cum enim in principio loquutus fuiſſet de muto, & ſurdo, nunc in verbis proxime relatis eum ſingulari numerō complectitur, ſi talis velit contrahere non poſsit, nec debeat denegari.

3 Cum enim hi ſecundum omnes poſsint confiteri, & abſolui, merito, vt matrimonium quoque contrahere poſſint: & interminis ita tenent, & intelligunt illum tex. DD. communiter ibi, nempe Hoſtienſ. in verſ. ſurdus, Ioan. Andreas, num. 15. Ant. de Butrio, num. 6. Cardinal. num. 1. Abb. in fin. Alex. de Neuo, num. 12. Præpoſit. nu. 5. Enrichus in cap. tuæ num. 1. & 2. de ſponſali. Pariſ. cōſil. 63. volumine 4. D. Couar. in quarto, de ſponſalib. 2. parte cap. 2. in fine, Angel. in ſumma verbo matrimoniū 3. impedimento 18. in princip. Tabien. verbo matrimonium 2. quæſt. 6. num. 7. in fin. Greg. Lopez vbi ſupra, Brunel. de ſponſal. concluſione 14. num. 5. & 8. volumine 9. tractat. Coſtanus de ſponſ. lib. tit. qui poſſint contrahere ſponſalia num. 20. eodem volumine. Matieço in rubric. tituli 1 gloſ. 1. num. 67. lib. 5. nouæ collect. reg. & Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio diſputatione 8 nu. 12. vbique poterit iudex deprehendere, & colligere conſenſum legitimum ex geſtis, & ſignis: & quod eſt diffi-

cilli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cillimum, hos posse habere legitimum consensum, & quod sic docent Hostiens. Ioan. Andre. Enrichus, Abb. Alex. de Neuo, & Greg. Lop. vbi supra in dubio consulendum esse Principem.

4 Quod si quis simul mutus, & surdus ac cæcus sit, hunc quoque matrimonium contrahere posse affirmant multi ex præcitatis Autoribus, nempe Ioan. Andreas, Cardinal. Panormitan. Alex. de Neuo nu. 14. & 15. Enrich. Angel. Tabiena, Greg. Lopez, & Brunel. & alios allegans Zeuallos, tom. 3. commun. opin. quæst. 750. nu. 53. sed negant Anchar. in d. cap. cum apud nu. 5. & Sanchez vbi supra num. 13. quamuis hæc non à natura habeat, sed casu, nisi antequam in hæc incideret nosset, quid esset matrimonium: Id quoque negat Alexand. Carrerius lib. 1. de sponsal. cap. 4. de eo, qui tantum est surdus, & cæcus à natiuitate, quod verum credit Sãchez vbi supra, quia mutus solis signis edoceri potest, quid sit matrimonium: cæcus autem signa hæc percipere nequit, nec etiam verba, cum simul surdus sit.

5 De furioso, & insano, an matrimoniũ contrahere possit? habemus decisionem Ecclesiæ, in cap. dilectus 24. de sponsalib. quæ ita se habet: Dilectus filius R. proposuit, quod filiam suam cuidam matrimonialiter copulauit, & infra: cùm autem eadem mulier cum viro ipso, qui continuo furore laborat morari nõ possit, & propter alienationem furoris, legitimus nõ potuerit interuenire consensus: mandamus quatenus, si rem noueris ita esse, præfatas personas cures abinuincem separari: ex quo tex. manifeste constat requiri, quod vterque contrahens matrimonium sit sui compos, rationisque vsum habens, vnde si alteruter insanus sit, sponsalia, vel matrimonium ab eo contracta nulla erunt, vt in d. cap. dilectus: estque expressa l. 6. in princip. & in fine tit. 2. partita 4. in princip. nãque inquit lex, *casar pueden todos aquellos, que han entendimiento sano para consentir el casamiẽto*, in fine dicit: *otrosi, el que fuesse loco, o loca, de manera que nunca perdiesse la locura, no puede consentir para fazer casamiento, maguer dixesse aquellas palabras, que fazen el matrimonio.* D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 2. nu. 5. alios allegans, diximus lib. 2. canonic. quæstionum cap. 4. num. 108. vnde gloss. in dict. cap. dilectus verbo furorem vers. potest dici, dũ sentit, & voluit à communiter sensu, quod matrimonium contractum à furioso cum altero sanæ mentis conscio furoris illius reneat, & valeat, merito reprobant Præpos. ibi num. 2 & D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 2. num. 7. in fin. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrimon. disputatione 8. num. 15.

6 Neque aduersus hanc sententiam aliquid probat tex. in cap. neque furiosus 32. quæst. 7. ibi, neque furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit, non separentur, quia tex. ille in hoc vltimo debet intelligi de matrimonio contracto ante furorem, vt patet ex ipsismet verbis modo relatis, nam cum prius dixerit tex. quod furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere non possunt, & statim incontinenti adijciat, sed si contractum fuerit non separentur, plane intelligendus est de matrimonio contracto ante furorem: verba namque illa, contractum fuerit, sunt præteriti temporis: priora autem illa: neque furiosus, nec furiosa, sunt futuri temporis.

7 Vnde aduersatiua illa, sed si, aduersatur in iure, & in facto, prout est de sui natura, l. sed etsi lege in princip. ff. de petit. hæred. l. 1. in princip. l. 2. §. Ofilius, ff. ne quis eum, &c. Bas. in auth. quod locum. C. de collation. Gabriel. consil. 10. num. 22. Ruin. cõsil. 41. nu. 8. lib. 2. Octauianus Vulpeius de præpositione ad verb. & coniunct. significa. in dictione, sed: & ita tex. in d. cap. neque furiosus intelligunt communiter DD. ne sit contrarius d. cap. dilectus.

8 Si tamen mulier contrahat matrimonium cum furioso, & postea cùm ipse reuersus est ad sanam mentem denuo contrahat matrimonium, cum existente iam in sana mente, tenebit hoc matrimonium ex nunc, ex nouo vtriusque consensu legitimo: non verò ex tunc, vt tenet gloss. in d. c. dilectus, verb. furore, in fine, quam sequũtur ibi communiter DD. eamque magis communem profitetur Ioan. Oros. in l. patre furioso, nu. 21. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. estque probata d. l. Regia 6. in fine tit. 2. partit. 4. ibi: *Pero si alguno fuesse loco*

se loco à las vezes, è despues tornasse à su acuerdo, si en aquella sazon, que fuesse en su memoria consintiesse en el casamiento valdria

9 Vnde falsum esse censemus, quod Hostiens. & Abbas numero 4. in d. cap. dilectus, asseuerant: nempe matrimonium contractum à furioso, validari per tacitum consensum ipsius postquam ad sanam mentem redierit, nempe per copulam, vel mutuam cohabitationem, nam cum ex tali matrimonio à principio non fuerit ortus consensus, vt inquit tex. in d. cap. dilectus, & matrimonium assertum fuerit ipso iure nullum, sola copula, nec item mutua cohabitatio matrimonium efficere non potest, vt clare constat, & probatur ex textu iuncto eius communi intellectu in capit. per tuas, & in cap. fin. de condit. appositi. nuptias enim non cubitus, sed consensus facit, vt in reg. iuris vulgari. 12

10 Nunc, quæ dicta sunt de furioso, vt matrimonium contrahere non possit durante furore, & quod de facto cõtractum sit nullum, ampliatur, vt procedat etiam in mentecapto, nempe, vt matrimonium ab eo contractum sit nullum, æquiparatur namque furioso, l. secunda, & ibi Bald. C. de curat. furios. tex. in cap. sicut iuncta gloss. verbo extra mentem de regular. docet late Nauar. in cap. si quando de rescriptis exceptione 10. num 5.

11 Et quia mentecaptus non potest contrahere secund. Ioan. Fabrum in §. furiosus de inutilib. stipul. & ibi Angel. numero tertio, qui legit illum tex. in §. mutuum, eiusdem tituli: sequitur Gregor. Lopez in l. 4. titulo 11. gloss. 1. partita quinta, & bene probat Anton. Gomez secundo tomo var. resol. capit. 14. de restitutione minorum, numero 28. & nos consil. 14. numero quinto, vbi quod nec etiam potest testari mentecaptus, secundum Decium, Rodericum Suarez, Anton. Gomez, & Gregoriũ Lopez, quos ibi citauimus: & quod furiosus, mentecaptus, seu phreneticus nõ possit testari, nec contractum facere probat l. furiosum C. qui testament. facer. poss. vbi Bas. & communiter Script. id notant, tex. in l. in negotijs contrahendis ff. de regul. iur. vbi Decius, & Cagnol. plura adducunt, est communis secund. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primogenijs capit. 9. numero 28. l. 1. tit. 13. partita 6.

Similiter mentecaptus donare non potest, vt probat Petrus Rebuff. in secundo tom. ad Regias constitutiones Gallicas, in tractatu de donat. & alijs disposit. tuto. & administrator. fact. reprobat. gloss. 9. numero 14 pagina mihi 364. & nos d. consil. 14. num. 6.

Vnde merito, quod mentecaptus matrimonium valide contrahere non possit, vt docet Couar. in quarto Decretal. secunda parte cap. 2. numero 8. Greg. Lopez in l. 6. titulo 2. partita 4. in gloss. *el que fuesse*, Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 4. numero 3. Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disputatione 8. numero 15. vbi cum Socin. consil. 47. columna 3. versic. Capio secundam difficultatem vol. 3. & Greg. Lopez vbi supra hoc bene intelligit de mentecapto, qui omnino rationis vsu destituitur: secus si non careat omnino intellectu, quẽ vulgo, *tonto, ò attontado* appellamus, quia is deliberationem sufficientem habet ad mortaliter delinquendum: idem tradunt Socin. & Gregor. Lopez vbi supra, de ebrio, qui omnino caret ratione de quo per Enriquez, & Cardinal. Florentin. in d. c. dilectus de sponsal. & probauimus post Couar. & alios, quos in idem citauimus lib. 2. Canonic. quæstionum cap. 4. num. 107. & 112. & Thom. Sanchez d. disputatione 8. num. 19.

13 Quæ autem negatiue supradicta sunt de furioso, & mentecapto, intelligenda sunt de eo, qui perpetuo morbo præd. laboraret, nam si dilucido interuallo gauderet, posset eo tempore sponsalia, & matrimonium contrahere, vt constat ex l. Diuus ff. de offi. præsid. & tenet gloss. in d. c. neq; furiosus in princip. 32. quæst. 7. & in d. cap. dilectus verb. furore, & ibi Ioan. Andr. num. 3. Henrich. 1. Alex. de Neuo nu. 16. Præpos. num. 1. D. Couar. d. c. 2. num. 5. & cæteri communiter Canonistæ, & ex Theologis hoc idem docent D. Thom. in 4. distinct. 34 quæst. vnic. art. 4. vbi Ricard. art. 4. q. 1. Diu. Bonauent. art. 3. quæst. 1, Soto quæst. vnic. art. 4. concluf. 1. & reliqui, quos sequitur Sanchez vbi supra num. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 In dubio autem in hac specie, nempe, cum furiosus dilucida habet interualla, si dubitetur, an actus tempore furoris, aut sanæ mentis gestus fuerit, præsumitur rationis vsus, vt actus potius valeat, quam pereat, teste Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 4 numero 3. & ante eum idem probarunt plures, quos refert Mascard. de probat. secundo tom. conclusione 825. numero 11. & 12.

Sed hæc sententia vera non est, nec tenenda: cum enim furoris morbus suapte natura, perpetuus, insanabilis, & desperatus sit, præsumitur durare omni tempore, & illa dilucida interualla sunt per accidens, ideoque minime præsumuntur, argumento l. si vero §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisdat. cogantur, ita in proposito multis citatis probat, & tenet Præpos. in d ca. dilectus numero 2. de sponsal. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 9. numero 30. & Menoch. plurimos referens lib. 6. præsumptione 45. numero 68. Anton. Gama decis. Lusitan. 100. in primo tom. Molin. Theolog. de Iustitia, & Iure primo tom. disputatione 136. folio mihi 735. & Sanch. d. lib. 1. disputatione 8. numero 17. vers. tandem, & vltra eos plures alij citati per Mascard. vbi supra num. 10.

Quod procedit, & verum est, nisi ex actus qualitate, qui ita bene gestus est, vt ostendat non factum esse à demente, præsumatur gestum esse tempore sanæ mentis. vt cum alijs probat Coua. d. ca. 2. n. 7. & Menoch. d. præsumptio. 45. num. 66. Matienço in rubrica tit. 1. lib. 5. nouæ collect. reg. glos. prima numero 67. & plures referens Mascar. vbi supra numero 13. cum sequentibus, & Sanch. etiam vbi supra, addens, quod similiter præsumitur furiosus, quoad actus, qui paulo post furoris tempus aguntur, non autem quoad illos, qui lõgo interuallo distant, secund. Couar. vbi supra numero 6. & Menoch. d. præsumptione 45. numero 69. & Ludou. Lopez, quem ibi citat Sanchez.

Tandem ibidem ipse numero 18. obseruat quod quamuis habitu furiosus, si interualli dilucidi tẽpore ducat vxorem, valide contrahat, peccat tamen contrahendo, quia idoneus non est ad prolem educandam, nisi per alias cõiunctas personas educationi satis consuleretur.

Quod si non constat, cum de quo agitur, antea esse furiosum, non præsumitur furiosus, sed sanæ mentis, ex l. 1. C. qui testam. facere poss. & l. non codicillos. C. de codicil. natura, namque homines sanæ mẽtis producit, quare asserenti aliquem insanum esse, aduersatur præsumptioni, quæ à natura ipsa descendit, ita docent cũ alijs Couarruuias vbi supra numero 5. ad fin. & Menoch. d. lib. 6. præsumptione 45. numero 18. & Thomas Sanchez vbi supra numero 17. vbi aduertit iudicari sanæ mẽtis, vt valide contrahat sponsalia, quando eam deliberationem habet, quæ in materia graui sufficeret ad culpam mortalem, vt de confectione testamenti docet Molina Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iure disputatione 136. folio mihi 735. quia vt est prædictum ea deliberatio sufficit ad sponsalia, ipsorumque valorem.

Si tamen constet, aliquem dementia affectum fuisse, nec probetur consueuisse habere dilucida interualla, præsumitur adhuc furiosus, vt cum communi resolvit Couarruu. vbi supra numero 6. vers. quibus, & communem atque receptam, plures allegans contra alios, eam affirmat Mascard. vbi supra num. 5. & 6. & Menoch. vbi supra numero 59. & consil. 82. numero 220. lib. 1. & Sanch. vbi supra d. numero 17. in vers. quando autem constat, vbi hoc inquit procedere, si probatum fuerit furorem durasse quodam continuo tempore, vt anno, vel mense: secus si probetur in aliquibus actibus furiosum fuisse non enim præsumitur tunc permanere furorem, secundum Couarru. vbi supra numero 6. vers. procedit tamen, Mascard. plures allegans vbi supra numero 7. & 8. & Menoch. d. præsumptione 45. num. 62. & Ludouic. Lopez in secunda parte Instructorij, in materia de matrimonio cap. 39. folio 1507. qui post Couar. vbi supra asserit non præsumi durare furorem, vbi peritorum testimonio probatur ex accidenti, quod iam cessauit cõtigisse alias tres limitationes assignat Mascard. vbi supra numero 17. cum sequentibus.

Si demens, aut omnino ebrius tempore sanæ mentis voluntatem habuerunt cõtrahendi sponsalia, aut matrimonium, eamque tempore dementiæ, aut ebrietatis exequantur nihil faciunt, quia tempore debito, & requisito, hoc est contractus, defuit sana mens, quod ex alijs fundamentis probat late Ledesma in secundam partem quarti, quæstione 60. articulo 3. Alphons. à Veracruce in suo Specul. coniugior. prima parte, articulo 41. conclusione 5. Petrus de Ledesm. de matrimonio quæstione 58. articulo 3. dubio 1. Matien. in rubrica tituli primi, lib. 5. nou. collect. Reg. glos. 1. num. 208. quos sequitur Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 8. num. 20.

SVMMARIVM Cap. IX.

1 *Promissio sponsalium quando sit animo promittendi, non tamen se obligandi, an vera sint sponsalia, & in foro conscientiæ obligent? & quid in promissione matrimonij iuramento stabilita? num. 2. & quid in dubio? num. 3.*

4 *Vouẽs castitatem, simulque religionem, incertus tamen de intentione, an absoluta, an potius, casu, quo ingrederetur religionẽ, tenetur dum dubitat de intẽtione reputare se ad castitatem obligatum, quamuis non admittatur ad religionem?*

5 *Matrimonium ficte contrahens per verba de præsenti, vel contrahere promittens absque animo, & intentione se obligandi, an teneatur in conscientia vere consentire? & numeris sequentibus, vbi affirmatiua pars eligitur cum suis ampliationibus, & limitationibus?*

11 *Ficte contrahens, quoties teneatur vere consentire, an sit absoluendus quousque vere consentiat, vel contrahat, necne?*

12 *Matrimonium secundum vere contractum post primũ ficte celebratũ quod inualidum est ex defectu consensus, validum sit, necne?*

13 *Mulier post contractum matrimonium, an teneatur credere marito dicenti, se ficte consensisse remissiue?*

CAPITVLVM IX.

De promissione contrahendi matrimonium vnius contrahẽtis vera, & alterius ficta: deque matrimonio sic contracto.

1 VANDO promissio spõsalium fit animo promittendi, non tamen se obligandi, vera sunt sponsalia, & in foro conscientiæ etiam obligant: satis namque est, causam esse volitam, nequit enim hic promittens laqueum injcere, quin illaqueetur, vt in sic iurante, vel vouente recte probauit Dominicus à Soto lib. 7. de Iustitia, & Iure quæstione 1. articulo secundo, in vers. sed quid si. & in vers. tertio, eodemque membro: estque communis sententia omnium Theologorum nostri temporis, vt affirmat, eam bene probans Magister Aragon de Iustitia, & Iure q. 88. art. 1. pag. 969. vers. contrarium, & nos eam sequuti sumus aduersus alteram communem Canonistarum, & Scoti sententiam, lib. 2. canonic. quæstionum cap. 22. nu. 31. & Ludouic. Lopez dicens idem docuisse Peñam in 1. parte Instructorij c. 42. §. secũdum Sot. & c. 43. §. quãuis votũ, Manuel Rodrig. in summa 2. tom. cap. 92. num. 7.

Ergo idem dicendum est in simili promissione sponsalium, vt nuncupatim docet Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 43. articulo 1. dubio 2. quam sententiam veriorem esse censeo, & tenendam, quamuis contrariam in vtroque teneat cũ alijs Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. de matrimonio disputatione 9. num. 5. vbi num. 6. agit an sint vera sponsalia, quando non fuit animus obligandi se ad solum veniale.

2 Præcedens communis sententia, de qua in principio huius c. à nobis probata procedit etiã & à fortiori in promissione matrimonij iuramento stabilita, obligat nãque, veraque sponsalia constituit, quãdo adest animus iurandi, licet expresse non se obligãdi, vt in simili promissione iurata renẽt, & probant. Caiet. in 2. 2. q. 89. articulo 7.

adquartum, Sot. lib.8.de Iustitia, & Iure quæstione 1.articulo septimo, adquartũ, in versat vero protecto. D. Couarru. de pact in 6 prima parte §. quinto, numero 2 & nos cum alijs lib. 2. canonic. quæstionum cap.22. numero 31. Ludouic. Lopez in prima parte Instructor.capit.42 §.secũdum Sotum,& Manuel.Rodriguez in primotomo suæ summæ,in secunda editione cap.192.numero 4 & secundotomo,cap. 92.numero 7. Aragon.de Iustitia,& Iure in 2.2.quæstione 89.articulo 7.§. quarta conclusio, pagina 1081. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap.13.numero secundo, comment. litera Z. quamuis in voto teneat contrarium, sed primum est tutius secundum Tabien. verbo iurare quæstione 11.quamuis Thom. Sanch. d.disputatione 9.numero 9. lib. 1. teneat verius esse non obligare ex vi iuramẽti, aut promissionis, nec esse sponsalia, vt ibi nititur probare cum alijs.

3 In dubio autem, qui certus est promisisse cum iuramento, non tamen certus est an animum se obligandi habuerit, tenetur fidem seruare; vt in coacto cumiuramento promittere in indubio, animum se obligandi habuerit, necne ? quod teneatur obligationem seruare docet Felin.in cap. si vero numero 8. versic. quarto declarat. de iur.iurand. & nos vbi supra d. numero 20. Nauar. lib.3.consil.in prima editione, titulo 34.de voto consil.4.in fine.

4 Vbi ait, vouentem castitatem, simulque religionem, incertum tamen de intentione: an absoluta, an potius casu, quo ingrederetur religionem, teneri, dum dubitat de intentione, reputare se obligatum ad castitatem, licet non admittatur ad religionem, quin est certus de voto, dubius tamen de intentione,& Corduua in summa, *de casos de conscientia*, quæstione 147. vbi tenet in dubio, an votum obliget, esse necessarium petendam dispensationem, & Diuus Antonin. in secunda parte suæ summæ titulo 11.cap.2. in princip. in versic.nota 6. dicens tutius esse implere in dubio animi se obligandi, & hanc partem latissime probat, & sequitur Thom. Sanch. d. disputatione 9.numero 13. per totum lib.1. secus erit indubitante, an sponsalia contraxerit, aliamvè promissionem emiserit ? tunc nãque si sufficienti adhibita diligentia, adhuc manet dubius, vtrum matrimonium contrahere promiserit, aliamvè promissionem, vel votum emiserit, minime tenetur, vt late probat Sanchez vbi supra numero 11. vbi plures ita tenentes allegat, & verum esse intelligit; vbi dubitat, secus si opinetur, se vouisse, ita, vt oppositum non opinetur probabiliter, quia tunc tenebitur, quia habet assensum: arbitror voluisse dicere, quando magis, & rectius se inclinat in partem affirmatiuam, quam negatiuã, nam si pro vtraq; parte (vt inquit) opinionem probabilem haberet, liceret quamcunque amplecti.

5 Quod si quis ficte contrahat matrimonium per verba de præsenti, vel contrahere promittat, absque animo, & voluntate se obligandi, non videtur teneri vere consentire, & de nouo contrahere, vt in terminis hoc probat, & tenet Ledesma in secundam quarti, quæstione 47. articulo 4. & esse probabilem aperte sentit Victoria in summa de matrimonio numero 252. & alij Moderni secund. alterum Ledesm. de matrimonio quæstione 45. articulo 4. dubio primo, §. in hac difficultate in fine, & in hoc conueniunt omnes, nempe, vt ratione d. ficte promissionis non teneatur vere consentire, secund. eũdem Petrum de Ledesma in sua summa de sacramento matrimonij folio 34 columna 1. in versic. *La tercera difficultad*: ibi, *digo lo primero.*

Nihilominus tamen contraria sententia verior est, & magis tenenda, nempe, vt huiusmodi ficte contrahens matrimonium teneatur vere consentire, quia hic adest contractus vtrinque obligatorius, do, vt des, alter iam impleuit tradendo potestatem sui corporis, per verum matrimonium, ergo fictor tenetur vere implere. Secundo, quia si aliud diceremus, sequeretur alteri grauissimum damnum, quia cũ in foro Ecclesiæ probare nequeat fictum alterius consensum, non permitteretur ei aliud inire matrimonium, cogeturque continenter viuere. Tertio ratione fraudis, doli, & deceptionis alterius partis, quæ vere consensit fissus promissione externa decipientis interne. Quarto, quia ex priori opinione negatiua multa alia inconuenientia sequerentur, maximaque cõfusio, & turbatio quietis reipub. introduceretur, asserentibus pluribus quotidie, se animum contrahendi interius non habuisse: denique quia illusio fieret contractus matrimonij: quibus rationibus attentis, merito quod hic ficte promittens, vel ficte cõtrahens matrimonium, teneatur vere consentire, & de nouo contrahere matrimonium: hanc sententiam videtur tenere Sanctus Thomas in 4. distinctione 27. quæstione prima, articulo secundo, dum ait, hunc fictum contrahentem puniri in foro Ecclesiæ, & in foro pœnitentiæ: ergo cum in foro Ecclesiæ sit certum, cogendum esse stare illi matrimonio, non constito de animo ficto, quo asserit fuisse contractũ, videtur Diuus Thomas sentire, idem esse in foro conscientiæ: & expresse hanc sententiam in terminis tenet Scot. in quarto, distinctione 30. quæstione 1. in versic. Respondeo, stante illo dolo, &c. Maior in 4. distinctione 27. quæstione 1. Adrianus in 4. quæstion. 2. de matrimonio, ad secundũ, Sot. in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo tertio, in versic. alia præcipua: Petrus de Soto dicens esse indubitatam lecti. 3. de matrimonio §. primum igitur, Nauar. in summa cap.22. numero 76. Methi. in sua summa lib. 1. cap. 16 §. 13. folio 231. columna 2. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap.11. numero 3. Bañez in 2.2. quæstione 77. articulo 3. dubio 1. ad secundam confirmationem: Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 45. articulo 4. dubio primo, asserens, priorem sententiam esse improbabilem, & in summa de sacramento matrimon. pagina 34. columna 2. in versiculo, *digo lo segundo*, vbi inquit, quod in hoc conueniunt omnes DD. & iterum dicit eam esse communem pagina 65. columna prima, & columna sequenti, & hanc sententiam dicit esse verissimam moraliter, & regulariter Thomas Sanchez lib. primo de matrimonio disputatione 11. numero quinto, vbi tamen asserit, quod si nullum ex talis damnis, nec aliud notabile sequeretur, probabiliorem reputaret priorem opinio. sed quod raro, aut nunquam desinent prædicta damna, & inconuenientia accidere, aut saltem vnum ex eis.

Nunc autem præfata, secunda verior, communis, & tenenda sententia aliquibus modis venit amplianda, & limitanda.

6 Extenditur primo, vt procedat, & vera sit, quamuis fœmina ficte ducta non sit virgo, quia adhuc damnum grauissimum pateretur, cum continenter viuere compellatur, ita Sotus, Bañez, Petrus de Ledesma vbi supra, & Sanchez numero 6. vbi limitat, nisi ipsa virum deciperet fingendo, vel dicendo se esse virginem, idem tenet d. disputatione 11. numero 2. & 3. qui d. nume. 6. idem dicit esse quando ipsa minime decepit, verum communiter vir go reputabatur, & vt talem vir eam ducebat, alias nullo modo eam ducturus, quia tunc ficte contrahens, non tenetur vere contrahere, quia notabile damnum pateretur contrahendo cum corrupta, & notabilis est mutatio inter eam, quam virginem credebat, & inter non vere virginẽ: item quia hæc est legitima causa dissoluendi sponsalia vera.

Supradicta tamen limitatio huius primæ extensionis in foro tantum conscientiæ procedere potest, nam in foro Ecclesiæ, alio non probato, standũ est matrimonio cæterum posterius dictum Thomæ Sãchez modo relatũ, quãdo ipsa mulier virũ non decepit, sed communiter virgo reputabatur, & vt talem vir eam ducebat (cum re vera talis non esset) alias eam nullo modo ducturus, vt tunc ficte contrahẽs nõ teneatur vere consentire, & cõtrahere, scrupulo non caret: siquidem in præd. specie, ipsa virum non decepit, sed ipse se decepit, & mulier virgo communiter reputabatur, nec tenebatur turpitudinem suam detegere, seque infamare, & præterea nullum notabile damnum pati virum, considerari recte potest, siquidem peccatum illud præcedens vxoris occultissimum fuit, cum communiter virgo tunc temporis existimabatur.

7 Secundo ampliatur præd. doctri. cõmunis, & vera, vt procedat etiãsi ficte cõtrahẽs minime copulã habuerit, adhuc enim tenetur vere consentire, & contrahere: ita tenet Sotus vbi supra & Petr. de Ledes. d. art. 4. dubio 1. cõclus. 1. in 4. probatione, & cum eis Sanchez d. disputatione 11. nu. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Tertio extenditur præfata communis sententia secund Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 19.fol.1297.vt procedat, etiam si contrahentes disparis conditionis sint,quia adhuc fictor tenetur vere contrahere.

Contrarium tamen verius plerique cẽ sent,quia est maxima in contractum æqualitas vnde satisfaciet alio modo resarciendo iniuriam: sic probarunt Sũma Rosela verb.matrimonium quarto numero 2. Angel.in summa verbo matrimonium 2. numero 15. Sylvester verbo matrimonium 4 quæstione 8. Sotus in quarto, distinctione 27.quæstione 1.artic. 3. vers. alia præcipua, Nauar. in Manual. cap.22. num.76. Enriquez lib.11. de matrimonio cap. 11. num.3. Petrus de Ledesma de matrimonio,quæst.45. articulo 4.dubio 1. conclusione 2. & Thomas Sanchez lib.1. de matrim d.disputatione 11.num.8.

Sed adhuc pro suprad. ampl.tertia facere videtur,quod eadẽ ratio doli læsionis, scandali, & aliorum inconuenientium in hac specie, quæ inter pares concurrere videtur,imparitas namque status, & conditionis contrahentium nihil impedit, quominus matrimonium contrahi possit: at,si dicas hoc procedere,quando vere, & non ficte matrimonium contrahitur: idem tamẽ videtur dicendum,ratione doli, & deceptionis:nihilominus tamen probo opin. negatiuam contra ampliationem,tum quia in specie promissa,ipsa fœmina se decepit cõsentiendo vere, longe superiori, eique credendo leuiter absque sufficienti fundamento:tum etiam propter authoritatem Doctorum tenentium hanc partem, quæ summa est, & communiter recepta hæc opinio dici potest, vnde merito procedit,siue fœmina disparitatem norit siue ignorauerit, tenebatur namque viri conditionem inuestigare,& scire,sicut communiter omnes contrahentes matrimonium hoc exquirunt, & perscrutantur, & paria sunt scire, vel scire debere,l. quod te mihi ff.si cert. peta. præterquam, quod tam magna disparitas non potest probabiliter ignorari, vt in specie obseruat Sanchez vbi supra, & in sponsalibus loquens, idem Sanchez d.lib. 1. disputatione 10.numero 21.qui. d.lib.primo,disputatione 11. numero 8.id credit, quoties contrahens manifesta ficti consensus indicia præbuit, quia tunc ipsa fœmina se decepit, sicque potius hæc erit limitatio ad prædictam cõmunem sententiam.

9 Quanta autem debeat esse hæc disparitas arbitrio prudentis viri relinquitur, qui eam esse disparitatem iudicet, vt merito fœmina se decipi credere debuerit, vt recte censuit Angel. in summa verbo stuprum numero primo, Nauarr. in summa capit. 22.numero 76.vel melius, si vir nobilis sit, fœmina autem agricolæ filia,secund.Diuum Antoninum in sua summa secunda parte,titulo quinto, cap.sexto, §. primo, Nauarr.cap.16.numero 18. Cord dub. lib. primo sui Quæstionarij: quæstione 13.dicto secundo, Capu. lib. secundo, decis. 78. numero sexto, Manuel Rodriguez in primo tomo suæ summæ, in secunda editione, capit. 208. numero octauo, quos sequitur Thomas Sanchez dicta disputatione 10.numero sexto,lib.primo,de matrimonio,vbi idem recte probat, quãuis in genere pares sint, licet notabiliter diuitijs sint impares, secund. Nauarr. in summa Latina cap. 16.numero 18. Alphõsum à Veracruce in tertia parte Specul. coniug. articulo 19. conclus. 3. & alios, quos ibi quoque citat, vnde non requiritur tam grandis disparitas, de qua per Petrum de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo quarto, dubio 1. conclusione 2.dum exemplum fingit de fœmina agricolæ,vel fabri filia, & viro filio Comitis contrahentibus matrimonium, aut sponsalia.

10 Secundo limitatur præfata communis sententia affirmatiua de ficte contrahente matrimonium, quod teneatur vere consentire, & de nouo contrahere, vt non procedat, quando pessimi exitus probabiliter timerentur ex vero consensu præstando, vt recte asseruit Enriquez lib.11. de matrimonio cap.11. numero 3. Petr. de Ledesma d. articulo quarto, dubio primo, conclusione secunda, sequitur Thomas Sanchez d.lib.primo, disputatione 11.numero 9.vbi idem credit, quando grauissimum scandalum timeretur, vt in sponsalibus hoc idem probauit disputatione præcedenti,nempe 10.num.9.

Obser-

11 Obseruant tamen in materia Enriquez vbi supra d.n.3.& Petrus de Ledesma etiã vbi supra d.dubio primo conclus.1.in fine, & Bartholom.à Ledesma dubio 19 de matrimonio,quod quoties ficte contrahẽs tenetur vere contrahere, nõ est absoluẽdus donec vere contrahat,quãuis se cõtracturum proponat,quia attentis circunstãtijs, reique grauitate iste pœnitens,maxime est expositus periculo persistendi in deceptione, sed hoc sic simpliciter, & indistincte dictum rigidissimũ est, vnde rectius Thomas Sanch d. disputatione 11. lib. 1. nu. 10. temperandum credit,quando ea contradictionis signa præberet pœnitens, vt merito,ac iure optimo persuadeat sibi confessarius,illum statim cõtracturum, vt de eo, qui iussus est restituere in alijs confessionibus,nondum tamen restituit,asserunt communiter DD. iuxta hanc moderationem intelligẽdus est Petrus de Ledesma in summa de matrim.pag.65. ibi, *de lo qual*, dum dicit, *que este tal no le han de absoluer sino tiene proposito de casarse verdaderamente con la tal muger.*

12 Dubium tamen optimum, & grande est in proposito, an secundum matrimonium vere contractum, post primum ficte celebratum,quod inualidum est ex defectu cõsensus,validum sit,necne? Hostiens. namque in cap.is,qui fidẽ, prope finem:de spõsal. censet hoc secundum matrimoniũ irritum esse,& Ioan.Andr. ibidem num.4.Anchar.num.5. & videntur censere esse probabile Anton.de Butrio ibi,num.8.& Præpos.num.3. in fine:argumento tex. in d.c. is,qui fidem ibi, licet præsumptum primũ matrimonium videatur,contra præsumptionem tamen huiusmodi; non est probatio admittenda:ex quo sequitur, quod neque verum, nec aliquod censeatur matri- 13
monium, quod de facto est postmodum subsequutum. Quamuis præfati vltimo citati Authores postea dicant oppositam sententiam esse tutiorem,nempe, quod posterius matrimonium sit validum:imo hæc secunda opinio est verior,communis, & tenẽda,quia non reperitur tex. statuens matrimonium posterius verum, dirimi per prius fictum:neque obstat tex. in d. cap. is, qui fidem,quia secundum Abbatem ibi, & bene tex.ille non disponit, secundum matrimonium esse irritum, sed illatiue loquitur,si primum matrimonium, quod de iure præsumitur, verum sit, secundum esse nullum: quare si prius sit irritum, prout est ficte contractum,cessabit illatio, & secundum vere contractũ erit legitimũ. Præterea in specie cap. is,qui fidem, in matrimonio illo præsumpto ab Ecclesia non defecit consensus verus,quinimo Ecclesia iuste illum præsumit ex copula subsequuta,post sponsalia de futuro præcedentia vere contractã ad euitandum peccatum,& animum fornicarium:at in nostro casu in primo matrimonio defecit verus consensus, cum ficte contractum fuerit,vnde merito, quod diuersum cõstituatur in eo: ideo recte hãc partem probauit D. Thom. in 4. distinct. 27.q 1.art.2. quæstiuncula 4. ad primũ,Paludan. Sotus, Adrian. & quamplurimi alij Theologi,& Iuristæ in vnum congesti per Thom.Sanch. lib.1.de matrim. disput.11. num.1.ex quibus constat hanc esse procul dubio veriorem,& communem sententiã, & omnino tenendam:quam intelligo procedere quo ad forum conscientiæ tantum, quoties fictio consensus prioris matrimonij omnino occulta fuit, & non apparens vllo modo.secus tamen erit in hac eadem specie in foro Ecclesiæ, quia Ecclesia non iudicat de occultis,& ideo ipsa pro primo matrimonio,quod verũ vndequaque præsumit,& censet, pro eo iudicabit: imo puniet contrahentem secundum matrimonium,viua prima vxore,pro tali in suo foro reputata:cæterum si iuridice constiterit de fictione prioris matrimonij,secundum pro valido iudicabit,primo annullato, & pro tali declarato: & tunc fictor vtroque iure pœna stupri erit puniendus,vt sequẽti capite dicemus.

An autem mulier post contractum matrimonium teneatur credere marito dicenti ficte consensisse, agit Petr. de Ledesma in sum. de sacramento matrimon. pag 68. col.2.versiculo *la vltima*, vbi colũna præcedenti ad fi. quærit, quod remedium habeat ficte primum contrahens matrimonium, & secundum vere,qui est videndus.

(:ẽ:)

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMARIVM Cap. X.

1 MAtrimonium falso contrahēs cum muliere, vt ab ea copulam extorqueat, ad quid teneatur? & numeris sequentibus, & ipsa seducta tute contrahet matrimonium cum alio, si probabilibus coniecturis persuaderi posit, in viro consensum coniugale defuisse, vt in num. 2. & num. 3. casus hic in simili in praxi contingens refertur, & nu. 4. ampliatur, quod fuit dictum num. 1. & num. 5. cum sequētibus: limitatur aliquibus modis vsque ad numerum 9. inclusiuè & num. 10. ad quid teneatur vir in specie de qua d. num. 1.

11 Promittens fœminæ se eam ducturum quam putabat virginem esse, an teneatur hoc adimplere, si ipsa virgo nō erat, etiam si iuramento firmasset suā promissionem?

12 Promittēs fictè matrimonium fœminæ eamque deflorans ad quid teneatur si promissionem suam adimplere nō possit, quia sacris initiatus est, vel alteri matrimonio copulatus?

13 Promittens fictè matrimonium puellæ, & volens eam sic deceptam ducere, parentes autem id renuant, ad quid teneatur?

14 Fictus promissor in casu, quo teneatur virginem à se corruptam ducere, & aliam iniuste duxerit, viduus factus tenetur ad prius matrimonium.

15 Fictè promittens, se desponsaturum fœminam, & sub ea spe ipsam deflorās, quando ipse vir est notabiliter dignioris conditionis, vel alia indicia præbuit ficti consensus, ex quibus fœmina facile posset præsumere dolum, an teneatur ei aliquid restituere? suppositio, quod eam ducere præcisè minime tenetur, & numeris sequentibus.

17 Disparitas nota liberat à ductione præcisa in matrimonium: non tamen à restitutione dotis, & satisfactione prudentis arbitrio, vt in num. 18.

19 Fictè promittens matrimonium corruptæ paris conditionis conscius corruptionis, ad quid teneatur?

20 Fictus promissor, quando immunis est ab obligatione ducendi in vxorem mulierem ex causa notabilis inæqualitatis, &c. an si interrogatur à iudice si promiserit poterit id negare?

21 Interrogatus à iudice, nū mutuo acceperit numos? quos re vera iam nō debet, potest negare cum iuramento, se non recepisse negando interrogationē. prout in ipsa continetur.

22 Clericus à custodibus interrogatus, num aliqua oporteat, vt gabellam soluere cōpellatur? potest negare interrogationē, prout in ipsa continetur.

23 Rogatus ab vrbis custodibus, num veniat ex tali loco? quem falso putant peste infectum esse, potest iurare ex eo se nō venire, intelligendo ex eo peste infecto.

24 Promittens vere matrimonium, non tenetur seruare fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est, &c. vt hic.

CAPITVLVM X.

De contrahente falso matrimonium cum fœmina, vt ab ea copulam extorqueat.

1 VANDO quis, vt à fœmina carnale commercium consequatur, verbis ficte, non tamē animo matrimonium contraxit, ac semper animo, & affectu fornicario eam cognouerit, ita vt effectu matrimonium non sit, dubitari contingit, ad quid teneatur in foro conscientiæ, hoc est, quærere, an ficte promittens matrimonium, & sub ea spe deflorans virginem, teneatur eā vere ducere in vxorem? & præcise non teneri, sed satis esse, ducere, vel dotem constituere, videtur tenere D. Antonin. in tertia parte suæ summæ tit. 1. cap. 19. in princip. & supplement. Gabriel. in 4. distinct. 28. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. Bartholom. à Ledesma de matrimonio quæst. 19. folio 1296. quod censent probabile alij Theologi Neotherici, secundum Petrum à Ledesma statim citandum.

Sed vera, & communis sentētia est, hūc seduc-

ductorem debere cum ista matrimoniū vere contrahere sub pœna peccati mortalis, si nondum aliam vxorem duxerit: si vero aliam duxit, tenetur ei resarcire damnum quod stupro intulit: vnde consequēs est, vt iure Canonico, & Ciuilis pœna stupri sit puniendus, iuxta cap. 1. & 2. de adulter. ita tenet D. Thom. in 4 distinct. 28. art. 2. ad quartum, Syluester in summa verbo matrimonium 4. quæst. 8. idem comprobat dicens esse communiter receptū Adrian. in 4. in tractatu de matrimonio, quæst. 2. vers. dico igitur ad quæsitum, D. Couar. in 4 de sponsalibus 2. parte cap. 2. §. vnic. numero 4.

2 Vbi etiam quod ipsa seducta, tute cum alio contrahet matrimonium, si coniecturis probabilibus persuaderi posit, in viro consensum coniugale defuisse, secund. Adrian. in 4. quæstione 2. & Syluest. quæst. 9. hasque coniecturas tribuere, dispar genus, vel diuitiarum, status vè conditionem parem, & opin. supra dictam D. Thom. principalem, communem appellat Dominicus à Soto in 4. distinctione 27. art. 3. q. 1. vers. alia præcipua, pagina mihi 110. & Angles in Floribus Theologic. quæstionū in quæst. de essentia matrim. pag. 368. in conclusione fictus, &c. Ricard. in 4. distinct. 28. art. 1. quæst. 3. in fine, Palud. quæst. 1. articulo 2. conclusione 4. & 5. num. 14. & sequenti. D. Antonin. in 2. parte suæ summæ tit. 5. cap. 6 §. 1. Rosel. verbo matrimoniū 4. num. 2. Angel. verbo stuprum num. 1. Sylvest. verbo luxuria quæst. 5. Tabien. verbo restitutio quæst. 22. num. 23. Armil. ibi num. 22. Victoria de matrimonio, num. 365. Nauar. in Manual. cap. 16. num. 18. Ledesma in secundam partem quarti, quæst. 18. art. 2. ante dubium 2. fol. 241. col. 1. Veracruz in 3. parte Specul. coniug. art. 19. cōclus. 5. Cordou. in sua summa *de casos de conscientia*, quæst. 50. & lib. 1. sui quæstion. quæst. 13. dicto. 2. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 11. num. 2. Beya in sua summa. casu 18. Ludou. Lopez in 1. parte Instructorij cap. 76 fol. 189. col. 1. in 2. editione, & in 2. parte in materia de matrim. fol. 1035. columna 2. Salō de Iust. & Iur. in 2. 2. quæst. 67. art. 2. controuers. 5. in fin. Emanuel Rodrig. in 1. parte summæ in 2. editione cap. 208. nu. 8. Vega lib. 2. suæ summæ casu 239. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 45. art 4. dubio 1. ad confirmationem tertij, & iterum in summa de matrimonio, pag. 67. col. 1. & 2. Capua lib. 2. decis. 78. num. 3. & ante eos Enrichus in cap. ex parte num. 6. de sponsal. & post D. Spin. in suo Specul. testament. glos. 15. princip. num. 73. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 10. numero 3.

3 Et hunc casum iam habui in praxi, occulte namque fui consultus simul cum alio viro graui Theologo à quadam nobili fœmina nupta iam diu, ingenuè fatente, se nunquam vere consensisse in matrimonium, quo erat ligata in foro Ecclesiæ, sed ficte timore parentum, exquisiuitque à nobis remedium competens pro saluatione animæ suæ. Respōdimusque, eam teneri verū consensum de nouo præstare, seque conformare cum moribus viri, & vitam coniugalē, Domino adiuuante facere: ad quod perficiendum, ne scandalum oriretur, consuluimus, vt ab Ordinario Ecclesiastico, nominibus minime expressis, licentiam de nouo contrahēdi vere absque monitionibus, secreto tamen, impetraret, sicque factum fuit, atque exequutum, & quamuis hic casus à nostro, de quo hic egimus, diuersus sit, nihilominus tamen eum adduximus, quia notabilis est, & potest in posterum iterum, atque iterum contingere, vt sciatur præd. remedium.

4 Nunc autem obseruamus præd. communem sententiam, de qua in hoc cap. supra egimus procedere, quamuis non interceserit mutua promissio, sed vir ficte promiserit fœminæ matrimonium, si se defloranda ei traderet, cui promissioni virgo innitēs tradidit corpus, quia effectus est cō tractus, facio, vt facias, & virgo iam impleuit, ergo & vir etiam implere tenetur: ita DD. supra citati indistincte loquuntur de promissione, & in specie tenet Thom. Sanchez vbi supra num. 4. quamuis solus Emanuel Rodrig. vbi supra num. 9. aliquantulum trepidet, appellans hoc magis probabile, & pium.

5 Primo limitatur procedens communis sententia, de qua in principio huius cap. nō procedere quando vir notabiliter excedit, tunc enim fœmina huius excessus conscia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non potest allegare se deceptam esse: debuit enim scire. virum adeo disparem, ficte sibi polliceri matrimonium, ita tenent quamplures ex supra citatis, præcipue. D. Antonin. Sylvest. Tabie. Angel. Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sãchez de disputatione 10. num. 5. & Petrus de Ledesma in summa de sacramento matrim. pag. 66 in pri. in vers. *el segundo*, & pag. 67. per totam.

6 Idemque est, etiam si fœmina ignorasset conditionem viri, vt diximus cap. præcedent. num. 8. & probat optima ratione Thomas Sanchez vbi supra num. 19 & 21. qui idem tenet, quando defiorata erat cõscia inęqualitatis, & excessus viri, sed tamen taliter ei promiserit matrimonium, vt vir prudẽs merito crederet vere promittere adhuc namque in vtroque casu affirmat, & probat esse probabiliorem sententiam, cum alijs Doctoribus, non teneri hunc eã ducere, sed ad restitutionem, instar vi, vel fraude deflorantis, & hoc contra alteram sententiam etiam probabilem aliorum Doctorum tenentium teneri eã ducere: qualis autem debeat esse præd. disparitas diximus supra num 2.

7 Secundo limitatur præd. communis sententia: vt non procedat, quando fœmina ex verbis, aut alijs claris coniecturis facilè nosse poterat fallacem animum promittẽtis, tunc enim sibi debet imputare, & voluntarie videtur fraudi consentire: ita D. Tho. & D. Antoni. & alij plures allegati per Sanchez vbi supra num. 7. vbi nu. 8. idem probat, quamuis iuramentum fictum sine animo se obligandi interceserit.

8 Tertio limitatur, nisi ex eo matrimonio scandalum magnum timeatur probabiliter, tunc enim excusatur ficte promittens, vt diximus capite præcedenti: quare dicendum est, pecunijs damnum illatum in hac specie resarcire, vt cum alijs probat Sanchez d. lib. 1. disputatione 10. num. 9.

Quarto limitatur, nisi ex eo matrimonio probabiliter malus exitus timeatur, vt si promittens norit puellam esse notabiliter leuem, vnde probabiliter pessimus exitus timeatur, secundum Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 11. num 2. Manuel Rodriguez 1. tom. suæ summæ 2. editione, c. 208. num. 8. & Thom. Sãch. d. disputatione 10. numero 10. & Petrus de Ledesma pagina 66 vbi supra columna 1. in fine, vbi dicit communem.

9 Quinto limitatur, si fœmina decipiat virum dicendo, vel fingendo se esse virginẽ, quia in iniurijs datur compensatio: imo licet ipsa non deciperet, si promittens ficte matrimonium existimabat eam virginem, alias nõ contracturus cũ ea, & postea comperierit aliter se rem habere, non tenetur eã ducere, vt diximus c. præcedeti, & tenet Petr. de Ledes. in summa de sacram. matrimonij pag. 65. ad fin. & pag. 67. col. 2. ibi. *Verdades*: & probat cum alijs Tho. Sanchez d. disputatione 10. num. 11.

10 Vbi etiã an teneatur hoc casu vir restituere fœminę aliquid ratione copulę, & ita distinguit in hoc, vt si fœmina non decepit teneatur secund. Cordubã in summa quæstione 13. dicto 3. Manuel Rodrig. vbi supra num. 8. si vero fœmina decepit virum fingendo se virginem, ad nihilũ teneri credit: & num. 12. probat hoc procedere, etiã si postquam vir defectum virginitatis nouit, eam carnaliter cognoscat, & num. 13. probat similiter non teneri promissorem fœminam ducere, si ipsa defiorata postea cum alio fornicetur, neque teneri ei damnum restituere aduersus Nauar. si autem ficte promittens virgini tantum haberet cum ea tactus, non teneretur eam ducere, sed alio modo restituere, vt bene Nauar. lib. 4. conf. 20 de sponsa. lib. in 2. editione, secundum Sanchez d. disputatione 10. n. 14. quia non tanta est iniuria.

11 Sed si quis non ficte sub conditione hac, si sui corporis copiam faceret, fœminam ducere promisit, quam reputabat virginẽ esse, quæ talis non esset in conscientia non tenetur eam ducere, etiam si eam ducturũ esse iurasset, quia potest absolutionem à iuramento petere, secus in foro exteriori, quia si eam conditionem non expressit, esset compellendus ad eam ducendam; præsertim, si iuramentum adiecit ad sponsaliorum cõfirmationem, nisi grauis exitus. puta vxoricidium, ex tali compulsione timeretur, vt probat in his terminis vtrumque Ludouic. Lopez in 2. parte sui Instruct. conscient. cap. 36. de verbis expriment. sponsal. vel matrim. col. mihi 1036. versic. sed quod.

Quando

12 Quando vero ficte promittens, iam non potest fœminam à se defloratam cognoscere, quia sacris initiatus est, vel alteri matrimonio copulatus, tenetur illi fœminæ de nuptijs prouidere, secũdũ D. Tho. Sylvest. Tabien. & Petr. de Ledesm. supra citatos, Sotum in 4. distinctione 27. quæst. 1. art. 3. vers. alia præcipua: non tamen tenetur integre dotare, sed eo modo quo tenetur vi, vel fraude deflorans virginem, secundum Sanchez d. disputatione 10. num. 15. lib. 1. vel arbitrio viri discreti, secundũ Pet. de Ledesm. d. pag 66. vers. *el tercero*, in sum. de sacram. matrim.

13 Si autem fictus promissor velit puellã sic decepram ducere, & parentes eius nolint ei ipsam dare, tenetur ei restituere, dotem constituendo, si sequamur Sylvestr. verb. luxuria, quæstione 5. in fi. Nauar. in sum. cap. 16. num. 18. & Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 11. num. 2. vbi iuncto commento litera. I. dicit esse probabile, ad nihil teneri, quando ipsa recusat matrimonium, sed verius mihi videtur cum Thom. Sanchez vbi supra num. 5. vtroque casu ad nihil teneri, quia satisfacit si ad ipsam ducẽdam paratus sit, quia hoc in corporis pretium spopondit, ergo cum per ipsum non stet quominus matrimonium non sequatur liber est alia obligatione.

14 Quod si fictus promissor in casu quo teneatur defloratam à se virginem ducere, iniuste aliud matrimonium contrahat, & viduus efficiatur nõdum restitutione facta tenebitur ad prius matrimonium, vt merito probauit Sanchez d. disputatione 10. num. 16. iuncto eo, quod tenet eodem lib. 1. disp. 48. nu. 5.

15 Verum in proposito, illa quæstio difficilis est, atq; valde ambigua reputatur inter DD. an ficte promittens se desponsaturum fœminam, & sub ea spe eam deflorans, quando ipse vir est notabiliter dignioris conditionis, vel alia indicia præbuit ficti consensus, ita, vt fœmina facile posset præsumere dolum, teneatur ei aliquid restituere, suppositio quod eam ducere præcise minime tenetur, vt supra in princip. huius cap. cum communi, & vera sententia resoluimus? videtur namque ad nihilũ teneri, quia in hac specie fœmina vidit, vel prudẽter videre debuit se decipi, propter notabilem disparitatẽm, vel alia fraudis aperta signa, & nulla necessitate coacta in stuprum consensit: ergo libere videtur cõsensisse, & seipsa decepit, & intentio decipiendi, *solamente*, non obligat ad restitutionem, atque ita videtur sentire D. Tom. in 4. distinct. 28. quæst. vnic. art. 2. ad 4. quẽ sequitur D. Anton. in tertia parte suæ summæ tit. 1. cap. 19. in princip. & Rosela verb. matrimonium 4. num 2. Sylvest. verb matrimonium 4. quæst. 8. Tabien. verb. restitutio, quæst. 22. §. 23. & verb. matrimoniũ 2. quæst. 7. §. 8. vbi quod si quis dolose contraxit, & extorsit copulam à virgine, & cũ alia contraxit, tenetur ei satisfacere, & prouidere de nuptijs, nisi fuerit multo melioris conditionis, vel aliud euidens signum fraudis adfuerit, quia tunc non tenetur etiam prouidere de nuptijs, secundum quosdam: quia præsumitur velle decipi, & hoc expresse tenent Angel. verb. stuprum, nu. 1. Armilla verb. restitutio nu. 22. Victor. in summa de matrimonio num. 265. Ludouic. Lopez lib. 1. de contract. cap. 50. in solutione ad 5. fol. 187. Vega lib. 2. suæ summæ casu 234. & eam dicit probabilem Enriquez lib. 11. de matrimon. cap. 11. nu. 2. & hoc credit probabilius Thomas Sãchez lib. 1 de matrimonio disputatione 10. n. 19. ad quem locum se remittit idem Author d. lib. 1. disputatione 11. num. 8. ad finem.

Ego verò cõtrariã omnino sententiã, & sic affirmatiuam in hac eadẽ specie veriorem, & magis cõmunem, atque receptiorem esse censeo, ac præterea securiorem dolo, namque defiorat hic homo fœminã, & subinde iniustitiam admisit, ergo tenetur ei ad restitutionem, neque obstat quod hæc fœmina vidit, aut prudenter videre debuit se decipi, & sic libere consensisse, seque ipsa decepit, seu decepisse: respondemus namque quod virgo in dubio præsumitur seducta, atque decepta: argumento l. vnic. C. de raptu virgin. circa fin. vbi quod pœna illius l. habet locum, siue volentibus, siue nolentibus virginibus illud facinus perpetretur: quia hoc ipsum velle mulieris ab insidijs iniquissimi hominis, qui meditatur rapinam inducitur, nisi enim eam solicitasset, nisi odiosis artibus circũuenisset, non faceret, illam velle in tantum dedecus se prodere: idem ergo dicendum

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in nostro casu, eo amplius, quod vir eidem promiserit, se illam ducturam, quamuis enim huiusmodi fœmina viderit, aut prudenter videre debuit magnam disparitatem viri contra se, aut alia signa fraudis, adhuc tamen credere potuit, quamuis sub dubio promissionem præd. fore adimplẽdam, vel ad minus in eius defectũ sibi alias esse satisfaciendum, & de nuptijs prouidendum, & sic præsumi contra eam non debet omnimoda remissio, nec voluntas libera consentiendi in deceptione viri, in tam graue præiudicium ipsius fœminæ: sæpeq; contingere videmus impares præ libidine & excessiuo amore matrimonio coniugi: non ergo dici potest fœmina hæc absolute, & libere consensisse, sed sub spe matrimonij promissi, aut saltem in eius defectũ propter dotem competentem, sibi propter damnum illatum, & in satisfactionem ipsius præstandam: & in foro conscientiæ potius est iudicandum, secundum veritatẽ quam præsumptionem: veritas autem in proposito est, quod vir voluit decipere, & decepit hanc fœminam, eius virginitatem falsis artibus, & vanis promissionibus violando: ex parte autem mulieris inducitur præsumptio quædã fallaxque sæpe, quod se voluit decipere, ac proinde consentire fraudi viri: ergo potius standum est illi veritati, quam huic præsumptioni contrariæ.

16 Denique pro hac eadem parte affirmatiua, quam defendimus, faciunt à nobis resoluta lib. 1. canonic. quæstionum cap. 37. num. 23. vbi in illa quæstione, an si quis nõ seduxerit virginem, sed illa sponte acquieuerit, tunc stuprator teneatur eam ducere, vel dotare, iuxta dispositionem ca. 1. & 2. de adulter. distinximus tres casus. Primus est, qui pro hac nostra, & communi sententia plurimum facit, quando quis virginem dolo, vel fraude vanis promissionibus, vel vehementibus persuasionibus, ac importunis precibus eam vitiauerit, tunc enim etiamsi ipsa consentiat, tenetur defloransin vtroque foro eam ducere, vel dotare: secundus casus est, quando aperte constat, & probatur, quod ipsa mulier se ingessit, & consensit, absque aliqua violentia, dolo, vel persuasione ex parte viri, vt quia ipsa attraxit eum ad concubitum, & tunc ei ad nihilum tenetur: tertius casus est huic prope similis: nempe, quando fœmina absque seductione dolo, fraude, atque sine nimia persuasione vel prece, sed verbis blandis leuiter rogata libere stupro consensit: & tunc merito quod ei aliqua restitutio facienda non sit, quia adæquatur secundo casui, & non est omnino dissimilis, imo potius pene similis: accedat etiam l. 1. tit. 19. partita 7. ibi, *è no se puede escusar, el que yoguere cõ alguna muger destas, que no fizo muy gran yerro, maguer, que diga, que lo fizo con su plazer de ella, no le faziendo fuerça, ca segun dizen los Sabios antiguos, como en manera de fuerça es, sonsacar è falagar las mugeres con prometimientos vanos, faziendo fazer maldad de sus cuerpos, y aquellos que traen esta manera, mas yerran, que si lo fizessen por fuerça.*

17 Præterea licet disparitas nota liberet, & excuset à ductione præcisa, in quo merito, quod præiudicetur fœminæ se in hoc decipienti, cum sciat, vel scire deberet, illũ non adimpleturum suam promissionem ducendi illam, nõ tamen ideo sequitur, nec iustum est, vt ipse deceptor liberetur à restitutione dotis, & satisfactione iniuriæ, & damni dati, & illatiã se consulto fœminæ cum remaneat deflorata, & inhonorata, & ob id dote egeat facto culposo stuprantis, & promissio ducendi eam ficta, saltem habet vim precum importunarum.

Denique licet animus decipiendi solamente retentus non obliget ad restitutionem, sequto tamen damno, & lesione re ipsa, siue dolo, siue aliàs, quis dubitat restitutionem damni omnino debere fieri, præmaxime quando promissio non adimpletur? quibus in hanc partem affirmatiuam omnino, & proculdubio adducor, eamque firmiter probo cum communi, & vera sententia, hoc idem tenente, & affirmante, vt patet ex Authoribus statim citandis, qui illam tenent, & probant, nempe Dominic. à Soto in 4. sentent. distinct. 27. quæstione 1. art. 3. vers. alia præcipue, Nauar. in Manual. Latino cap. 22. num. 76. Ledesma in secundam partem quarti, quæstione 18. articulo 2. ante dubium 2. conclusione 3. folio 241. columna 1. Veracruz in 3 parte Specul. coniug. articulo 19 concluf. 3 Cordubalib. 1. sui quęstion. quęstione 13. vers. secundum dictum: & in verſu, tertia pars. Magister Beya in suis casibus conscientiæ casu 18. in princip. Barthom. à Ledesma de matrimonio dubio 19. folio 1294. Ludouic. Lopez in 2. parte sui instructor. in 2. editione in materia matrimonij cap. 36. folio 1036. & in 1. parte cap. 76. fol. 189. columna 1. in fine, & columna sequenti, Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 45. articulo 4. dubio 1. conclusione 2. & idem voluit in summa de sacramento matrimonij pagina 767. columna 1. dum dicit, *que entonces basta que la dote, y no está obligado a casarse con ella*, Capua lib. 2 de cis. 78. num. 6. in fine, eam dicit probabilẽ Enriquez in loco supra citato iuncto commento litera. C. & eam supponit Nauar. lib. 2. de restitutione cap. 3. parte 4. dubio 2. in secunda editione num. 427. & Ludouic. Carb. de restitutione, quæst. 26. in 10. conclusione, ibi, verum si essent.

18 Qua opinione retenta, etsi Nauarrus cap. 16. num. 18. Cordub. Veracruz, & Beya vbi supra sentiant hunc teneri integre restituere, sicut decipiens, vel vi corrumpens, eo quod talis ficta promissio habeat vim precum importunarum, quæ violentię æquipollent: melius tamẽ Sot. Capua, Ludouic. Lopez, & Petrus de Ledesma supra citati censent, non ita integre teneri restituere, sed prudentis arbitrio consideratis ex vna parte damno, ex altera vero, quod ipsa fœmina censetur sua sponte deceptam fuisse: & hanc sententiam dicit esse satis probabilem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 10. nu. 18. ad fin. & ego eam libenter probo, & verio rem censeo.

19 Sed quid erit, si aliquis ficte promittat corruptæ paris conditionis matrimonium conscius corruptionis, & sub hac spe fœmina tradidit ei corpus? & hunc non teneri eam ducere, sed alio modo iniuriam cõpensare, quia eam ducere non est æquale copulæ habitæ cum corrupta, sed longe maius docent Veracruz in 3. parte Speculi coniug. artic. 19. conclusione 6. Enriquez lib. 11. de matrim cap. 11. num. 2. in comment. litera. R. Ludouic. Lopez 1. parte Instructorij cap. 77. §. hinc emergit: & esse probabile hoc credit Sanchez d. disputatione 10. nu. 23. lib. 1. de matrim.

Ego vero contrarium verius & tenendum esse existimo, quia cum vterque sit æqualis conditionis, & vir conscius corruptionis fœminæ promiserit se cum ea matrimonium contracturum, & sub hac spe ipsa corpus ei tradiderit, nõ video cur hic non debeat, & teneatur vere cum ea contrahere ex facto subsequuto, & deceptione, licet ex priori consensu ficto non remãserit obligatus in conscientia, siquidem fœmina ex sua parte adimpleuit contractum facio, vt facias, & ipsa se non deceperit, quia erat paris conditionis, & imputet sibi vir, qui conscius corruptionis hanc mulierem decepit. quare merito quod eam ducere teneatur: & in terminis ita tenent Paludan. in quarto, distinctione 28. quæst. 1. art. 2. conclusione 4. numero 14. Cordub. alios citans in sua summa quæst. 49 Ludo. Lopez in 1. parte Instruct. in 2. editione cap. 76 fol. 189. col. 2. in vers. sed quid iam: vbi D. Tho. & alios pro hac opin. allegat & in 2. parte in materia de matrim. cap. 36. folio 1035. columna 2. Manuel Rodrig in 1. tom. suæ summæ in 2. editione cap. 208. numero 8. licet minus bene alleget Sotum, & Nauar. pro hac opinione, & limitat, quando est mutua promissio: & hanc sententiã fatetur esse probabilem Sanch. vbi supra lib. 1. de matrim. disputatione 10. numero 22.

Quæ sententia proculdubio procedet quando esset vidua bonæ famæ, infamiãque ex copula contraheret ob quam inapta redderetur matrimonio, quia tunc non videtur aliter posse resarciri damnum, secundum Nauar. lib. 4 consil. tit. de sponsal. 1. editione consil. 48. & in posteriori cons. 7. Ludouic. Lopez 1. parte Instruct. ca. 77. §. hinc etiam liquet. Petr. de Ledesm. de matrimonio, quæst. 45. art. 4 dubio 1. in solutione ad cõfirmationem tertij, & in sum. de sacramento matrim. pag. 67. columna 2. ibi, *el casoes*, Thom. Sanchez d. disputatione 10. num. 24. vbi improbat Alphonsa Veracruz in 3. parte Specul. coniugat. artic. 19. concluf. 6. dicentem fictum promissorem non teneri ducere corruptam cuiusque sit conditionis.

Quod si in specie præmissa deceptor iã transierit ad secũdas nuptias, tenetur prouidere priori deceptæ de nuptijs, vt cum

D. Tho.

D. Thom. in 4. tradit Ludouic. Lopez d.c. 21
76. pag. 189. vers. sed quod iam, vbi dupliciter limitat principalem supra d. nostram sententiam affirmatiuam, secundò omnes: Primo si sponsus sit multo melioris conditionis: Secundo si ex verbis viri mulier decepta facile potuit deceptoris deprehendere fallaciam, & quod hæ exceptiones locum etiam habent, antequam deceptor se 22
cundas nuptias celebrauerit, scilicet, quod in his duobus casibus exceptis, illam ducere non teneatur, sed post celebratas nuptias, compensare illi teneatur arbitrio boni viri, pẽsato ex vna parte damno, & ex alia parte, quod ipsa censetur sua sponte voluisse se decipi.

Sed si contrahentes sponsalia æquales sint, & alter vere promittat, alter ficte (quando nullum aliud, præter violatam fidem, sequitur damnum) fictus promissor 23
contrahere non tenetur, nisi sequeretur scandalum, vt cum alijs probat Thom. Sanchez d. disputatione 10. nu. 26. contra Petrum de Ledesm. de matrimonio, quæst. 43. art. 1. dubio 4. cuius opinio probabilis est, secundum eundem Thom. Sanchez, vbi supra num. præcedenti, quos omnes in foro conscientiæ loqui intelligo, nam in foro Ecclesiæ standum est promissioni externæ, si de alio non constat, quia Ecclesia non iudicat de occultis.

20 Illud tamen in proposito huius capitis magno pretio habendũ erit pro securitate conscientiæ quod quãdo fictus promissor immunis est ab obligatione ducendi mulierem in vxorem ex causis supra adductis, nempe notabilis inæqualitatis, &c. Etsi interrogetur à iudice, an promiserit, poterit id negare, ne, si fateatur promissionẽ, cum intentione, qua id promisit, probare nequeat, cogatur inuolũtarie ad matrimonium, quia cum iudex interrogat, vt ad matrimonium debitum cogat, sensus interrogationis est, vel saltem interpretatiue, & rationabiliter esse debet, promisisti matrimonium, ita vt tenearis? ergo vere respondit eo sensu, non promisi, scilicet, ita vt tenear, ita in terminis tenet Nauar. in cap. humanæ aures 22. quæst. 5. 1. quæst. nu. fi. & Manuel Rodriguez in 1. tom. suæ sum. in 2. editione cap. 245. num. 12. & probat Thom. Sanchez d. disputatione 10. n. 27.

Sic etiam interrogatus à iudice, num mutuo receperit numos? quos re vera iam non debet, potest iurare se non recipisse, scilicet, negando interrogationem, vt in ipsa continetur, quia non recepit, ita vt teneatur eos soluere, vt late probat D. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 2. numero 3. & 4. & diximus late alibi.

Similiter clericus à custodibus rogatus, num aliqua portet, vt gabellam soluere compellatur? potest id iuramento negare, intelligendo se nihil portare, ex quo gabellam debeat, Sylvester verbo mendacium, quæstione vltima, & Sãchez vbi supra, qui vtrumque exemplum refert, & sequitur, illud vero de clerico intelligendum est, de clerico non negotiatore, nam si negotiator sit gabellam debet, vt in l. 7. tit. 18. lib. 9. nouæ collect. Regiæ.

Consequenter rogatus ab vrbis custodibus, num veniat ex tali loco? quem falsò putant peste infectum esse, si norit peste minimè affici potest iurare ex eo se nõ venire, intelligendo ex eo peste infecto, vt custodes rogare debent, Sylvester verbo iuramentum 3. quæstione 2. Nauar. in Manua. cap. 12. numero 19. Philiar. de officio sacerdot. tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 14. in fi. & Thom. Sanchez vbi supra.

Ex quibus idem dicendum est, quoties 24
aliquis vere promisit matrimonium, non tamen tenetur seruare fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est, &c. Potest enim iuramẽto negare promissionem, ita vt teneatur, sic Thom. Sanchez, vbi supra d. disputatione 10. numero 28. vbi hoc non tantum verum intelligit quoties certa est causa non implendi promissum, sed etiam quando iudicio sapientium est probabile, non teneri eam seruare, potest enim iurare se non promisisse, ita vt teneatur, quia tuta conscientia innitens opinioni probabili potest se non obligatum existimare, & hanc partem tueri.

SVM.

SVMMARIVM Cap. XI.

1 *MAtrimonium clandestine cõtractum absque parocho, & testibus an obliget, vt sponsalia? & numeris sequentibus: eligitur pars negatiua, & ampliatur numero 2. vt procedat, etiam si matrimonium clandestine contrahentes animum habuerint se obligandi eo modo, quo melius possint: & num. 3. limitatur, quando vltra processum est, nempe ad virginis defloration em, quia tunc ratione damni illati, & iniustitiæ tenebitur vir eam ducere.*

CAPITVLVM XI.

De matrimonio clandestino contracto absque parocho, & testibus, an obliget vt spõsalia?

1 HANC quæstionem latissime examinauimus pro & contra in nostro tract. de Iuramento confirmatorio c. 51. num. 28. cum sequentibus, vsque ad numerum 37. vbi partem negatiuam elegimus, etiam accedente iuramento. Contrariam tamen, & sic affirmatiuam tenuit Alphonsus à Veracruce in appendice ad Specul. coniugior. dubio 9. conclusione 2. & Ant. de Cordub. in sum. quæstione 52. in fi. vbi falso nos citat pro hac opinione, cum contrariam probauerimus.

Sed hanc affirmatiuam tenet etiã Henriquez asserens, sic declarasse Cardinales lib. 11. de matrimonio, cap. 5. n. 4. & Bartholom. à Ledesm. de matrimonio, dubio 18. folio 1284. Ortiz in sua sum. cap. 16. de matrim. in fi. & Vega lib. 6. suæ summæ casu 120. & lib. 4. casu 264 & eam dicit nouissime satis probabilem Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 20. numero 2. in fi. & alij relati à Zeuall. in suis practic. quæstionibus commun. contra com. quæst. 604. num. 79.

Sed nihilominus nostra opinio negatiua præfata præualuit apud Iuristas, & Theologos, & magis recepta est, quam tenent, & sequuntur Nauar. lib. 4 consil. in 2. editione, tit. de clandestin. desponsatione, consil. 3. numero 3. & in tit. de sponsal. consil. 1. num. 3. Azeued. in l. 1. num. 23. 33. & 36. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Albornez in sua arte contract. lib. 4. tit. 8. Spino in Specul. testament. glos. 15. num. 78. & ex Theologis noster Concanonicus Magister Palac. in 4. distinctione 28. quæstione vltima, prope fin. versic. exquiris: Petr. de Ledesm. de matrimonio quæstione 45. articulo 5. puncto 2. post quartum dubium folio 182. cõclusione 1. & in sum. de sacramento matrim. cap. 6. *del consentimiento*, pag. 71. col. 2. in versiculo, *La segunda dificultad*. Manuel Rodriguez in 1. tom. suæ summæ in 2. editione cap. 220. numero 1. Vega lib. 6. suæ sum. casu 104. & 122. & videtur supponere Ludouic. Lopez in secũda parte sui Instruct. de matrim. cap. 37 folio 1041. columna 1. & hanc nouissime probat, & amplectitur Thom. Sanchez vbi supra numero 3 & 4. & cum hac rema ner Zeuall. vbi supra, itaque communis re vera dici potest hæc nostra sententia Deo gratias, & verissima atque omnino tenenda.

2 Et procedit etiã si clandestine matrim. contrahentes animum habuerint se obligandi eo modo, quo melius possunt, vt recte crẽdit Thom. Sanchez vbi supra, numero 6. aduersus Petr. de Ledes. Manuel. & Vegã ab eo relatos, & eundem Petrum de Ledesm. in d. sua sum. pag. 72. col. prima in versic. *digo lo tercero*, sed errãt, quia etiam præd. verbis noluerunt se obligare de futuro, sed de præsenti, hoc autem non valuit, ergo nec de futuro: quia hoc modo non se obligarunt, nec de eorum intentione sic se obligãdi constat, & illa verba meliori modo intelligũtur, vt sonãt, scilicet de præsenti quomodo absque parocho, & testibus minime obligant.

3 Limitatur tamen nostra, & communis sententia, vt non procedat, quando vltra processum est, nempe ad virginis defloration em, quia tunc ratione damni illati, & iniustitiæ tenebitur vir eam ducere: ita Petr. de Ledesm. vbi supra in primo loco con-

Universidad de Deusto Biblioteca

clesione 2.& in sum. pag. 71. columna 2. ad fi. ibi: *Digolo segundo*, & in prin. col. sequentis,& Vega d. casu 122. & Manuel. vbi supra, loquitur etiam, quando animo decipiendi sic contraxit, contrarium tamẽ etiam in præd. casu probat, & tenet Tho. Sanchez vbi supra, non solum respectu ducendi, vt eam ducere non teneatur, sed neque ad aliam restitutionem, sicut quando ficte fuit contractum, quia ipsa sciuit, vel scire debuit statim esse nullum, & pœna grauissima dignum: ipse vero verius,& tenendum esse censeo in hac specie, quod ipse eam ducere præcise minime teneatur, cum contractus matrimonij præcedens sit nullus,& irritus, ergo eius virtute ad id nõ tenetur, sed ratione stupri tenebitur ei ad restitutionem damni illati arbitrio boni, & prudentis viri, argumento cap. 1.& 2. de adult. & eorum quæ resoluimus contra eundem Thom. Sanchez supra cap. præcedent. licet in alio casu, sed tamen eius rationes idem probant in hoc.

SVMMARIVM Cap. XII.

1 *Svbarratio anuli quid operetur in materia matrimoniali? & in numeris sequentibus, & numero 2. quod consuetudo loci in hoc attendenda est vbi, & num. 3. quid erit dicendum semota consuetudine ante, & post Concilium Tridentinum: & nu. 4. in quo digito imitti debet ad hoc anulus.*

5 *Sponsus qui habito tractatu inter amicos de matrimonio contrahendo, cum aliqua fœmina misit ei arras, vel iocalia, eaque ipsa recepit videtur eam desponsare, quia hoc est signum sufficiẽs mutuæ promissionis, & quid si parentes eidem fœminæ anulum miserint? num. 6.*

7 *Sponsalia erunt si cum tractaretur de matrimonio contrahendo viro promittenti matrimonium fœmina requisita manum dedit ad fidem recipiendam.*

8 *Matrimonia præsumpta hodie cessant attento Concil. Trident. nisi eius forma seruetur?*

CAPITVLVM XII.

De subarratione anuli, quid in hac materia operetur?

1 SVBARRATIO anuli ex se est signum æquiuocum, vnde si nihil præcesserit, ex quo matrimonium, vel sponsalia præsumi valeant, neutrius erit effectus, Menoch. alios referens de præsumptio. lib. 3 præsumptione 2. num. 1. cum sequentibus Mascard. de probat. conclusione 1024. & sequent. post Abb. in ca. fina. num. 7. de desponsatione impub: Greg. Lopez in l. 2. verb. *diziendo*, tit. 1. partita 4. Soto in 4. distinctione 27. quæstione 2. art. 1. conclusione 3. Thomas Sanch. cum alijs lib. 1. de matrim. disputatione 22. numero 1.

2 Verum si consuetudo loci sit, vt anuli traditio significet sponsalia (vel olim ante Concilium Trident. matrimonium) hoc ipsum præsumitur iuxta loci consuetudinem, glos. in cap. fœminæ 30. quæstione 5. Abb & communis in cap. final. de desponsatione impub. Paris. consil. 55. num. 43.& consil. 60. columna vltim. lib 4. sequitur,& communem profitetur D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 4. in princip. sub numero 3. ibi, vel quando est consuetudo, &c. Menoch. vbi supra num. 6. Cepola consil. 1. ciuil. num. 14. Lapus alleg. 56. num. 5. 14. & 16. Aretin. consil. 13. num. 4. refert, & sequitur plures Theologos allegans idem tenentes Thom. Sanch. vbi supra numero 2.

3 Semota autem consuetudine si vir fœminæ consensum coniugalem exprimenti anuli m tradiderit, matrimonium cẽsentur contrahere, iuxta glos. quam ibi singularem dicit Abb. in cap. penultim. de sponsal. glos. etiam in cap. tuæ in glos. verba de sponsal. est communis hæc sententia in dictis locis, prout eam profitentur, & sequũtur Couar. vbi supra d. num. 3. in princip. & in vers. id tamen, vbi eam magis communem affirmat,& Menoch. vbi supra numero 4. Mascard. etiam vbi supra num. 2. & 3. Villalob. in suis communibus opin. litera. M. num. 59. & alij citati per Thom. San-

Sanchez vbi supra numero 3. qui idem sequitur,& addit, quod si sponsalia præcesserunt ex parte vnius, nõ vero verba matrimonij, erunt sponsalia per subarrationem anuli alterius.

4 Et quamuis hoc nonnulli verum esse intelligant, quando anulus in medio degiti anularis ponitur, quia ibi est, quædam vena, quæ cor ipsum protenditur, & ideo in signum mutuæ dilectionis in eo ponitur, vt per Mascard. vbi supra numero 6. qui cum Abb. in cap. final. num. 7. de desponsatione impub. addit attendendam esse loci consuetudinem,& videtur tenere Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 6. dicens anulum esse signum positum in medio digito: hoc verum est, & procedit, vt præsumatur matrimonium, quia ille anulus in matrimonij contractu signum præfert illo pignore corda maris, & fœminæ coniungi, & ob id quarto digito sinistræ manus infertur, quod ibi vena sit ad ipsum cor tendens, vt explicat ex Isido. in d. cap. fœminæ 30. quæstione 5. Gelius, Macrob. Virgil. Polidor. & Plinius, quos refert, & sequitur D. Couar. d. cap. 4. in princip. numero 3. ibi, atque ille anulus: quando vero non ponitur in medio digito, præsumuntur sponsalia, quia cum sponsalia non sint ipsa coniunctio, sed coniunctionis promissio, non oportet anulum in medio digito poni, vt cordium cõiunctio significetur, ita Anton. de Butr. in ca. illud num. 7. de præsumptio. & in cap. final. numero 8. de desponsat. impub. & ibi Alex. de Neuo num. 13. Præpos. 4. Aretin. d. cõsil. 13. numero 4. Menoch. vbi supra numero 16.& Thom. Sanch. num. 4.

5 Obseruãdũ est etiã, quod si habito tractatu inter amicos de matrimonio contrahẽdo misit sponsus arras, vel iocalia nihil aliud exprimens,& sponsa, ea accepit, sunt sponsalia, quia hoc est signum sufficiens mutuæ promissionis, quando sponsæ de eo tractatu constitit, iuxta glos. in d. ca tuæ de sponsal. in parte verba, Corduba in sua summa quæst. 193. Paludan. in 4. distinct. 27. quæst. 1. art. 1. num. 10. Rosel. verb, matrimonium 2. n. 17. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 6. addens idem esse, si pecunias nomine sponsaliorum mittat, sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 5.

6 Si vero parentes ipsi miserint anulum si credimus glos. in cap. final. verbo subarrauit, ibi & si fiat à patre, de desponsat. impub. præsumũtur sponsalia: sed verius est, præsumi tantũ donationem secund. Abb. in d. c. final. num. 7. Alex. de Neuo ibi, numero 12.& Mascard. vbi supra nu. 6 quare, nisi ex filij consensu mittant, nihil prorsus agetur secund. Menochium vbi supra num. 8.& Thom. Sanch. num. 7.

7 Similiter erunt sponsalia, si cum tractaretur de matrimonio contrahendo, viro promittenti matrimonium fœmina requisita manum dedit ad fidem recipiendam, Anton. Gomez in l. 52. Taur. num 24. Paludan. in 4. distinct. 27. quæst. 1. art. 1. num. 4. refert,& sequitur alios allegans Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disputatione 22. num. 6. vbi idem credit, si sponsus promitteret matrimonium, dummodo ipsa traderet corpus, ipsaque statim tradiderit: secus autem si quis fœminæ manum capiat dicens, do tibi fidem de matrimonio contrahendo, si ipsa nihil respondeat, vt cum D. Antonin. & alijs hoc ibi tenet.

8 Hodie autem attento Sacro Concilio Trident. sessione 24. cap. 1. de reformat. matrim. matrimonium celebrari, nec præsumi celebratum potest, nisi seruata forma, de qua ibi, qui aliter, quam præsente parocho, &c.

SVMMARIVM Cap. XIII.

1 *Sponsalia cõtracta per parentes pro filijs suis expresse consentientibus, vel tacite, vel si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligant in vtroque foro, vt in num. 9. & quid in extraneis? nu. 2. & 10.*

3 *Tutor si contrahat sponsalia pro suo minore requiritur pro eorum validitate expressus minoris consensus, vel eius rati habitio.*

4 *Frater an possit contrahere sponsalia pro eius sorore?*

5 *Mater an possit contrahere sponsalia, vel matrimonium pro filio, vel filia præsenti, & tacenti? & quid si filius sit emancipatus? num. 7.*

Universidad de Deusto Biblioteca

6 *Mater potest offerre filium suum religioni.*

8 *Parentes an possint contrahere sponsalia, & matrimonia pro filijs suis spurijs, etiam ex damnato coitu generatis?*

11 *Parentes an, & quando possint cõtrahere sponsalia, vel matrimonia pro filijs suis numero 1. cum sequentibus, & per totum caput, & numero 11. quid quando filij sunt absentes, vel non sunt doli capaces?*

CAPITVLVM XIII.

De sponsalibus, & matrimonijs contractis per parentes pro filijs præsentibus, & tacentibus.

1 EX sponsalibus, quæ parẽtes pro filijs puberib⁹, vel impuberibus contrahunt si filij expresse consenserint, vel tacite, vel si præsentes fuerint, nec contradixerint obligantur, & ex eis oritur iustitia publicæ honestatis; & est idem si filij tempore sponsalium absentes, & etiam ignorantes, eadem sponsalia post scientes ratificauerunt tacite, vel expresse, ita decidit ab Ecclesia in cap. vnic. §. fi. de desponsat. impub. lib. 6. per quem tex. ita tenent ibi communiter DD. & in alijs quamplurimis locis, glossa in cap. honorantur, verbo non desponsalibus 32. quæst. 2. Villalobos alios allegans in suis communibus opinionibus litera. M. numero 60. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 58. & omnes cæteri DD. de hac re agentes, & præcipue infra citandi, quidquid aliud male sentiant quidam neoterici Authores, quibus non est assentiendum.

2 Dubitatur tamen, an idem dicendum sit in alijs extraneis, & in hoc pars negatiua verior, communis, & tenenda est cum Abba. in cap. ex parte de restitutione spoliat. Ioan. Andr. & communiter DD. in d. §. fin. est communis, vt cum alijs affirmat eam sequutus D. Couar. in quarto, secunda parte cap. 4 in principio numero 4, glos. etiam in ca. 1. verbo, præsente, de matrim. contract. contra interdictum Ecclesiæ, vbi Innocent. numero vnic. Abb. 2. Cardin. primo, Alex de Neuo num. 10 & 11. Innocent. in cap. 1. & ibi communiter DD. de desponsat. impub. Greg. Lopez in l. 10. in glos. *no las puede*, tit. 1. partita 4. Matien. in rubrica tit. 1. glos. 1. num. 26. lib. 5. & ex Theolog. hanc partem videtur sentire D. Thom. in quarto, distinctione 27 quæstione 1. articulo 2. quæstiuncul. secunda ad tertium, dum pro speciali tradit, & docet, quod verba parentum sufficiant præsentibus filijs & tacentibus, & tenet expresse Paludan. in 4. distinctione 27. q. 1. numero 4. & quæst. 2. art. 3. conclusione 4. num. 19 & 20. D. Anton. in 3. parte suæ summæ tit. 1. cap. 2. ante §. 1. in fine Veracruz in 1. parte Specul. coniug. art. 5 in fin. Palac. in 4. distinct. 27. quæst. 1. folio 570. col. 1 in princip. Ange. verbo sponsalia num. 4. & ibi Syluest quæst. 2. dicto 5. Armill num 6. Tabien quæst. 5. nu. 6. Petrus Nicolaus Motius de sponsal. sub tit. qui possint contrahere sponsalia num. 6 & 7. folio 168. & alios allegans Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 23. num. 7.

Vnde glos. in cap. vnic. §. final. de despõsatione impub. lib. 6. verb. sponsalia, quæ contrarium tenuit, falsa est omnino secundum Couar. & Matiençũ vbi supra sicut similiter falluntur cæteri Authores, qui tenuerunt, dispositionem d. § fina. habere locum & in extraneis, prout sunt Ricard. in quarto, distinctione 27. articulo 1. quæstione 3. ad secundũ. Victoria in summa de matrim. n. 250. Sot. in 4. dist. 27. q 1. ar. 4. vers. præsens autem, Ledesm. in 2. partem 4. quæst. 47. art. 2. fol. 449 col 1. Angles in suis Florib. Theolog quæstionũ in 1. parte, quæst. de essential. matri. art. 2. dubio 3. folio 529. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 2. numero 6. iuncto commento litera. P. Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 45. articulo 2 dubio 3. Ludouic. Lopez in 2. parte Instructorij de matrim. ca. 39. folio 1055. col. 2. in fine, & col sequenti Bartholomęus à Ledesma de matrimonio dubio 19. folio 1263. Candelab. aureũ 7. sacrament. prima parte de matrim. nu. 39. &

39. & Vega lib. 3. suæ summæ casu 152. horum nãque opinio sustineri nõ potest, siquidem ius Canonicũ speciale ius constituit in parentibus, innuens à contrario sensu secus esse in extraneis.

3 Imo etiam & in tutore, qui si contraheret pro suo minore requireretur expressus consensus, & rati habitio eius, vt cum alijs probat, & tenet Gregor. Lop. vbi supra.

4 Et in fratre contrahẽte pro sorore secund. Tabien. vbi supra, quãuis eũ improbet in hoc Thom. Sanchez vbi supra. Sed nullo iure cauetur, q̃ dispositũ in hac specie in parentibus habeat locum in alijs, nõ licet igitur Doctoribus ex capite hoc extendere ad alios: parentum nãque munus est filios matrimoniũ collocare, & prænimio amore, quo ipsos prosequuntur, præsumitur fore, vt ipsis bene consulant, & ideo iure optimo iudicatur consensus ex præsentia filij tacẽtis: quæ ratio in alijs nõ ita militat: & licet in fratre pro sorore contrahente sponsalia, vel matrimonium militare videatur, vt idem in eo probauit Sanchez vbi supra, non tamen iure probatur, ideo probabilius esse censui non esse certam eius opin. sed contrariam Tabienæ, sicut in tutore militare quoque videbatur eadem ratio, & nihilominus contrarium in eo sicut in alio extraneo tenet Gregor. Lopez vbi supra, & cum alijs probat Motius vbi supra num. 7. contra glos. in d. cap. vltimo verb. sponsalia de desponsatione impub. lib. 6. & Motius ibidem idem probat in patruo, quod in tutore, nempe aliud in eis esse in proposito, quam in parentibus, in hac namque materia omnes præter parentes pro extraneis reputari possunt.

5 Quo fit, & infertur, quod cum tex. in d. § final. de parentibus loquatur, non solum de patre, sed etiam de matre contrahente sponsalia, vel matrimoniũ pro filio, vel filia præsente, & tacente, proculdubio intelligendus sit, nõ enim in hoc curatur de patria potestate, nec ei tx. ille innititur, sed amori parentum, qui ardentior est in matre: & quia in spiritualibus ratio naturalis præfertur dispositioni ciuili, cuius est patria potestas, naturaliter autem filius vtrique parenti subditus est, ac obedire tenetur.

6 Vnde mater possit filium offerre religioni, Innocent. in ca. 2. numero primo, & ibi Abb. numero 6. de regular. & ita merito DD. in d. cap. vnic. §. fin. de desponsat. impub. lib. 6. & alij ex supra allegatis pro communi intelligunt d. §. fin. vt refert Thomas Sanchez vbi supra numero 9.

7 Infertur secundo idem dicendum esse licet filius emancipatus sit, vt probat Innoc in cap. primo de matrim. contract. numero 1. Ioan. Andr. in d. cap. vnic. numero 2. Francus ibi in §. porro numero 3. & Dominic. ibidem, Enrich. in cap. primo, de desponsat. impub. num. 5. Brunel. de sponsal. conclusione 11. num. vnic. & Sanchez cum eis vbi supra. num. 10.

8 Tertio ex superioribus deducitur, idẽ esse in filijs spurijs etiam ex damnato coitu generatis, quia in hoc consideratur reuerentia iure naturæ debita, ita tenent Anchar. in d. §. fin. numero 3. & ibi Franc. numero 3. Brunel. & Sanch. vbi supra ille numero 1. & hic numero 11. pro quibus illationibus facit etiam generalitas tex. in d. cap. vnic. §. fin. dum indistincte de quibuscumque parentibus, & filijs loquitur.

9 Quinimo in vtroque foro dum non cõstat de dissensu interno procedit dispositio d. §. fin. at verò in extraneis, etiamsi constet de interno consensu in neutro foro erunt sponsalia, vel matrimonium, quia deficit externum signum sufficienter manifestans internum illum consensum, vt recte probat Thomas Sanchez vbi supra numero 12. nec secum ipsum ibi, Sacrum Concilium Tridentinum sessione 24 capit. primo, de reformatione matrimon. aliquid correxit in hoc, non quo ad sponsalia, quia de his non meminit, neque quo ad matrimonium, quando parentes coram parocho, & testibus matrimonium ineunt filiorum præsertim, & tacentium nomine, quia constat parocho, & testibus de contrahentium consensu parentum voce explicato, secundum Veramcrucem in prima parte Speculi coniugatorum, articulo sexto, in fin. & articulo septimo, etiam in fine, & sequitur Sanchez vbi supra numero 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At quãuis hæc opinio vera, & probabilis sit, nihilominus contrarium semper vidi in praxi obseruari pro securiori cautela, & firmitate, nempe, quod etiam si parentes sint cum filijs tempore contrahendi matrimonij, & illi hoc aperiant parocho coram testibus, nihilominus ipse parochus interrogat filios contrahentes, eorumque exquirit consensum non vero parentum conformans secum dispositione Concilij Tridentini d. capit. primo ibi, vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, &c. Interrogatio igitur ipsorum contrahentium pro se requiritur insuper & quod ex prædict. interrogatione parochus intelligat eorum mutuum consensum verbis, vel signis, aliove modo sufficienti: verum, si hoc non fieret, sed potius parentes interrogarentur à parocho coram testibus, præsentibus, & intelligentibus, ac tacentibus ipsorum filijs contraherent matrimonium nomine ipsorum filiorum, & pro ipsis, hocque parentes affirmarent, qui est proprius noster casus, de quo agimus, crederem profecto esse matrimonium iuxta præcedentem opinionem, quia præsentia, & taciturnitas filiorum, quorum nomine eorum parentes contrahunt matrimonium, sufficiens externum signum consensus interni est iuris præsumptione, & dispositione, vt in d. cap. vnic. cap. fina. de desponsat. impub. lib. 6. quod Sacrum Concilium non corrigit, nec de hoc casu loquutum est, sed de frequentiori, & regulari, scilicet, quando ipsimet coniungendi matrimonialiter per se contrahunt, nulla facta mentione de parentibus, noster igitur casus tanquam omissus remanet sub dispositione iuris communis, argumento l. commodissime, cum simil. ff. de lib. & posthum.

10 At præfata prima sententia negatiua communis, quę asserit secus esse de extraneis, limitatur, vt non procedat, quando consuetudo loci obtinuerit per alios explicari consensum, vt apud Indos, qui ita timidi, ac serui sunt, vt neque pedem moueant absque Gubernatoris sui consensu, & ideo, quando matrimonium contrahunt, non solent ipsi verba proferre, sed eorum nomine Gubernator, & esi signũ externum sufficiens ad exprimendum cõsensum internum ex patriæ consuetudine dum ipsi præsentes sunt, & tacent, vt cum Alphon. de Veracruce in prima parte Spec. coniug. articulo 7. docent, & tenent Matiençó in rubrica tituli 1. de matrim. glossa 1. numero 28. cum sequenti, lib. 5. nouæ collect. Reg & Thom. Sanch. lib. primo de matrimonio, disputatione 23. numero 14.

11 Quod si parentes contrahant sponsalia pro filijs absentibus, vel infantibus, qui doli capaces non sunt, satis non erit, secundum veriorem sententiam, si postquam id nouerint, vel facti sint doli capaces taceãt non reclamantes ex d. cap. vnic. §. final. dũ constituit differentiam inter spõsalia à parentibus nomine filiorum præsentium, & tacentium contracta, quo casu valent, si non contradixerint, & inter contracta filijs absentibus, quo casu ibi deciditur non valere, nisi certiores facti ratificauerint tacite, vel expresse: ergo in hac specie vltra taciturnitatem requiritur, & petit ille tex. alia signa expressa, vel tacita consensus: & ratio esse potest, quia quando filius præsens est, & intelligẽs tacet, magis præsumitur, si dissentiat illum reclamaturum, quam dum absens est, quo casu sæpe obliuiscitur, vel parum curat, forte existimãs se posse postmodum reclamare, vel nondum consensum præstitisse: & ita merito hanc sententiam probat Ioan. Andreas in d. cap. vnic. numero 2. & ibi Dominic. §. porro, & Franc. num. 4. Ant. de Butrio in d. cap. tuæ, numero 7. de sponsal. Cardinal. in cap. 1. numero 2. de desponsatione impub. & ibi Henrich. numero 4. Brunel. de sponsal. conclusione 11. numero 1. Cerduba in summa quæstione 193. Vega lib 6. casu 31. quos refert, & sequitur cõtra alios plures tenentes contrariem Thomas Sanchez d. disputatione 23 numero 17 in hoc itaque casu non est differentia, siue parentes contrahant pro filijs, siue extranei, vt obseruant Anto. d. n. 7. Cardiñ. 2. Sanchez numero 17. ad finem vbi supra.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XIIII.

1 *PRomittens matrimonium pro absente, ad quid teneatur?*
2 *Promittens factum alienum Iure Canonico ad quid teneatur?*
3 *Promissio facti alieni obligat etiam in foro conscientiæ, & ad quid obliget?*
4 *Promissio facti alieni obligat etiam hodie attẽto Iure Ciuili, & in his Regnis attenta l. 2. titulo 16. lib. 5. nonæ collect. Regiæ.*
5 *Promittens factum alieni non satisfacit fidei præstitæ si ficte, & simulate id adimpleat, hoc est*, por cumplimiẽto, *vt hic habetur.*
6 *Promissor facti alieni si obseruauerit recte, quod promisit, liber erit à pœna, & interesse, quod procedit etiam si promiserit alterum facturum cum effectu, vt in numero 7. vbi, & in numeris sequentibus limitatur aliquibus modis.*
10 *Promittens sub certa pœna Titium fidei iussorem, & adhibita omni diligentia, nolit Titius fidei iubere, licet promissor excusetur à pœna, sed non ab alio fideiussore æque tuto præstando.*
11 *L. 11. titulo 11. partita 5. intellectus.*

CAPITVLVM XIIII.

De promittente matrimoniũ pro absente.

1 PROMITTENS matrimoniũ pro absente inscio iuramento præstito, vel absque eo, tenetur bona fide absque fraude, & fictione adhibere omnem diligentiam, quam rei qualitas exposcit, vt sequatur effectus: quod si alter adhuc nolit promissor, liber manet, & nõ est periurij reus: quod probatur primo.

Quia valet etiam Iure Ciuili attento, non solum Canonico promissio matrimonij alieni, glos. in cap. vnic. verb. nihil 30. quæst. 2. Alex. de Neuo in c. ex literis, *el segundo* num. 12. de sponsal. D. Couarru. de pact in 6. secunda parte §. 5. num. 1. Præpositus in cap. sicut num. 6. de sponsal. nos de iuramento confirmat. 1. parte cap. 44. nu 2. & ex Theologis Molin. in 2. tom. de Iustitia, & Iure tractatu 2. disputatione 268. §. quia ad secundum, Thom. Sanchez lib. 1. de matrimon. disputat. 24. numero 6. habet igitur hæc promissio hunc sensum Iure Canonico, vt ex supra dictis constat, quod promittens teneatur se facturum, & curaturum quod alter faciat, hoc namque dictat æquitas canonica, quod præsertim procedit, quando promissio facti alieni fuerit iurata, quia iuramentum hoc operatur, vt faciat actum valere meliori modo, quo potest, vt in terminis tenet glos. final in cap. ex rescripto de Ior. Iurand. & ibi communiter DD. est communis, vt plures allegandũ affirmauimus in d. ca. 44. numero 3. & nobiscum Thom. Sanch vbi supra numero 7 & Molin. vbi supra in §. quintus quando, &c. Et ante eum cum alijs Roland. à Valle consil. 6. num 33.

2 Secundo, quia Iure Canonico valere huiusmodi promissionem facti alieni, & intelligi modo supradicto: nempe, promittentem obligari se facturum, & curaturum docet communis sententia contra Alciat. in l. 4. §. cito, num 139. ff. de verb. oblig. & Anton. Gomez secundo tom. var. cap. 10. numero 23. vt patet ex dictis per nos vbi supra d. num. 2. & tenet Anto. de Butrio in c. ex literis, *el segundo*, num. 9. de sponsal. & ibi Abb. nu. 6. & Alex. de Neuo nu. 13. Alex. & Ias. in l. stipulatio ista, in princip. num 5. ff. de verb. obligat. Felin. in d. cap ex rescripto nu. 18 de Iur. Iurand. Villalobos in suo ærario commun. opin. litera. P. num. 521. Couar. vbi supra nu. 1. & 2. Matien. in l. 2. titulo 16. glos. 6. n. 4. lib. 5. nouæ collect Reg. & ibi Azeued nu. 42. Molin. d. § quo ad secundum, & Tho. Sanchez vbi supra num. 8.

3 Tertio, quia promissio facti alieni obligat etiam in foro conscientiæ, quia cum ius ei non resistat, oritur ex ea obligatio naturalis, ita Couar vbi supra num. 2. & Molina disputatione 268. § quod si is, Thomas Sanchez vbi supra num 9.

Quarto, quia promissio facti alieni obligat hodie etiã Iure Ciuili in his regnis, attenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.2.tit.16.lib.5.nouæ collect. Reg. in eum, quem prædiximus sensum, nempe, vt promissor se astringat ad faciendum, & curandum, vt alius efficiat, vt cum Greg. Lopez in l.11.glos. 1.tit.11.partita 5. Matien. in d. l.2.glos.6.num.4. & 5. late probauimus d. cap.44.num.6.& Olan. in sua concord. iuris litera.O. num.9.& in correct. legũ Par tit.num.94.& Azeued. in d.l.2.numero 41. Molin. Theolog in d. disputatione 268.§. ad secundum.

Cum hæc igitur ita se habeant verissima efficitur ex eis conclusio, & doctrina, quam in limine statim huius cap. figimus, quod promittẽs matrimoniũ pro absente inscio cum iuramento, vel absque eo tenetur bona fide, & absque fraude adhibere omnem diligentiam, quam rei qualitas exposcit, quod si autẽ alter nolit, promissor liber remaneat, & non sit periurus: quæ sententia sicut iure probatur, ita quoque authoritate omnium Doctorum de hac re agentium nõ caret: est enim communiter recepta, & approbata, vt constat ex supra allegatis in initio huius c. & ex quamplurimis ad hoc idem specie citatis per Thomã Sanchez d.disputatione 24.n.11.lib.1 qui eam pro firma ponit, & sequitur, referq; eam tenere D. Thomam in 4. distinct. 29. quæst. vnic. art.4.ad 3. & D. Bonauentur. ibi quæst. 3. in fine D. Anton. in 3. parte summæ tit.1.ca.18.ante §.1.vers.item, qui contraxerunt, & cap.7.in fine, Sotum in 4. d.distinctione 29 quæst.1.art.4. ad 3. Petrũ de Ledesm. de matrimonio quæst.43. art. 2. dubio vltim. conclusione 1. Vegã lib.5. suæ summæ casu 558. & quamplures Iuristas, & alios Summistas.

5 Illud tamen in proposito summopere obseruandum est, nempe, minime satisfacere fidei præstitæ promittentem factum alienum, si ficte, & simulate, vt ipso petendi modo indicet voluntatem parum propensam, ad id assequendum (hoc est, vt vulgo dicitur, *por cumplimiento*) vt constat ex supra dictis, & ita Hostiens. in c. ex literis, *el segundo*, de sponsal. dicit teneri ad procurandum sine plica, & sine fictione (hoc est) *sin doblez, y con verdad*, & tenet expresse Marant. q 7 num.2. & confirmat Thom. Sanchez vbi supra numero 12. estque verissimũ, & probauimus d.ca.44.sub num.3.ibi: quia hoc verbum importat, &c.

6 Vnde si promissor facta alieni hæc obseruauerit, proculdubio liber quoque erit à pœna, & interesse, vt cum cõmuni probauit D.Couarru. vbi supra num.3. & nos d.cap.44.numero 3. Greg. Lopez in l.84. in glos. è Guisara tit.18.partita 3.& in l.11. in glos. *tenudo*, titulo 11.partita 5. Ant. Gabriel 3.tom.commun.opin.lib.3. de pactis conclusione 2. numero 2. Anton. Cuch. lib 5. instit. maior. titulo 12. numero 196. Matien. in l.secunda, glos.6. numero 6. titulo 16. lib. 5. nouæ collect. Reg. Molin. Theolog 2.tom de Iustitia, & Iur. disputatione 268.§. quod si is, & alios plures allegans Thom. Sanchez lib.1.de matrimonio disput.25.num.3.

7 Quod procedit etiamsi promissioni addatur promitto alterum facturum cum effectu, adhuc namque promissor à pœna eximitur faciens, quod in se est, secundum communem sententiam, quam refert Roland. à Valle consil. 53. numero 14. & 15. lib.1.& cum Couarru. vbi supra num 6. nobiscũ, & alijs probat recte Thom. Sanchez d.lib.1.de matrim. disputatione 25.num.4. vbi numero 5. hoc temperat, cum Molin. vbi supra, vt non procedat, si promittens sciebat se id minime obtẽturum, aut si ea de re dubitabat, decepitque eo promittendi modo eum, cui spopondit, vt illi promissioni innitens contractum onerosum iniret, aliàs nõ inniturus, vt si aliquã vxorem duxit, quia promisit se obtenturum à Rege officium, idque tanquam certum suasit, cum incertum esse intelligeret, tũc namque tenebitur huiusmodi promissor in foro conscientiæ æstimationem rei promissæ restituere, quia iniustus deceptor fuit.

8 Limitatur secundo illud de pœna, quãdo de animo cõtrahentiũ constaret voluisse astringi ad pœnã, vel interesse in omnem euentũ, quia tũc ad id tenebãtur, neq; excũsantur eo q̃ fecerint quod in se ipsis est, veluti si promiserũt se alterũ in dẽnẽ præstaturos, vel de proprijs bonis soluturos, quia tũc nõ promittitur factũ alienum, sed propriũ in eum euentũ, si alius nõ efficiat, sed cõpensationis facti alieni, quod gerendum erat, ita tenet Decius in regula impossibilium 144.n.5. ff. de regul. iur. Maranta d quæst.

d q.7.num.23. D. Couar. de pact. in 6. secũda parte §.5.n.5. in fine. Ant. Gabriel, vbi supra num.9.

9 Similiter quoties manifeste patebit cõsensus promittentis, quod voluit seipsum teneri ad pœnam, vel interesse, si alter pro quo promisit non fecerit, etiamsi is diligẽtissime curauerit, quod faceret, nihilominus tenebitur huiusmodi promissor ad interesse, vel pœnam secund. Aret. in l. si ita stipulatus § possum ff de verb. oblig cuius sententiam veriorem esse arbitratur, eam bene probans cum alijs aduersus alios D. Couarru. d. § 5. numero 6. est communis secund. Roland à Valle d. consil. 35. num. 12. cum sequentibus, quam etiam sequitur Marant. Anto. Gabriel, & Thomas Sanchez vbi supra, alia exẽpla ponit ibi Anto. Gab.

10 Sic etiam si quis sub certa pœna promittat Titium fideiiussorem, & adhibita omni diligentia, nolit ille Titius fide iubere, licet promittens excusetur à pœna, quia prohibuit omnem diligentiam sibi possibilem, sed non ab alio fideiiussore, æque, tuto præstando, vt cum Bald. Aretin. & Decio resoluit Anton. Gabriel. d conclusione secunda, numero 2 quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra num.7.

11 Vltimo obseruandum erit, si prad. omnibus nihil obstare d l.11. titulo 11. partita 5 ibi, *si el otro no lo cumpliere, tenudo sera el de lo cumplir, o de lo pechar, con los daños, y menoscabos*: quibus verbis attentis videbatur corrigi ius commune, & probari promissorem facti alieni non liberari vnquam à pœna conuentionali, quãuis omnem diligentiam in se possibilem fecerit, si alter non adimpleat: & ita Greg. Lopez ibi, verb. *tenudo*, aiebat, satisvrgere eam l contra communem opin. & interminis, ita tenet Villalobos in sua antino. Iuris Ciuilis, & Regij litera. P. num.40. & in ærario communi. opin. litera. P. num. 522. Olanus in concord. iur. litera. P. num. 78. & Azeued. in l.2 nu.42. tit.16. lib.5. nouæ collect. Reg. Nihilominus tamen lex illa non corrigit communem opin. supra dictam in verbis supra relatis, imo iux. præd. communem debet intelligi. nempe eo casu, quo promissor non adhibuit omnem diligentiam sibi possibilem, secus si illã adhibuit, vt late probauimus de iuramento confirmat. 1. parte cap. 44 num. 3 colũna eius secunda, & hoc est verius secund. Thom. Sanchez d. disput. 25. num. 8. qui nos citat, & sequitur contra supra dictos.

SVMMARIVM Cap. XV.

1 *Sponsata vni, (hoc est) sponsa promissa de iure Ciuili, alteri nubere non prohibebatur, sed Iure Canonico, & quo ad forum cõscientiæ est correctum.*

2 *Promittens sponsalia, prius monendus est, quod si renuat fidem adimplere eo gendus est censura Ecclesiastica, nisi, vt hic.*

3 *Promittens sponsalia nullo præmisso tempore nec conditione, quando cogendus sit fidem adimplere?*

4 *Vouens Deo nullo præmisso termino, quãdo teneatur id votum adimplere?*

5 *Debitor ita demum tenetur soluere debitum, cũ à creditore fuerit requisitus, vbi quid in foro conscientiæ.*

CAPITVLVM XV.

De obligatione spõsaliorum, eorumque exequtione.

1 IVRE Ciuili vni desponsata, (hoc est) sponsa promissa, alij nubere non prohibebatur l.1. C. de spõsalib. vbi glos. & Cyn. idem esse Iure Canonico asserebãt, quod sub dubio tenebat etiam Gratian. 27. quæstione 2. § sed aliunde, & §. fin. & videtur probari in c. requisiuit de sponsal. vbi Abb. n.6. dicit esse probabile: sed in cõtrariũ est cõmunis sententia nempe, tex. illũ in d.l. 1. C. de sponsal. Iure Canonico esse correctum, ac proinde sponsalia obligare Iure Canonico attento, vt late probauimus de iuramento confirmat. 1. parte c.51. n.3. cũ sequẽtibus, vbi respõdimus ad d.c. requisiuit.

Quod etiã procedit, quoad forũ cõscientiæ, obligant nãque sub culpa mortali, cum res sit grauis, maximaque inferatur iniuria, si non impleantur, & præterea, quia

omnis contractus obligat ex iustitia, sed hic est cõtractus facio, vt facias, ergo obligat ex iustitia, & sub mortali: ita tenent D. Thom. in 4. distinct. 27 quæst. 2. art. 1. ad 2. & ibi Paludanus quæst. 1. art. 2. post tertiã conclusionem num. 14. D. Antoni. in 3. parte suæ summæ tit. 1. cap. 18. in fine, & §. final. Caietan. in summa verbo sponsalia, Sotus in 4. distinctione 27 quæst. 2. art. 5. vers. & reliqui: Petrus de Soto lectione 18. de matrimonio §. quo ad primum, Cordub. lib. 1. sui quæstion. quæst. 13. in principio, Alphonsus à Veracruce in 1. parte Speculi coniug. art. 16 in princip. Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 13. num. 2. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 43. art. 1. dubio 3. Molina Theolog. de Iusti. & Iur. secundo tom. disputatione 271. folio 113. ad fin. Manuel Rodriguez 1. tom. summæ in 2. editione cap. 244 num. 1. Barthol. à Ledesma de matrim. dubio 8. folio 1229. Ludouic. Lopez in 2. parte Instruct. in materia de matrim. cap. 39. folio 1061. col. 1. Magister Beya in summa cap. 18. Vega lib. 6. suæ summæ casu 105. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, lib. 1. de matrim. disputatione 28. num. 2. Ex quibus constat, hanc esse communem sententiam Theologorũ quam etiam tenent, & fatentur Iurisperiti, & Summistæ, quorum plures refert idem Sanchez, præcipue Abbatem in c. ex literis, *el segundo*, de sponsal. à num. 3. Couar. in 4 de sponsalib. 1. parte cap. 4. in princip. num. 2. & nos de iuramento confirma. 1, parte cap. 51. num. 5. Matiençoin rubrica. tit. 1. glos. 1. num. 43 lib. 5. nouæ collect. reg. Azeued. in l. 1. tit. 1. num. 15. eodẽ lib. Marc. Anton. Cuchum lib. 5. instit. maior. tit. 10. num. 21. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordinam. vers. contrarium tamen, & nouissime Anastas. Germon. lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 21 num. 86. & 87. Angel. in summa verbo sponsalia num. 21. & ibi Sylvest. quæst. 4. dicto 1. & quæst. 10 dicto 3 Tabiena ibi. quæst. 6. num. 7. & Armill. num. 7. Sarmient. lib. 1. Select. interpret. cap. 5 num. 3. & tenent alij, quos refert Sanchez vbi supra.

2 Quoad secundum de executione spõsalium (hoc est) an qui citra legitimã causam implere recusat sponsalia, sit cogendus per iudicem id em probare? in tres diuisi sunt sententias scribentes, prima est negatiua, ex tex. in d. cap. requisiuit, quam tenent Angel. in summa verbo sponsalia, num. 42 & ibi Armill. num. 7. Anastas. Germon. vbi supra d. num. 86. Segura in Director. Iudic. Ecclesiastic. secunda parte, ca. 15. num 4. cum sequentibus, Angles in florib. Theologic. quæstionum 1. parte in q. de essentia lib. matrim. art. 4. difficult. 4. Manuel, vbi supra limitans, nisi sequatur infamia: ampliant Armill. & Angel. etiã si sponsalia sint iurata.

Secunda sententia est, tunc cogendũ esse hunc sponsorem, quando sponsalia iuramento confirmauit, quam tenent plures Iuristæ, & Theologi, quos refert Thom. Sanchez d. lib. 1. disput. 26. num. 3.

Tertia verior, communis, receptissima in tribunalibus Ecclesiasticis, & tenenda sententia est, quam satis probauimus in nostro tractatu de iurament. confirmat. 1. parte d. cap. 51. num. 4. & lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 18. num. 10. nempe prius monendum esse hunc promissorem, etsi renuat cogendum per censuram Ecclesiasticam, nisi attentis circunstantijs iudex prudẽter arbitretur, ex inuitis nuptijs grauia mala, & scandala timeri, vt perpetuas dissensiones, iurgia inter coniuges, virum relicta vxore discessurum, &c. Et hoc siue sponsalia sint iurata, siue nõ ex glos. in c. 2. de sponsal. verb. ex interpositione, & ibi Abb. & DD. & alibi sæpissime, D. Couar. de sponsal. in 4. prima parte cap. 4. in princip. dicens oppositam sententiam esse erroneam, congerit plurimos, hanc nostram sententiam sequentes, eam tenens, & dicés esse probabiliorem Thom. Sanchez d. disputatione 29. num 4. vbi num. 5. quod studiosius compellendus est promittens, quãdo iuramento promissionem suam firmauit ex Abb. Alex. de Neuo, Rosela, Greg. Lopez, & Dida. Perez. quos refert, & n. 6. tenet contra Petrum de Ledesma de matrim. quæst. 43. art. 1. dubio 3 dicentẽ quod cum iudex discedere debet à coactione ob scandali timorem, necesse est, vt iuridice id sibi constet: quod non credit necessarium Thomas Sanchez, quia totum hoc negotium arbitrio, & prudentiæ iudicis videtur esse commissum, & ita credit sufficere, vt iudex ex circunstantijs, quas præoculis habet

bet prudenter arbitretur scandala sequenda esse: sed adhuc censeo requiri ad hoc aliquam causæ cognitionem in foro exteriori, licet non ita magnam, quia modica coactione est tũc vtendum, non vero strictissima, ne consensus requisitus ad matrimonium deficiat: quare, si sponsum ita obstinatum esse videat, vt libere consentire matrimonio repugnet, monitione potius, quã exactissima coactione, vti debet: & hoc est, quod sensit d cap. requisiuit, ibi monenda est potius, quam cogenda, ita Fortun. Garsi. in cap. 1. de pact. D. Couar. vbi supra numero 5. nos d. cap. 15. num. 4. Alex. Garrer. lib. 1. de sponsal. cap. 11. Ant. Cuchus lib. 5 instit. maio. cap. 10. nu. 20. & 21. Menoch. consil. 386 num. 2. volumine 4 Azeued. in l. 1. num. 16. tit. 1. lib. 5. nou collect. reg. Zuñiga de voto quæst. 1. à numero 53. Thom. Sanch. d. disputatione 29. num. 8. vbi nos, & supra dictos refert.

3 Nunc autem hic agendum est, quando teneatur implere, qui contraxit sponsalia nullo præfixo termino, nec cõditione adhibita? videtur namque hunc promittentem teneri statim habita commoda opportunitate implere; quia in omnibus obligationibus, in quibus terminus solutionis non apponitur præsenti die debetur, l. in omnibus ff de reg. iur. & in l. eum qui, §. quoties ff. de verb. oblig.

4 Hinc est, quod emittens votum Deo, nullo præfixo termino tenetur statim, vbi cõmode potest implere, quia per hoc votum dedicat vouens totum vitæ suæ tempus Deo, & ita tenetur statim implere, ne Deum eo tempore, quo votum differt defraudet, vt cẽsent Paludan. in 4. distinct. 38. quæstione 3. art. 2. conclusione 2 in fin. D. Anton. in 2. parte suæ summæ tit. 11. cap. 2. § 1. Sylvester verbo votum 2. quæst. 5. Suarez in 1. tom. de sacramẽtis, quæstione 71. art 4 disputatione 31. sectione 2. fol. 446. columna 2. est communis sententia secũd. Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 28. num. 1.

Non ergo satisfaciet obligationi à se emissæ promittens fœminæ matrimoniũ, si ante mortem contrahat, quia promisit toto vitę spacio cum ea conuiuere, ergo est in mora, si statim habita opportunitate nõ impleat, eo quod defraudet sponsam eo tempore, & in termino ita tenet Barthol. à Ledesma de matrimonio, dubio 13. in principio, quæ sententia vera est, requirente demum hoc, eo, cui promissio facta est: tunc namque, eo scilicet petente, tenetur promissor adimplere promissionem suã, si commode poterit, nullo adiecto termino solutionis.

5 Quia debitor ita demum in huiusmodi casu tenetur soluere, cum à creditore fuerit requisitus, l. debitores præsentes C. de pignor. vbi glos. verb conueniendi, Hostiens. & Abb. in cap final. numero 19. de præscript. Palud. in 4 distinctione 38 quæstione 3. articulo 2. numero 14. Nauar. in summa cap. 17. numero 79. Manuel Rodriguez in summa 2. tom. cap. 43. numero 4 post alios Summistas, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 2. vbi quod hoc in foro conscientiæ intelligendum est, nisi creditor petere non audeat ex timore reuerentiali, tunc enim quamuis creditor non petat constituitur in mora promissor, secund. eosdem Summistas, quos ibi citat, & inter eos Manuel Rodrig. addit, idem esse dicendum, quando ex obliuione creditor non petit: ex quo enim creditor debitum nouit, & potens commode petere debitum, non petit, videtur consentire dilationi: idem igitur in sponsalibus promissis dicendum est, vt recte probauit Thom. Sanchez, vbi supra ad finem numeri secundi, dicens maxime pro fœminis aduertendum esse, quia licet multum cupiant sponsalia perfici, sæpe non audent petere, vel non instant ob spõsorum timorem, vel ne tedio affecti desistant, vnde sponsi tuti non erunt, quia ea dilatio non est voluntaria, idem nos censemus esse dicendum in ipsis fœminis sponsalia promittentibus quod teneantur ea adimplere, cum ab ipsis viris hoc fuerit petitum, vel ante, si minime ipsi viri id petunt, ex obliuione, aut quia rationabiliter non audent petere per supra dicta.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMARIVM Cap. XVI.

1 *SPONSALIA non sunt quoties Pater promittit se vnam ex filiabus indeterminate daturũ, & ipsæ consentiant, neque oritur ex eo publicæ honestatis impedimentum: verum in hac specie illis consentientibus, electio erit promissoris, vt in numero 2. & quid si ante electionem patris, omnes eius filiæ, vna excepta, sint mortuæ, an eam teneatur dare pater, in foro exteriori, & conscientiæ? numero 3.*

4 *Pater, si promittat alicui vxorem filiam suam Mariam, & casu, quo nequeat eius sororem, ad quid teneatur?*

5 *Promittens aliquã ex pluribus se ducturum, quid si postea vnam ex eis carnaliter cognoscat?*

CAPITVLVM XVI.

De sponsalibus contractis per patrem de vna suarum filiarum.

1 MNES conueniunt, non esse sponsalia, quoties pater promittit se vnam ex pluribus filiabus indeterminate daturum, & illæ consentiant, neque oriri ex eo publicum honestatis impedimentum: & probatur expresse in l. 10. in princip. tit. 1. partita 4. vbi cauetur, *que prometiendo, o jurando vn home a otro, que recibirta vna de sus fijas por muger, por tales palabras como estas, no se fazen las desposajas, porque ninguna de sus fijas no estan delante, &c.* Et paulo infra, ibi, *e si el padre jurasse, o prometiesse a aquel, que auia jurado a el que recibirta vna de sus fijas, que gela daria por muger, si despues ninguna de sus fijas non lo otorgasse, nin quisiesse consentir en aquel, a quien auia jurado su padre, por tal razon, nõ las puede el apremiar, que lo fagan de todo en todo.*

2 Verũ in hac specie illis consentiẽtibus promissioni patris, electio erit promissoris, prout generale est in omni alia promissione alternatiua, vt in l. plerumque in fine ff. de iur. dot. vnde pater in hoc casu offerens quamcunque filiarum suarum excusatur, quãuis alter eam ducere nolit, quod si ante quam aliquam ex illis offerret, omnes, vna dempta, obirent, tenetur super stitem dare, ita expresse decidit in l. 11. tit. 1. partita 4. qua secluſa idem probant Henric. in cap. ad audientiam num. 2. de sponsal. Gofred. in summa tit. de desponsat. impub. num. 14. 15. & 16. D. Antonin. Archiepiscopus Florent. in sua summa 3. parte tit. 1. cap. 18. ante §. 1. in versic. item qui contraxerunt, Summistę, Rosel. verb. spõsalia num. 4. Angel. 9. Sylvest. quæst. 6. Tabie. quæst. 7. num. 8. Armil. num. 9. Brunel. de sponsal. conclusione 5. num. 6. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 1. disputatione 26 num. 2. & Petrus Nicol. Mocius de sponsal tit. de substantial. &c. sponsal. num. 5. & 6 fol. 169.

3 Sed dum d. l. 11 inquit, *que si ante què el padre señalasse alguna de sus fijas para darsela, se muriessen todas, fueras vna, que no ouiesse voluntad a darle aquella, tenudo es de darsela, por cumplir la promission que hizo*: procedit in foro exteriori: in foro nãque conscientiæ, ita distinguit Sãchez, vbi supra num. 3. vt si absolute promisit, volens se absolute obligare, quamuis animum habuerit dandi certam, tenetur dare illam superstitem, si vero tantum habuit animum se obligandi ad certam tradendam, tunc, si aliud damnum, aut scandalum minime sequatur, non tenetur illam superstitem dare, quia ficte promittens matrimonium, non tenetur in foro conscientiæ implere, si aliud damnum non sequatur.

4 Quod si pater promittat alicui Mariã eius filiam sponsam, & casu, quo nequeat eius sororem, tenetur tradere Mariam, si posit: si autem nequeat, & Maria tacite, vel expresse consensit sponsalibus, nõ sub conditione, vt pater pollicitatus est, sed absolute, tunc non potest sororem eius tradere impediente hoc, publica honestate orta ex prioribus sponsalibus absolutis: si autem illa non consensit, vel tantum sub conditione, quæ impleta non est, tenetur vtique sororem dare iuxta promissa, cum nullum publicæ honestatis impedimentũ obstet iuxta cap. vnic. de sponsal. lib. 6. ita tenent, & recte Henrich. D. Anton. Rosel. numero 5. Angel. num. 16. Sylvest. & Thom. Sanch vbi supra numero 5. si autẽ quis promittat ducere vnam ex pluribus cõsentiẽtibus potest eligere, quã maluerit ex eis, & electa tenebitur, quia omnes illæ repromiserunt, & promissoris est electio, vt prædiximus, ita cauetur in l. 9. vers. *otro si* titulo 11. partita 4. vbi Greg. Lopez in verbo, *ouiesse*, & Thom. Sanchez vbi supra numero 6.

5 Vtrum autem, quando quis vnam ex pluribus se ducturum promittit, postea aliquam ex illis carnaliter cognoscat, spõsalia illa transeant in matrimonium? magis expectat quæstio hæc ad ius antiquũ, quã eo iure bene examinat Thomas Sanchez vbi supra num. 7. cum sequentibus, quam ad ius nouum Sacri Concil. Trident. quo attẽto cessarũt iam matrimonia præsumpta per copulam, vt late probauimus de iuramento confirmat. in 1. parte cap. 51. numero 18 cum sequentibus, & ideo hic eã omittimus: quod si promissio illa, & copula fieret, & haberetur affectu coniugali coram parocho, & testibus maneret ius antiquum illęsum, & esset matrimonium, vt recte obseruat Thom. Sanchez d. disputatione 26. numero 12. ad fin. vbi numero 13. quod non ideo conditio de dote constituenda in sponsalibus adiecta extincta censeri debet, & sic dotis soluendę obligatio, secundum Sotum in quarto distinctione 29. quæst. 2 articulo 2. post tertiam conclus. vers. contra hanc autem, &c.

SVMMARIVM Cap. XVII.

1 POena an adijci possit in sponsalibus, & matrimonijs pro firmiori obligatione? & per totũ caput: decidit negatiue.

2 *Quod primo ampliatur, vt procedat non solum quando pœna apponitur per ipsos sponsos, sed etiam per eorũ consanguineos, quando militat eadẽ ratio probabilis secundo ampliatur, vt procedat etiam quando pœna ponitur inter multum astrictos ipsis sponsis amicitia, existente eadem probabili ratione, vt in num. 3. Tertio ampliatur, vt procedat etiam, quando promittentes pœnam, graue damnum inferre possunt contrahentibus, nisi contrahãtur, vt in numero 4. ampliatur quarto, vt procedat etiam si pœna sit modica attenta contrahentium dignitate, vt in nu. 5. ampliatur alijs modis numeris sequentibus.*

6 *Pœna adiecta de matrimonio contracto dissoluendo non valet.*

7 *Pœna, qua mulier promisit, se alicui non nupturam, non valet.*

8 *Pœna adiecta fauore matrimonij, nempe, quod vir non tenebit concubinam, valet.*

9 *Pœna adiecta matrimonio per alios quãdo nulla imponitur necessitas contrahendi matrimonium, an valeat?*

10 *Pœna adiecta matrimonio inter omnino extraneos, vt hic bene, valet.*

11 *Pœna adiecta per sponsum extraneo ni si perfecerit sponsalia non valet.*

12 *Pœna promissa ab extraneo contrahenti sponsalia valet.*

13 *Promissio pœnæ inter extraneos, si Petrus non duxerit Mariam, an valeat?*

14 *Pœna adiecta sponsalibus, an valeat quo ad id, quod interest?*

15 *Pœna adiecta sponsalibus, vel matrimonio sponte soluta, an sit restituenda? & num. 17.*

16 *Donatio in dubio non præsumitur? cum suis ampliationibus.*

17 *Pœna promissa in contractu sponsalitij, an firmetur iuramento? & numeris sequentibus.*

20 *Promissio pœnæ in sponsalibus est contra bonos mores naturales.*

21 *Iuramentum contra bonos mores, ciuiles, aut naturales, quando dicatur esse?*

22 *Iuramentum soluendi pœnam in sponsalibus adiectam dato, quod non obliget, an ea soluta, statim repeti possit?*

CAP.

CAPITVLVM XVII.

Vtrum in sponsalibus, & matrimonijs pœna adijci possit pro firmiori eorum obligatione?

1 PArs negatiua deciditur in cap. Gẽma mulier 29 de spõsalib. ibi: cum itaque libera matrimonia esse debeant, & ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit merito improbanda: Mandamus quatenus, si est ita, eundem B. vt ab extorsione præd. pœnæ desistat, Ecclesiastica censura compellas: idẽ probat l. Titia 134. ff. de verb. oblig. & l. final. C. de sponsal. l. 39. tit. 11. partita 5 l. 11. titulo 11 partita 4 in versic. *ca como quier*: & late probat Iure Canonico, & Concil. Parisi. & Trident. sess. 24. c 9. de reforma. M. Ant. Eugen. consil. 18 num. 14. cum sequentibus; vbi etiam quod non valet statutum prohibitum matrimonij mulierum in forensem sub certa pœna: sola tamẽ culpa venialis erit adijcere pœnã, nõ vero mortalis, quia cum ea minime valeat, & subinde non compellat ad matrimonium, non videtur res adeò grauis, secund. Caiet. in Summa titulo sponsalia, & ibi Armill. num. 14. quos sequitur Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 30. num. 21. & disputatione 32. sub num. 21.

2 Ampliatur primo, vt procedat d. conclusio negatiua non tantum, quando pœna per ipsos sponsos apponitur, sed etiam, quando per eos, qui ipsos sponsos ita iure sanguinis attingunt, vt probabile sit fore, vt inducantur ad matrimonium, ne consanguinei pœnam soluant, quia eadem ratio prohibitionis militat in hoc casu; & ita merito tex. in d. cap. Gẽma annullat pœnam constitutam à parentibus sponsorum: ita interminis tenent glos. in d. l. Titia in princip. verb. matrimonia ff. de verb. oblig. & ibi Barto. & communiter DD. Ioan. Andre. Abb. & communiter DD. in d. capit. Gẽma, est communis secund. D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte cap. 3 §. 7. nu. 5. Guillierm. Benedict. in cap. Rainutius ver bo, qui cum alia, num. 98. de testam. Matthæus de Perusio inter consil. matrimonial. Zilet. consil 6. numero 5. Greg. Lopez in d. l. 39. verb. *quieren*, tit. 11. partit. 5. Villalobos in ærario communium opin. litera. P. num 87. Ant. Gabriel secũdo tom. commu. opin. lib. 14. verb. pœna supponatur, folio mihi 199. col. 2. ad fin. Matiençio in rubrica tit. 2. glos. num. 2. lib. 5. nouæ collect Reg & ibi Azeued. num. 3. Gratia. in reg. 83. num. 15. Ludouic. Lopez in 2. parte Instruct. de matrimonio cap. 41. in princip. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrimonio disputatione 30. num. 3. Anto. Cuchus lib. 5 de institit. maior. tit. 12. num. 193.

3 Secundo ampliatur, vt procedat etiam, quando hæc pœna apponitur inter ita structa amicitia coniunctos sponsis, vt probabile sit eis timore ductos, ne amici pœnã soluant contracturos matrimonium, vt tenent plures ex Doctoribus supra relatis, & Bald. in l. final num. 10. C. de sponsal post Alber. ibi numero 5. Salic. 12. Cuman. in d. l. Titia in princip num 8. & Paul. de Castr. num 2. Matien. in dialog. relat. 3. parte capit. 17 num. 8.

4 Tertio ampliatur, vt procedat etiam quando promittentes pœnã possint graue damnum contrahentibus inferre, nisi contrahant, quia similiter matrimonij libertas in hac specie impeditur: timore namque ne eos offensos habeant, iacturam facientes pœnæ contrahent, vt si contrahentes sint oppidi domini, vt cum Ant. de Butrio, Alex. de Neuo, & Præposito probat Tho. Sanch. d. disputatione 30. sub nu. 3. in vers. idem dicendum est: vbi idem probat eadẽ ratione quoties pœnam promittẽtes, spõsi subditi sunt, vt si sint eorum tutores secund. Speculat. tit de sponsal. §. primo igitur numero 2. Bart. consil. 45. in fin. volumine 1. Alber. in l. final. numero 5. C. de sponsal. Iason d. l. Titia in princip. num. 12. & ibi Alciat. num. 10.

5 Ampliatur quarto, vt procedat etiam si pœna sit modici attenta contrahentium dignitate: licet enim ea minime reddat cõtrahentes timidiores, ne libere contrahãt, ac proinde non desint, qui teneant eam valere, prout sunt Cyn. in l. fina. C. de sponsalib. Ioan. Andre. in d. c. Gẽma num. 9. & ibi

ibi Henrich. num. 10. versus tamen est eã minime valere, quia iura de hoc agentia indistincte pœnam prohibẽt adhibere in cõtractibus sponsaliorum, & matrimonij, eo quod sit contra bonos mores, & quamuis modica sit pœna, aliquantum impedit libertatem, etsi non impedit est per accidens, & in quoda speciali casu ad iura adaptantur ad ea, quę frequentius accidunt, l. nã ad ea ff de legib. & in terminis ita tenent Bart. & communiter DD. in d. l. Titia in princip. num. 4 ff. de verb. oblig. Abb. cõmuniter receptus in d. cap. Gemma num. 8. secund. D. Couar. in 4 de sponsal. 2. parte cap. 3. §. 7. num. 5. eam namque sequuntur in d. cap. Gemma Ant. de Butr. num. 8. Anchar. 6. Cardin. 2. Alex. de Neuo 15. & Præpos. num. 9. Salic. in d. l. final. num. 10. C. de sponsal. Summistæ verbo sponsalia, nempe Rosel. num. 7. Angel. 14. Sylvest. quæst. 9 dicto 2. est communis, & vera vt cõstat ex Villalobos in suo ærario cõmun. opin. litera. P. num. 88. Montaluo, & Greg. Lopez in d. l. 49. in glossa, *la pena*, Alex. Carrer. lib. 1. de sponsal. cap. 5. Matien. in rubrica, tit. 2. glos. 2. nu. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. Azeued. in d. l 2. num. 3. & alios allegans, eam sequitur Thomas Sanchez vbi supra num. 11.

6 Ampliatur quinto, vt similiter non valeat pœna de matrimonio contracto dissoluendo, vel si ponatur pœna, si vir, vel vxor dissoluerit matrimonium per ingressum religionis eo casu, quo potest, vel accusauerit alterũ de adulterio, vel ex alia iusta causa petierit diuortiũ: iura namque omnimodam libertatem desiderant in matrimonio, vt in dictis iuribus ita tenet glos. in d. l. Titia verb. matrimonia, & ibi Cuman. numero primo, & Alciat. in princip. num 6. Hostiens. in d. cap. Gemma, & ibi Cardinal. in fine, Alex. de Neuo num. 9 Præpos. 13. M. Anto Cuch. lib. 5. institit. mai. tit. 12. num. 191. & Thom. Sanchez d. disput. 30. num. 9. vbi cum Alciat. vbi supra, quod cũ hodie attenta l. Euangelica, repudia non sunt licita, valet stipulatio pœnalis, si coniux repudiet coniugem tanquam iuri conformis.

7 Sexto ampliatur, vt neque valeat pœna sub qua mulier promisit se alicui non nupturam, siue in perpetuum, siue in tempus, siue sit virgo, siue vidua, vt reiectis alijs opinionibus recte censuit Alberic. in l. fina. num. 10. C. de sponsal. quem sequũtur Alciat. in d. l. Titia in p. incip. num. 5. & Thom. Sanchez vbi supra num 8. docens diuersum esse spe lucri ad matrimonium inuitari, vel ab eo separari, quod in legatis sub ea conditione contingit, vel metu pœnæ amittendi libertatem ad contrahendum matrimonium requisitam auferri, quod contingit in casu huius ampliationis.

8 Pœna tamen fauore matrimonij adiecta, quod vir non teneat concubinam, valebit quidem, ita Bald. in d. l. final in fin. post Alberic. num. 9. Iaf. in d. l. Titia in princip. num. 19 Præpos. in d. cap. Gemma nu. 13. & Sanchez vbi supra num. 10.

9 Superiora tamen intelligenda sunt, quoties promissio pœnæ ita concepta est, vt matrimonij necessitatem inducat, ne ea incurratur, vt si parentes, vel sponsis coniuncti promittant pœnam in eo euentu, quo matrimonium minime sequatur, tunc enim non valebit; secus vero erit, quando promiserunt sub certa pœna, se facturos, & curaturos, vel absolûte matrimonium filiorum, tunc namque valet promissio pœnæ, quia deficit omnino prohibitionis ratio, nulla namque imponitur sponsis necessitas contrahendi matrimonium, timore ne parentes, aut alij coniuncti pœnam incurrant, quia si curent, vt matrimonium sequatur, eo minime sequuto eximuntur à pœna, vt prædiximus cap. 14. num. 1 & sequentibus; ita recte tenent Imol. in d. l. Titia in princip. num 4. Alciat. num. 11. estque verissimum secundum Thom. Sanch. d. disputatione 30. num 4 aduersus Bald. in d. l. fina. nu. 10. C. de sponsalib. dicentem, in neutro casu valere pœnæ adiectionem, ego tamen sequor priorem partem affirmatiuam præcedentem, & sic primam limitationem supra dictam cum Imol. Alciat. & Thom. Sanchez.

10 Secundo limitatur præfata conclusio negatiua, de qua in d. cap. Gemma cum similibus vt non procedat in pœna apposita inter omnino extraneos, qui ipsos contrahẽtes nullo modo ex supra dictis attingunt, quia tunc valida erit, tunc namque per eã nullo modo impeditur matrimonij libertas,

tas, eo quod præd. pœnam paruipendant sponsi, si omnino extranei eam soluant: ita tenent Bart. & communiter DD. in d.l. Titia in princip. & plerique ex Doctoribus supra citatis, & Greg. Lopez vbi supra, Costa in l. cum tale §. si arbitratu limitatione 4. nu. 4 ff. de condit. & demonstrat. quod verum esse probant Hostiens. in summa titulo de sponsal. num. 2. & Anto. de Butrio in d. cap. Gemma num. 7. in fine: si extranei absque dolo nomine proprio pœnam ex proprijs bonis soluendam spondeant: secus, si mandato sponsorum, vel parentũ pœnam promittant, quia tunc haberent regressum contra mandantes, & ex eorũ bonis soluenda esset pœna, vnde eadem esset ratio prohibitionis, ac proinde non valeret: quæ opinio verisima est, & sequẽda, prout eam quoque tenent, & probant Bald. in d.l. final. num. 10. C. de sponsal. Cuman. in d.l. Titia in princip. num. 8. & ibi Imol. num. 4. Ias. 12. Alciat. 10. Matth. de Perusio inter consilia matrimon. Zilet cõsil. 6. n. 7. & Tho. Sanch. d. disputat. 30. sub num. 4. in versic. quod accipiendum est.

11 Eadem ratione, si sponsus promitteret extraneo pœnam nisi perfecerit sponsalia, non valebit promissio pœnæ, quia impeditur matrimonij libertas secund. Anchar. in d. c. Gemma n. 6. vbi Henrich. numero 4. Præpos. 7. Salicet. in l. final. num. 12. C. de sponsal. Matthæus de Perus. vbi supra.

12 Secus esset, si extraneus promitteret pœnam contrahenti, valet namque, ac si extraneo promitteret, quia non impeditur matrimonij libertas, secund. Henrich. vbi supra d. num. 4. & vtrumque sequitur Thom. Sanchez. d. disputatione 30. numero 6.

13 Sunt tamen, qui censeant, ita demum valere promissionem pœnæ inter extraneos, quando se obligant deducendo spõsalia contrahenda, non quidem per viam principalis obligationis, sed per modum cuiusdam conditionis, vt si dicant; promittimus hanc pœnam si Petrus non duxerit Mariam: tunc namque valebit promissio pœnæ: secus si deducant in pactum sponsalia, per modum principalis obligationis, & pœnam, vt tali obligationi accessoriã, tunc enim ea non valeat tanquam accesso ria à matrimonio, quod debet esse liberum, vt si extraneus promittat sponsalia nomine Mariæ adiecta certa pœna nomine suo, ita Hostiens. in d. cap. Gemma, & ibi Henrich. num. 3. & Villalob. in suo ærario commun. opin. litera. P. num. 88. nihilominus tamen tenendum est cõtrarium, nempe, vt in vtroque casu valeat, secundũ Greg. Lopez in d.l. 39. in glos. *quieren*, ad fin. & ante eum Ant. de Butr. in d. cap. Gẽma num. 7. Anchar 6. summ. Rosell. Sylvest. & Matth. de Perusio, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra numero 7.

14 Illa tamen quæstio in proposito maxime controuersa est inter iuris Interpretes, an esto quod pœna adiecta sponsalibus, & matrimonio non valeat, nec exigi possit, an saltem si alterius sponsorum intersit, damnumque patiatur, possit pœna exigi, quatenus sua intersit, quando alterius culpa non initur?

Tres namque sunt opiniones in hoc articulo: prima habet posse peti interesse dãni emergentis, & lucri cessantis: alia ait, neutrum lucrum peti posse, nisi sponsus violans fidem dolo iniret sponsalia, vt alter sponsus illud patiatur, & hanc tenent plures Authores; mihi vero tertia sententia placet magis, nempe posse exigi interesse damni emergentis, vt si alter sponsus ratione sponsalium expensas fecerit, nõ autem interesse lucri cessantis, & hoc, non ratione promissionis pœnæ, quæ nullã obligationem peperit, sed ratione iniustitiæ à violante fidem admissæ, vt recte cum alijs probauit Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio d. disputatione 30. num. 5. qui numeris præcedentibus Authores primæ, & secundæ sententiæ refert, earumque fundamenta.

15 Illud vero addiderim, quod etsi pœna adiecta sponsalibus, vel matrimonio non valeat, nec exigi possit, si tamen sponte soluatur, eam recipiens, non tenebitur restituere, donec iuridice exactus ad restitutionem condẽnetur, vt late probauit agẽs ad vtramque partẽ Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 31. num. 2. per totum: cuius opin. veram esse crederem, quoties simpliciter errore ductus promittens pœnã credens teneri, eam soluerit: cæterum si sciens

sciens non teneri, eam nihilominus sponte solueret, non erit recipiens condemnandus ad eius restitutionem ex regula iuris, quæ habet, cuius per errorem dati repetitio est, eiusdem consulto dati donatio est.

Quinimo idem esse videtur dicendum etiamsi inscius iuris pœnam soluisset, quia ignorantia iuris tam notissima, nempe d.l. Titia, & d. cap. Gemma & d.l. final. C. de sponsal. non excusat, saltem in foro exteriori, vt in iuribus vulgaribus: sed adhuc in hoc vltimo subsisto, & verum id non esse censeo, sed potius contrarium. 19

16 Quia in dubio donatio regulariter non præsumitur, l. Campanus ff. de oper. libert. l. cum de indebito. vers. qui enim soluit. ff. de probat. late plura congerens in proposito Mascard. de probat. 1. tom. conclusione 544. numero 1. cum sequentibus, vbi numero 5. quod potius præsumitur error, quã donatio: & numero 6. id ampliat, vt procedat etiam in facto proprio, & num. 7. quod potius præsumitur stultitia, quam donatio: nec obstat quod paria sint scire, vel scire debere, l. quod te mihi, & ibi communiter DD. ff. si cert. pet. & regula iuris præd. quod ignorantia iuris neminem excusat.

17 Quia in hac materia pœnali non sufficit scientia præsumpta, sed certa requiritur, vt per Mascard. vbi supra num. 66. & 106. Vnde quando quis errore ductus credens teneri ad pœnam promissam in spõsalibus, vel matrimonio eam soluisset, poterit eam repetere, præmaxime si id iuret, nisi contrarium probetur, nempe eam sciẽter soluisse, hoc est sciens ad eam non teneri.

18 Sed an pœna promissa in contractu sponsalium firmetur iuramento? maxime etiam controuertunt DD. quibusdam existimantibus, iuramentũ in hac specie obligare, licet contractum non firmet: prout sunt, & sentiunt Alex. de Neuo in d. cap. Gemma numero 10. de sponsal. Corneus consil. 294. præmaxime num. 5. volumine 4. Vmbertus de Bouenco in repet. auth. sacramenta puberum nu. 133. C. si adu ers. vendit. & quamuis dubius magis inclinat in hanc partem Fortun. Garsia de vltim. fin. illatione 20. num. 359. Menchaca de succes. creatione lib. 3. §. 28. nu 15. vbi in certo quodã casu eam limitat: summa Tabien. verbo sponsalia quæst. 8. num. 9. Armil. ibi num. 11. Aldin. Theolog. tomo 1 de iustitia, & Iur. tractatu 2. disputatione 151. folio 863. quæ sententia est satis probabilis secund Thom. Sanchez lib. 1 de matrimonio disputatione 32. nu. 20. ad finem.

Alij vero melius voluerunt, & tenent, huiusmodi promissionem pœnæ non firmari iuramento.

Primo, quia huiusmodi promissio interdicitur propter vtilitatẽ publicã ob matrimonij libertatem, vt in d.l. final. C. de spõsal. ibi, cum in contrahendis nuptijs libera potestas esse debeat: & in d. cap. Gemma, ibi, cum itaque libera matrimonia esse debeant: interest namque reipublicæ maxime libera esse matrimonia, quia ex coactis iurgia, dissensiones, mala liberorum educatio, pessimique exitus sequuntur, vt experientia docet, & hoc vltimum probatur in cap. requisiuit de sponsal. fauore igitur publico interdicitur hæc promissio pœnæ, vt in terminis recte censuit Ias. in d.l. Titia in princip. num. 17. in fin. ergo nõ confirmatur iuramento, cap. si diligenter de for. compet. Barr. in l. si quis pro eo n. 7. & 8 ff. de fidei iuss. Abbas, & cõmuniter DD. in cap. cum cõtingat de iur. iur. DD. etiam communiter in auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit. & late Couar. de pact in 6. secunda parte § 1. num. 1. & 5. Ant. Gomez 2. tom. var resol. cap. 14. num. 24 & 26. Menchac. vbi supra nu. 21. & nos de iuramento confirmator. 1 parte cap. 58 num. 15. Marien. in l 2. glos. 3. num. 15. & 17. tit. 2 lib. 5. nouæ collect. Reg. Seraph. alios referẽs de priuileg. iuram. priuilegio 61. num. 13. Sanchez vbi supra numero 8.

20 Secundo probatur suprad. negatiua sententia principalis, quia promissio pœnæ in sponsalibus est contra bonos mores naturales, quia continet culpam venialem, siquidem est improbatum à iure, vt supra probauimus hoc cap.

21 At iuramentum contra bonos mores naturales non est obligatorium, vt in regula non est obligatorium, quæ sic debet intelligi de reg. iur. in 6. Dupliciter namque

Universidad de Deusto
Biblioteca

que iuramentum dicitur atque esse poterit contra bonos mores, scilicet, aut bonos mores ciuiles, aut naturales: contra bonos mores ciuiles esse dicitur, quãdo res promissa licet in se non sit peccatum, potest tamen facile præiudicium inferre bonis moribus, quos in bene instituta republica seruari decet: contra naturales autem esse dicitur, quando res promissa impleri nõ potest absque culpa lethali, vel saltẽ veniali, & de his intelligitur d.reg. non est obligatorium, non vero, quando iuramentum solum est contra bonos mores ciuiles, vt tenent plures, quos refert Couar. de pact. in 6. tertia parte in princip. numero 1. & cũ alijs multis Menchac. d.§. 28. num. 9. cum sequentibus, & nos de iuramento confirmat. 1. parte cap. 40. num. 4. Molin. Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iur. tractatu 2. disputatione 151. in solutione ad primum, & hæc est cõmunis sentẽtia, quicquid Couar. vbi supra eam impugnet, vt constat ex supra dictis, estque cõmunissima, vt ex Tho. Sanch. d lib. 1. disputatione 32. num. 1. vbi quod necessario fatendum est, tunc tantũ iuramentum homini præstitum non obligare quando promittitur res, quæ absque culpa saltem veniali impleri non potest, secundum Abb. in d.cap. cum contingat. numero 7. & fatẽtur Couar vbi supra nu. 1. vers. 3. constat Molin. vbi supra disputatione 149. §. his exemplis, & in 2. tom. disputatione 271. fol. 117. sed promissio pœnæ in sponsalibus est huiusmodi, vt probauimus: ergo iuramento non confirmatur.

Et in terminis de quibus agimus, hanc sententiam negatiuam merito, vt veriorem, & tenẽdam tuetur Bart, in d.l si quis pro eo num. 6. & in d.l. Titia in princip. numero 11. vbi Angel. & Cuman. num. 1. Alciat. num. 2. in fine Salic. in d.l. final. nu. 11. C. de sponsal. Anto de Butrio in d.cap. cum contingat nu. 8. & ibi Alex. de Neuo nu. 43. in fin. & Imol. quamuis dubius n. 32. Alciat. nu. 25. Præpos. in d.c Gemma nu. 2. Couar. alios allegans in rubric. de testam. 2. parte nu. 17. Anton. Gomez 2. tom. var. resol. c. 14. n. 24. Anto Cuchus lib. 5. instit. mai. tit. 12. nu. 194. & hanc sequitur, & late probat alios allegans, & dicens eã probabiliorẽ Tho. Sanchez d. disputat. 32. numero 21. per totum, estque communis sententia, vt ex supra dictis patet, & ideo proculdubio tenenda, licet pœna modica sit, vt cum cæteris indistincte loquentibus cõtra Alciat. tenet Sanch vbi supra in fine d. nu. 21. qui nu. 22. bene infert hoc iuramentum minime obligare, & conse quẽter nulla indigere relaxatione.

22 Vnde necessaria non est in proposito longa, & inutilis, & nescio an vera disputatio, & resolutio eiusdem Thom. Sãchez ibidem nu 24. & 25. an dato, quod præd. iuramentum soluendi pœnam in sponsalibus promissam obligaret satis fiat momẽtanea solutione statim repetendo, concedaturque absolutio, & tenet partem negatiuam, sed minus bene, siquidem communis, & vera sententia habet præd. iuramentum non obligare, neque relaxatione indigere, quod si adhuc aliud dicendum esset cum prima opinione affirmatiua supra dicta (quod negamus) in iuramento tamen soluendi in ludo amissa ad creditũ, de quo agit Sanchez vbi supra ad fundandã suam nouam, & singularem opin. cõmunis sententia quoque habet, satisfieri momentanea solutione statim repetendo & concedatur repetitio, & iuramenti relaxatio, vt ex ipsomet Authore cõstat, qui quamplures grauissimos Authores, hoc tenentes, refert, cur igitur passim contra communẽ tenet: verior ergo, & magis recepta sentẽtia est contra se.

SVMMARIVM Cap. XVIII.

1 *Arræ, & sic pignus valide promitti possunt pro sponsalibus adimplendis, & num. 2. de ratione differentiæ in hoc, & in appositione pœnæ prohibitori. & numero 3. quod tradi debent, & num. 4. ampliatur, vt procedat etiamsi dicatur quod arræ dantur nomine pœnæ: & sufficit in hoc confessio recipientis, vt in numero 5.*

6 *Arræ præd. an possint cõstitui vt in quacunque quantitate?*

7 *Arræ præd. an possint constitui in specie?*

8 *Arræ in matrimonijs an possint, vtinque constitui?*

9 *Arræ præd. quando perdãtur, & quãdo donon, & numeris sequentibus, vbi numero 17. an pœna dupli vel quadrupli adiecta datioui arrarũ debeatur, & num. 18. quid in foro conscientiæ?*

19 *Pœna conuentionalis an debeatur in foro conscientiæ.*

20 *Pœna conuentionalis de stylo curiæ nõ fit condemnatio, nisi quatenus interest.*

21 *Debitor pœnæ conuentionalis, dum à se non petitur an possit eam præscribere, & quo tempore?*

22 *Pater promittens arras pro filia an eas amittat, si faciat quicquid in se est, vt matrimonium celebretur?*

CAPITVLVM XVIII.

Vtrum arræ, & sic pignus valide promitti possint pro sponsalibus adimplendis?

1 RES est clara, siquidem licitum est arras apponere amittendas per sponsalium fidei violatorem, l. arris, & l. fina. C. de sponsal. l. 1. tit. 11. partita 4. l. 84. tit. 18 partita 3. probat D. Couar. in 4. 2. parte c 7. n 6. & vbique communiter omnes.

2 De ratione differẽtiæ inter appositionem pœnæ in spõsalibus, & matrimonio prohibitam, vt c. præcedenti late probauimus, & arrarum, non satis conuenit inter Doctores, siquidem nulla ex ab eis traditis est concludens, quas refert, & improbat Thom. Sanch lib. 1. de matrimonio disputatione 35. num. 2. vbi tandem inquit cum Iaf. in l. Titia in princip. numero 22. ff. de verb. oblig. nullam earum cõcludere, nec scrupulo carere, sed congruentiam quandam præferre, quæ sufficiens fuit ad inducendum Legislatorem, vt arris promissis pœnam interdiceret: frequentior tamẽ ratio differentiæ in proposito est, quod cũ pœna non statim tradatur, sed promittitur in futurum, facile, & incaute in magna quantitate promittitur: arra autem, cũ re ipsa tradi debeat in contractu sponsalium, in minori quantitate, & maturiori consilio tradetur, nec tantus suberit timor amittendi arras iam traditas, quantus soluendi pœnam promissam: faciliores enim multo sunt homines ad promittendum, quam ad tradendum, quæquidem ratio, etsi scrupulo non careat, vt inquit Sanchez, mihi tamen ex omnibus verior, & magis concludens videtur.

3 Ad hoc autem, vt valeat præd. promissio arrarum in proposito, necessarium omnino est, quod tradantur, vt constat ex eisdem legibus de hoc agentibus, nempe ex d.l. final. C. de sponsal. ibi, acceperit arras, quod traditionem significat: tex. in §. item Lapilli instit. de rerum diuis. idem apertius probatur in d.l. 84. in illis verbis: *los quales maranedis passaro a su poder, e otorgo q̃ era pagado de ellos:* & præterea, quia quoties arræ nõ tradũtur, nihil distarent à pœna, & in terminis ita tenent communiter DD. in cap. Gemma de sponsal. nempe Anton. de Butrio numero 8. Cardin. numero 2. Anchar. 10. Alexan. de Neuo n. 23. post Abb. nu. 8. Præpos. nu. 8. & 10. Bart. in d.l. Titia in princip. n. 6. & ibi cõmuniter DD. nempe Angel. Paul. Imol. & Iaf. num. 23. Bald. in l. final. num. 7. C. de sponsal. Tira. lib. 2. de vtroque retract. ad finem tituli, numero 55. D. Couar. vbi supra numero 7. & 9. Socin. consil. 3. volumine 1. Brun de sponsal. conclus. 16. n. 3. Sũmistæ verb. spõsalia, nẽpe Rosell. n. 7. Angel. 13. Sylues. q 9. dict. 1. & 3. est cõmunis secund. Villa-Job. in suo erario cõmun. opin. litera P. nu. 89. & probat Roder. Suarez in l. 1. in princip. tit. *de las arras*, Greg. Lop. in l. 39. tit. 11. par. 5. verb. *la pena*, Ant. Gomez in l. 50. Tau. nu. 12. Matien. in rubr. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. glos. 2. n. 3. sequitur Ludouic. Lop. in 2. parte Instruct. conscien. in materia de matrim. c. 36. prope fi. Tho. Sanch. cum alijs lib. 1. disputatione 35. n. 3. cõtra glos. verb. libera. & verb. accedẽs de procurat. Palac. Rub. in rubrica de donat. inter virum, & vxor. §. 2. n. 2. in fin.

4 Quod adeo verum est, vt si quis dicat, do tibi centum pro pœna, si matrimonium tecum non contraxero. & re ipsa tradat illa centum, valebit quidem, quia nomine tenus pœna est, re autem ipsa arra alias nãque esset imponere legẽ verbis, & non rebus, contra l. 1. & 2. C. commun.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delegat.l.2.ad fin.ff.de constit.princip.ita in terminis tenet Ioann.de Imol.quāuis rā dem relinquat cogitandum in d.l.Titia in princip. numero 6. sequitur dicens menti tenendum Gregor. Lop.in d.l.49.verbo pena ad fin titulo 11.partita 5.Thom.Sanchez vbi supra num.4.

5 Deinde obseruandum est in hac materia,quod licet Imol in d l.Titia in princip. num.7. & ibi Angel. num.1.& Paul. nu.4. censeant,receptionem arrarum non probari confessione recipientis,eo,quod sit confessio inter personas suspectas, & rei prohibitæ,argum.l.qui testamentum cum simil.ff.de probat.

Verius tamen, & receptius est, standū esse in hoc confessioni recipientis, dum contrarium non probatur, argumento l. Publ.§.final ff.de posit. ita tenet Bart. in d. l. Titia. in principio numero 7.vbi Aretin. Cuman numero 8. Ias. 28. Alciat. 13. & placet Couar.in 4. 2 parte cap.3.§.7.numero 10.Anton. Cuch. lib.5.instit. mai. tit.12.num.206. Matien. vbi supra num.3. Ludou. Lop. & Sanchez, vbi supra numero 5. Quod si vtraque pars hoc confiteretur,maxima esset fraudis præsumptio.secund. Bart. & Couar. vbi supra cum alijs quorum opinio mihi non placet, siquidē vtile per inutile non debet vitiari, iuxta regul. iuris vulgarem:& quia est actus correlatiuus, arræ namque recipi non possunt, nisi tradantur: ergo confessio vtriusque partis minime vitiare debet actum, quid enim interest in hac specie inter confessionem vnius,& vtriusque partis, si quidē cum arræ re ipsa recipiuntur, prohibitæ non sunt,vt paret ex supra dictis?& ita cū iudicio Thom. Sanchez vbi supra numero 5. huius præsumptionis fraudis non meminit.

6 Vlterius, etsi maxime controuersum sit inter nostrates, vtrum arræ constitui possint in quacunque quantitate, quibusdam existimantibus,nō valere arras, quādo tantæ sunt,vt contrahentium qualitate attenta,verisimile sit fore,vt timore arras amittendi matrimonium ineant, vt sunt Ioan. Andr.in d.cap.Gemma num.9.& ibi Abb. num.8.Henrich.9.in fin. Alexan.de Neuo nu.15.& ibi Petrus Rauenas, Cyn. in d.l.Titia in princip.ff.de verb.oblig.Rosel.verb. sponsalia numero 7.& ibi Angel. num.12.Sylvest.quæst.9 dicto 2. Brunel. de sponsal. conclus. 16. num 4. alijs vero sentientibus,valere arras in quauis quantitate,dūmodo dotis, vel donationis propter nuptias quantitatē nō excedāt,etsi hęc non interueniant. quantitatē præscriptā à lege,iubemus,ff.de repud scilicet,tertiam bonorū partem,ita docent Bart.in d.l. Titia in princip.num.5.& ibi Alciat. n.13. dicēs hanc esse æquā, licet cōtraria sit receptior,Salic.in d.l.final.nu.15. C. de sponsal. Anton.in d.c.Gemma nu.8.& ibi Præpos. nu.9.Suarez vbi supra,Brunel in d. concl. 16.n.2.Cuchus vbi supra n.200. cū seqq.

Verior tamen, & magis communis sententia habet, valide apponi posse arras in quacumque quantitate, quia leges de hoc agentes generaliter, & indistincte loquuntur,& quia adhuc non militat eadem ratio in magnis arris, quam in pœna: cum enim illæ traditæ sunt facilius, & suauius amittū tur,quā nō tradita pœna soluatur;ita cum alijs probat.& tenet D.Couar.in 4. 2 parte de sponsal.c.3.§ 7.n.9 Hostien. in summa de spōsal.§ 1.nu.2.Cardinal. in d.c.Gēma nu.2.Bald in l. fina n.8. C. de sponsal. Angel.in d.l.Titia in princip. num.2.& ibi Paul num.4 Cuman.nu.6.& 7.Imol nu.7. Ias.num.21 Tabien.verb.sponsalia quæst. 8.n.9.in princip.Gre.Lop. vbi sup. Matiē. vbi supra n.4.& alios allegās Tho. Sanch. vbi supra n.9.vnde iuste caueri potest pro matrimonij securitate magnas arras tradere,& stipulari in quadruplum, etsi contrahētes sint minores, facere, vt parentes tradant, ita Hostiens. Tabien. & Sanchez vbi supra num.10.

7 Obseruādū est etiā, quod etsi nō desint, qui negent arras in specie constitui posse, sed oportere,quod in quantitate numerata assignentur, & quod alias duplicari non possunt, prout duplicandæ sunt ex altera parte,iuxta l final. C. de sponsal. ita tenet Bart in d.l. Titia in princip. n. 10. & Ant. de Butrio in d. cap. Gemma num.8. & ibi Anchar. num.10. Abb.8. Alex. de Neuo nu.26.Rosel.verb. sponsalia nu.7 Brunel. de sponsal.d conclusione 16 nu 3. & Suarez in l. prima in princip.tit. *de las arras*, lib 3.fori:verius tamē est atque receptius, arras in specie posse constitui, vt decidit l.84.

l.84.tit.18.partita 3,bene namque potest vere tradi possessio fundi pro arris dati,& etiā ficte per clausulam constituti,& alias, sicut traditur, quando venditur, potest etiam duplicari, si non sequuto matrimonio reddatur fundus, & eius æstimatio, & in terminis ita tenet alios allegās D.Couar.vbi supra num.7.Bald.in d.l.final. n.8. & ibi Salic. num.2. C. de sponsal. Præpos. in d.cap. Gemma num.11.de sponsal. Cuman.num.10.& communiter DD. in d.l. Titia in princip. nempe Paul. de Castr.numero 4.Aret num 9.Ias.35. Alciat.nu.17. Imol.nu.7.Greg.Lopez in d.l.84.in glos. *tal viña*, Anto.Cuchus lib.5.Instit.mai tit. 12.num.203.& 207.Matien.in rubrica tit. 2.glos.2.num.2.lib.5. nouæ collect. Reg. & Azeued. in l.2. eiusdem tituli num.6.& alios referens Thom. Sanchez vbi supra num.12.licet Greg. Lop in d.l.84. in glos. *è apodero*,teneat cum Bart.in d.l. Titia columna fina realiter debere tradi possessio arrarum in specie constitutarum,nec sufficere tradi per constitutum.

8 Deinde obseruandum est, quod etsi cōmunis opinio habeat arras non posse vtrinque constitui altero tradente certam arrarum quantitatem,& altero reddente similiter arras,vt affirmat Thom.Sanchez vbi supra numero 13.vbi plures hoc tenentes refert,dicens esse communem, & valde probabilē sententiā; probabilior tamē est valere,quia leges absolute permittunt arras,nec in vanum est, hæc mutua traditio, quia dans arras perdit,quas dedit, & restituit,quas accepit,si per ipsum stet quominus celebretur matrimonium,& ita merito tenent hanc opin. Cyn. in d.l. fin. quæstione 6. C. de sponsal. & ibi Bald. num.7. Salic.num.8.& probabiliorem dicit D.Co 10
uar.vbi supra num.7. & 8.& eam sequuntur Greg. Lopez in d.l.84.in glos. *tal viña*, tit. 18. partita 3. vbi hæc opinio expresse approbatur, & ideo omnino est tenenda, quam etiam, cum alijs pluribus, quos refert, sequitur affirmans esse probabilius Thom. Sanchez vbi supra num. 14 respondens l.qui sic 55.ff. de solut quæ pro priori opinione adducebatur : reprobatque duas limitationes huius sententiæ, vnam Cuman.vbi supra numero 8 nempe,quando arræ vtrimque traditæ diuersæ naturæ sunt,quia vnusquantitatem,alter vero speciem dedit,aliam Alciat.vbi supra,eam temperantis,nisi æqualis summa arrarum vtrinque tradita sit, quia verius est, cum cæteris Doctoribus, indistincte valere arrarum promissionem reciprocam, quia nulla ratio differentiæ assignari potest inter præd. casus, & Greg. Lopez in d.l. 89. in glos.*tal viña*, docet valere arras,licet in eadem quantitate vtrinque tradantur.

9 Similiter illud in materia nostra obseruandum est, quod tradens arras eas amittit si culpa sua matrimonium non sequatur,eo autem sequuto redeunt ad tradentem, ex l.final.C. de sponsal.sunt enim velut pignora, & signa pro securitate contractus tradita: vnde iniuste resiliens ab eo,eas amittit, & contractu celebrato recuperat, vt contra Hostiens in d.capit. Gemma, & alios probat dicens esse communem D. Couarru.vbi supra numero 11. sed eam tenet idem Hostiens. sibi contrarius in summa titulo de sponsa.§.1. numero 3. Abb. in d. cap. Gemma num.7. & ibi Alex.de Neuo num. 17.& Præpos. num.8.& Matien. vbi supra num.5.& alios allegans Thom. Sanch. de matrimo.lib.1. disputatione 36.num.2.

Vbi numero quarto, quod per contrarium,qui citra culpam ab sponsalibus resilijt,non amittit arras,quas tradidit, sed ipsi restituendæ sunt,nempè, quoties iusta causa est recedendi ab sponsalibus, vel si alteruter religionem ingrediatur, aut reperitur canonicum impedimentum inter illos,l. arris,& l.final.C.de spōsal. quia vbi culpa abest,debet abesse pœna, l. Sancimus C.de pœn.& ita tenēt omnes DD. teste Sanchez d.num.4.in fin. 11

Quod procedit, si tradens arras bona fide contraxit sponsalia ignorans impedimentum, quia si conscius fuit eius, non potest arras traditas recuperare,iuxta glossam in d. l. final.verbo reddi,C. de sponsalib. Anton. de Butr.in d.cap. Gemma de sponsal. numero octauo,& ibi Alexand. de Neuo numero 22. Thom. Sanch.d. disputatione 36. numero 5. inde inferens, quod si sibi reddantur, quia alter sponsus recipiens ignorabat, tradentem mala fide contraxisse, tenebitur restituere, quia ex natura contractus eas amise-

rat, per ipsum enim culpabiliter stetit, cum impedimenti conscius matrimonium promiserat, arris in signum traditis.

13 Quod si tradens arras in mora fuerit ante obitum suum, vel recipientis contrahendi matrimonium ipsas amittit, vt habetur in d l arris, & in d.l. final. & ibi glos. verbo præbuit, & cum Sylvest. probat Thom. Sanchez vbi supra num. 6.

14 Quando autem alter contrahens solus tradit arras, & culpa non tradentis matrimonium minime sequitur, tenetur hic restituere duplum, idest, ipsas arras receptas, & tantundem de suo patrimonio, vel triplum, aut quadruplum si hoc conuenit, ita cauetur in l. final. C. de spon salib. in præd. autem triplo, vel quadruplo computandæ sunt arræ receptæ, sicut computantur in duplo restituendo, vt cum Alexand. de Neuo in d.cap. Gemma numero 21. bene probat Sanchez d. disputatione 36. num. 7.

15 Qui numero octauo hoc limitat, vt non procedat in minore 25. annorum, veniam ætatis non impetrante, quia tunc non tenetur ad amplius, quam ad id quod recepit, restituere, vt cauetur expresse in d. l. final. nisi parentes, vel aui arras receperint, quia hi tenebuntur in duplum, vt in d.l. fin. vbi glossa verbo, conuenit, idē dicit de tutore, vel curatore: quod est intelligendum secundum Salic. ibi numero quinto, cum Cyno, quando pater vel mater, vel tutor recipit arras nomine proprio, promittendo matrimonium, secus si nomine filij, vel minoris, quod etiam sequitur Thomas Sanchez vbi supra numero 8.

16 Si vero vterque arras dedit, & recepit, iniuste resiliens suas perdet, & quas accepit restituet. secund. Dyn. in d.l. final. & ibi Salic. numero nono, qui hoc verum intelligit, quando vtraque arrarum quantitas æqualis est, nam si, quam tradidit iniuste resiliens esset minor, teneretur supplere vsque ad æqualitatem quantitatis arrarum alterius, cum alias non esset pœna dupli, sequitur Sanchez vbi supra num. 9.

17 Dubium tamen est ingens in proposito, an pœna dupli, vel quadrupli adiecta dationi arrarum in casu non paritionis, de qua in l. final. C. de sponsali. quando quis iniuste resilit, habeat locum attento Iure Canonico, nempe d. capit. Gemma, quo annullatur omnis pœna, subqua matrimonium promittitur, vt matrimonium libere contrahatur, qua ratione videtur, hanc etiam pœnam restitutionis arrarum in duplum, aut quadrupli correctam esse, atque ablatam, & comprehendi sub prohibitione illius tex. & tantum teneri, qui iniuste resilit arras receptas restituere: quod ita tenent nonnulli, in quorum opinionem magis inclinat, quamuis dubius, & relinquens cogitandum Gregor. Lopez in d.l. 84. in glossa, *e todas*, titulo 18. partita 3. quia solutio dupli, vel quadrupli est mera pœna, & militat in ea eadem ratio prohibitionis, cum minime re ipsa tempore contractus tradatur, & ob hoc forte non fit mentio dupli, vel quadrupli in l. prima, titulo 11. partita quarta, sed tantum, vt nolens stare matrimonio restituat arras receptas.

Nihilominus tamen communis sententia est in contrarium in hac specie, vt fatetur Gregor. Lopez vbi supra, atque eam tenet Paludan. in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 2. conclusione 3. numero 13. eamdem præsupponunt Iuris Pontificij filij interpretes quamplurimi, qui probant non tradentem arras teneri soluere hoc duplum, vel quadruplum, si ita conuentum sit, quod non dicerent, si Iure Canonico aduersaretur: hi sunt Hostiens. in summ titulo de sponsal. §. primo nu. 2. & in d.c. Gemma ad fin. & ibi Innoc. num. 1. Ioan. Andr. num 7. Ant. de Butrio numero 8. Anchar. 5. Alexand. de Neuo numero 21. Præpos. 9. & Cardinal. quæst. 3. num 3. Anton. Gomez in l. 50. Taur. nu. 12. & alios referens Thom. Sanchez d. disputatione 36. num. 11. vbi respondet fundamentis contrariæ partis.

18 Sed an saltē in foro cōsciētiæ debeatur hæc pœna dupli, vel quadrupli, quæstionis est? & de pœna dupli, quod non debeatur in foro cōsciētiæ ante cōdēnationē iudicis est proculdubio, quia est pœna legis, quæ iuxta cōmunē prope omniū sententiā non debetur ante condemnationem, glos. vltima in fine communiter approbata in cap.

cap. fraternitas 12. quæst. 2. de qua late alibi diximus: tenebitur igitur hic iniuste resiliens in conscientia tantum ad restitutionem arrarum, quas recepit, vt recte docēt in terminis Palud. d. distinctione 27. quæstione 1. articulo 2. conclusione 3. nu. 13. Sylvest. verb. arra, quæst. 4. & ibi Armill. num. 4. Ludouic. Lopez in 2. parte Instructor. in materia de matrimonio cap. 36. folio 1032. Vega lib. 2. suæ Sūmæ casu. 284. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. disputat. 37. num. 1.

19 De pœna autem conuentionali, quæ est quadrupli disputant DD. & in triplici sunt sententia, vt refert ibi Thom. Sanchez num. 2. cum sequentibus. Prima habet, pœnam conuentionalem debitam esse in foro conscientiæ, & hæc est Anchar. quamuis aliquantulum dubij in regul. possessor, de regul. iur. in 6. num. 21 vers. Primo quæro: Felin. in c. 1. num. 46. vers. limita. 3. de constit. & ibi Dec. in 1. lectu. num. 20 73. Menchac. lib. 1. controuers. vsu frequent. c. 7. num. 21. Palud. vbi supra nu. 13. vbi nuncupatim ait, hanc pœnam quadrupli statim soluendam esse in foro conscientiæ: & videtur eam tenere Nauar. lib. 3. de restitutione cap. 2. in 2. editione dubitat. 10. num. 274.

Secunda sententia habet, non deberi in foro conscientiæ pœnam conuentionalē ante iudicis sententiam, quam existimat probabiliorem, quamuis primam dicat satis probabilem Thom. Sanch. vbi supra numero 4. allegans nonnullos Authores eā tenentes, prout sunt Adrian. quolibet. 6. artic. 1. corollar. 3. in paruis, fol. 112. & Ledesma in secundam partem 4 quæst. 18. articulo 3. fol. 267. col. Victoria. Ludoui. Lopez, Palacios, Beya, & nos lib. 2. Canonic. quæstionum cap. 20. num. 13. & tandem dicit, quod eam tenent multi Neotherici doctissimi, & quod ideo in nostro casu dicendum est, pœnam quadrupli conuentionalem non deberi ante iudicis sententiam. Tertia sententia mihi verior, & tenenda, & quæ magis recepta videtur, habet non teneri resiliētem soluere pœnam conuentionalem, donec alius contrahens eam perat illo tamen petente, teneri, nulla iudicis expectata sententia: petitio namque illa in pœna conuentionali vicem habet sententiæ iudicis requisitæ in pœna legali; quare sicut in hac desideratur sententia iudicis, ita in illa creditoris petitio, ita tenet Philip. Corneus, consil 69. volumine 2. & consil. 55. numero 22. volumine 3. Rebuff. in repetitione l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferuntur, in glos. proferantur, nu. 40. & 41. quos refert, & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte c 6. §. 8. num. 11. & nos de iuram. confirmat. 1 parte c. 36. nu. 11 ad fin. Mench. de succes. creat. in præfatione n. 98. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 260 num. 40. Padilla in l. si quis maior nu. 59. C. de trāsact. Mexia in prag. Taxæ panis conclusione 6. nu. 100. cum sequenti. D. Azeu. in rubrica tit. lib. 2. nouæ collect. Reg. num. 28. cū sequentibus, Capua lib. 2. decis. 11. num. 32. Molin. Theolog. in 1. tom de Iustitia, & Iure tractatu 2. disputatione 97. in fine.

20 Nec tenēdo hāc sententiā obstat, quod de stylo curiæ nō fit pœnæ cōuentionalis condemnatio, nisi quatenus interest, vt cū Matth. de Afflictis, & Auendañ. diximus de iurament. confirmat. 1. parte cap. 36. num. 10. & quod ideo probata cōsuetudine, si nullū interesse sequatur, minime debebitur hæc pœna: ergo necessaria est interuentio sentētiæ iudicis, vt discussis moderatione pœnæ ac soluendi cōsuetudine discernat, quid soluendum sit: hoc namq; procedit, & loquitur in foro exteriori, de quo nunc non agimus, sed in foro interiori animæ, quod licite in eo exigi, & haberi possit pœna conuentionalis, si soluatur, quamuis excedat id, quod interest, iuxta communem & magis receptā sententiam docuimus lib. 2. Canonic. quæstionū cap. 20. num. 13. ad fin.

Nō eriā obest, quod Tho. Sanchez vbi supra nos allegat d. n. 13. in princip. pro cōtraria parte, nempe requiri sententia iudicis, quia respōdemus, nos ibi nō dixisse nō sufficere petitionē partis, sed tantū, quod pœna cōuentionalis nō statim soluēda est vt incurritur ante mandatum iudicis, quia hoc verissimū est: cæterum, si petatur, & pœna vere, & realiter incursa fuerit, contendimus in conscientia statim cum petitur deberi, imo hoc ibidem paulo inferius animu-, ibi, & sic si petatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec interest, quod Thomas Sanchez non viderit, qua ratione probetur petitionem creditoris in proposito vicem habere sententiæ iudicis: siquidem cum pœna certa sit conuenta, & de incursu non dubitetur, & pars petit eam, opus non sit in cõscientia alia sententia, idemque supradicta operantur in eo foro, quod sententia operaretur in exteriori, tandem debitor constituitur in mora soluendi per interpellationẽ in præd. specie: ergo tenetur in cõscientia ex illo tempore ante condẽnationẽ iudicis, quoties nulla exceptione defendi potest à solutione præd. pœnæ.

21 Hinc est, huiusmodi debitorem pœnæ conuentionalis, dum à se non petitur per creditorem posse eam præscribere, ita, vt cesset actio illa ad pœnã, si spacio 30. annorum illa non petatur, l. omnes C. de præscrip. 30. ann. quia possidens, bonã fidẽ habet ante petitionem, cum eam offerre nõ teneater, ita tenet Purpur. quem referunt, & sequuntur Rebuff. vbi supra num 42. & Thom. Sanchez numero 5. ergo si petatur est in mala fide, & tenetur illã soluere.

22 Vltimo obseruandum est, patrem tradentem arras, & promittentem matrimonium filiæ illas non amittere, si faciat, quicquid in se est bona fide, & absque dolo, vt filia adimpleat, & ipsa adhuc nolit, vt cum Socin. recte probat Thom. Sanchez, disputat 36. n. 13. contra Greg. Lop. in d. l. 84. in glos. è Guisara.

SVMMARIVM Cap. XIX.

1 *ARRAE, quas promittit sponsus sponsæ, vel maritus vxori in Hispania succesſerũt in locum donationis propter nuptias.*

2 *Arræ quas promittit sponsus sponsæ, vel maritus vxori in præmiũ virginitatis, quæ non erat virgo an sint restituendæ per mulierem? & numeris sequentibus.*

3 *Arræ præsumuntur dari in præmium detrimenti virginitatis, quod per matrimonium vxor patitur.*

4 *Falsitas causæ finalis annullat donationem.*

5 *Arræ possunt dari viduæ, & corruptæ, & in num. 9.*

10 *Cessante causa tunc demum cessat effectus, quando cessant omnes causæ.*

11 *Viduus constituens arras fœminæ quã putabat virginem esse, & postea conscius defectus virginitatis vitam comagalem cum ea agat, an videatur valide donare?*

12 *Fœmina corrupta vtens medijs licitis, vt virginitatis defectum tegat, an peccet? necnon, & parentes, & alij intercessores consij eiusdem defectus, & copulantes eam matrimonio tanquã virginem?*

13 *Arræ possunt constitui ab sponso sponsæ, vel à marito vxori ante, vel post initum, vel consummatum matrimonium.*

14 *Arræ in his Regnis Hispaniæ non possunt dari, nec promitti iuxta legẽ fori vltra decimã partẽ bonorũ promittentis, nec huic legi potest renunciari*

15 *Insinuatio donationis arrarũ nõ requiritur dũmodo ipsæ nõ excedant decimã partẽ bonorum eas promittentis.*

16 *Vxor, vel sponsa potest arras promittere marito, vel sponso ob aliquam iustam causam, dummodo non excedant decimam partem bonorum eas promittentis.*

17 *Arræ possunt promitti tam de bonis præsentibus quam futuris, & mulier potest eligere tempus valoris bonorum promittentis, dummodo decimam illo tum non excedant.*

18 *Arrarum promissio in dubio de bonis præsentibus intelligitur, nisi futura exprimantur, & numero 20. rejcitur quædam limitatio.*

19 *Hypotheca bonorum in alijs contractibus quam promissionis arrarum intelligitur de bonis præsentibus, & futuris, etiam si id non exprimatur, & de ratione differentiæ inter vtrumque casum.*

21 *Arras promittens, quamuis hæredibus necessarijs careat, non potest eas vltra decimam bonorum sucrum promittere.*

22 *Arras promittentis de bonis deducendum est omne æs alienum, item onera, & tributa dictorum bonorum, & computandus est valor officiorum vendibilium, secus eorum quæ vendibilia non sunt, vt in nu. 23.*

24 *Arræ promissæ vltra valorem decimæ partis bonorum eas promittentis non in totum vitiantur, sed tantum in excessum.*

25 *Arras an possit extraneus promittere de sponsi bonis?*

26 *Fides iussoris obligans se, vt principalis,* y haziendo de deuda, y caso agena suyo proprio, *potest conuenire directe absque eo quod præcedat excussio in bonis principalis debitoris.*

27 *Arrarum decima an computanda sit iuxta valorem bonorum, quæ sponsus vel maritus bona fide possidebat, si postea euincantur, vel aliter constet non fuisse propria?*

28 *Arrarum promissio à possessore vinculi, vel maioratus quomodo sit computanda, & num. sequentibus.*

32 *Arrarum promissio vltra decimã partem bonorum an sit valida in foro cõscientiæ? & numeris sequẽtibus, vbi etiam quid in melioratione excedente tertium & quintum facta filiæ per contractum matrimonij inter viuos.*

36 *Lex semper est in viridi obseruantia, nec sufficit non vsus eius, nisi probetur contrarius vsus.*

37 *Arrarum promissio, vel datio vltra decimam partem bonorum promittentis an firmetur iuramento, & cui incumbat onus probãdi excessũ arrarũ n. 38.*

39 *Arræ promissæ per virum habentem filios prioris matrimonij, an sint extrahendæ ex toto corpore hæreditatis, vel ex sola ea patre, de qua potest libere disponere?*

40 *Sponsalitia largitas ex quibus bonis est detrahenda?*

41 *Magnas arras promittens vir ea ratione, quod ampla sibi dos promissa sit, aliter minores arras promissurus, an teneatur arras promissas dote non solutas?*

42 *Minor an possit arras promittere? remissiue.*

43 *Mulier descendentes habens, quæ secundo non nupsit potest quemcunque ex descendentibus meliorare in tertia, & quinta arratum parte, secus in mulere secundo nubẽte filios prioris matrimonij habente, vt in num. 44.*

45 *Vxor transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrimonij sponsalitiam largitatem, quam habuit à viro prioris matrimonij.*

46 *L. 52. Tauri, hodie l. 4. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. litera, & intellectus refertur, & num. sequentibus.*

50 *Dictionis, sed, natura.*

51 *Electione sponsalitiæ largitatis, vel arrarum semel facta non licet amplius variare.*

52 *Purgatio moræ attento Iure Canonico est licita etiam in casibus, in quibus alias de Iure Ciuili locum non habebat, dummodo ius alterius non sit factum deterius.*

CAPITVLVM XIX.

De arris promissis ab sponso sponsæ, vel à marito vxori.

SVPRA egimus de arris quæ iure communi traduntur inter sponsos in signum, & pignus matrimonij futuri: nunc autem de his agamus, quæ in Hispania dantur, & accipiuntur pro donatione, quã facit sponsus sponsæ, vel maritus vxori in præmium dotis receptæ, nobilitatis, vel pudicitiæ, quam ipsa soluto matrimonio lucratur.

1 Hæ autẽ arræ, licet valde distent à donatione propter nuptias, quæ olim erat in vsu, successerũt tamẽ in locũ illius: vt decidit in l. 1 in fin. ti. 11. parti. 4. ibi, *E tal donaciõ como esta dizẽ en España propriamẽte arras*, & probauimus cũ alijs lib. 3. pract. q. 43. n 2. 3. & 6. & quãplurimi alij Hispani, quos congerit, & sequitur Thom. Sanc. lib. 6 de matrim. disputatione. 1. num. 1.

2 Ex quibus deduci videtur, spõsam creditã virginẽ ab sponso, cũ tamẽ virgo nõ sit, teneri huiusmodi arras restituere, cum dentur in præmium virginitatis, vt in l. res vxoris C. de donat. inter vir. & vx. ibi, quia pudicitiæ præmio cesserit, & ibi Bald. in fin. aut donationẽ factã per virũ vxori præsumi fieri in pudicitiæ præmium.

3 Quare Palac.Rub.in repet. rubricæ de donat.inter virum,& vxorẽ,§.12. num. 1. & Gomez Arias in l. 49. Taur. num.8. & Ant.de Padilla in authentica res quæ, numero 31.C.commun. delegat. dicũt arras præsumi dari in præmium detrimenti virginitatis, quod per maritum sponsa patitur, & voluerunt alij,quos refert Thom. Sanch d.lib.6.de matrim.disputatione 27. numero 5.accedat stylus Tabellionũ, qui habet,quod hę arræ assignentur,& constituantur ratione virginitatis mulieris, & hæc videtur esse causa finalis constitutionis arrarum.

4 Falsitas autẽ causæ finalis annullat donationem,l.2.§.final ff.de donation. præcipue cum talis donatio arrarum procedat in specie nostra ex errore ,quo sponsus eam virginem esse putabat, alias minime daturus nec eam duceret.

5 Licet enim arræ dari possint viduæ l.1. tit.2. lib.3. for. leg idque omnes profitentur,at dum donans ignorauit, se corruptæ dare, præsumitur donatio facta in præmium virginitatis,ac proinde non valere, vt prædiximus.

Et in terminis hanc sententiam affirmatiuam tenet Castill. loquens de sponsalitia largitate,atque alijs donatis per spõsum sponsæ,in l.5.2. Tauri, in glos.*antes de consumido*,num.20.versicul. ex qua ratione, & pro hac parte faciunt tradita per Cordub.in summ. quæstione 135. Ludouic. Lopez 1. parte Instructor. cap. 76.§. præterea consequenter, Vega lib.1. summæ casu 387.Manuel in sua sum.1.tom.in secunda editione cap.208.num.12.

6 Vbi resoluunt,quod si viduus fœminæ quam ducit dotem constituat, credens esse virginem,aliter nullatenus constituturus,neque cum ad ipsam accessit,nouit virginitatis defectũ,tenetur ea fœmina, quæ vere virgo non erat,dotem restituere; & similiter si cognito defectu dotasset, non tamen ita ample, tenetur excessum illum restituere.

7 Et addit Manuel vbi supra caute dixisse hos DD. si vir non nouit defectum dũ ad sponsam accessit: quia si tunc nouit, & vitam maritalem agat, censetur iniuriam remittere,& denuo dotare.

8 His tamẽ non obstantibus, cõtraria sententia in articulo principali verior est, & tenenda, vt eam ex pluribus probat Tho. Sanch. d. lib.6.disputatione 27. nu 4.5. & 6.vbi respondet fundamẽtis prioris sententiæ, quam sibi displicere affirmat,credens arras minime dari In virginitatis præmium,nec restituendas esse ab ea,quæ vere virgo non est,licet à marito virgo crederetur, nullo nãque iure probatur arras dari,solum in virginitatis præmium.

9 Imo ita possunt dari viduæ, & aliter corruptæ sicut virgini, vt probat d.l.1.tit.2. lib.3.fori, & docent Greg. Lopez in l.87. verbo,*segun fuero*,tit. 18. partita 3. & in l. 1.verbo,*en España*,ad fi.tit.11. partita 4. Ant. Gom.in l. 52. Tauri num. 13. dantur enim in præmium pudicitiæ virginalis,vel vidualis,vt docet Couar.in cap. officij numero 4.de testamẽtis,& lib.2.var. resolut. cap.6.num.7.& nos quoque lib.1.practic. quæst.124.num.2.tandem quia d.l.87. tit. 18.partita 3.vbi describitur forma instrumenti donationis arrarum,non continentur ea verba,quæ communiter Tabelliones apponere solent, scilicet, in honorem virginitatis;sed tantum,*por razon del casamiento*,quare merito Greg. Lopez, ibidẽ in glos.*segun fuero*,& in l.1. verbo,*en España*,ad fi.tit.11 partita 4 expendit d.l.87. contra præd. vsum Tabellionum, addit. Suar. in d.l.1 tit.2. lib.3. fori num.1. arras promitti vxori in honorem virginitatis, vel propter ipsius viri honorem,esseque imperitorum Tabellionũ errorem in cõtractu apponere, promitti arras in honorem virginitatis, cum id necesse non sit, sufficiatque simplex promissio, & datio arrarum.ergo quæ non est virgo minime tenetur eas restituere,& quamuis virginitas esset causa huius donationis, non tamẽ ea sola est, sed matrimonium, & in remunerationem dotis, vel nobilitatis sponsæ, vel alia,vt affirmãt DD.nostri de hac materia loquentes.

10 Ad hoc autem, vt cessante causa cesset effectus,requiritur omnes causas cessare, vt docet Bart.in l.2.§ fi.in fin.ff de donat. late Tiraquel. de causa cessante limitatione 16. per totam. His & alijs quamplurimis fundamentis hanc secundam sententiam optime cõprobat, & defendit Tho. Sanchez,vbi supra.

Qui

11 Qui numero 5.inquit,minus bene dixisse DD.supra citatos,tenentes,viduum cõstituentem dotem fœminæ,eo quod putabat virginem esse, alias non constituturũ, inualide donare si ipsa virgo non sit,& teneri dotem restituere, vt ibi late probat, *aunque en el instrumento de la donacion se dixesse, que lo hazia por ser el viejo, y ella donzella*, quia verba hæc intelliguntur, idest,iuuencula,vulgo,*moça*;minus etiam approbat, quod dixit Manuel vbi supra, scilicet,censeri virum hanc dotem remittere sponsæ obligatæ ad restituendum, si conscius defectus virginitatis vitam coniugalem cum ea agat,coactus namque necessitatibus nemo liberalis existit,l.donari ff.de reg. iur. ergo vita illa coniugalis non est coniectura nouæ donationis, quæ secunda sententia principalis tum etiam,& secũda contra Cordub. & sequaces mihi omnino placent.

12 An autem peccet fœmina vtens aliquibus medijs,alias licitis,vt virginitatis defectum tegat,& tãquam virgo nubatur.Nec non,& parentes, alijque interessores cõscij eiusdem defectus, & copulantes eam, tanquam virginem, matrimonio ? tangit Nauar. in cap. inter verba,in secunda editione,conclusione 1.corollar. 16.num.60. vbi distinguit dicens, quod si credatur fore,vt vir non valde ægre ferat, nec sit initiatus minoribus ordinibus,qui velit priuilegio Clericali gaudere,puella hæc,hũc defectum celans nõ peccat saltem lethaliter: si autem vir sit initiatus minoribus ordinibus volens priuilegio Clericali frui, vel probabiliter credatur, vbi defectum perceperit vir,forte, vt ægerrimè ferat, ipsamque interficiat, aut ea relicta ad Indos proficiscatur, aut asperrime tractet,vitãque discordijs plenam agat:tutius ait esse, vt ipsi non nubat, nisi patefacto defectu, nec se audere oppositum consulere : etsi hæc distinctio vera esse videatur mihi autem proprior,& verior videtur in hoc pũcto triplex conclusio , quam constituit Thom. Sanchez,d. lib.6. disputatione 27. numero 8. cum sequentibus.Prima habet, puellam hunc defectum,& alios celans nõ peccare contra iustitiam, licet aliquibus medijs vtatur, vt is defectus minime percipiatur. Secunda conclusio asserit: si verisimile sit fore,vt nunquam vir id vitium percipiat,vel eo percepto,nõ valde ægre ferat, nulla est culpa tegere, vel medijs alias licitis ad tegendum vti. Tertia conclusio affirmat: si verisimile sit, maritum habiturum illius defectus notitiã, & ægerrime laturum, vitãque discordijs plenam acturum,ac male tractaturũ vxorem, est peccatum lethale contra charitatem illi nubere eo tacito defectu, quia datur grauis ansa scandali, multorũque criminum, quæ saltẽ lex charitatis vitare obligat,nec oppositum est consulendum, vt ibi bene probat,singulas præd. conclusiones respõdens contrarijs fundamentis.

13 Secundo ex supradictis deducitur, arras has constitui posse ab sponso,vel marito sponsæ,vel vxori,ante vel post initum, vel consummatũ matrimonium, vt probatur in l.1.in fin.tit.11.partita 4. & in l.87.titulo 18. partita 3.ibi,*arras, y donaciones, &c.* Et in terminis hanc opin. tenent Palac. Rub.in repet.1ubr. de donat. inter vir. & vxor.§.24.num.2.& in l.50.Taur. nu.4. & ibi Castill. num.6.Anton.Gom. nu.12. Montal.in l.1.tit.2. *de las arras*, lib.3. for. & ibi Suarez num.30. D.Couar.in quarto Decret. secunda parte cap.3.§ 7.num.12. Baeza de nõ melior. ratio. dot. filiab. cap. 5.num.12. 18. 19 20.& 21. Matien. in l.2. glos.2. num.2. tit.2.lib.5. nouæ colle. Reg. & in rubrica glos.2.num.6. D. Azeued.in d.l.2. num.8. & nos lib.3. pract. quæst.43. num.5.Valasc. consil.4.nu.4 tom.1.Ayora de parit.2. parte, quæst.44. & hoc est probabilius secund. Thom. Sanchez d.lib. 6.de matrim.disputatione 29.num.2. imo & receptius, vt constat ex supradictis:tametsi Greg.Lop.in d.l.1.verb. *en España*, tit.11.partita 4 & Molin. Theolog. tom. 2. de Iustitia, & Iur. disputatione 431. §. dubium est, num arræ,& § similimodo teneant forte posse in ito matrimonio arras dari,quando nobilitas,vel ingens vxoris dos,vel alia causa induceret, ad tunc donandum arras,secus,quando meram donationem saperent, sed verius, & tenendum est indistincte,quod prædiximus ex supradictis.

14 Vlterius in hac materia obseruandum

est, quod in his Regnis Castellæ, vir tantũ promittere potest sponsæ, vel vxori decimam partem bonorum suorum pro arris, d.l.1.tit 2.*de las arras*, lib.3.fori.l.50. Taur. quæ hodie est l.2.tit.2.lib.5.nouæ collect. Reg. vbi additur, quod non possit huic l.re nuntiari: & hæc prohibitio non est facta in re Partitarum, vt recte censet Greg. Lopez in l.87.verb.*segun fuero*, tit.18 partita 3. quamuis cõtrarium minus bene dixerit idem Greg. Lopez in l.1.verb.arra, tit. 11. partita 4. vt cum iudicio perpendit Thom. Sanch d.lib.6.disputatione 29. num.1. vbi num.2.improbat Didadac. Perez dicentẽ non posse arras excedere octauam dotis sponsæ partem, ex l.52. Taur. sed fallitur in hoc manifeste Didac.Perez, quia d.l.52. Taur. tantum loquitur de sponsalitia largitate, seu de iocalibus, vt ibi bene probat. 18

15 Addens numero 3. non requiri insinuationem in hac arrarum donatione, licet excedant summã aliarum donationum insinuationem requirentium, dummodo non excedant decimam bonorum, quę vir tunc possidet, vt tenet D. Molin. Theolo. 2.tom.de Iustitia, & Iur. tractatu 2. disputatione 290. vers. quintum estque verissimum. 19

16 Secundo obseruandum est, non tantũ virum posse arras vxori constituere, atq; promittere, sed etiam vxorem viro in nobilitatis, vel diuitiarum præmium (addo, vel ob aliam iustam causam, nempe disparitatis ætatis, vel alias) nec possunt excedere decimam bonorum vxoris partem: ita probant, & tenent Azeued. in l.2. num.1. & 2.tit.2.lib.5. nou. collect. Reg. & Tho. Sanch. vbi supra d.lib.6. disputatione 29. num.4. 20

17 Tertio, quod arræ possunt promitti de bonis præsentibus, & futuris, & vxor eligere poterit tempus, quo bonorum viri valor computandus sit: & tunc decimam illorum non debent excedere, vt probatur, & disponitur in l.2.tit.2. *de las arras*, lib.3.fori, per quam tanquam vsu receptã ita tenent Palac. Rub. in rub. de donat. inter vir. & vx. §.24.num.1.versic. si autem vir. D. Castillo in l.50. Taur. num.5. & ibi Ant. Gomez num.13. Roder. Suarez in l.1.num.10. vers. nota vlterius lib.3. for. diximus lib.3. pract. quæst. 42. num.2. Matien. in l.2.glos.1.num.5.tit.2. lib.5. nouæ collect. Reg. & ibi Azeued. num.24. Ayora de partitio.1.parte cap.7.num.18. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra num.5. 21

Promissio tamen arrarum de solis bonis præsentibus facta intelligitur, nisi futura exprimatur, quare, sola bona, quæ maritus tempore promissionis possidebat, inspicienda sunt ad taxandam arrarum quantitatem, vt resoluimus d. quæst. 42. num.2. Padilla in authentica res quæ, num.26. C. commun. delegat. Baeza de non melior. ration. dot. fil. cap.31. num.10. Azeued. in d. l.2.num.22. Molin. Theol.2 tom. de Iustitia, & iur. disputatione 431. vers. circa hæc quæritur in fin. Ayora vbi supra, & late cõ probat, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra nu.6. & 7. respondens l. fi. C. quæ res pig. oblig pos. & l.5.tit.13.part.5. vbi decidit, sub hypotheca bonorum, comprehendi etiam bona futura. 18

Aliud namque est in obligatione aliquid dandi de bonis, aliud vero in bonorũ hypotheca in primo namq; casu agitur de magno præiudicio, vel damno promittentis, si nomine bonorum comprehenderentur futura, cum obligatio extenderetur: in secundo vero casu licet hypotheca bonorum extendatur ad futura agitur de modico præiudicio, cum ex hoc non in plus teneatur obligatus, sed tantum ad principalis debiti securitatem constituatur hypotheca, vt considerauit glos. in d.l. fin. verb. pertinentium, & ibi Salic. num 2. 19

Neque audiendi sunt Baeza, & Azeuedo vbi supra dum temperant conclusionẽ modo proxime relatã, vt intelligatur, quãdo maritus tempore promissionis arrarũ, bona aliqua possidebat, vel habebat, quia si ijs careret, tempus præstationis, & non promissionis dicunt esse inspiciendũ; hæc namque limitatio admittẽda non est, quia nullo iure probatur, vt recte ostẽdit Tho. Sanchez vbi supra num.8. & 9. 20

Vbi numero 10. cum eisdem Baeza, & Azeuedo tenet, quod quamuis promittẽs arras hæredibus necessarijs careat, nõ potest vltra decimam bonorum partẽ promittere. 21

22 Deducendum tamen est omne æs alienum, vt liquet quantitas decimæ arrarũ nomine vxori promissæ, vt probauimus d. lib.3 pract. quæst.42. num.32 & tenẽt alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch vbi supra num.11. vbi num.12. quod similiter deducenda sunt in proposito onera, & tributa quæ ex præd. bonis promittẽti arras, soluuntur.

23 Sed ad computandam hanc bonorum decimam, æstimandus est valor officiorũ, quæ vendibilia sunt, vt Tabellionatus, rectoris vrbis, & similium: secus eorum, quæ vendibilia non sunt, & computanda sunt etiam illa bona, ad quæ vir habet actionẽ, vt cum alijs probat Sanchez vbi supra numero 13.

24 Quod si arræ excedant decimam bonorum partem, non omnino sunt inualidæ, sed tãtum quo ad excessum, vt recte cum alijs pluribus Authoribus probat ibi Sanchez num.14. vbi num.16. idem probat, si fundus excedens valorem decimæ nomine arrarum constituatur tantum namque valebit, quo ad decimam bonorum, & nõ amplius secund. Ioan. Lup. in l.50. Taur. num.12. & ibi Castill. num.8. & Azeue. in d.l.2.numero 20. tit.2.lib.5. nou. collect. Reg. 27

25 Sed neque tertius aliquis poterit vltra decimam bonorum viri partẽ vxori promittere nomine arrarũ, si credimus Ioan. Lopo in l.50. Taur. num.5. & ibi Castill. num.4. & Marienço in l.2. glos.2. num.8. tit.2 lib.5 nouæ collect. Reg. verius tamẽ est contrarium, nisi à consanguineis, vel alijs extraneis promittantur, non vere de proprijs bonis, sed de sponsi bonis, vt recte probat Sãchez vbi supra num. 18. vbi quod neque parẽtes spõsi promittere posse arras pro filio, si excedãt decimã partẽ eorum, quæ de eorum bonis filius habiturus est, fit igitur ex supradictis, quod si tertius ex proprijs bonis, dotem, aut arras cõstituaret vltra quantitatem à legibus Regijs permissam, valida sit ea promissio, seu cõstitutio, seclusa fraude, & dolo: vnde obligans se tanquam fideiussor, non tenebitur vltra summam permissam, cum principalis obligatio non teneat, nisi tertius hic se obliget non accessorie obligationi paternæ, aut mariti, vt fideiussor, sed tanquam principalis, sciilicet, obligatus casu, quo fratres ratam nõ habuerint eam summam excessiuam dotis, vel excessus arrarum petat, vt recte tenet, & probat Sanchez vbi supra, quod etiam verum intelligo cessare omni fraude, & dolo. 28

26 Sic etiam videmus, quod si fideiussor principaliter constituat se debitorem suscipiendo in se obligationem, scilicet, *haziendo de deuda agena suya propria*, in eodem instrumento cum debitore principali, hoc casu non requiritur, vt præcedat excussio in persona debitoris principalis, sed potest directe conueniri huiusmodi fideiussor, vt cum communi resoluimus de iuramento confirmat. 1. parte cap. 23. num. 8. & 11.

Dubitant præterea DD. in hac materia arrarum, an decima præd. computanda sit iuxta bona, quæ maritus promissionis tempore bona fide possidebat, si postea illa euincantur, vel aliter constet, non fuisse propria? & videtur in hac specie, minuendam non esse, quoniam bona nostra appellatur, quæ bona fide possidemus, quamuis aliena sint, l. bonorum appellatio 49 ff. de verb. signifi. & in terminis hanc partem tenent Roder. Suarez in l.1.num.5. vers tene etiam menti tit.2. *de las arras*, lib.3.fori, Ant. Gomez in l.50. Taur. num.13. Baeza de non melior. ration. dot. filiab. cap.28. num.4. & cap.31. num.12. Matien. in l.2 glos.2. num.4. tit 2. lib.5. nouæ collect. Reg. & ibi Azeued. nu. 23. Molin. Theolog. in 2. tom de Iustitia, & Iur. disputatione 431. vers. illud est obseruandum: sed nihilominus verius est, & tenendum contrarium, imo quod cõdecima bonorum in proposito computetur, eorum tantum, quæ re vera erant promittentis, vt late probauimus lib.3. pract. quæstione 42. num.12. cum sequentibus, & tenet Ayora de partition. 1. parte cap.7. nu. 22. 23. & 24. & nouissime contra priores Thom. Sanch d.lib.6. disputatione 30. nu. 2. idem probans num.3. in sponsalitia largitate, quæ excedere nequit octauam dotis sponsæ partem.

In possessore vinculi, & maioratus arras promittente vxori, vel sponsæ conueniunt omnes habendum non esse respectum ad valorem maioratus, sed reddituũ seu vsusfructus, quos promittens arras per-

percepturus est toto tempore vitæ suæ, vt post nos lib. 2. pract. quæst. 17. num. 2. in vers. sed his omnibus, affirmant Molin. Theol. 2. tom. de Iustitia, & Iur. disputatione 431. colum 1165. vers. circa hoc, & Thom. Sanchez d. lib. 6. disputatione 31. num. 1. resoluentes post alios, quos citant, esse æstimandos præd. redditus iuxta regulam l hæreditatum ff. ad l. Falcid. traditam in vsufructu legato ad effectum, vt ex illo detrahatur Falcidia, vt patet ex ipsis, & alijs, quos citant, præcipue Sanch. numero 2.

29 Hanc autem computationem d. l. hereditatum inquit glos. ibi verb. triginta, esse intelligendam, vt pendeat à futuro euentu vitæ illius redditus percepturi, quare si semel facta computatione pauciores annos postea vixisse comperiatur, quam cõputati sunt, reddẽdum erit, plus illud, quo redditus æstimati sunt, si vero comperiatur, plus vixisse, addendum erit incrementum hoc, computationi prius factæ, quia veritas præfertur præsumptioni, de qua in d l. hereditatum, & ita etiã tenet Bart. ibidem, vers. quæro, quid si, Alberic. & magis communiter DD. Imol. & DD. in l. cũ Titio ff. eodem titulo, & hæc Accursij sententia frequentiori Doctorũ calculo probata est, vt affirmat D. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 9. num. 9. in vers. hinc deducitur, quam sequuti sumus d. lib. 2. pract. quæst. 17. num. 8. hinc deducentes, vt præmoriẽte in casu arrarum, de quo agimus, marito, tantum fiat computatio eius tẽporis, quo maritus vixerit: si vero vxor prædecesserit, & maritus viuat, ab eoque petantur arræ promissæ, nec certum sit, quod vlteriori tempore viuet, & gaudebit prædicto vsufructu, fiet pro tunc computatio, & æstimatio annorum iuxta formam d. l. hereditatum, ibi, solitum est tamen: quod si minus, vel plus vixerit, postea eius ratio 31
habebitur, vel ad diminuendas, vel supplẽdas arras, præstita cautione ad id ab vtraq; parte, iuxta doctrinã Bart. supra dictam, ni si partes ipsæ alio modo se conueniãt, quarum in hoc conuentio ratione incertitudinis vitæ mariti valida erit, vt probauimus d. num. 8. & quamuis in hoc Molin. Theolog. vbi supra, & cum eo Thom. Sanchez num. 2. prope finem dicant cõtra hanc nostram sententiam merito Aymon, & Cepol. quos refert, & sequitur Couar. vbi supra in vers. hinc deducitur recedere ab hac sententia censentes æstimationem d. l. hereditatum minime pendere à futuro euentu, sed semel legitime effectum seruãdum esse, quicquid postea probet euẽtus: quia quod semel legitime factum est, retractari non debet ex ijs, quæ postmodum acciderint, l. sancimus C. de adminis. tut. l. nec enim ff. de itin. act. quam priuat.

Nihilominus tamen (parcant hi viri Theologi) præd. nostra sententia verior, & magis communis est in terminis d. l. hereditatum, ac proinde tenenda. Tum, 30

Quia veritas semper præferenda est præsumptioni, & opinioni, § si quis rem iustitia delegat. & ibi glos. verb. in opinione alia iura allegat. accedat præterea, quia veritas semper præualet, atque illi omnia cedunt l. penult. § mulier ff. de probat. Bald. in l. filium in prima lectura num. 4. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. Iur. Parisius consil. 209. nu. 82. lib. 2. qui in specie præsumptionis loquitur, quos refert, & sequitur Menoch. lib. 1. præsumptione 31. numero 4. Tum etiam, quia opinio glos. & Bart. contra Cepol. & Aymon quos refert, & sequitur Couar. vbi supra frequentiori Doctorum calculo probata est, vt fatetur Cauar. vbi supra, adducens etiam pro ea eundem Aymonem consil. 105. nu. 10. sibi contrarium: quare in iudicando, & consulendo recedendum minime est à præd. magis cõmuni sententia, quam probauimus vbi supra, nec etiam ab eadem deductione, quã ex ea in materia arrarum fecimus, quicquid contrarium dicant Molin. & Sanch. vbi supra, siquidem eorum opinio, & Couar. cui innituntur magis communiter, & merito damnatur, vt patet ex supradictis.

Sed est alius computandi modus certior, & facilior in proposito, quẽ ex Moli. Iurista lib. 1. d. Hispan. primog. cap. 19. numero 41. retulimus d quæst. 17. post nu. 8. nempe, vt in præmissa specie possessoris maioratus arras promittentis, æstimandus sit valor bonorum maioratus, solum ad vitam eius possessoris, hoc est, vt annui redditus deductis expensis, tanquam annui redditus ad vitam eiusdẽ possessoris æstimentur, vt in exemplo de quo ibi late egimus, nempe vnius pro octo, & hodie nouissime vnius pro septem, quod etiam nos citans refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 6. de matrimonio disputatione 31. numero 3. & 4.

32 Nunc videamus an in foro conscientiæ valida sit promissio arrarum vltra decimam bonorum eas promittentis, ita vt vxor non teneatur excessum illum restituere, vel contrarium? & quidem, validam esse in foro conscientiæ præd. promissionem in excessu, ac proinde vxorem minime teneri prædictum excessum restituere.

33 Facit opinio quorundã Theologorum tenentium in simili quæstione, nempe meliorationem causa dotis factam vltra legitimam filiæ per contractum inter viuos, non esse irritam in foro conscientiæ, nec restituendam donec iudicis sententia accedat, nec patrẽ meliorantem peccare, quia lex Regia id prohibens, non est ita vsu recepta, vt obliget in conscientia, sed tantũ vt detur actio in foro externo ad repetendum, & passim sic videmus fieri prædictas melioratione, nec confessores inijcere scrupulum; quare ita videtur lex hæc vsu interpretata, ita tenẽt in terminis Cordub. in summa quæstione 124. in fin. licet postea aliquantulum trepidet: Mexia in Taxa panis conclusione 6. numero 42. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 20. numero 4. Ludou. Lopez lib. 1. Instruct. cap. 175. in secunda editione, & lib. 2. de contract. cap. 42. in princip. Manuel Rodrig. in 2. tom. summæ in secunda editione, ca. 97 numero 3 quos refert, & sequitur dicens hoc esse verius in his terminis Tho. Sanchez d. lib. 6. disputatione 33. num. 1. & 3. facit Padilla in auth. Res quæ, nu. 23. C. commun de legat. dum dicit, sibi renuntiatum esse apud vtriusque prætorij æquissimos iudices, hanc l. dissimulatione quadam exoluisse: ergo idem videtur dicendum in excessu arrarũ, vt nec peccet promittens arras vltra decimam partem bonorum suorum, nec ille excessus sit restituendus in foro conscientiæ ante iudicis condemnationem: & idem in sponsalitia largitate vltra octauam partem dotis, per supra dicta.

34 Ego salua pace præd. Authorum in vtraque specie teneo contrarium, nempe, quod promissio arrarum vltra decimã partem bonorum eas promittentis, & sponsalitia largitas vltra octauam partem dotis, non sit valida in foro conscientiæ, quoad excessum, sed illum restituendum esse nulla iudicis sententia expectata, & præterea, meliorationem causa dotis factam filiæ per contractum inter viuos esse irritã in foro conscientiæ, ac proinde excessum esse restituendum nulla expectata iudicis sententia: quod probatur, quia vtrumque iustis legibus Regijs prohibetur, & insuper in contrarium factũ, eisdem ll. annullatur. *por los muchos, y grandes inconuenientes, que de lo contrario resultarian, y podrã resultar a los demas hijos, y herederos,* & ita merito in priori specie arrarum, vt earum excessus vltra decimam, & sponsalitiæ largitatis vltra octauam partem dotis non sit validus in foro conscientiæ, sed illum restituendum esse nulla iudicis expectata sententia: hanc partem tenet Thomas Sãchez vbi supra d. disputatione 33. num. 2 quamuis ipse, vt vidimus, probauerit, & tenuerit contrarium in meliore facta filiæ ex causa dotis, & matrimonij, & in hac specie priori arrarum, & sponsalitię largitatis nõ inueni vsque adhuc aliquem Authorem tenentem contrarium meæ præfatæ sententiæ, quæ profecto est verisima tenenda.

In secunda vero specie meliorationis ex causa dotis, & matrimonij per contractum inter viuos, præfata mea sententia contra Cordubam, & sequaces est etiam verior, & tenenda eisdem rationibus, quibus in prima specie tenuimus in foro conscientiæ esse nullam promissionem arrarum vltra decimam partem bonorum eas promittentis, quo ad excessum, eũque esse restituendum nulla expectata ad hoc iudicis sententia: eædem namque rationes militant, atque idem concludã in vtraque, & re vera, nullam congruã rationẽ differentiæ inuenio inter vtramque speciẽ, nec tantum tribuendum est æquitati non scriptæ, vt offendamus iustitiam alterius partis sine tuto, & concludenti fundamento, vt infra dicemus: & ita meritò quod pater in foro conscientiæ peccet lethaliter, & filia meliorata teneatur restituere excessum

sum docet, & late probat Baeça de nõ me liorand. ratione dotis filiab. cap. 29. nu. 1. & 2. & quod pater peccet lethaliter sic me liorans volunt, & tenent etiam Tellus Fernandez in l. 26. Taur. ad fin. vers. vltimo pro complemento, Rojas in Epythom. de succes. cap. 3. num. 41. & Angul. de meliorat. in l. 10. glos. 9. num. 3. & cum opinione Tell. & Bae. vbi supra transit ad eos se referens Azeued in l. 1 num. 8 tit. 2. *de las dotes, y arras*, lib. 5. nou. collect Reg. itaque hæc nostra sententia non caret iuridicis fundamentis, nec authoritate Scriptorũ, vt vidimus, sicque non solum vera, & recepta videtur, sed imo verior, & securior, ac proinde tenenda in animæ iudicio, & nec cæteris filijs, quibus præd. excessus applicatur præiudicium fiat.

35 Superest nunc, vt respondeamus fundamentis contrarijs. Ad primum respondemus præd. l. Regiam *de Madrid*, prohibentem filiam posse meliorari ex causa dotis, & matrimonij esse receptam, nusquam enim vidimus in praxi de hoc dubitari, quamuis in negotijs forensibus plusquam 40. annis versati fuerimus, ac proinde tanquam iustam, & latam super re graui, & in fauorem Reipublicæ, & subditorum obligare debere in foro conscientiæ, iuxta doctrinam quam adduximus lib. 2. practic. q. 180. num. 9.

Denique si ea lex dat actionem in foro externo ad repetendum, vt fatetur Sanchez, quare non obligabit in conscientia? 37 Ad secundum fundamentum contrarium, nempe, quod passim videmus fieri dictas meliorationes, nec confessores injcere scrupulum, & quod ideo ita videtur præd. l. Regia interpretata: facilis est responsio, scilicet, quod non passim fiunt huiusmodi meliorationes, imo parentes dotando filias ex causa matrimonij solent cauere ne instrumenta dotis sonent vllo modo meliorationem dotis, propter prohibitionem præd. l. Regiæ, & vt euitent nullitatem, quinimo, & ob eandem rationem viri contracturi matrimonium solent cõmuniter petere assecuratores dotũ, hoc est, *otros dotadores, con los padres de las que se han de desposar, como son hermanos de ellas, o estraños, y ansi los vnos, y los otros siempre van con aquella lectura de huyr de la ley Real, que prohibe la dicha mejora, por causa de dote, temiendo su prohibicion. Luego señal es que esta en vso.* Præterea in aduertentia, & negligentia, aut potius contemptus confessariorum præd. l. Regiæ non est sufficiens ad interpretationem ipsius, nec videtur ex hoc ita in vsu neglecta.

36 Lex namque semper est in viridi observantia, l. Arriani C. de Hæretic. & Manich. nec sufficit non vsus ad derogationem legis, sed requiritur contrarius vsus, vt tenet Cyn. in l. 2. num. 8. C. quæ sit lõg. consuet. est communis, & vera hæc sententia secundum Ias. in l. de quibus num. 33. ff. de legib. Cepol. cautela 2. in fin. Curi. Pisan. lib. 2. cap. 18.

At nullus Author (quem viderim) affirmat. præd. l. Regiam de non meliorandis ratione dot. filiab. esse vsu contrario, vel consuetudine sublatam testimonium, namque Padillæ in d. auth. Res quæ, num. 23. est de auditu tantum: vnde non probat: tandem accedat, quod Pragmatica sanctione lata à nostro Rege Philipo II. lata, & posita in principio nou. collectionis Regiæ præcipitur omnibus iudicibus, vt in decisionibus causarum obseruent ll. Regias ibi contentas, non obstante consuetudine contraria, sed hæc l. Regia dotium, de qua agimus est posita in d. noua collectione Regia, nempe in d. l. 1. tit. 2. *de las dotes, y arras*, lib. 5. igitur, &c.

An autem datio, seu promissio arrarũ 37 vltra decimam partem bonorum dantis, vel promittentis firmetur iuramento, anceps, & controuersa quæstio est inter nostrates, in qua in duas diuersas, seu potius contrarias sententias itum est, vna est affirmatiua, vel saltem quod iuramentum ipsum sit seruandum, altera est omnino negatiua: ego autem in hac negatiua semper permansi, & in ea nunc permaneo, quoniam præd. prohibitio non tantum est in fauorem ipsius promittentis arras, sed & in fauorem ipsius consanguineorum, quibus defertur ius repetẽdi hunc excessum, vt in l. 1. tit. 2. *de las arras*, lib. 3. fori: at in præiudicium tertij contractus iuramento non firmatur, tex. in cap. cum contingat ad fin. de iur. iur. & in cap. quamuis pactum de pact. in 6. ita resoluimus in auth. sacra-

sacramenta puberum nu. 44. C. si aduers. vendit. & de iuramento confirmat. 1. parte cap. 14 nu. 2. & lib 2. pract. quæst. q. 16. per totã, & hac sequũtur alij plures, quos refert contra alios dicens esse probabiliorem Thom. Sanchez d. lib. 6. disputatione 34. per totam; præcipue num. 2. vbi merito aliud probat in sponsalitia largitate si donetur, aut promittatur cum iuramento vltra octauam dotis sponsæ partem, contra dispositionem l. 1 in fin tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. quia in hac specie deficit potissima ratio ob quam donatio arrarum vltra decimam partem bonorum non cõfirmatur iuramento; nempe præiudicium tertij: hoc tamen intelligendum est, nisi excedat quintum tertiumvè bonorũ in præiudicium legitimæ descendentium, vel ascendentium, vt nobiscum, & cum Spino declarat idem Sanchez vbi supra, disputatione 36. num. 18.

38 Sed cui incumbet quæso, soluto matrimonio onus probandi, quod arræ promissæ excedant, vel non, decimam partem bonorum eas promittentis? & in hoc triplex est sententia. Prima habet, vxori incumbere onus hoc probandi, quod non excedãt, quia hoc esse videtur eius fundamentum, ipsiusque hæredum petentium eas: id ergo teneantur probare cum in vlteriori quantitate à lege sint prohibitæ, iuxta doctrinam glossæ communiter approbatæ in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cogantur, & l. cum de leg. ff. de probat. hanc primam opinionem voluit Roder. Suarez in l. 1 num. 15. tit. *de las arras*, lib. 3. fori, Anton. Gomez in l. 50. Taur. num. 13. Matiẽço in l. 2. glos. 2. nu. 9 tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. & dicit eam esse receptam D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 6. num. 7. 39

Secunda sentẽtia habet, quod dũ vxor, aut eius hæredes petunt arras promissas, tenentur probare, eas non excedere decimam præd. secus, quando possidens arras, & conueniuntur à viro, vel eius hæredibus quod sint vltra decimam, quia tunc eis incumbit hoc probare; ita tenet Azeued. in d. l. 2. num. 19 tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. & Pelaez de maior. 1. parte quæst. 52 num. 13. & 17.

Verum his non obstantibus ego semper fui in ea sententia, vt neque vxor, nec eius hæredes teneantur probare esse arras intra decimam bonorum partem, sed marito, vel eius hæredibus incũbere onus probandi excessum, cum vxor petens arras sibi simpliciter promissas habeat suam intẽtionem fundatam ex suo instrumento; aduersarius autem obijciens excessum, eum probare debet, cum sit fundamentum suæ exceptionis, & ita merito in hanc sententiam magis inclinauit D. Couar. vbi supra, atque eam tenent Baeça de non melior. ratione dot. filij. cap. 36. num. 19. & nos de iuram. confirmat. 1. parte cap. 1. nu. 23 & lib. 3. pract. quæst. 40. num. 4. 5. & 6. Matien. in l. 1 glos. 7. in fine tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. Ayora de partitio. 1. parte cap. 7. num. 27. cum duobus sequentibus, & Thom. Sanchez vbi supra, disputatione 35. num. 4. vbi num. 5 quod duo sunt casus, in quibus citra controuersiam vxor, vel eius hęredes nihil tenẽtur probare. Primus est, quando vxor, vel eius hæredes arras iam possident, & est indubius hic casus, vt diximus d. quæst. 40. num. 3. secundus est: vbi adsunt aliquæ coniecturæ, & præsumptiones, quibus iudices sibi quodã modo suadent arras minime excedere decimam, ita Couar. & Matien in d. l. 2. glos. 2. numero 7. titulo 2. lib. 5. nouæ collect. Reg.

Verum illa quando in proposito vtilis, & opportuna sẽ offerebat examinanda, nisi eam iam prius alibi differ uissemus: nẽpe, an arræ promissæ per virum habentẽ filios prioris matrimonij, sint extrahendæ ex toto corpore hæreditatis, vel ex sola ea parte, de qua potest libere disponere, vt in Castella de quinto bonorum, vel si ascendentes habeat, non vero descendentes legitimos, de tertio? sed ne omittamus, quod necessariũ est, breuiter resoluimus, arras extrahendas esse in præmissa specie, ex ea parte, de qua potest vir in præiudiciũ descendentium, vel ascendentium disponere: quamuis enim donatio arrarum sit remuneratoria, non tamen debetur ex rigore iustitiæ, sed ex liberali, & spontanea mariti promissione, qui nullo iure constringitur ad arras vxori assignandas vt communiter Hispani docemus, & in terminis hãc veram sententiam probauimus, & secuti sumus lib. 3. pract. quæst. 43. num. 22. &

23.

23. necnon & Spino, Azeued. & Angul. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 6. disputatione 36. nu. 15. vbi num 16. nobiscum, & alijs contra Azeued. late, & recte probat, secus esse, si tempore, quo vir promisit arras carebat liberis, tunc nãque natis eis, postea ex toto hereditatis aceruo extrahendæ sunt, & eis non obstantibus poterit pater in vita, vel in morte de integro quinto disponere secundum eosdem.

40 Sponsalitia autem largitas extrahenda est de ea parte, de qua potest vir in Castella libere disponere, nempe de quinta bonorum parte, si filios ex priori matrimonio habeat, vel si solos ascendentes, de tertia: si autem filijs careret tempore promissionis extrahi debet de toto hereditatis corpore, vt est prædictum de arris, vt resoluimus d. quæst. 43. num. 23. in fin. & de iuramento confirmat. 1. parte cap. 14. n. 8. vers. quæ profecto. Spin. & Azeued. contra eundem, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra num. 17.

41 Vir autem magnas arras promittens eductus ratione, quod ampla sibi dos promissa sit, aliter minores arras promissurus non tenetur dote, non soluta arras persoluere: etsi minor dos, quam promissa est, soluatur, vel si in rerum dotalium æstimatione decipiatur vir, potest pro rata minuere arrarum quantitatem: ex tex. in l. pollicitatione 3. C. de donat. ante nupt. ita docent Suar. in l. 1. num. 11. versic. vnum casum tit. 2. *de las arras*, lib. 3. for. Bae. de nõ meliorand. ratione dotis filiabus cap. 32. numero 18. Azeued. in l. 3. num. 3. & 4. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. Ayor. de partit. c. 7. parte 1. nu. 34. quamuis hic loqui videatur, quando mulier mala fide se habet fallendo virum; estque verisimum, quod docent hi DD. secundum Thom. Sanchez d. lib. 6 disputatione 37. num. 2. contendit tamen id non probari in d. l. pollicitatione amplius censens, quod quamuis maritus tempore promissionis arrarum non meminerit dotis promissæ, aut si forte tunc nondum promissa sibi fuerit, sed postea promittatur, possit non soluta dote arras non soluere: etsi non soluatur integra dos, vel plus æquo æstimatur minuere possit pro rata dotis non solutæ, vel pluris æstimatæ quantitatem arrarum, vt ibi probat allegans aliquos DD. hoc tenentes, & limitat, nisi matrimonium fuerit contractũ habita fide de dote certo tempore soluenda, & ante id tempus matrimonium dissolutum fuerit, quia tunc, licet dos soluta nõ sit, tenetur vir vel eius hæres ad integras arras soluendas, secundum Afflict. dicentem, ita decisum esse in sacro Concil. Neapol. & alios DD. quos ibi adhoc citat, addens num. 3. quod si vir partem dotis remiserit, tenetur integras arras soluere, quia quod remittit, vt solutum habetur.

42 An autem minor possit arras promittere videndus est Thom. Sanchez d. lib. 6. de matrimonio disputatione 38. numero 37. vsque in fi. vbi sex conclusionibus, quæstionem hanc absoluit, & disputatione 39. num. 11. & 12. duabus cõclusionibus similiter resoluit aliam quæstionem: vtrum filius familias possit arras promittere inconsulto patre? & quia in his speciebus recte procedit Sanchez, neque habemus aliquid aliud addendum transimus cum eo.

43 Mulier descendentes habens, quæ secũdo non nupsit, potest quemcunque ex descendentibus meliorare in tertia, & quinta arrarum parte, imo melioratio generalis bonorum in hoc casu comprehendit arras, potestque quintam partem cuilibet extraneo legare: & ideo nullum est discrimẽ in his regnis inter arras, & cætera bona vxoris, vt probauimus lib. 2. practic. q. 18. num. 5. & lib. 3. quæst. 43. à num. 24. & tenet Tell. vterque Molin. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra disput. 140. num. 4. contra alios, quos retulerat num. 3. qui num. 7. recte docet esse certissimum mulierem habentem ascendentes de sola tertia arrarum parte posse in eorum præiudicium disponere in Regno Castellæ.

44 Similiter mulier secũdo nubens, superstitibus filijs ex priori matrimonio tenetur eis reseruare arras, quas ab eorum patre ipsa mulier accepit, inter illosque sunt æqualiter diuidendæ ex testamento, aut abintestato, nec potest ex illis instituere maioratum, aut meliorare quẽquam eorũ filiorum, vt cum alijs probauimus lib. 2. practic. quæst. 18. in fi. & lib. 3. quæst 43. numero 25. sequitur alios allegans Thom. San-

Sanchez vbi supra disputatione 41. numero 3. vbi affirmat hanc sententiam esse cõmuniorem, & probabiliorem, & citat pro ea l. 26. titulo 13. partita 5. ibi: *las arras de las donaciones, que el marido finado le ouiesse dado, en saluo fincan á sus fijos del primer marido.*

45 Sic etiam sponsalitiã largitatem à priori viro acceptam absque dubio vxor transiens ad secundas nuptias, tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, quia est vera donatio profecta à viro in vxorem, vt cum Anton. Gomez, Matiençó, & Molin. docet Sanchez d. disputatione 41. numero 4.

46 L. 52. Tauri, quæ hodie est l 4 titulo 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. cauetur, *que si qualquiera de los desposados muriere despues de consumido el matrimonio, la muger, y sus herederos ganen todo lo que siendo desposados le ouo dado el esposo, no auẽdo arras en el tal casamiento, y matrimonio. Pero si arras ouiere, que sea en escogencia de la muger, o de sus herederos ella muerta, tomar las arras, o dexarlas, y tomar todo lo que el marido le ouo dado siendo con ella desposado, lo qual aya de escoger dentro de veynte dias despues de requeridos por los herederos del marido, y sino escogieren dentro del dicho termino, que los dichos herederos escojan.*

47 Ex qua l. Regia constat proculdubio, præcedente vxore in matrimonio consummato, hæredes eius lucrari arras, si ipsas elegerint, potius quam iocalia intra terminum ab eadem l. assignatum, vt constat ex illis verbis, *Pero si arras ouiere que sea en escogimiento de la muger, o de sus herederos, ella muerta tomar las arras, &c.* Quod etiam probatur, quia cum arræ constituantur in præmium virginitatis, nobilitatis, &c. vt supra hoc cap. diximus, hoc completum est consummato matrimonio: igitur, &c. Deinde absurdum esset contrarium, & contra omnem rationem, quod vxor prædecedens priuaretur arris, cum ipsa culpa careat, & sine culpa nemo punitur, quare notanda valde est hæc decisio, quia iam vidi ex facto in praxi allegari contrarium ex parte viri prætendentis vxorem suam, quæ prædeceserat ex hoc solum minime arras lucratam fuisse, sed nihilominus fuit in iudicio condemnatus, & declaratum, quod hæredes vxoris lucraretur præd. arras.

48 Secundo circa eandem l. 52. Taur. obseruat Thomas Sanchez lib. sexto de matrimonio, disputatione 32. numero quinto, vxorem, vel eius hæredes eligentes soluto matrimonio arras, teneri viro vel eius hæredibus restituere sponsalitiam largitatem, eiusdem valoris, cuius erat tempore receptionis, quod si vsu deterior facta sit, teneri æstimationem deteriorationis restituere, quia non videtur reddita res restitutioni obnoxia, si deterior restituatur, l. tertia, §. si reddita ff. commodat. aliàs namque euenire posset, vsu consumptum esse, & ita vxorem nihil reddere teneri, & vtrunque lucraretur quod esset contra expressam decisionem d. l. Regiæ: quare merito hanc obseruationem prius probauit, & tenuit Ayora de Partitionibus prima parte capit. septimo, numero 35. est tamen hoc caute accipiendum (vtinquit Sanchez) nam cum vestes tam quotidianæ, quam pretiosæ datæ per virum ante consummationem matrimonij sint sponsalitia largitas, & has teneretur sponsus dare sponsæ saltem ad vsum constante matrimonio, quando iuxta personæ facultates, & dignitatem necessariæ sunt, nec soluto matrimonio tenetur vxor eas reddere, nisi in eo statu, quo tunc inueniebantur, deducendum est ex hac restitutione sponsalitiæ largitatis iuxta æstimationem, quam temporis traditionis habuit, quod vir aliàs consumpturus erat cum vxore durante matrimonio in his vestibus, & iocalibus, nisi sponsalitiam largitatem dedisset, etsi eædem vestes essent conficiendæ, & consummendæ, seu deteriorandæ, non restitueretur id pretium consumptionis, vel deteriorationis, siquidem expendendum erat à viro, & profecto hæc consideratio, & sententia subtilis ac verisima, & tenenda mihi videtur.

Universidad de Deusto Biblioteca

46 Tertio obseruat in proposito d.l. 52. Gomez Arias in l. 50. Taur. numero 29. quod sicut sponsa per osculum lucratur medietatem sponsalitiæ largitatis, ita, si in eo matrimonio non interuenit sponsalitia largitas, sed solæ arræ lucrabitur medietatem arrarum, etsi vtroque interueniat, poterit dissolutis sponsalibus, vel matrimonio illo raro sponsa eligere medietatem arrarum, vel sponsalitiæ largitatis, idque probat ex pluribus. His tamen non obstantibus contrarium tenet, & probat late Thomas Sanchez d. lib. 6. de matrimonio disputatione 22. numero 18. licet (vt ipse inquit) nullum Authorem præter Gomez Arias vbi supra hanc quæstionem disputantem inuenerit, mouetur præcipue, quia d.l. 52. Taur. in prima eius parte tantũ loquitur, *de la mitad de lo que el esposo houiere dado a la esposa, que gane ella por el beso la mitad*, & non loquitur in hac specie, *de las arras*, sed tantum in secũda parte, ibi, *pero si houiere arras*, hoc est, *quando el matrimonio se consummo.*

50 De natura namque aduersatiuæ, pero, Latinæ, sed, est quãdo ponitur absq; copula, & vt aduersetur in iure, & in facto, ita vt diuersum casum, & diuersum ius importet, vt ibi cũ cõmuni probat; secus, quãdo ponitur cum copula, & vt si dicat: sed &, quia tũc denotant diuersum factũ, idẽ tamẽ ius, & vltra eũ Octauia. Vulpei. de prę positione, &c. in hac dictione, sed, pag. 108. & in præd. l. 52. Taur. aduersatiua, pero, ponitur sine copula: ergo importat diuersum factũ à præcedenti, & diuersum ius, quo fit vt prima pars d.l. Regiæ non loquatur, nec intelligenda sit, quando in sponsalibus de futuro, vel de præsenti interuenit promissio arrarum, si namque eo quoque casu lex vellet loqui, illud expressisset, sicut expresit in secunda parte loquens in arris, & in sponsalitia largitate: diuersum namque est vnum ab alio, & ideo diuersis nominibus in iure nominantur, nempé arræ, & sponsalitia largitas, si enim idem essent, diuersis nominibus minime nuncuparentur; argumento l. si idem codicill. C. de codicill. cum simil. lib.

51 Electione autem semel facta arrarum, aut iocalium ab vxore, vel eius hæredibus, non licebit variare, argumento l. Serui electione in princip ff. delegat. 1. & in l. apud Aufidium 20. ff. de optione legat. l. 25. titulo nono, partita sexta, & in terminis ita cum alijs tenet Thom. Sanchez, d. disputatione 22. numero secundo, vbi numero tertio hoc verum intelligit, si ea electio effectum habuit, alias secus, vt ibi bene probat, & tenet in terminis cũ Matiençó, & Mieres, quos citat: & numero 24. quod transactis dictis 20. diebus ad electionem faciendam, purgatio moræ non admittitur, quia est terminus lege præstitutus secundum Pelaez de moior. prima parte quæstione 48. numero septimo, & Azeuedo in l. quarta, numero 32. in fine titulo secundo, lib. quinto nou. col lect. Reg. Pro quo adde, quod vbicunque fit exequutio ipso iure absque sententia iudicis, tunc non habet locum purgatio moræ, vt in l. si is, cui ff. delegat. secundo, sed in præmissa specie, hoc ita contingit, quia vxore, vel eius hæredibus non eligentibus intra præd. viginti dies, exequutio fit à præd. l. Regia 52. ipso iure, quia ipso facto præcipitur in ea, quod transeat ius eligendi ad hæredes viri: ergo mora purgari non potest: deinde pro hac parte facit, quia in contractibus, vbi est dies, & pœna non admittitur purgatio moræ, l. traiectitiæ §. de illo, ff. de action. & oblig. l. magnam C. de contrah. & committ. stipulat. communis, vt resoluimus in prima parte de Iuramento confirmatorio cap. 56. numero quarto, & tertia parte cap. 17. numero nono, sed in nostra l. adijcitur terminus viginti dierum, intra quem debeat fieri præd. electio. insuper & pœna, nempe, vt transacto termino absque electione, transferatur ius eligendi ad hæredes mariti ipso facto, nec vlla requiritur ad hoc iudicis sententia, nec declaratio, & tanto fortior, quia præd. terminus, & pœna à lege præfigitur: igitur mora purgari non poterit.

52 Hæc quamuis Iure Ciuili, & Regio attento locum habeant: Iure tamen Canonico attento, eiusque æquitate, etiam in dispositione iurata, & aliàs vbi non potest mora purgari, admittitur purgatio moræ, si ius alterius non sit factum deterius, vt cum communi resoluimus, d. 3. parte de iuramento confirm. cap. 17. numero quinto, cum sequentibus, & res sit integra iuxta à nobis tradita de Tutel. prima parte cap. 16. num. 68. per totum: & præd. æquitas canonica seruada est etiam in foro seculari, vt diximus d. cap. 17. sub num. 9.

SVMMARIVM Cap. XX.

1 *RElictum alicui sub conditione si nõ nupserit, an possit in foro conscientiæ peti, ac habitum secure retineri, si nuptias contraxerit.*

2 *Pœna consistens in lucro non acquirendo adiecta à contrahentibus sponsalia an valeat, vt in exemplo hic posito?*

3 *Donatio propter nuptias facta à viro vxori valet.*

4 *Inuitari quis ad matrimonium spe lucri bene potest.*

5 *Conditio testatoris præcipientis fœminæ vt alicui nubat sub pœna amissionis hæreditatis, aut legati ab eo relicti, valet: ampliatur numero 6. vt procedat etiam si testator præcipiat, vt matrimonium contrahat cum cõsanguineo, vel consanguinea intra quartum gradum: & idem, quando consanguinitas est in secundo gradu, vt in numero 7. dummodo dicta conditio non apponatur in legitima, vt in numero 8.*

9 *Conditio apposita per testatorem contrahendi matrimonium cum persona indigna, reijcitur à legato, vel hæreditate: nisi fœmina, cui apponitur præd. cõditio sit vidua: sed quamuis virgo non teneatur illi nubere, tenetur tamen ab alijs nuptijs abstinere, vt in numero 10.*

11 *Legatum virgini, si Titio nupserit, non efficitur caducum, si virgo illa ex paterno consensu alteri nubat, dummodo ipsa virgo parata fuerit antea nubere Titio, parens id impediuit.*

12 *Iussus contrahere matrimonium cum persona nobili an satisfaciat, hoc faciendo pro prima vice, an vero pro secunda vice idem facere teneatur?*

13 *Grauatus aliquam ducere in vxorem primo renuntians, deinde pœnitentia ductus, eam ducere velit, an sit audiendus, si legatum, vel maioratum petat? quid autem erit è conuerso? numero 14.*

15 *Grauatus Seiam accipere in vxorem, si cum alia contrahat matrimonium, eaque postea defuncta, Seiam accipere velit, an hoc sufficiat, vt conditioni parere videatur, vt consequatur maioratum vel vinculum sub præd. conditione relictum? & numero 16. declaratur.*

17 *Conditio ducendi in vxorem certam fœminam, si ipsa recuset, vel alteri nubat, habetur pro impleta.*

18 *Conditio mixta, cuius implementum pẽdet ex voluntate alterius ex institutis, veluti conditio contrahendi, habetur pro impleta quando impeditur ex facto illius, ex cuius etiam voluntate pendet eius implementum.*

18 *Conditio maioratus, qua cauetur, vt eius successor astringatur, vt cum certa fœmina matrimonium contrahat, si ea data opera se celauerit, vt requisitio sibi non fiat, & conditionis implementum impediatur, tunc dicitur per eam extitisse, quo minus matrimonium contraheretur, poteritque maioratus successor cum qua voluerit contrahere, obseruato prius, quod hic dicitur, & numero 19. an hoc procedat in primogenijs institutis in contractibus inter vnos irrenocabilibus.*

20 *Legatum relictum Mariæ, si Titius cum ea contraxerit, an debeatur, si per ipsam non steterit, sed per Titium, vt matrimonium non sequatur?*

21 *Legatum alicui relictum, vel donatio fiat, si efficiat, vt matrimonium aliquod contrahatur, eo non contracto, minime debebitur, licet omnem diligentiam adhibuerit, vt sequatur ex ratione de qua hic.*

22 *Conditio mixta casu deficiẽs, absq; alterius culpa, nẽpe, vt si Maria hæres instituta, vel legataria ea lege, vt Titio*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nubat, antequam in mora sit obierit, vel ipse Titius, an habeatur pro completa, vel non? & numeris sequentibus, & quid fauore alimentorum? numero 25.

26 *Conditio mixta, quando non impeditur à contrahentibus, sed à quodam tertio, an tunc habeatur pro impleta, necne? remissiue.*

27 *Legatum relictum virginibus matrimonio collocandis an possit, vel debeat distribui religionem ingredienti?*

28 *Legatum relictum certæ virgini maritandæ, si tempore testamenti iam nupta esset, potest illi hoc legatum dari, secus, si incertis matrimonio iungendis legatum esset.*

29 *Pater quando filiæ legauit ducēta pro ea maritanda, vel pro sua dote, quam pater in vita sua postea maritauit datis sibi solis centum, an possit tunc filia ab hæredibus patris alia centum residua sibi petere, vel non?*

CAPITVLVM XX.

De promissione, vel legato sub conditione nuptiarum, cum certa persona.

1 PRo huius cap. introductione, illa quæstio esset hic opportune, & late examinanda, an relictum alicui sub conditione, si non nupserit, possit in foro conscientiæ peti, ac habitum secure retineri, si nuptias contraxerit? nisi de ea latissime pro & contra egissemus lib. 2. Canonic quæstionum cap. 25. numero 7. cum pluribus sequentibus, vbi probauimus multis fundamentis opin. Metymnæ in suo C. de restitutione quæstione 23. per totam, tenentis, quod in hac specie in foro conscientiæ sit standum animo contrahentium, vel testatoris id relinquentis, vel legantis, quando is certus sit: nempe, si dicatur, si non nupserit, & non aliàs: si vero incertus sit animus contrahentium, vel legantium tute posse stari iuris interpretationi, seu præsumptioni, quę habet, vt si simpliciter relinquatur, si non nupserit, reijciatur illa conditio, quia est in præiudicium matrimonij, ita vt nuptijs sequutis legatum debeatur; quod si hæres probabiliter de animo legantis dubitaret, non esset per confessarium ad solutionem legati adstringendus, antequam per iudicem cōdemnetur: contrarium aduersus Metymnā tenuit omnino D. Couarru. lib. 1. variarum resol. cap. 19. numero 10. & eius opin. sequuti sunt Mantic. & Riminald. Iunior, quos & eorum fundamenta ibi retulimus numero 11. & 12. & nihilominus numero 13. cum sequentibus priorem opin. vt veriorem probauimus, respondendo late fundamētis contrarijs: & hanc Metymnæ, & nostrā sententiā sequuti sunt quoq; Ludouic. Lopez lib. secundo de contract. cap. 45. paulo post princip. dicto secundo, & Ludouic. Carb. de restit. quæst. 44 conclusione 5. & 6.

Nunc autem nouissime scripsit Thomas Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 33. numero 2. & disputatione 34. numero 6. dicens contra opin. Metymnæ, & nostram esse tenendum, sequutus contrariam Couarru. quam etiam citat sequentes Spino in Specul testamen. glossa 14. numero 70. & Ledesmam in secundam partem quarti, quæstione 18. articulo primo, dubio 12. folio 227. columna 3. & Molin. Theolog. lib. primo de Iustitia, & Iure, tractatu secundo, disputatione 207. folio 1268. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. in materia de matrim. cap. 36. folio 1037. & mouetur Sanch. quia leges de hoc loquentes non sunt pœnales, nec falsæ præsumptioni innituntur, sed sunt dispositiuæ, & aduersus certissimam testatoris voluntatem reiectis his conditionibus ob commune reipublicæ bonum hæreditatem, vel legatū deferentes, ac proinde, eas leges in vtroque foro seruandas esse.

Ego, etsi quæstionem hanc difficilem iudicarim, & profitear, vtramque opin. esse probabilem; cæterum, veriorem adhuc censeo priorem, quam probauimus vbi supra, ex ibi late adductis, & minime posse dici ita audacter, omnino tenendum esse dictas ll. in vtroque foro seruandas esse, nisi in casu, quo loquuntur, nempe in simplici conditione, non nubendi, quando testator vltra non processerit, verū cum vltra processit dicens, & non aliàs, vel si nupserit nihil ei lego, non video profecto, quomodo aduersus tam manifestissimam legantis voluntatem, imo potius non legantis, possit legatum huiusmodi tuta conscientia exigi, nec retineri, nec in hac specie bonum commune reipublicæ offenditur, si legatum non debeatur contraueniendo expresse voluntati defuncti, siquidem potuit ipse non legare, nec vllo modo compellebatur legare, at si legauit, fuit, ac si non legasset, attentis supra dictis verbis, & non aliàs, vel si nupserit, nihil ei lego; quinimo hoc expedit reipublicæ, nempe, vt voluntates præmaxime tam apertæ testatorum suum exitum habeant, l. vel negare ff quemadmod testam. aperiantur.

2 Ad rem igitur nostri capitis deueniendo obseruandum primo est in hac materia, quod pœna consistens in lucro non acquirendo adiecta à contrahentibus sponsalia non valet, nempe promitto tibi centum, si mecum contraxeris matrimoniū, vt in l. si ita stipulatus fuero te sisti 97. §. D. Couarru. alios allegans in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 3. numero 1. DD. in cap. Gemma de sponsal. præcipue Anton. de Butrio numero 7. Anchr. 8. Abb. 9. Alexan. de Neuo numero 16. Præpos. numero 7. Summistæ verb. sponsalia, præsertim Rosell. numero 7. Angel 14 Sylvest. quæstione 8. dicto primo, & alios allegans Thom. Sanchez d. disputatione 33. numero 3. vbi reddit rationē, quia intentu libidinis præsumitur, promittentem inducere alterum ad matrimoniū, vnde cessante turpitudinis præsumptione valeret huiusmodi promissio, vt si vir promitteret fœminæ matrimonium, si ei centum, aliamvé quantitatem dederit, quia intelligitur causa dotis: in dubio namque nō præsumitur libidinis causa, sed honesta, vt recte inquit Couarru. vbi supra d. numero 1. & Thom. Sāchez d. disputatione 33. num. 4. in princip.

Si vero vir promittat vxori tunc præsumitur libidinis causa, nisi vir sit ignobilior, aut senior, & ita vxori promittat in iuuentutis, aut nobilitatis eius compensationem, in priori namque proxima specie procedit, & inteligendus est tex. in d. l. si ita stipulatus §. si tibi nupsero; vbi ea conditio reprobatur, nempe quando non adest iusta causa: in secunda vero tex. in cap. de illis de condit. appos. vbi approbatur conditio dandi certam quantitatem, à contrahentibus apposita, scilicet, quando iusta causa promittendi subest, ita Bart. Couarru numero 1. & plerique ex supra citatis, qui ita conciliant præd. iura quæ alias contraria inter se videbantur, & Palac. Rub. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vxo. notabil. 3. §. 21. numero 1. & 2. & alios allegans Sanchez d. disputatione 33. num. 4.

3 Valebit etiam proculdubio donatio propter nuptias facta à viro vxori, vt contra Ioan. Andr. recte probauit Bart. in d. §. si tibi nupsero, numero vnic. & Couar. vbi supra numero 2. & 3. & Sanchez d. disputatione 33. num. 5.

4 Secundo obseruandum est, quod spe lucri bene potest quis inuitari ad matrimonium, vnde si aliquid legetur Mariæ ea lege, vt Titio nubat, si illi non nupserit, non consequetur legatum huiusmodi, quia hæc non est vera pœna, sed potius est, spe lucri ad matrimonium inuitari, l. Titio § primo, ff. de condit. & demonstr. l. 1. C. de institu. & substit. vbi DD. communiter hoc probant Canonistæ in d. cap. Gemma de sponsal. Couar. vbi supra numero 6. & D. Molin. plures referens lib. 2. de Hispan. primog. cap. 13. numero 1. cū sequentibus, vbi ampliat procedere, nedū in præcepto cōtrahendi cū certa persona, sed etiam, quando per viam modi est adiectum, dūmodo conditio, siue modus honestè impleri possit, l. 14. tit. 4. p. 6. l. 22. tit. 9. partita 6. versic. *esto ferta*, in secundo, & nos cum communi consil. 18. nu. 2 quos & nos referens sequitur etiam Thomas Sanchez d. disputatione 33. num. 8. necnō & Summistæ, vbi supra, & Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 1. vbi plures refert, estque receptissima ab omnibus sententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valebit igitur conditio, si testator præcipiat fœminæ, vt alicui nubat sub pœna amissionis hæreditatis, aut legati ab eo relicti, l. cum ita legatum sit, versic. si Titia nupserit ff. de condit. & demonstrat. l. 4. in vers. *Pero si el testador*, & l. 22. tit. 9. partit. 6. ibi, *esso seria*, Palac. Rub. in repet. d. cap. per vestras notabil. 3. §. 21. numero 1. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 3. §. 3. Mantic. vbi supra numero 2. Tellus Fernandez in l. 30. Taurinum. 9. Mieres alios referens de maiorat. 1 parte quæst. 50. num. 1. Molina Theolog. 1. tomo de Iustitia, & Iur. disputatione 207. fol. 1265. Molin. Iurista, & nos vbi supra, & Thom. Sanch. etiam vbi supra num. 7.

Non enim est pœna priuare hæreditate non adimplentem, quoniam nondum est ius radicatum, nec formatum: tunc vero est pœna, quando aliquis priuatur hæreditate iã pure acquisita; secus in nostro casu, quia ille, qui lucrum dat, pacto, vel modo, vel conditione adiectis, potest priuationem imponere, vt cum communi, & veriori sententia probauimus d. consil. 18. num. 3. & 4.

6 Ampliatur, vt procedat hæc obseruatio etiamsi testator præcipiat, vt hæres, vel legatarius cum consanguinea infra quartum gradum matrimonium contrahat; valet enim hæc cõditio, neque impossibilis reputatur, ac proinde non reijcitur, quia testator intelligendus est, sensisse interuenire debere ad hoc dispensationem Summi Pontificis, nec absque ea matrimonium contrahendum, cum hoc à iure insit, vt bene probat D. Molin. d. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 13 num. 1. cum sequentibus, & nos d. consil. 18. num. 6. 7. & 8. & ita tenendũ esse censeo, tametsi Tho. Sanch. de matrimo. lib. 5. disput. 5. num. 19. & 26. in vers. hanc sententiam, post alios, quos citat, sentiat, & teneat requiri quod d. condi tio, si Papa dispensauerit, exprimi debeat aliàs institutio, vel legatum purum remaneat: sed verius est, quod prædiximus. Neque obstat l. 14. in fin. titul. 4 partita 6. ibi: *fueras ende, si aquel con quien le mandaua que casasse, fuesse pariente de ella, o tal home con quien no podia, ni deuia casar*, quia lex illa debet intelligi, & limitari, nisi dispensatio faciliter impetrari possit, vt cum Pelaez doculmus d. consil. 18. numero 12.

7 Quinimo etiam valebit talis conditio, quando consanguinitas est in secũdo grado, secundum Acostam lib. 1. select. interpret. cap. 8. numero 14. & D. Molin. in adnotation. quas ponit ad fin. lib. de Hispan. primogen. numero 12. & nos d. consil. 18. numero 9. & Thom. Sanchez vbi supra numero 20. aduersus eundem Molin. d. cap. 13 numero 12. & 13. & contra Henriquez etiam lib. 12. de matrim. cap. 10 numero 4. & addit Acosta vbi supra, valere conditionem, vt contrahat cum consobrino, si Pontifex dispensauerit, quia quamuis difficillima sit dispensatio, hoc potius ad difficultatem, quam ad impossibilitatem pertinet, & quia sæpe solet Papa concedere, vt probauimus d. consil. 18. numero 10. quam sententiã sequitur etiã Tho. Sanch. d. lib. 5. de matrimo. disputatione 5. numero 20. ad fin. vbi numero 21. quod incumbit legatario, vel maioratus successori grauato ad contrahendum cum consanguinea, si Papa dispensauerit, impetrare dispensationem, cum ipse teneatur implere conditionem, si vult legatum, vel maioratum, sicut ipsi incumberet, quodcumque aliud onus legato adiectum subire, secund. Pelaez alios referentem de maior. 1. parte quæstione 50. num. 3. & in 4. parte quæst. 40. num. 20.

8 Nũc vero præd. 2. obseruatio limitãda est, vt intelligatur, nempe, vt valeat ea cõditio cõtrahẽdi matrimoniũ cũ certa pſona dũmodo nõ apponatur in legitima, aliàs secus ex l. quoniã in pri oribus C. de inoffic. test. cum simil. ita docet D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 3 §. 3. n. 7. Mantic. plures referens d. tit. 18. n. 12. D. Molin. lib. 2. de Hispan primog. c. 13. n. 4. Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 33. num. 10.

9 Secundo declaratur, vt procedat, quando grauatur hæres, vel legatarius ad docẽdam vxorem, personam dignã, quia si indigna esset ijs nuptijs cõditio reijceretur: l. cum ita legatur ff. de condit. & demõstra. l. 32. tit. 9. partita 6. & d. l. 14. fin. tit. 4. partita 6. in verbis supra relatis, nempe, *con quien no podia, ni deuia casar*: dolor namque est hæc conditio, quã viduitatis, l. cum tale ff. de condit. & demõst. debet tamen intelligi hæc limitatio, cum fœmina, cui hoc grauamẽ imponitur vidua nõ est, si enim vidua esset, non reijceretur talis cõditio, vt indigne nubat, sed quamuis non teneatur illi nubere, tenetur tamen ab alijs nuptijs abstinere, alias legatũ amittit, vt in d. l. cum tale, & ibi Acosta in §. si arbitratu ampliatione 3. num. 8. Tellus Fernandez in l. 30. Taur. nume. 9. & Thomas Sanchez d. lib. 1. de matrimonio disputatione 33. num. 12.

11 Ex superioribus deducitur, legatum virgini si Titio nupserit, non effici caducum, nec amitti, si virgo illa ex paterno consensu alteri nubat, intelligitur namque illa cõditio si honeste potest, virgo autem non potest honeste nubere, nisi ex paterno cõsensu; ita tenet Bald. in l. 1. numero 9. ibi: si quis tamen, C. de institit. & substit. Bertrãd. consil. 148. volumine 1. numero 10. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 3. § 8. numero 2. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titulo 18. numero 3. Gratia. d. regula 83. numero 10. Pelaez de maior. prima parte quæstione 51. numero 36. & Sanchez vbi supra numero 14.

13 Secundum dubium est, quid erit dicendum, si grauatus aliquam ducere in vxorem primo renunciat, deinde pœnitentia ductus, eam ducere velit, an sit audiendus, si legatum, vel maioratum petat? videtur namque pœnitentiam nihil præstare, quia regula in hac materia est, sufficere conditionem semel extitisse, licet postea desierit. l. si quis hæredem C. de institution. & substitution. DD. multi, quos refert, & sequitur Tiraquelus in l. si vnquam, verbo susceperit liberos numero 151. C. de reuocand. donat. D. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. cap. 6. numero 17. Menoch. lib. 4. præsumptione 183. num. 29.

Ergo, si quis, verbi gratia, Mariam hæredem instituat, si Titio nupserit, ac ipso renuente hæreditatem obtineat, licet Titio postea volente, renuat Maria, non erit ipsa hæreditate priuanda, vt in terminis tenet Bart. in l. prima, quæstione 12. numero 23. C de institution. & substitution. sub conditione fact. quem in hoc plures sequuntur aduersus Cyn. & Petr. quos cõgerit Tiraquel. in d. §. hoc sermone num. 101. & 102. & Pelaez de maiorat.

bi relictam? & quod adimpleat pro prima vice, facit regula, l. Boues §. hoc sermone ff. de verb. signifi. ita D. Acosta in l. cum tale §. si arbitratu, ampliatione 3. numero 10. ff. de condit. & demonstr.

Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod iste talis amittat præd. hæreditatem, vel legatum, si viduus effectus ignobilem ducat, quoniam clauditur ibi conditio negatiua, quæ perpetua est, vt non ducat aliam, quam nobilem, quo casu fallit regula, d. l. Boues § hoc sermone, vt late ibi per Tiraquel. in septima limitatione, scilicet, de dispositione negatiua: & in terminis ita tenet Oldrad. consil. 16. numero 3. Paul. de Castr. in l. hoc genus ff. de condic. & demonstr. & alij plures, quos refert, & sequitur dicens ab omnibus recipi Peralt. in l. vnum ex familia §. sed etsi fundum, numero 31. ff. delegat. secundo, Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 11. titulo 18. numero 3. Gratia. d. regula 83. numero 10. Pelaez de maior. prima parte quæstione 51. numero 36. & Sanchez vbi supra numero 14.

12 Circa præd. secundam obseruationem oritur primo hoc dubium, an iussus contrahere matrimonium cum persona nobili satisfaciat hoc faciendo pro prima vice, an verò secunda vice idem facere teneatur, ita vt si non fecerit, amittat legatum, vel hæreditatem, sub præd. conditione si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.parte quæstione 50. numero 13. quorũ sententia receptior est, & in iudicijs amplectẽda, quãuis contra eam arguat Acosta in d.l cum tale §.fi arbitratu limitatione 6.num. 5 secundum Pelaez vbi supra de maiorat. 1. parte q 50.num.13.

Nihilominus tamen in re hac ita distinguẽdũ erit cũ Pelaez ibidem: nẽpe, quod si disponẽs, qui sub præd. cõditione grauauit à se honoratũ, priuauit eum ipso iure, si vbi primum requisitus fuerit nolit conditioni parere, pœnitentia subsequens nihil præstet, quia statim illo renuntiante fuit quæsitum ius alteri, & non licet variare, iure iam quæsito alteri, iuxta glos. in cap. nosti, verb. renocare de electione, Tiraquel. alios refert in d. §. hoc sermone limitatione 23.num 5. Peralt. in l 3. num. 1. ff. delegat. 2. nec etiam est licita pœnitentia alteri iam iure quæsito ex præfata glos. & in cap. quamuis de rescript. in sexto, si autem non priuauit, & omnia sunt integra, quia nulli est ius quæsitum, proderit pœnitentia: addit Pelaez num. 14. quod si grauatus minor sit, potest in priori casu beneficio restitutionis iuuari aduersus conditionem non impletam: & num. 15 probat: quod si grauamẽ modi naturam inducat, non vero conditionis, audiẽdus erit grauatus, postea volens eidem parere, secũdum Alex. consil. 102. visis, & ponderatis num. 6. lib. 1. & ibi eius Additionatorem, & Pelaez in his sequitur Thom. Sanchez vbi supra numero 15.

14 Quid autem dicendum sit, quando grauatus aliquam ducere vxorem, velit hoc adimplere, illa autem nolit, postea vero pœnitentia ducta annuat, & grauatus tũc nolit, vtrum amittat legatum, vel hæreditatem? Consule Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11 tit. 18. à num. 38. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumptione 183. à numero 2. cum sequẽtibus, vbi late de hoc agunt.

15 Vlterius dubitatur, quid si maioratus, vel vinculi successor, qui Seiam accipere in vxorem iussus fuerat, cum alia contraxerit matrimonium, eaque postea defuncta, Seiam accipere velit, an hoc sufficiat, vt conditioni parere videatur? & non sufficere verum est: quia præd. conditio de immediatis nuptijs intelligitur, vt in l. matrimonij ff. qui & à quib. & in l. quod ait §. proinde ff de diuort. ita Bald. in l. 1. in fine C. de instit. & subst. sub condit. fact. eanamque conditio ex voluntate instituentis defecta censenda erit l. hæc conditio in princip ff. de condit. & demonstrat. l. hoc genus, vbi glos. ff. eodem, & vtrobiq; perscribentes Emanuel Acosta in d §. fi arbitratu limitatione 6 num 3. & hoc probabile videtur secund. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 13. num 16. dummodo tempore delatæ successionis, vel post illã delatam, cum alia aduersus institutoris maioratus voluntatem contrahat: secus, si antea cum alia contraxerit, si tempore delatæ successionis iam prima mulier defuncta sit, cum conditionis semper tẽpus mortis præcedentis possessoris, atque delatæ successionis respiciatur: l. interuenit ff. delegat. præstand. & tenend. communiter DD. vt ibi per eum sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 33. nu. 17. quod si post delatam successionem, Seia, quam maioratus successor accipere astrictus erat, cum alio contrahat, conditio pro impleta habebitur, ex d. l. 1. C. de instit. & subst. adeo, vt priori marito defuncto, maioratus successor eam accipere non teneatur, cum maioratus institutor de primis nuptijs sensisse, censendus sit, secund. Bald. in d. l. 1 in fine, & cum Imol. & Acosta sequitur D. Molina vbi supra num. 17. & Sãch. num. 20.

16 Si vero maioratus successor à sequenti requisitus respondeat, se nolle Seiam vxorem ducere, statim sequenti successori maioratus successio defertur: adeo, vt si primus successor mutata priori voluntate, velit Seiã accipere, à sequenti maioratus successore, successio auocanda non sit, vt cũ Acosta probat Molin. d. cap. 13. num. 18. ne maioratus successio impendenti aduersus iuris regulas esse dicatur, quæ sententia videtur subintelligenda iuxta distinctionem, de qua supra num. 12. in vers. nihilominus tamen: quæ satis iusta & Iuri & rationi congruere videtur.

17 Denique in proposito illud animaduertendum erit, quod si maioratus successor paratus sit contrahere cum vxore, quam sibi eiusdem maioratus institutor accipiẽdam præcepit, illaque ipsius nuptias recusset, seu alij nubat, conditio habebitur pro impleta, l. 1. C. de instit. & subst. sub condit. fact. ibi: aut Anthylli filio recusante, matrimonium impeditum sit.

18 Ex quo tex. deducunt ibi Bart. & communiter DD. & alibi sæpissime, quod conditio mixta, cuius implementum pendet ex voluntate alterius ex institutis, veluti conditio contrahendi, habetur pro impleta, quando impeditur ex facto illius, ex cuius etiam volũtate pendet eius implementum, & probatur etiam in l. 14 tit 4. partita 6. Quare is, qui ex maioratus institutionis præcepto, aliquam mulierem accipere astrictus est, solet illam requirere, vt cum illa contrahat, & ea illi nubat, quod si ipsa recusset, libere ille cum alia contrahere potest, absq; priuationis pœna maioratus, vel alterius relicti, sub præd. conditione: ita D. Molin lib. 2. de Hispan. primog. lib. 2. cap 13. num. 14. dicens, quod pluries consulat, & obseruatum ab alijs vidit: idem probauit Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 11 tit. 18. num. 37. vbi alios citat 20 Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumptione 183. num. 25. Molina Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iur. disputatione 206. in fine. & 207. folio 1265. & Thom. Sanchez lib 1. de matrim. disputatione 33. nu. 19. & 20.

Quod si ea cum qua maioratus successor contrahere astrictus est, data opera se celauerit, vt requisitio sibi non fiat, & conditionis implementum impediatur, tunc etiam dicetur per eam stetisse quominus matrimonium contraheretur, poteritque maioratus successor impune cum qua voluerit contrahere, eo obseruato, vt prius maioratus successor præd. testationem ex præcepto iudicis apud domum illius mulieris, cum qua contrahere iussus erat, faciat, eiusque familiaribus, & consanguineis notã faciat, ita, vt eius latitatio apertior fiat, l. 4 §. Prætor ait ff. de domin. infect. ita in terminis probat D. Molina Iurista d. lib. 2. cap. 13. num. 15.

19 Supradicta omnia in dispositione maioratus in vltima voluntate instituti procedunt: secus instabilito, & fundato in contractu irreuocabili: tunc namque conditio non habebitur pro impleta, etiamsi ex impedimento illius mulieris, cum qua maioratus successor contrahere astrictus erat, defuerit, quia id, ℘ extraordinario quodam iure in vltimis voluntatibus introductum est d. l. 1. C. de instit. & subst. cum simil. non est facile ad contractus protrahẽdum, vt communiter Scribẽtes ibidem, & alibi censuerunt, & Greg. Lopez in d. l. 14. in glos. *e no se le embargara*, atque Emanuel Costa in d. l. cum tale §. fi arbitratu limitatione 3. num. 18. est communis sententia secund. D. Molin. d. cap. 13. num. 19. vbi quod quamuis hæc communis opinio iuris rigore considerato probabilior esse appareat: contrariam tamen, quam tenent plures ex Scribentibus aduersus communem non modicam æquitatem præsefert, forsanque in successione primogeniorũ in contractu institutorum ex disponentis præsumpta voluntate admitteretur ex ijs, quæ ibi numero 26. cum sequentibus dicit, cuius opinionem in omnibus supra dictis simpliciter refert, cum eo transiens Thom. Sanchez vbi supra num. 21.

Sed si testator non dicat, lego Mariæ, si Titio nupserit, sed lego Mariæ, si Titius cum ea contraxerit, an debeatur hæreditas, vel legatum, si per eam non steterit, sed per Titium, vt matrimonium minime sequatur? Doctores variant, vt constat ex adductis per Menoch. lib. 4. præsumptione 183. à num. 32. Acosta in d. l. cum tale §. fi arbitratu limitatione 6. num. 27. ff. de condit. & demonstrat. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 37. verius tamen esse censeo, considerandum esse, cuius intuitu, & fauore testator, matrimonium contrahi voluerit, nam si fauore mulieris institutæ, vel legatariæ id fecerit, consequetur ipsa legatum, si per ipsam nõ steterit: si vero fauore alterius, minime cõsequetur, vt in terminis, cum alijs tenet, & probat, quamuis aliquantulum dubius Greg. Lopez in d. l. 14. in glos. *si casare*, titulo 4. partita 6. & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 33. nu. 22.

21 Quod si alicui legatũ, aut donatio fiat, si efficiat, vt matrimonium aliquod contrahatur, eo non cõtracto, minime id obtinebit, licet omnem adhibuerit diligentiam, vt sequatur, quia hæc pœna consistit in lucro non comparando, quod sibi sub ea conditione offertur (aliud esset, vt su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pra diximus pœna quæ non consistit in lucro, sed in dãno patrimonij amittendi) ita in terminis tenet Rosella in summa verb. sponsalia numero 7. & ibi Angel. num. 14. Sylvest. quæst. 8. dicto 1. Sanchez vbi supra num. 23.

22 Nunc vero agendum est de conditione mixta casu deficiente absque alterius culpa, nempe, vt si Maria hæres instituta, vel legataria ea lege, vt Titio nubat, antequã in mora sit obierit, vel ipse Titius, quid tunc dicendum sit? & quidem deficere in hac specie conditionẽ, & legatũ, vel hæreditatem non deberi probat expresse tex. in l. legatum C. de condi. insert. vbi DD. communiter notant glos. etiam, & communiter DD. in l. 1. C. de instit. & substit. sub condit. fact. & in l. in testamento ff. de condit. & demonstrat. aperta l. 14. tit. 4. partita 6. ibi: *si acaeciesse, que la muger se muera, o aquel con quien la mandaua casar antes que se cumpla la condicion, e sonce nõ vale el establecimiẽto, o la manda que assi fuese fecha*: & l. 22. tit. 9. partita 6. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 13. numero 23. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 37. Menochius vbi supra num. 40. & 41. Thom. Sanch. num. 24. quicquid in hoc distinguat Moli. Theolog. 1. tom. de Iust. & Iur. disputatione 206. in fin. & disputatione 207. folio 1263.

23 Hæc tamen decisio, & resolutio, non procedit in maioratus successione præd. modo relicta, nempe sub præcepto cõtrahendi matrimonium, quia vt plurimum in maioratus institutione huiusmodi præceptum non veram conditionem, sed modum tantum inducit, vt in terminis d. l. legatum, & d. l. 14. intelligit D. Molin. post glos. Bart. & alios vbi supra num. 24. & 25. Acosta lib. 2. select. interpret. cap. 22. num. 7. & Thom. Sanch. de matrimon. lib. 1. disputatione 33. num. 25. ad fin. vers. vltimo, vbi cum Menoch. lib. 4. præsumptione 184. num. 1. & 2. limitat, nisi testator clare omnino velit modum impleri.

24 Quinimo, & in conditione in maioratus institutione apposita contrahendi matrimonij late nititur probare Molin. vbi supra numero 26. ex morte mulieris, cum qua maioratus successor contrahere astrictus erat, non esse eundem successorem priuandum maioratus successione ex verisimili, & præsumpta voluntate disponentis, quem sequitur Sanchez vbi supra in versic. quinto in fine. Sed hoc duobus modis limitauit idem Molina in adnotation. positis ad finem sui operis num. 13. Primo quando is, qui sub hac conditione vocatus fuit, erat extraneus, fœmina autem ex familia institutoris: secundo quãdo fœmina esset vocata sub ea conditione, vt masculo agnato nuberet, idque ob conseruandam agnationem factum fuisset: in his namque duobus casibus, & in omnibus alijs, quibus compertum fuerit, maioratus institutorem, non aliter, quam ea conditione obseruata vocationẽ fecisse præd. conclusio per eum tradita numero 26. nullo pacto subsistere poterit secundum ipsum Moli. in præd. sua adnotatione; quod mihi verum videtur.

25 Præterea fauore alimentorum adiecta eorum legato, casu deficiens habetur pro impleta, vt probat Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 11. titul. 22. num. 32. & 33. Menochius alios referens lib. 4. præsumptione 183. numero 42. idemque erit in legato dotis puellæ relicto ea lege, vt Titio nubat, nam si puella hæc pauper sit, nõ deficiet huiusmodi legatum Titij obitu, quia succedit loco alimentorum, ita Bald. nouel. de dote 6. parte priuileg. 76. nu. 4. ad fin. & priuileg. 77. num. 2. D. Couar. in cap. 3. de testam. num. 11. versi. quinto inde colligitur, Mantic. vbi supra, & Didac. Perez in l. 1. tit. 5. lib. 5. ordinamenti colũna 45. versic. est tamen notandum: idem erit obseruandum fauore libertatis, tunc namque conditio mixta casu deficiens habebitur pro impleta, vt cum alijs probat Menoch. vbi supra numero 43. item, & fauore causæ piæ Menoch. ibidem num. 44. qui numero 45. idem probat, quando conditio partim impleta est, quas limitationes refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 33. sub numero 25.

26 Quando vero conditio mixta non impeditur à contrahentibus, sed à quodã tertio, qui, verbi gratia, matrimonium impedit, quid tunc statuendum sit, late agit D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 13. num. 20. cum sequentibus, & Thom. Sanchez,

chez vbi supra numero 27. qui nu. 28. addit, quod verba exhortationis per testatorem inducta, grauamen, vel conditionem non continent, quod probatur ex ratione tex in cap. quod præcipitur alias vltimo § quod præcipitur 14. quæst. 1. Pelaez de maiorat. 1. parte quæstione 50. numero 16.

27 Delegato autem relicto virginibus matrimonio collocandis, quod possit, vel debeat distribui virgini religionem ingrediẽti, latè hic agendum esset, nisi bis de hoc differuissemus distinguendo, nempe hoc modo: vt, quando relinquitur hoc legatũ alicui personæ determinatæ, vt matrimonium ineat, debeatur eidem, si religionem ingrediatur per tex. in auth. de Sanctissim. Epis. § sed & hoc presenti, colle. 9. & in auth. nisi rogati C. ad Trebell. si vero relinquatur indistincte, vel indiffinite pro puellis incertis maritandis, secus dicendum est cum frequentioribus contra alios, nempe, huiusmodi legatum in hac specie distribui non posse puellæ monasterium ingredienti, sed solum matrimonium temporale ineuntibus; plures allegando censuimus consil. 26. numero 13. & lib. 1. Canon. quæstionum cap. 32. num 20. & congerit plurimos eandem distinctionẽ sequutus Tho. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 33. num. 29. vbi numero 30. limitat primum membrum præd. distinctionis, vbi coniecturæ essent, testatorem de nuptijs carnalibus intellexisse, tunc namque etiam legatum relictum alicui personæ determinatæ, non consequetur hoc legatum ingrediendo religionem, quia cessat præd. præsumptio, vt probauimus d. cap. 32. nu. 19. & sequitur alios allegans Thom. Sanchez, vbi supra numero 30. vbi refert, & probat tres coniecturas in proposito huius limitationis receptas per DD. quos citat: prima est, quando testator legauit puellæ si nubat personæ certæ; tunc namque intelligi nequit de nuptijs spiritualibus, quare religionem ingrediens non consequetur legatum, vt cum alijs probauimus d. cap. 32. numero 7. Si tamen illa persona certa obisset antequam puella sit in mora, non obtinebit legatum vitam cœlibem ducens, sed aliud matrimonium inire deber, vt ibi probat cum Baldo nouell. Couarru. & Dida. Perez: addit tamen cum eisdem, quod potest hoc casu puella religionem ingredi, & obtinere legatum ex verisimili mente testatoris, cum matrimonium iniunctum à testatore impleri nequeat. Secunda coniectura est, quando testator reliquit tertio si certa puella nupserit, quia tunc non obtinebit legatum si puella illa religionẽ ingressa sit. Tertia coniectura est, quando testator negatiue legauit Titiæ, si nõ nupserit, (quæ cõditio valet si Titia vidua sit) quia tunc intelligitur de nuptijs temporalibus: quare si religionem ingrediatur obtinebit legatum: non enim verisimile est testatorem voluisse retrahere à religionis ingressu, sed ad eum inuitare, vt recte probauit Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 26. & Menoch. plures referens lib. 4. præsumpt. 148. num. 6. & Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 33. sub num. 30. ante fi.

Secundum autem membrum præd. distinctionis limitat Sanchez vbi supra sub num. 32. vt non procedat quando legatũ esset ad collocandas matrimonio testatoris neptes, quia tunc dãdum esset nepti ingredienti religionem propter præsumptã testatoris affectionem erga sanguine cõiunctos, plenius, & latius venit interpretãdum legatum l. Aurelius § Titius testamento facto ff. de liber. legat. ita in terminis tenet Nata consil. 296. num. 6. & Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. n. 22.

28 Illud in proposito sciendum est: quod similiter si testator legauit aliquid certæ virgini maritandæ, si tempore testamenti iam nupta esset, potest illi legatum dari: secus, si incertis matrimonio iungẽdis legatum esset: ita tenent Bald. in l. fin. num. 11. C. de sentent. quæ sine certa quantit. proferuntur Alex. consil. 146. volumine 5. num. 6. Hyppolit. in rubrica de fideiuss. n. 85. Pala. Rub. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vx. notab. 3. § 12. num. 6. pag. mihi 204. col. 2. & iterum § 20. nu. 6 pag. 208. & Ias. in l. quominus in repetitione num. 133 ff. de flumin. & alios allegans Tiraquel. de caus. cessant. limitatione 18. nu. 4. & Mexia in l. Regia Toleri in 1. 2. partis. 1. fundament. nume 35. Didac. perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinamenti col. 45. vers. dubium est quotidianum fol. 79. sequitur Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thom. Sanchez d. disput. 33. sub num. 32. ibi, tandem, quia simile aduersus Tiraquel. in l. si vnquam verb. susceperit nu. 219 C. de reuocand. donat. & Mantic. lib. 12. de coniectur. vltim. voluat. tit. 1. num. 13. volentes neutro casu posse dari, nisi tempore testamenti, vel post illud conditum, dũ mutare potuit testator, nouerit esse nuptam, hoc namque clarius esset, verùtamen prior distinctio tenenda videtur tanquam verior.

29 Vltimo hic examinanda venit quæstio illa celebris, quando pater filiæ legauit ducenta pro ea maritanda, vel pro sua dote, quam ipse pater in vita sua postea maritauit datis sibi solis centum, an postea hæc filia possit ab hæredibus patris alia centum residua sibi petere, necne?

In hac quæstione Dyn. & Oldrad. fuerunt sibi contrarij prout eos refert Bart. in l. Lucius, *la primera*, num. 4. ff. delegat. 2. Dyn. enim tenet partem negatiuã, quando testator legauit pro filia maritãda, quia iam est maritata, & sic cessauit, & finita est causa, secus quando legauit pro dote filiæ, quia constante matrimonio dos augeri potest, igitur quod reliquum est ex legato ad dotis augmentum peti poterit. Oldrad. autem indistincte in vtraque specie tenet filiam admittendam esse ad petendam reliquam quantitatem legati.

Bart. vero vbi supra d. num 4. obscure loquitur, ita vt nonnulli ex nostris intelligant ipsum tenere opinionem Dyn. supra relatam, vt expresse censet, & sequitur Palac. Rub. in repetitione cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. notabil. 3. §. 12. num. 8. fol. mihi 205. col. 1. & communiter DD. in l. filia legatorum C. delegat. eum sequuntur, vt inquit Bald. nouel. de dot. 5 parte princip. nu. 12. in fi. fol. mihi 7. col. 4.

Alij vero, & rectius cẽsent Bart tenere opin. Old. affirmatiuã indistincte, & hæc opin. Oldrad. est verior, & communis, vt plures allegans affirmat, & tenet D. Couar. in cap. officij nu. 10. de testam. & optime Peralt. in d. l. Lucius num. 38. per totum, vbi bene probant iuxta verba Bart. recte intellecta ipsum tenuisse hanc sententiam, non vero priorem Dyn. Quod ex eo patet, quia vera, & propria intentio Bart. videtur fuisse velle dicere, quod quãdo per patrem filiæ legatur certa quantitas pro ea maritanda, & in vita eam maritauit cum minori quantitate: licet sit dubium, an residuum petere possit, eo quia causa videtur finita, attamen quia fuit certa quantitas expressa, seu taxata, expressio causæ non coarctat legatum: sed quando legantur ducenta nomine dotis, vel pro dote, tunc in dubium est deberi legatum, quia non censetur, nec censeri debet limitatum per dotationem in vita factam minoris quantitatis, cum adhuc duret causa dotis, scilicet, augendæ constante matrimonio. Dum ergo Bart. vbi supra in primo membro dicit, quod ea maritata est finita causa, debuerat dicere excluſiue, hoc est, licet ea maritata sit finita causa, non enim (inquit Peralta vbi supra) ratio, quam sonat litera Bart. (quæ re vera est depraua-ta) est fundamẽtalis, quo ad quod ipse dicitimo de directore fragatur, vt patet ex membro statim sequenti supra citato: superest ergo ex supradictis, quod hæc sententia Oldradi, quæ indistincte habet in vtraque specie filiam admittendam esse ad petendum residuum esse veriorem, & magis receptam, ac proinde tenendam in iudicando, & consulendo.

SVMMARIVM Cap. XXI.

1 *Conditio abstinendi à matrimonio contractui adiecta an reijciatur, vel vitiet?*
2 *Respublicæ interest, quod multis ex legitimo matrimonio procreatis augeatur.*
3 *Conditiones, quæ iure improbantur, vocantur impossibiles.*
4 *Conditiones impossibiles in contractibus appositæ ipsos vitiant.*
5 *Conditio abstinendi à nuptijs adiecta in vltima voluntate reijcitur omnino, & de ratione differentiæ in hoc inter contractum, & vltimam voluntatem numero 6.*
7 *Metymnæ opinio, & distinctio in hoc reijcitur.*
8 *Acostæ quoque alia improbatur.*
9 *Conditio auertens à liberis procreandis reijcitur.*

10 *Conditio legati facti extraneo de centũ, si talis virgo non nupserit, &c. non valet.*
11 *Conditio, si mulier, cui est relictum legatum, si non nupserit, rogata sit illud restituere, an valeat?*
12 *Conditio nuptias prohibens adiecta legato relicto patri, tutori, curatori, vel amico an valeat?*
13 *Conditio legati relicti Titiæ, & extraneo si ipsa non nupserit, an reijciatur pro parte Titiæ?*
14 *Conditio legati auertens à nuptijs spiritualibus an reijciatur?*
15 *Legatum certæ quantitatis factum filiæ si nupserit, & minoris, si religionem ingrediatur, an valeat?*
16 *Conditio in primogenijs, & meliorationibus adiecta, quod monacha, nec sacro ordine initiati succedant, valida est.*
17 *Conditio adiecta legato, qua præcipitur, quod matrimonium contrahatur arbitrio, vel consensu tertij an reijciatur? & num. 18.*
19 *Conditio contrahendi matrimonium cũ certo genere personarum valet.*
20 *Cõditio testatoris hæredi adiecta, quod contrahat matrimonium cum aliqua fœmina, valet.*
21 *Fauori reipublicæ conuenit, vt filij matrimonium non contrahant absque sensu matorum.*
22 *L. cum tale §. reseriptum ff. de condit. & demonstrat. intellectus.*
23 *Conditio legato adiecta, ne filius absque patris consensu vxorem ducat, seruanda est.*
24 *Legatum relictum ei, qui puellam violauit, si eam vxorem duxerit de cõsensu patris, valebit, reiecta ea conditionis parte, nempe de consensu patris.*
25 *Conditio legato adiecta ducendi vxorẽ, cum consilio talis personæ valet: limitatur numero 28. declaratur num. 29. & 30.*
26 *Conditio per quam matrimonium per aliquod tempus differtur non reijcitur.*
27 *Conditio adiecta legato, si filia mea intra decimum ætatis suæ annum non nupserit, valet.*
31 *Conditio adiecta legato si Titia nõ nupserit, habebit post mortem suam centum, an valeat?*
32 *Conditio non nubendi admittitur in vidua, attento iure Authenticorum.*
33 *Virgo in conditione apposita legato, non nubendi, intelligitur, quæ nulli nupsit, quamuis corrupta sit.*
34 *Conditio prohibens nuptias in homine vi duo valida est.*
35 *Conditio non contrahendi matrimoniũ imposita eunuchis valet.*
36 *Conditio nuptias prohibens valet fauore piæ causæ.*
37 *Legatum ea conditione relictum, si Titia non nubat intra certum tempus, valet.*
38 *Legatum relictum, si Titiæ nupta non erit, valet, si nupta non sit.*
39 *Conditio non contrahendi matrimoniũ in quodam certo loco, vel oppido valet.*
40 *Legatum factum Titiæ, si non nupserit Caio, Titio, vel Sempronio, valet.*
41 *Legatum relictum sub conditione, matrimonium contrahatur cum ignobili descendenti à Iudæis, vel Sarracenis valet, & conditio implenda est.*

CAPITVLVM XXI.

De conditione retrahente à nuptijs.

1 CONDITIO abstinendi à matrimonio contractui adiecta non reijcitur, sed vitiat, quando imponitur mulieri, quæ nunquam id contraxit, ac consummauit aliud matrimonium: verbi gratia: vt si quis ei promittat centum si non nupserit: est namque irrita hæc promissio, quia reputatur à iure impossibilis, vt probat Molina Theolog. secundo tomo de Iustitia, & Iure disputatione 285. in fine, & Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 12. nu. 6.

2 Interest enim reipublicæ, vt multis ex legitimo matrimonio procreatis augeatur, l. 2. C. de indict. viduitat. tollend.

Illæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Illæ namque conditiones, quæ iure improbantur, vocantur impossibiles, l. condi tiones, quæ contra bonos mores ff. de con dition. institu. l. 3. tit. 4 partita 6.

4 Et conditiones impossibiles, siue de iure, vel natura, vel de facto, vel perplexita tis in contractibus appositæ ipsos vitiant indistincte, tex in §. si impossibilis instit. de inutil. stipul. l. non solum ff. de action. & oblig. l. si super impossibili ff. de fideiusso. l. impossibilium ff. de regul. iur. l. impossibilis ff. de verb. oblig. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 12. num. 35. & 38. & in terminis, quod conditio præd. non nubendi, de qua in principio huius cap. vitiet con tractum, tenent Emanuel Acosta in l. cum tale § si arbitratu limitatione 2. num. 1. ff. de condit. & demonstrat. Molina Theolog. vbi supra in fine illius disputationis 285. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 34. numero 2. vbi impro bat opin. Molinæ Theologi, vbi supra, dũ limitat hanc conclusionem, vt non procedat, si prædictæ conditiones impossibiles de iure impleatur, & recte Sãchez probat contrarium.

5 Conditio autem eadem abstinendi à nuptijs in vltima voluntate adiecta reijcitur omnino, & hæreditas, vel legatum pu re debetur, l. quoties 22. l. cum tale 71. §. Meuic, & l. Titiæ si nõ nupserit ff. de cõdi. & demonstr. tex. in §. impossibilis instit. de hæred. institu. l. obtinuit ff. de condit. & demonstrat. l. 3. tit. 4. partita 6. D. Molin. Iurist. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 12. numero 36. & in terminis præd. conditionis abstinendi à nuptijs tenet Acosta, & cum eo Thom. Sanchez d. disputatione 34. numero 3. ampliantes, vt procedat etiam in donatione causa mortis.

6 Et varias rationes differentiæ in hoc inter contractus, & vltimas voluntates affert Sarmient. lib. 2. Select. interpretat. cap. 3. numero vltim. mihi non displicet, quam addit Thom. Sanchez d. disputatione 34. sub num. 2. ad finem, nempe quod ideo Ius Ciuile non sustinet contractus reiecta conditione impossibili, quia contrahentes ipsi cũ adhuc sint superstites, possunt suos contractus sic vitiatos ob conditionis impossibilitatem efficere validos, remittendo conditionem in possibilem: at vero testator, qui iam obijt, non potest suam dispositionem ad debitum modum reducere, vnde quod potuit, vt per ipsam legem reduceretur, reiecta illa conditione, quod sit in testantis, & vltimæ volũ tatis fauorem, supposito, illum voluisse de suis bonis disponere, nempe, quod ad debitum modum redigatur, vt valida sit, quę alias omnino corrueret.

7 Ex quibus omnino cauendum est à Metymna de restitutione quæstione 23. in vers. itaque quatuor conditiones, dũ ait; diuerso modo reijci à legatis conditiones impossibiles, ac turpes, & quæ nuptias prohibent: illæ namque prorsus reijciũtur, hæ vero, quæ nuptias prohibent, non absolute annulliantur, sed tantum eo casu, quo legatarius matrimonium inire velit: verius namque est, & tenendum, has etiam, quæ nuptias prohibent, absolute, ac prorsus reijci, ac pro non scriptis haberi, sicut illas, vt docet glos. in l. Titiæ si non nupserit in fine ff. de condit. & demonstrat. D. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 19. numero 10. Riminald. consil. 215. numero 172. volumine 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 1. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 34. numero 4.

8 Secundo cauendum est ab Acosta in d. l. cum tale §. si arbitratu limitatione vltim. numero 5. cum sequentibus ff. de condit. & demonstr. dum probat, præfatam conditionem, non ineundi matrimonium, non reijci, quasi nihil operetur, & pro nõ scripta habenda sit, sed nihil prorsus valere respectu primi matrimonij, valere tamen respectu secundi, vt si virgini legentur centum, si non nupserit, obtinebit legatũ prima vice nubens, illud tamen amittet, si secunda vice nupserit: est enim hoc contra mentem omnium Doctorum tenentium in hac specie, omnino reijci præd. conditionem non nubendi, vt melius probauit aduersus eum Sanch. vbi supra numero 5. vnde non erit opus præd. legatariam aliquam cautionem præstare de restituendo legatum, si forte secundo nupserit, neceã præstare tenetur, siquidem in casu præmisso pro non scripta habetur præfata cõditio in virgine, quod probat etiam Sanchez d. num. 5.

Simi-

9 Similiter etiam reijcitur conditio auertens à liberis procreandis, vt lego Titiæ centum, si liberos non habuerit, vel, si sine liberis decesserit, secundum Socin. consil. 98. numero 7. volumine 3. Acost. in d. §. si arbitratu ampl. 1. num. 4. & Thom. Sanch. vbi supra num. 7.

10 Non valebit etiam conditio, si extraneo legentur centum, si talis virgo non nupserit, & ea rogatus sit restituere illi virgini: debebitur namque hoc legatum licet nubat, quia mulier ad viduitatem inuitatur, vt legatum comparet, secundum Acostam vbi supra ampliatione 5. per totam, & Mantic. de coniectu. vltim. volũt. lib. 11. tit. 9 num. 5. Sanchez d. disputatione 34 num. 8.

11 Nec etiam si mulier, cui est relictum legatum, si non nupserit, rogata sit illud restituere: veluti, lego Titiæ, si non nupserit, centum, vt det Titio, nam etiam si nupserit recipiet legatum, & restituet Titio, ac si pure, & absque conditione recepisset, vt Titio restitueret, l. non dubium ff. de legat. 3. vt probat late Acosta d. 6. ampliatione per totam, Mantic. num. 4. & Sanchez vbi supra num. 9. vbi vterque concludit, secus esse, si legentur virgini centum, si nõ nupserit, & casu, quo nubat, eius fides committatur, vt restituat Titio: nam etsi nubat retinebit legatum, nec restituere tenebitur Titio, vt habetur expresse in l. quoties ff. de conditio. & demonstrat. quia illud fideicommissum inducit viduitatem.

12 Nec etiam valet conditio nuptias prohibens adiecta legato relicto patri, tutori, vel curatori, vel amico ita coniuncto cum persona, quæ abstinere debet à nuptijs, vt probabile sit fore, vt ea abstineat, ne legatarius amittat legatũ illud, secund. Acostã in d. §. si arbitratu ampliatione nona, per totam, præmaxime numero 6. & limitatione 4. num. 1. cum sequentibus, Mantic. d. lib. 11. num. 19. nu. 5. & Anton. Gabriel, quem refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio d. disputatione 34. num. 10. vbi idem probat, si legatum relinquatur consanguineis.

13 Addit Mantic. & cum eo Sanchez vbi supra, quod si legatum relinquatur Titiæ, & extraneo si Titia nõ nupserit, reijcitur conditio pro parte Titiæ debita, & ita illã statim consequetur, & valebit pro parte extraneo relicta: & ita nubente Titia, nec ea, nec extraneus legatarius eã legati partem consequetur, quia non est verisimile Titiam à nuptijs detrahendam esse, ne extraneus illam legati partem amittat.

14 Dubitari tamen hic contingit, an idem dicendum sit de conditione auertente à nuptijs spiritualibus, vt si Titiæ legentur centum, si religionem non ingrediatur, an hæc conditio reijciatur omnimodo à legato, ita, vt ipsum purum remaneat, & consequatur Titia, siue ipsa religionem ingrediatur, siue non? videtur namque pars affirmatiua vera, tum ex auth. de Sanctiss. Epis. §. sed & hoc præsenti, collatione 9. tum etiam, quia valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, vt est notum: ergo, sicut reijcitur præd. conditio. à matrimonio carnali, ita etiam reijci debet ab spirituali: & in terminis ita tenent Bald. & Decius, & cum eis Acosta in l. cum tale §. si arbitratu ampliatione 11. num. 1. ff. de condit & demonstr. Euerard. in sua Cent. legal. in loco de matrimonio carnal. ad spiritua. num. 5. Alciat. & Felinus, quos refert, & sequitur Paris. in cap. in præsentia de probat num. 137. & 143. Roland. à Valle consil. 55. num. 20. & 25. lib. 3. Metym. in suo C. de restitu. quæst. 23. §. itaque quatuor conditiones, Ledesma in secundam partem quarti, quæstione 18. art. 1. dubio 12. fol. 227.

Nihilominus tamen contraria sententia in hoc verior est, & tenenda, nempe, minime eam conditionem esse reijciendam, sed valere, quia quamuis religionis status perfectior sit, non tamen ius tribuit hunc fauorem contra expressam voluntatem defuncti, quo casu non procedit dispositio. d §. sed & hoc præsenti, sed tantũ ex præsumpta testatoris voluntate, vt probauimus lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 32. num. 18. & 19. & argumentum de matrimonio carnali, ad spirituale procedit vbi est eadem ratio: secus, si sit diuersa, vt in nostro casu: ita in terminis tenet, & probat D. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 19 num. 10. vers. & tamen hic adde, quem sequuti fuimus lib. 2. Canon. quæstionum cap. 25. num. 5. & nunc quoque probamus, & sequitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur cum alijs Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 31. Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumptione 83. numero 18. 19. & 23. Molin. Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iur. disputatione 207. ad fin. in solutione ad primum, & nouissime Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 34 num. 11. per totum.

15 Ex quibus profecto rationibus nõ procedit communis illa & magis recepta sententia, quæ habet, quod si pater filiæ, vel puellæ legauerit centum, amplioremvè quantitatem si nupserit, si vero religionẽ ingrediatur, vel professa fuerit, minorem: filia, vel puella ingrediens religionem eiusque monasterium habebit, & consequetur maiorem summam sibi à testatore relictam, si ipsa nuberet: verius namque est, atque multo probabilius contrarium, vt cum communi etiam late ibidem probauimus num. 58 cum sequẽtibus, & post nos Molina Theologus vbi supra, d. disputatione 207. columna 1268. Ludou. Lopez in secunda parte Instructor. de matrim. cap. 36. fol. 1037. & Thom. Sanch. vbi supra num. 13. alios allegans.

16 Quare in primogenijs, & meliorationibus ea conditio admittitur, & valida est, vt neque monacha, nec sacro ordine initiati succedere in eis possint: hæc namque cõditio nõ eo tendit, vt ab hoc statu retrahat, sed vt familia cõseruetur, vt cum alijs probauimus vbi supra, num. 6. & Sanchez etiam vbi supra numero 14 aliud censentes, quando ex tertia bonorum parte absque regia facultate maioratus fit, quia tũc seruãdus est ordo præscriptus in l. 27. Tauri. De cõditione autem, quæ ad religionẽ inuitat multa differit Thom. Sanchez d. disputatione 34. nu. 15. cum sequentibus: sed quia non sunt de nostra materia matrimonij carnalis, ea missa, consulto facimus.

17 Illud denique in hoc cap. animaduertendum est quod similiter ea conditio à legato reijcitur, qua præcipitur, quod matrimonium contrahatur arbitratu, vel consensu tertij; quia qui tenetur consilium, vel licentiam alicui petere, tenetur sequi, atque ita matrimonij libertas impediretur; ita expresse cauetur in l. cum tale §. rescriptum ff. de condit. & demonstrat. & tenent omnes communiter Scribentes, & procedit hoc, nedum, quando illud arbitrium dicit meram voluntatem, sed etiam, quando prudentiale consilium: honestum enim est illud sequi, atque ita etiam matrimonij libertas impediretur: ita aduersus nonnullos tenent, & probant Acosta in d. §. rescriptum numero 7. D. Molin. de Hispan. primog. cap. 13. num. 35. vbi alios idẽ tenentes refert: & de communi testatur, eam quoque sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 34. num. 19. & licet in specie præmissa conditio illa contrahendi matrimonium arbitratu talis personæ reijciat, vt matrimonij libertati aduersa, non vero altera clausula in d. legato, nẽpe contrahẽdi matrimonium, quia hæc matrimonio faueus est, ita Peralt. in l. 1. numero 32. ff. de legat. 2. & alios allegans Sanchez vbi supra num. 20.

18 Ex quibus merito dubitari potest de sententia Ioan. Lup. de Palac. Rub. in cap. per vestras, notabil. 3. §. 21 numero 4. de donat. inter vir. & vxo. quem sequitur Pelaez de maior. prima parte quæstione 50. num. 7. & 8 tenentis, valere conditionem, qua pater filium grauat in legato vinculi, vel maioratus, quod ei relinquit vltra legitimam, ne absque consensu matris, vel alicuius propinqui vxorem ducat: quia textus, & DD. indistincte eam conditionem reijciunt, vt aduersam matrimonij libertati, & quamuis id legatum debitum non sit, si tamen relinquatur, conditiones iure improbatæ ab ipso reijciuntur tanquam si extraneo ita legaret, & ita reprobant Palac. Rub. Acosta in d. §. si arbitratu ampliatione vltim. num. 2. & Sanchez d. lib. 1. disputatione 34. num. 21.

Sed nihilominus, etsi hæc sententia cõtra Palacij Rubei iuri conformis videatur ex d. §. rescriptum cum simil. adhuc defendi, & probari potest opin. Palac Rub. præfata, & Pelaez quoties filius, vel filia aliter faciens priuaretur præd. legato propter expressam, & omnino repugnantem voluntatem testatoris, ac si non legasset, potuit enim non legare: accedat, quod quamuis metu pœnæ non posit quis ad matrimonium astringi, potest tamen spe lucri inuitari ad matrimonium contrahendum, vt in l. Titio cẽtũ §. 1. ff. de cõdit. & demõst.

Per

19 Per quem tex. in specie censuerunt Bart. & communiter Scribentes, ibidem valere conditionem contrahendi matrimonium cum certo genere personarum, quia ex hoc non censetur adempta facultas contrahendi, licet ex parte restringatur, vt late cum alijs probat D. Molin. lib. 2. de Hisp. primog. cap. 13. num. 2. & 3. Pelaez d. quæst. 50. num. 1.

20 Quo fit, vt si testator præcipiat alicui, quod contrahat matrimonium cũ aliqua fœmina, quod si id non contraxerit, vult eum hæreditate priuari, valeat huiusmodi conditio, & ille priuabitur hæreditate, si conditioni non pareat: ita tenet & probat Oldrad. consil. 16. quæst. 1. Felin. in cap. 1. de sponsal. num. 23. Guillier. Benedict. in repet. c. Rainutius verb. cuidam Petro tradiderunt num 1. vsque ad num. 12. detestam. Palac. Rub. in d. §. 21 num. 1. cum sequentibus, Roder. Suarez in l. 1. tit. *de los casamientos*, lib. 3. fori. versic. quæro primo, DD. communiter in l. 1. C. de institut. & subst. D. Couar. lib 4. de sponsal. 2. parte cap. 3. § 3. num 6. cum sequenti, & plures alios allegans D. Molin. iurist. d. c. 13. num. 3. eamque bene probat Pelaez d. q. 50. num. 1. ex l 14 tit 4. partita 6. ibi: *Pero si el testador, que faze el testamento, mando a tal muger cuen matauedis, ó fagola mi heredera, si se casare con tal home*: & l. 22. titulo 9. partita 6. ibi: *esto seria, como si el testador dixesse assi: mando á fulano home mil marauedis, si casse con tal muger*: & tandem inquit ibi Pelaez, quod hæc opinio Oldradi, & aliorum tãquam verior, & cõmunior est tenenda.

21 Accedat pro hac opinione fauor Reipublicæ, quod filij non contrahant matrimonium absque consensu parentum, & maiorum, vt late prosequitur Pelaez vbi supra numero 7. per totum, vbi etiam refert Laior. Calcan. consil. 3. col. 6. num. 2. post medium, dicentem, quod quando testator in dispositione simpliciter reliquit aliquid sub conditione contrahendi matrimonium arbitrio alterius, conditio non valet, & legatum remanet purum: si vero testator transit vlterius disponendo, priuando hæreditate, vel legato illum, quem 23 iussit contrahere matrimonium arbitrio alterius, nisi conditioni paruerit, tunc valet conditio, & priuabitur legato, nisi conditioni paruerit ex Oldrado vbi supra.

22 Neque obstat d. §. rescriptum cum simil. quo cauetur, reijciendam esse præd. conditionem à legato, tãquam impeditiuã matrimonij: quia procedit in simplici conditione præd. non vero, quando testator vlterius processit, priuando hæreditate, vel legato hæredem, vel legatarium, si præd. conditioni non paruerit: patet ex supradictis, quia potuit non legare: ergo si ita legauit, ita vt si conditioni paratum non sit, priuatio hæreditatis, vel legati manifeste fiat, perinde haberi debet, & idem est, ac si non legasset: non enim multum præiudicatur filio ex præd. onere, si quidem, si inique arbitretur persona, quæ in tali matrimonio arbitrium præstare debet, filius huic arbitrio parere non tenetur, l. vnde Seuerus ff. pro socio, l. si libertus ita iurauerit ff de oper. libert. l. 24 titulo 4. partita 3. ibi, *e si cosa de messura mandasse deuese enderezar por aluedrio de hombres buenos, e no seria tenudo el otro de fincar por ello, &c.* Et in terminis ex præd. ita tenet Pelaez d. quæstione 50. sub numero 8. in versic. nec obstat: addens, quod si talis persona, quæ præstare debet consensum ad matrimonium contrahendum, puta, mater, vel alia, ex iniusta causa deneget consensum, ad iudicem recurri debet, qui in hoc medelam adhibebit, argumeto l. prima C. de nupt. quæ ita se habet: Cum de nuptijs puellæ quæritur, neque inter tutorem, & matrem, & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium Præsidis Prouinciæ necessarium est, & ita etiam Molin. d. lib. secundo, cap. 13. numero quinto, inquit, superiora intelligenda esse, dummodo præceptum hoc contrahendi matrimoniũ cum certa persona honeste impleri possit; alias conditio ipsa impossibilis de iure, atque inhonesta iudicanda esset, vt ibi probat: quibus sic visis remaneo cum suprad. distinctione in hoc articulo, quam verã esse censeo, & tenendã in praxi expressa, & manifestissima testatoris voluntate.

Idemque tenendum esse censeo in cõditione legato adiecta, ne filius absque paterno consensu vxorem ducat cum de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

creto irritanti, vt siquidem priuetur legato, si aliud faciat (hoc est) si conditioni non obtemperauerit, seruanda sit præd. conditio, ac proinde amittat legatum, nisi pater inique arbitretur, aut aliter male se habuerit in re hac, quod regulariter præsumi non debet, sed potius contrarium, magna enim est in hoc præsumptio pro patre, vtpotè, cui incumbit, vt bene filios suos matrimonio collocet: si vero conditio præd. simpliciter adijciatur non vlterius procedendo ad priuationem legati, si aliter fiat: tunc quidem reijcitur præd. conditio, & legatum remanebit purum, iuxta supradicta. Tamersi Acosta, Suarez, & alij, quos refert, & sequitur Tho. Sanchez disp. 34. numero 22. simpliciter aliud velint, eam scilicet conditionem non valere, sed non loquuntur quando testator vlterius ad priuationem processit, si aliter factum fuerit, quo casu verius esse censeo, quod prædixi.

24 Merito tamen inquit Acosta vbi supra ampliatione vltima numero 13. quem refert, & sequitur Sanchez vbi supra numero 23. quod si quis ei, qui puellam violauit, leget centum, si de consensu patris illam ducat, valebit legatum, reiecta ea conditionis parte, de consensu patris; quare etiam contra eius consensum illam ducens obtinebit legatum.

Loquuti sumus de conditione, præcepto, & grauamine, quo testator, vel maioratus institutor præcepit, vt successor matrimonium non possit contrahere nisi arbitrio, voluntate, seu consensu parentum, vel aliorum: hæc namque conditio reijcitur à legato, & ipsum purum remanet, ne libertas matrimonij 26 impediatur iuxta supradicta.

25 Nunc vero docemus, secus esse in conditione adiecta legato vxorem ducendi cum consilio talis personæ: hæc enim conditio necessario adimplenda est; alias successor, vel sic grauatus, maioratus successione, vel legato priuandus erit, quia hoc consilij præceptum honestum est, non enim impedit vllo modo matrimonij libertatem, siquidem consilio solum requisito, cum qua voluerit, libere contrahere possit, ita tenet Cynus in l. cum tale §. si arbitratu ff. de condit. & demonstrat. & post alios antiquos Paulus de Castr. in l. Turpia §. si Titiæ, numero tertio, ff delegat. 1. & Alexand. in princip. eiusdem l. numero 7. & ibi Ias. numero quarto, Palac. Rub. in repet. capit. per vestras §. 52. numero 8. de donat. inter vir. & vxo. Roderic. Suarez in l. secunda, titulo *de los casamientos*, lib. 3. for. numero 23. versi. sed tene menti. Guillier. Benedict. in repetitione cap. Rainutius in versic. qui cum alia matrim. contra numero 88. de testam. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte cap. 3. §. 8. numero 3. Peralt. in l prima, numero 32. ff. de legat. 1. Pelaez de maior. prima parte, quæstione 50. num. 5. vbi dicit communem, & optime Aymon Crauet. consil 1. numero 3. vbi idē profitetur, & D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 13. numero 37. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 18. num. 10. Zephal. consil. 319. nu. 42. Menoch. consil. 69 n. 28. vol. 1. Marc. Ant. Cuchus lib. 5. instit. mai. tit. 12. n. 210. Gratian. reg. 83. num. 13. Henriq. lib. 11 de matrim. c. 6. n. 6. & c. 12. n. 6. Ludou. Lopez in 2. parte Instruct. de matri. ca. 36. fol. 1037. Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ summæ in 2. editione c. 133. n. 6. Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 34. num. 24. vbi plures refert: & obseruat iustum, cum alijs cuius consilio aliquid facere non satisfacere, si tantum consilium requirat, sed teneri expectare aliquantulo tempore consiliū, quāuis illud sequi non astringat, iux. glos. in c. cum consuetudinis verb. consensu de cōsuet. & ibi Host. & Abb. in c. cum vos n. 5. de his, quæ fiūt à Prælato; alias nāque frustra esse consilium petere.

Non enim reijcitur cōditio illa per quā matrimoniū ipsum per aliquod tēpus differtur, d l. cū tale §. Meuiæ ff de cōd & demōst. l. sed si hoc §. fin. ff. eodem tit. l. Teopompus ff. de dote præleg. præsertim, cū hæc dilatio inducta sit ad petendum consilium ad hoc, vt matrimonium melius cōtrahatur, quod nedum non est contrariū matrimonio, sed eidem conueniens, l viduæ, & l. in cōputando C. de nupt. & hæc est cōmunis opinio, & satis probabilis, & ideo sequenda contra Acostā secund Molin. lib. 2. de Hispan. primog. c. 13. num. 37.

Vnde

27 Vnde similiter poterit apponi talis conditio, si filia mea intra quindecimum ætatis annum non nupserit, nec reijcienda est, & impleri oportet, quia non inducit viduitatem perpetuam, sed temporalem, & quidem modici præiudicij d. l. sed & hoc §. vltimo, & ideo, si ipsa filia non paruerit conditioni, poterit priuari hæreditate, ita recte tenet, & probat Aretin. consil. 67. circa princip. in versic. venio ad primum, quem refert & sequitur Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. titulo 19. numero septimo, vbi quodidēquoque, scilicet, quod testator possit ad tempus nuptias prohibere, tenet Paul. de Castr. Decius, & Socin. quos ibi refert: & numero 8. idem etiam probat, in conditione, si non nupserit vsque ad ætatem vigiuti annorum, quia non videtur apposita in fraudem nuptiarum, & ideo implenda est, vt scribit Ias. in Authen. cui relictum numero 3. in versicul. quarto notabiliter C. de indict. viduitat. tollend. Cæterum, si conditio in tam longum tempus protraharetur, vt non sit verisimile ipsam virginem, post illud tempus, posse inuenire maritum pari conditionis, tunc quidem, quasi adiecta in fraudem nuptiarum reijcienda est, secundum Aret. d. consil. 67. columna prima, vers. venio ad primum, & Mantic. vbi supra d. num. 8.

28 In casibus autem in quibus non solum tenetur quis consiliū requirere, sed etiam illud sequi, conditio illa, ducendi vxorem cum consilio talis personæ reijcitur, ita Roderic. Suar. vbi supra quem refert, & sequitur D. Molin. d. lib. 2. c. 13. numero 38. & Thomas Sanchez d. lib. 1. disputatione 34. numero 25. hi autem casus colliguntur ex traditis per Bar. in l. prima §. si plures ff. de exercit. Abb. in cap. ex parte de constit. & in cap. cum in veteri de elect. & alibi sæpissime Scribētes: idē erit dicendum vbicunque magnum periculum versaretur in consilij requisitione; adeo, vt ex hoc non solum videatur matrimonij libertas per tempus impedita, sed verius omnino sublata; tunc namque ea conditio ex institutione reijcienda erit, secundum Abb. in d. cap. ex parte numero quarto, & late probat Felin. ibi, colūna prima, & hoc in maioratibus præsertim admittenda erit: ita tamen, vt non temere, & ex quacunque pericli suspitione, & quæ facile cessare, vel amoueri possit a regula, quæ ex communi opinione comprehenditur, recedatur: ita D. Molin. vbi supra numero 39 & præfatam limitationem sequitur etiam Tho. Sanch. vbi supra num. 25.

29 Si tamen is, cuius consilium requiritur, absens sit, & periculum sit in mora, potest actus sine eius consilio expediri, vt colligitur ex glos. verb. Diœcesani, in Clemē tina 1. de for. compet. & ibi Abb. num. 17. Bart. in d l. si plures, Rebuf. in praxi benef. tit. de forma Vicaria nu. 95. Tiraquel. in l. 6. connubial. glos. 8. num. 16. Pelaez de maior. 1. p. q 50. n. 6. in fin. Gratia. in reg. 10. in fin. secus autem est, quando requiritur consensus secund. Rebuf. vbi supra: dicitur autē nō posse peti cōsiliū, quoties is, à quo petendum est, longe distat secund. Abb. vbi supra d. n. 17. & Tho. Sanch. d. disputatione 34. nu. 26. qui vtrūque sequitur.

30 Sed quid erit quæso dicendum, si is, cuius erit requirendū consiliū, viuo testatore, decesserit? & videtur prima facie, conditionē cessare, legatumque amitti: argumento l. cū tale §. rescriptū ff. de condit. & demonstr. ex quo tex. hanc opin. deduxit Alex. in l. Turpia in princip. nu. 7. ff. de legat. 1. quam sequitur Felin. in d. c. ex parte n. 1. & ibi Decius nu. 4. ad fin. Roderic. Suarez vbi supra, quos ad hoc citat D. Molin. d. lib. 2. c. 13. n. 40. sed verius, & tenendum est contrarium, nempe legatum non amitti in præfata specie, quoties per legatarium non stetit, quominus conditio impleatur, quia is, cuius requirendum erat consilium obijt, vt late probat, & tenet Mantic. lib. 11. de coniectu. vltim. volunt. tit. 18. numero 11. & sequitur Sanchez vbi supra numero 27. respondens ad d. §. rescriptum: idem sequitur in Hispan. primogenijs Molin. vbi supra nu. 41. quicquid in alijs priorem opin. teneat, sed indistincte. hæc secunda verior & tenēda est, vt prædiximus.

31 Ea tamē cōditio adiecta legato, si Titia non nupserit, habebit post mortem suam cērtū, reijcitur, necnō & tēpus, atque ita statim legatum debebitur; secus si apponatur

natur aliud tempus certum, vel incertum, vt post biennium, vel cum (verbi gratia) Meuius fuerit Consul, tunc namque spretam non nubendi conditione, valebit temporis adiectio, & ante eius aduentum non debebitur legatum, vel hæreditas, l. cum tale §. Meuiæ ff. de condit. & demonstr. & ibi communiter omnes DD. Ant. Gomez in primo tom var. resol. cap. 12. num. 78. & Thomas Sanchez d. lib. 1. disputatione 34. num. 28.

32 Nunc vero primum obseruãdum est, quod quamuis conditio virgini apposita non nubendi reijciatur, admittitur tamen in vidua attento iure Authenticorũ, quo corrigitur ius antiquum Digestorũ, quod eam conditionem etiam in vidua reijciebat, vt in Authen. de nuptijs §. quæ vero, collatione 4. & in Authentica cui relictũ C. de indict. viduit. tollend. honestum nãque est a secundis nuptijs abstinere, cap. final. 30 quæst 1 l hæc conditio ff. de condit. & demonstr. vbi hoc notat Socin. & Corras. lib 3. Miscellan. ca. 1. Nam ex secundis nuptijs anima prioris mariti cõtristatur, vt in Auth de non elig. 2. nubent. §. perspeximus, & in Auth. de nupt §. quæ vero in 2. tradit late D. Couar. alios allegans in 4 de sponsal. in secunda parte cap. 3. § 9 num 11. vbi quod Iure Canonico minime est correctum statutum in d. Authen cui relictum, & in Auth. quod locũ C. de secund. nupt. cum simil. Eandem primam conseruationem tenet, & probat Guillier. Bened. in repet. cap. Rainutius de testam. in verb qui cum alia, numero 100. cum sequeti de testam. Ant. Gomez in l. 16. Taur. numero 8. & in 1. tom. var. resol. cap. 12. numero 78. vbi dicit communem Acost. in l. cum tale §. si arbitratu limitatione vltim. numero 1. ff. de condit. & demonstr. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titulo 19. numero secũdo: Matienç. in l. 3. glos. 2. numero 14. titulo primo, lib. 5. nou. Collect. Reg. diximus lib. 2. Canonic. quæstionum cap. 25. numero 3. Gratia. in regula 83. numero 14. Molina de Iustitia & Iur. 1. tom. disputatione 207. columna 1264. & nouissime Thom. Sanchez vbi supra num. 29.

33 Virgo autem in hac de qua agimus, materia, & specie, intelligitur, quæ nulli nupsit, quamuis corrupta sit, vt cum alijs tenent Anto. Gomez, Molina, & Gratia. numero 3. vbi supra, necnon & Sanchez cũ alijs n. 30. vbi, quod vidua etiam intelligitur, si matrimonium non cõsummauit, & quod ideo in sola vidua à viro cognita ea conditio admittitur, secundũ Bald. & alios ab eo ibi ad hoc allegatos.

34 Secundo obseruandum est, quod similiter conditio prohibens nuptias in homine viduo valida est, ex tex. in d. Authen. de nupt. §. quæ vero, versic. vnde sancimus, ibi, siue vxor maritum collatione 4. & quia vir, & vxor non debent ad imparia iudicari, sicque valet argumentum à correlatiuis cap. Gaudemus de diuort. & in terminis ita tenent Philip. Carre. in l. fin. numero 1. C. de indict viduit. tollend. Ias. in d. Authen. cui relictum, & alij plures, quos refert, & sequitur aduers. Paul. de Castr. in d. l. final. in princip. numero 5. & Ias. ibi numero 28. Thom Sanchez vbi supra numero 31. vbi numero 32. hinc infert, valere conditionem viduæ impositã, si arbitratu alicuius nupserit, quia si potest imponi cõditio perpetuæ viduitatis, à fortiori, vt non nubat, nisi de alicuius consensu, vt contra Cuman. multos referens tenet, & probat Acosta in d. § si arbitratu ampliatione vltima numero 5. & Matienç. in l. 3. glos. 2. num. 17 tit. 1. lib 5. nouæ collect. Reg & Gratia d. reg 83. n. 14. quod si iuste arbitretur, tenebitur fœmina eius arbitrium sequi: si autem arbitrari nolit, & mulier nupserit admittetur ad legatum, quasi impleta conditione, cum per eã non steterit secund. Acost. vbi supra num. 6. vbi, quod si iniuste arbitretur, poterit mulier ad iudicem occurrere: sed si ille viuo testatore obierit, non deficiet conditio, nec legatum, vt contra Acostam vbi supra recte cẽsuit Thom. Sanch. vbi supra n. 32. nempe, quando vidua non fuit in mora petendi consensum.

35 Tertio obseruãdũ est, valere conditionẽ negatiuã non contrahẽdi matrimoniũ impositam impotentibus ad generandũ, vt eunuchis & ideo si contrahant, licet inualide, amittẽt legatũ quia ea conditio ratione sobolis procreãdæ reijcitur: in muliere tamen sterili non valet: quia sterilitas nec est ppetua nec matrimoniũ impedit: ita

ita Acosta ind. §. si arbitratu limitatione 1. 4. & 5. & Sanchez vbi supra numero 33.

36 Quarto valet conditio nuptias prohibens fauore piæ causæ, vt si legetur virgini, si non nupserit, vel si arbitratu Titij nupserit, quod si contra fecerit, transferri legatum iubetur ad aliquam piam causam: nam libertas, & pia causa in iure æqui parantur, vt est notum, sed fauore libertatis valet, si legetur, si Tizia nupserit, talis seruus liber sit, vt in l. Titio §. serui vsusfructus ff. de condit. & demonstr. & in terminis ita tenent quamplures, quos referunt, & sequuntur Guillier. Bened. in d. cap. Rainutius, verbo, qui cum aliqua, numero 95. de testamen. Tiraquel. de priuileg. causæ piæ, priuileg. 18. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. titulo 18. numero 8. & titulo 19. numero 11. Euerard. in loco à libertat. ad piam causam numero 6. Gratian. vbi supra numero 16. Sanchez numero 33. quicquid de hoc dubitet Acosta in d. §. si arbitratu limitatione 10. numero 8.

37 Quinto valebit legatum ea conditione relictum, si Titia non nubat intra certum tempus, l. sed si hoc §. fina. ff. de condit. & demonstrat. Acosta in d. §. si arbitratu limitatione 8. numero primo, Mantic. de coniect. vltim. volunt lib. 11. titulo 19 numero sexto, & alios allegans Thomas Sanchez de disputatione 34. numero 36. Vnde secund. ipsum cum Ias. Mantic. & Enriquez quos citat, valet conditio si fœmina non nubat ante 25. annum, quia vsque ad illud tempus non reputatur à iure esse magnam moram: secus tamen esset, si in tam longum tempus matrimonium protraheretur, vt verisimile esset, virginem non inuenturam tunc virum, cui nubat, vt probauimus lib. secundo Canon. quæstionum capit. 25. numero tertio, quo casu iudex arbitrabitur, quod tempus expectandum sit, reliquo reiecto, sic Guillier. Bened. & Aret. quos refert, & sequitur Gratian. d. reg. 83. numero 7. & Sanchez d. numero 36.

38 Valebit etiam conditio adiecta legato, lego Titiæ, si nupta non erit, vt late probat Acosta in d. §. si arbitratu limitatione 7. per totam, & Sanch. vbi supra num. 37.

39 Tenet quoque conditio non contrahendi in quodam certo loco, vel oppido, quia extra illud contrahi potest: ita Acosta vbi supra ampliatione 8. numero 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. titulo 19. numero 6. Pelaez de maiorat. 1. parte quæstione 51. numero 1. quod verum est, quando extra illud oppidum posset commode matrimonium inire secund. Acostam, & Sanchez vbi supra numero 38.

40 Vnde valeret etiã cõditio viduitatis respectu certarum personarũ, vt lego Titiæ si nõ nupserit Caio, Titio, & Sempronio, l. cum ita, cũ l. sequẽti ff. de cõdit. & demonstra. quia nõ prohibetur alijs nubere: sed hoc verũ est, & procedit, quando moraliter loquẽdo, & expectatis circunstantijs occurrentibus, liberũ ei relinqueretur re ipsa nubere: secus quando vltra eas personas nequit cõmode nubere secund. Acostã in d. § si arbitratu ampliatione 8. nu. 1. Molin. 1. tom. de Iusti. & Iur. disputatione 207. col. 1264. quos refert & sequitur Thomas Sanchez vbi supra num. 39.

41 Similiter valebit conditio ne matrimonium cõtrahatur cũ ignobili descẽdenti à Iudæis, vel Sarracenis, quia relinquitur libertas contrahendi cum alijs; ita tenet Greg. Lopez in l. 3. tit. 21. partita 2. in glos. *conuillana*: Molin. late lib. 2. de Hispan. primogen. c. 13. num. 28. Gratian. in reg. 83. n. 12. Pelaez de maiorat. 1. p. q. 51. nu. 1. Azeuedo in l. 11. num. 20. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. Reg. Manuel Rodrig. 1. tomo suæ Summæ in 2. editione cap. 133. num. 6. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 6. num. 6. Thom. Sanch. vbi supra n. 40. & huiusmodi conditio cũ negatiua sit, omnes nuptias claudit, & comprehendit tã primas, quã secundas, & vlteriores, vnde perpetua est, & quocunque tempore contrauẽtum sit, amittetur legatum, cum in omnibus illis nuptijs eadẽ sit ratio prohibitionis, vt docet Pelaez d. q. 51. nu. 36. qui num. 37. late probat, hoc procedere, etiam si matrimonium non consumauerit cõiuge obeunte, vel religionem profitente, sequitur Thomas Sanchez vbi supra num. 42. vbi cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pelaez vbi supra numero 37. tenet, quod si matrimonium illud esset irritum, non amittetur legatum.

SVMMARIVM Cap. XXII.

1 *Fideiussores pro securitate matrimonij cõtrahendi interuenire, nullo iure prohibetur.*

2 *Pignora pro securitate matrimonij contrahendi, an interuenire possint?*

3 *Pœna, vel arræ an promitti possint in matrimonio spirituali, vel ingressu religionis?*

CAPITVLVM XXII.

An fideiussores, vel pignora dari possint pro securitate matrimonij contrahendi?

1 NVLLO iure prohibetur fideiussores pro securitate matrimonij contrahendi interuenire posse: ita tenet Hostiens. in summa titulo de sponsalib. §. primo, numero secundo, ad fin. Alexand. de Neuo in cap. Gẽma numero 31. de sponsal. Alberic. in l. final. numero septimo, C. de sponsal. Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio disputatione 38. numero 1. non tamen secundum ipsos tenebuntur ad pœnam, sicut nec ipsi contrahentes, sed bene ad interesse prout ipsi cõtrahentes ad hoc teneri probauimus supra cap. 17. numero 14.

2 De pignoribus contendunt DD qui in triplici sententia sunt diuisi: Prima habet interuenire non posse, nisi pro interesse præstando, & eo soluto, restituenda esse præd. pignora, quia per l. final. C. de spõsal. reijcitur omnis pœna, demptis arris, ita tenent Anton. de Butrio numero nono, & Abb. numero 10. in d. cap. Gẽma, & videtur eam sequutus Præpos. ibi numero 14. & tenent Summistæ verbo sponsalia, præcipue Rosel. numero 7. Angel. numero 15. Syluest. quæstione 8. dicto tertio, Brunel. de sponsal. concluf. 16. nu. 7.

Secunda opinio affirmat, pignora pro securitate matrimonij interuenire posse, dummodo realiter tradantur, quia vocantur arræ: l. prima, C. si Rector prouinciæ, &c. iuncta glossa ibi, verbo pignora: item quia traduntur loco arrarum: hanc tenent Specul. Archidiac. Azo. Hostiens. & alij quamplures Authores, quos refert Thomas Sanchez d. disputatione 38. numero tertio, vbi etiam citat Imolam dicentem, hoc procedere, siue dicatur pignora tradi pro arris, siue pro matrimonij obseruatione, & Alexand. de Neuo addentem valere pignora, licet pro arrarum securitate, quæ nondum traditæ sunt, dentur, si in ea quantitate consistant, vt si promittantur mille aurei nomine arrarum, nec tradantur, sed in pignus dentur mille tritici modij: quia succedunt loco arrarum, & eius naturam sapiunt: limitant insuper Ioan. Andr. & Alexand. de Neuo, nisi pignora magna sint attenta cõtrahentium dignitate, sicut eadem moderatione admittuntur arræ, & hæc secunda sententia mihi non displicet præterquam, quod eam sequuntur, & tenent plures Authores.

Tertia sententia nihilominus verior est, & tenenda, nempe, quod si præcedat stipulatio pœnæ, & tradantur pignora, minime valeat hæc conuentio: secus si præcedat arrarum stipulatio: & ratio est, quia cum principale non valet, corruit accessorium, quod eius naturam sequitur; regula accessorium de reg. iur. in sexto, l. cum principalis 138. ff. de reg. iur. ergo cum pœna non valeat, arræ autem admittantur, pignora accessoria arris valida erunt, exclusis his dum pœnæ accedunt, ita tenet glossa verb. matrimonia in l. Titia ff. de verb. oblig. & ibi Bart. in princip. numero 2. Alber. in d. l. final. numero 3. C. de sponsal. & ibi Salic. num. 14. Anchar. in d. c. Gemma num. 10. de sponsal. & Henrich. numero 8. Carrer. de sponsal. lib. 1. ca. 5. quos refert, & sequitur Thom. Sãch. vbi supra n. 4. addẽs, quod in dubio, quando tradũtur pignora, nulla præcedẽte pœnæ stipulatione, valẽt, licet nulla arrarũ mentio fiat, quia cẽsentur pro arris tradi, vt docẽt Henrich. & Salicet. vbi supra: quinimo, quando nulla præcessit pœnæ promissio, & traditum est pignus, licet dicatur tradi pro pœna, valebit vt tenet Sanchez vbi supra, quia nomine tantum tenus pœna est, nec admittenda est, secundum ipsum, limitatio Bartol. & Anchar. dicentium valere pignoradum traduntur in quantitate, secus si in specie, similis namque arrarum limitationem improbauit idem Sanchez d. lib. 1. disputatione 35. numero 12. & nos quoque supra cap. 19. num. 7.

3 Vtrum autem in matrimonio spirituali, vel ingressu religionis possit promitti pœna, vel tradi arras? non est præsentis operis: agit tamen de hoc Thom. Sanch. d. lib. primo de matrimonio, disputatione 39 per totam.

SVMMARIVM Cap. XXIII.

1 *Vxor tenetur sequi virũ alio migrantem, vt transferat domicilium, sub pœna peccati mortalis, vt in numero secundo, & an requiratur causa ad hoc? numero tertio, limitatur duobus modis numero 4. & 5.*

6 *Vxor an teneatur comitare virum vagabundum? & numeris sequentibus.*

11 *Vxor an teneatur sequi, & comitari virum, quando ipse ob delictum in exilium mittitur, & numeris sequentibus.*

12 *Vxor tenetur alere virum suum inopẽ, culpa sua bannitum.*

13 *Vxor, quando ex causa necessaria recedit à domicilio, illud alio transferens, tenetur vir ipsam sequi: est tamẽ quædam differẽtia in hoc inter virum, & vxorem, de qua num. 14.*

15 *Pactum cum pœna, quod vir teneatur habitare cum vxore in certa ciuitate, vel oppido an valeat? & numeris sequentibus.*

20 *Conditio apposita in primogenijs, quod successor teneatur habitare in certo loco sub pœna amissionis, valet.*

21 *Legatum sub conditione habitandi in certo loco, vel quandiu in tali loco habitauerit an valeat?*

CAPITVLVM XXIII.

An vxor virum alio migrantem teneatur comitari? & an valeat pactum cum pœna tempore sponsalium adiecta cohabitandi virum in certo loco?

1 VOAD primum cum Diuo Augustino sentiendum est, vxorem teneri sequi virum alio migrantem, vt transferat domicilium: habetur in c. vnaquæque 13. quæst. 2. vbi præcipitur, quod vnaquæque mulier sequatur virũ suum, siue in vita, siue in morte: cum enim coniuges teneantur ad mutuum obsequium, quod præstare sibi nequeunt, nisi simul habitent, & vir sit caput mulieris, ad Ephes. 5. & 1. ad Corinth. 11. consequitur, vxorem in hac cohabitatione subditam esse viro, nam cuius matrimonio consensit, in officio mariti esse debet, l. sicut 48. ff. de oper. libert. hæc conclusio est certissima, quam probãt omnes DD. vt constat ex D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte c. 7. in princip. num. 5.

2 Et cum hæc materia grauissima sit, tenetur ad hoc vxor sub peccato mortali, secundum Nauar. in Manual. cap. 14. numero 20. Capuam lib. 2. decis. 59. numero 2. Philiarch. de officio Sacerd. 1. tom. parte 2 lib. 4. cap. 19. versic. 6. Manuel. Rodrig. 1. tom. suæ summæ cap. 15. num. 2. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 41. num. 1. ad fin. estque verum proculdubio.

3 Nec desideratur causa iusta in viro mutandi domiciliũ, ad hoc, vt vxor teneatur illũ sequi, prout requiri affirmabat Alex. de Neuo in c de illis num. 11. de sponsal. & in c. 1. n. 7. qui matrim. accus. pos. sed qualitercũque velit vir trãsferre domicilium, astringitur vxor præcepto comitãdi eũ, dũ modo nõ ex causa turpi, & inhonesta, iux. glos. in c 1. de cõiug. leprof. verb. sequatur & ibi Hostiẽs. super eodẽ verb. Anchar. n. 6. Abb. in c. de illis n. 4. de spõs. & alios refert Tho. Sanch. vbi supra n. 5. si vero vir alibi vult se trãsferre ad tempus longum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non causa mutandi domicilium, sed vt statim transacto eo tempore redeat ad suũ domicilium, licer nonnulli teneant in hac specie, vxorem non teneri virum sequi, nisi domicilium transferat: verius tamen est contrarium: nempe teneri omnino eũ comitari, quando ex iusta causa illa translatio fit, secund. Henrich. in d. cap. de illis numero 3. de sponsal. & ibi Alexan. de Neuo numero 9. & Abb. numero 4. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 10.

4 Limitatur primo præfata prima conclusio verissima, & communis, vt procedat, nisi vxor absque graui detrimento virum sequi non possit, sicut, nec debitum reddere tenetur cum notabili salutis iactura; ita Sotus in 4. distinctione 35. quæstione vnic. articulo primo, ad secundũ, in fine, sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 3.

5 Limitatur secundo, nisi maritus vellet vxorem pertrahere ad peccandum, aut si graui vitæ periculo vxor virum sequens exponeretur, tunc namque eum sequi, aut comitari non tenetur, quia vrget magis præceptum abstinendi à peccato, vitamque tuendi, quam comitandi virum, ita Summistæ, verb. vxor. nempe Rosela numero 3. Angelus, Sylvest. quæstione 8. Tabien. quæstione 3. Armil. numero 6. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra numero 4. vbi ex hoc infert contra Nauar. lib. 4 consil. titulo de diuort. consil. secundo, numero quarto, quod vxor probabiliter timens necari à viro extra territorium non tenetur ipsum sequi.

6 Vlterius obseruãdum est, quod mulier non tenetur sequi, nec comitari virum, qui non vult habere certam sedem, sed hinc inde vagari, si tempore contracti matrimonij minime vagari solebat, aut si solebat, id vxor ignorauit: secus si vagari solebat, idque vxorem nõ latuit quia mores eius videtur approbare, & ad hoc onus se astringere: est communis secund. Couarru. vbi supra d. numero quinto, vers. sed marit. vbi alios allegat, glos. in cap. vnaquæque 13. quæstione 2. verb. sequatur, & glos. 1. in versic. sed etiam, in cap. si quis necessitate 34. quæstione 1. & 2. Hostiens. in cap. 1. qui matrim. accus. pos. post princip. Abb. in cap. de illis numero 4. de sponsal. & ibi Henrich. numero 3. & 4 Alexan. de Neuo numero 9. Præpos. numero 3. Anchar. in cap. 1. numero 6. de coniug. leprof. estque proculdubio cõmunis prout constat ex plurimis Authoribus ad hoc cõgestis per Thom. Sanchez vbi supra d. disputatione 41. numero 6. qui eam etiam sequitur, præsertim Guillier. Benedict. in repet. C. Rainutius verb. cuidam Petro numero 89. de testament. Tiraquel. in l. 1. cõnubial. glos. 1. parte 1. numero 39. Bernard. Diaz de Lugo in regul. 800. & ibi eius Additionatorem, Ioan. Lup. in c. per vestras de donat. inter vir. & vxo. in princip. §. 9. nu. 13. Montal. in l. 11. tit. 1. lib. 3. fori. Menoch. de arbit. iudic. cent. 5. casu 469. numero 4. 5. & 7. Gratia. in regula 499. numero 18. Ant. Cuchus lib. 5 institut. mai. titulo 11. numero 149. cum sequent. Azeued. in l. 29. in fine tit. 3. lib. 6. nouæ collect. Reg. Nauar. in summa cap. 14 numero 29. Didac. Perez in l. 29. titulo 11. lib. 4. Ordinam. Manuel Rodrig. in primo tomo suæ summæ cap. 15. numero 2. & tenent alij, quos refert Sanchez vbi supra.

7 Prima tamen pars negatiua præcedentis obseruationis intelligenda est, præterquam si facile posset vxor viro sociam se exhibere, quia tunc tenetur eum etiam vagum sequi, vt cum Baldo tenent Tiraquel. Perez, & Sanchez vbi supra num. 7.

8 Secundo eadem pars prima negatiua præd. obseruationis intelligenda est, quãdo vagatio temeraria esset, nullaque iusta ratione fieret, secus, quando non temere, sed iuste vir vagari vellet, quia tunc tenetur vxor eum sequi, si eius cõsuetudinem vagãdi ab initio actus nouerat, aliàs secus; vt ex alijs probat D. Couarru. vbi supra, necnon & Ludou. Lopez in secunda parte Instructor. de matrim. cap. 54. in fine: Cuchus vbi supra num. 149. & Peguer. decis. crimin. 3. num. 11.

9 Sed nihilominus adhuc est grauissimũ onus astringere mulierem ad continue vagandũ, & ideo tenebitur vxor sequi virũ, quando est breuis vagatio, & ex honesta, & necessaria causa; secus, quando est longa nisi solitus esset vagari, vxore id sciente, vt docet Præpos. in d. cap. de illis nu. 3. de sponsal. quem sequitur Sanchez vbi supra

pra numero 8. vbi cum alijs addit, non teneri vxorem sequi virum transfretantem ratione voti implendi, quando peregrinatio esset longa: secus, si breuis esset.

10 Vlterius ibidem numero 9. idem Sanch. intelligit secundam partem affirmatiuam præcedentis obseruationis, quæ habet, vt vxor teneatur sequi virum, quando ipsius consuetudinem vagandi nouerat, vt vera sit, si vagari velit ex causa honesta, iuxta glos. ind. c. si quis necessitate, & alios, quos citat, hoc intelligens, quando non est inhonesta, & turpis vagandi causa, quia tunc (hoc est, quando vagandi causa est inhonesta, & turpis) cum vir vagando peccet, non tenetur vxor eius peccato consentire, quod si causa vagandi non sit turpis, licet non sit necessaria, imo temere, & absque causa vir vagari velit, tenetur vxor, quæ eius consuetudinem nouerat, ipsum sequi, secundum Couar. & alios, quos ibi ad hoc citat.

11 Secundo obseruandum est in proposito, quod etsi magna sit inter nostrates controuersia, an vxor teneatur sequi & comitari virum suum, quãdo ipse ob delictum in exilium mittitur? quibusdam existimantibus, vxorem eum sequi minime teneri, ne vxor innocens patiatur incommodum culpæ viri, & ob alienum delictum puniatur, prout sunt Bald. in l. si cum dotem §. si maritus numero 1. ff. solut. matrim. & ibi Ioan. de Imol. num. 17. in fine, & in rubrica numero 7 ff. eodem titulo: Alexan. in l. Meuia §. final. ff. de ann. legat. Additio. Bart. alios allegans in d. l. Meuia §. vxore super verb. format. Palac. Rub. in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & vx. in princip. § 9 num. 13. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 10. num 4. vbi idem tenet, quando vir est excommunicatus: verius tamen & receptius esse credo, ac firmiter teneo cõtrarium, imo quod vxor in præd. specie teneatur virum suũ missum in exilium culpa sua sequi & comitari, quia ipsa debet sequi viri infortunium, l. si cum dotẽ § fin autem ff. solut. matr. & ita cum viro excommunicato habitare tenetur, cap. inter alia de sententia excommunic. eique tenetur debitum reddere, cap. quoniam multos 11. quæstione 3. neque hoc est punire vxorem pro viri delicto; sed pœna impo- 12 nitur viro, & quia vxor Iure diuino tenetur eum sequi ex causa necessaria, & ineuitabili alio migrantem, per accidens id infortunium patietur, non quidem per modum pœnæ, sed quia iure seruitutis tenetur dominum, hoc est, caput sequi: & in terminis vxoris erga maritum exeũtem à ciuitate ob homicidium admissum culpa sua ita tenet glos. verb. exijt iũcta textui in c. 1. qui matrim. accus. poss. & ibi Hostiens. super eo verbo: Ioan. Andreas num. 2. Ant. de Butr. num. 9. Abb. numero 5. & in viro misso in exilium ob delictum tenet Hugo in cap. si quis necessitate 34. quæstione prima, & secunda, & Ioan. Andr. cum Gofredo in d. ca. 1. numero 7. & ibi Alex. de Neuo numero 7. & Anchar. numero 4. & 5. Ant. de Butr. in cap. de illis in fin. de sponsal. vbi Henrich. numero 3. & Alex. de Neuo numero 11. A Egidius Bossius referens Cepolam in sua practica crimin. in tit. de crimin. læsæ Maiest. numero 32. & in titulo de bono public. numero 75. vbi idem dicit de viro excommunicato: idem sentit Speculat. in tit. de dote post diuort. restituend. §. formatis numero 20. in vers. quid si vir est in banno; dum dicit, vxor cõmunicabit viro, si est in excommunicatione, vel in banno: & vtrumque sequitur, & probabilius esse censet Thom. Sanch. d. lib. 1. de matrimonio disputatione 41. numero 12.

Quo fit, vt vxor quoque teneatur alere virum suum inopem, culpa sua bannitum, l. mutus bona mente ff. de iur. dot. vt aduersus glossam in l. si stipulata in fine verb. contra sexus naturam ff. de donat. inter vir. & vx. docent Gigas de crimin. læsæ Maiestatis quæstione 21. numero 4. Cefalus consil. 324. numero 13. lib. 3. Petrus Dueñas cõtra alios in regul. 68. limitatione 10. Speculat. & Bossius vbi supra, Iulius Clarus in practic. crimin. § fi. quæst. 82. statuto secundo, vers. itẽ quæro, vbi quod glos. illa communiter reprobatur. Anton. Gabriel, & cum eo, & cæteris Thom. Sanchez vbi supra numero 13. addens, quod hæc obligatio alendi est ex fructibus dotis, si hi satis sint: sin autem non sufficiant, de bonis paraphernalibus secund. Anton. Gabriel. & Iul. Clarum vbi supra.

13 Tertio obseruandum est, quod quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

vxor ex causa necessaria recedit à domicilio illud alio transferens, tenetur vir ipsam sequi, quia quoad mutua obsequia cõiugalia pares sunt, ita glossa in ca. 1. verb. sequitur de coniug. leprosi. & ibi Hostien. Innocent. num. 1. Anton. 11. Anchar 6. & alios allegans Sanchez vbi supra numero 14. qui num. 15.

14 Ex supra dictis constituit in hac materia differentiam inter virum, & vxorem, quoad comitandi obligationem, vt cum vir caput sit, ipsiusque sit gubernare, possit ad libitum eligere domicilium, & vxor tenetur eum comitari: vxor autem, cum subdita sit, nequit habitationem eligere, & virum cogere, vt ipsam sequatur, præterquam, si necessitate coacta domicilium mutet, tunc enim ius matrimonij compellens virum cohabitare vxori, consequenter compellit, vt in eo euentu, ipsam comitetur, quia hoc spectat ad mutua obsequia coniugalia, in quo pares sunt, vt prædiximus.

15 Circa secundum, dè quo in titulo huius capitis, an scilicet valeat pactum cum pœna in capitulis matrimonialibus adiectũ, quod vir teneatur in certa ciuitate, vel oppido habitare cum vxore, ibique domicilium habere? maxime controuertũt DD. difficultas namque oritur ex decisione tex. in l. Titio centum §. Titio centum, *el segundo*, ff. de condit. & demonstr. vbi cauetur, non valere cõditionem legato adiectam, vt à monumento testatoris legatarius non recedat, vel quod in tali ciuitate domicilium habeatur, quia per eam ius libertatis infringitur: ergo eadem ratione similis conditio ab sponsalibus reijcietur, & in terminis ita voluerũt, atque profitentur Alexand. de Neuo in cap. 1. numero 9. de coniug. leprosi. D. Couar. lib. 4. de sponsal. secunda parte cap. 7. in princip. numero 5. Ant. Gomez secundo tomo var. resol. cap. 10. numero 24. Salzed. in additionibus ad reg. Bernardi Diaz reg. 800. Azeued. in l. 9. n. 34. tit. 15. lib. 4. & in l. 11. numero 21, & 22. titulo 6. lib. 5. nouæ collect. Reg. Ludouic. Lopez in secunda parte Instruct. de matrim. cap. 54. in fin. & suppositi pacti nullitate, minime obligabitur maritus ad pœnam adiectã præd. pacto, secundum Alexand. de Neuo in d. cap. primo, numero 10. quicquid contrarium probet Azeued. d. numero 22.

Nihilominus tamen vera, communis, & tenenda sententia in iudicando, & consulendo habet id pactum esse seruandum in proposito, & teneri virum ad obseruationem ipsius: quia tempore traditionis rei suę potest quis apponere pacta, & cõditiones, quas voluerit, cap. verum de condit. appos. l. in traditionibus ff. de pact. diximus consil. 1. numero 1. & consil. 2. numero etiam primo, post Roland. à Valle consil. 62. nu. 14. volumine 1.

Præterea, quamuis hoc pactum contineat pœnam, est tamen in fauorem matrimonij, vt cõseruetur indiuidua vita, & cohabitatio inter cõiuges in hac ciuitate magis quam in alia, oppidove; non vero per eam infringitur libertas matrimonij, cum imo ipsum libere, & spontanee contrahi inter partes conueniat.

Probatur etiam ex l. 89. titulo 18. parti ta 3. ibi: *otrosi prometio por si, y por sus hijos de morar en tal heredamiento para siẽpre jamas.* Quem tex. inquit Greg. Lopez ibi, in glos. *para siempre jamas*, notandum, contra ea, quæ aduertuntur in d §. Titio cẽtum, neque obstat tex. ille supra in contrarium expensus: quia loquitur, & procedit, vel saltem intelligendus est, in conditione vana, quæ in nullius fauorẽ cedit: ita Barr. ibi, numero 4. Cuman. Paulus de Castr. & Imol. Alexand. de Neuo, & Greg. Lopez supra citati, Palac. Rub. & Pelaez infra citandi, & Acosta lib 2. Select. interpret. cap. 19. numero 5. & cum alijs Lara de anniuers. & capellan. lib. 2. cap. 8. numero 67. pagina 368. & cõmuniter alij DD. sed hoc pactum, de quo agimus, cedit, & adijcitur in fauorem maximum vxoris, ne patria deserta inter extraneos vitam agere cogatur: ergo validum est, eique non cõtradicit d. §. Titio centum, *el segundo*.

Et in terminis hanc partem affirmatiuam tenent Hostiens. in summa titulo de coniug. seru. numero 5. in fin. & in cap. 1. qui matrim. accus. pos. paulo post princip. ibi Ioan. Andr. numero 2. Anton. de Butrio numero 9. Anchar. nu. 5. est communis secund. Abb. ibi, qui eam sequitur. & Præposit. num. 5. Ant. Gomez vbi supra d. cap. 10. numero 24. Palac. Rub. in Rubric.

bric. de donat. inter virum, & vxor. §. 2. numero 3. Bernard. Diaz de Lug. regula 800. Greg. Lopez in l. 2. titulo 5. partita 4. in glossa *porque*, Nauar. in Manual. Latin. cap. 14. numero 20. Pelaez de maiorat. 1. parte quæstione 57. numero 2 & 3. Auendañ. respons. 8. numero 11. Azeuedo in d. l. 9. titulo 15. lib. 4. numero 34. dum dicit, secus esse (nempe, quod valeat dictum pactum) si posset interesse, & in fauorem alicuius apponeretur tale grauamẽ secund. Greg. Lop. & Ant. Gom. vbi supra sic intelligẽtes hãc secundã, & cõmunẽ sententiã: est cõmunis etiam secund. Villalob. in 18
suo AErario cõmun. opin. litera. V. num. 125. sequitur etiã eam Marc. Anton. Cuchus lib. 5. instit maio. tit. 11. num. 150. & Specul. conscient. tractatu. 2. c. 36. §. 1. Pedraza 7 præcept. §. 19. Ludouic. Lopez in parte Instructo. cap. 54. ad fin. Capua lib. 2. decisionum cap. 59. numero 2. Summa Rosell. in verb. vxor. numero 3. & ibi Angel. numero 9. Syluest. quæstione 8. Tabien. quæstione 2. numero 3. Armill. numero 6. Philiar. de offi. Sacerd. tom. 1. parte 4. 19
lib. 4. cap. 19. vers. sexto. Manuel Rodrig. 1 tomo suæ summæ cap. 15. numero 2. & plures allegans Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 40. numero 2. & Lara vbi supra numero 70. vbi citat pro hac parte Matienç. in rubrica titulo 1. de matrim. glossa vnic. numero 95. lib. 5. recopil. & Couar. in 4. 2. parte cap. 7. nu. 5. & alios.

16 Quod si maritus discedat ab illo loco absque iusta causa, poterit ab vxore vindicari, vt in loco promisso demoretur, vt per bona iura concludit Ant. Capitius decisi. Neapol. 135. quem refert, & sequitur Auendañ. vbi supra in fine d. responsi. & Lara d. numero 70. Cæterum satisfaciet vir in hac specie soluendo interesse, nec tenebitur præcise habitare, iuxta omniũ concordem sententiam secund. Couarru. vbi supra d. num. 5. Greg. Lopez, Anton. Gomez, & Azeued. vbi supra, & pœna huic pacto adiecta valebit secund. Anton. de Butr in d cap. 1. qui matrim. accus. pos. num 9. & ibi Abb. num 5. Alex. de Neuo num. 6. & Thom. Sanchez vbi supra numero 5.

17 Vbi quod si noua causa recedẽdi superuenerit, tunc pactum non obligat secund. omnes DD. supra allegatos, & Tiraquel. in l. 1. cõnubiali glossa 1. parte 1. numero 39. nec etiam pœna secund. Tiraquel vbi supra, & Pelaez numero 7. Didac. Perez in l. 29 titulo 11. lib. 4. ordinam. Azeued. etiam d. numero 34. in fine & in l. 29. in fine titulo 3. lib. 6. nouæ collect. Reg. & Lara vbi supra numero 71. quod procedit etiam si pactum præd. iuramento firmatum fuerit, vt probat Sanchez vbi supra numero 4 cum Abb. in d. cap. 1. numero 5. & Alexand. de Neuo nu. 6. qui matrim. accusare possi.

Quod si vir non obstante præd. pacto, absque noua causa superueniente domicilium mutet, vxor non tenetur eum comitari, quia lex diuina in hoc euentu, eam ad comitandum virum non obligat, quidquid contrarium dicat Calderin. in cap. 1. de coniug. leprosi. ita tenent quamplures Authores ex supra citatis, nempe Bernar. Diaz, Angel. Sylvester, Armill. Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra num. 6.

19 Vbi etiam. quod si noua causa superueniat, ob quã licite contra pactũ recedit vir, tenetur vxor ipsum sequi in ijs casibus, in quib⁹ secluso pacto tenebatur: quia cũ tũc pactũ non astringat perinde iudicandum est, ac si pactum non esset, secundum Hostiens. & alios plures, quos ibi ad hoc citat.

20 Ex quibus omnibus deducitur, valere conditionẽ appositam in primogenijs, vt successor sub pœna amissionis maioratus teneatur in certo loco habitare, quia interest defuncto ad eius memoriam, & honorem conseruandum, vt successor maioratus commoretur in loco, vbi domus & familia sua est, alio namque migrante successore facilius memoria, nomenque instituentis aboletur, vt late probat Pelaez de maiorat. prima parte quæst. 57 per totã, & in melioratione tertij Azeued in d l. 11. num. 22. titulo 6. lib. 5. nou. collect. Reg. & vtrumque tenet Sanchez vbi supra numero 7. vbi hoc verum intelligit ex supradictis, nisi iusta causa recedendi interueniat secund. Pelaez vbi supra num. 5.

21 Vltimo denique aduertendum erit, diuersum esse si testator leget Titio sub cõditione habitandi in certo oppido, vel si leget,

leget, dum in tali oppido habitauerit; in priori namque casu, reiecta conditione, quæ seruitutis speciem continet, debebitur legatum quando in nullius fauorem redundat præd. conditio, iuxta d.l. Titio cētum. §. Titio centum, *et secundo*, iūcto eius communi intellectu, de quo supra: in secūdo vero casu non reijcitur is modus, quāuis in nullius fauorem is cedat, non enim inuitatur legatarius ad speciem seruitutis, sed spe lucri, vt in certo loco habitet secund. Acostam lib 2. select. interpretat. c. 19. num. 5. quem refert, & sequitur Tho. Sanchez vbi supra num. 8.

SVMMARIVM Cap. XXIIII.

1 *Sponsalia de futuro an, & quando mutuo contrahentium consensu dissoluantur, etiam iurata? & numeris sequentibus: vbi etiam quid, quando vnus requirit alterum, & hic nolit?*

6 *Sponsalia certo tempore contrahenda, an eo transacto dissoluantur? & quid in dubio? num. 7. & sequentibus.*

Agitur late in capite cap. sequētis, quibus ex causis sponsalia de futuro dissoluantur?

CAPITVLVM XXIIII.

An sponsalia de futuro, mutuo contrahētium consensu, dissoluantur? vel lapso termino ad matrim. celebrandum assignato?

1 HABEMVS de primo tex. in cap. secundo, incip. Præterea, de sponsal. cuius verba sunt hæc: Præterea, hi, qui de matrimonio contrahendo pure, & sine vlla conditione fidem dederunt, cōmonendi sunt, & modis omnibus inducendi, vt præstitam fidem obseruent, si autem se adinuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem, scilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod adinstar, eorum qui societatem inter positione fidei contrahunt, & postea, eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari. Qui tex. secund. Hugon. & glossam finalē ibi, loquitur de comparatiua permissione, & dispositione, vt indicant verba illa: hoc possit in patientia tolerari, ne deterius inde contingat: ergo aliàs de mero iure debent compelli sponsi, vt fidem, aut iuramentum seruent: hunc intellectum ad d. cap. secundū de sponsal. sequitur etiam Ioan. Andr. in cap. de illis numero 1. in fin. de sponsal. Lanzelot. institu. Iuris Canonic. lib. 2. tit. de sponsi. in verbo tolerari. ¶ Nihilominus tamen, verus, germanus, & communis intellectus d. cap. 2. est, sponsalia de futuro puberum dissolui posse de iure mutuo ipsorum consensu ex illo tex. & quia omnis res per quascūque causas nascitur, per easdem dissoluitur, vt in regula iuris vulgari. Deinde, quia in hac specie ad fuit contractus tantum, & fides præstita de contrahēdo matrimonio, non vero matrimoniū, nec sacramentum, vt patet: ergo contractus ille, qui solo consensu fuit celebratus, solo etiam consensu re integra dissoluitur, l. ab emptione 58. ff. de pact. tandem, quia tex. in d. cap. 2. de sponsal. ad hoc idē decidendum in præd. sponsalibus de futuro mouetur similitudine societatis, quæ cum mero iure mutuo consensu dissoluatur incongrua profecto ratio esset, si ex sola permissione, & dispensatiue procederet decisio d. cap. 2. de sponsal. quod si ibi dicitur, prius esse monendos, & modis omnibus inducendos, vt fidem præstitam obseruent, ideo censetur dictum, quia vulgi opinione attenta, videntur hi vinculum fidei præstitæ offendere: & ideo sunt monendi contrahere, vt à mala apparentia desistant, quamuis malum non sit, etsi nolit, tolerat Ecclesia non solum permittens, sed etiam approbans: ita hunc intellectum tenet Tancred. quem ibi cæteri contra Bernard. sequuntur, secundum D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte cap. 5. in princip. numero 1. qui sunt Gofredus in Summa titulo de sponsal. num. 9. Hostiens. in d. cap. 2. in fin. de sponsal. Innocent. in cap. sicut eodem titulo num. 1. Henrich in cap. de illis num. 5. eodem tit. Felin. in d. cap. 2. num. 16. & in cap. 1. numero 2. de iur. iur. Brunel. de sponsal. conclusione 9. numero 2. Martin de Garatis inter consilia matrimon. Zileti, consil. 15. Greg. Lopez in l. 7. in glos. excusacion tit. 1. partita 4. D. Thom. in 4. distinctione 27. quæst. 2. art. 3. ad 5. & ibi Soto artic. 5. D. Anton. in 3. parte suæ summæ tit. 1. ca. 18. §. 1. casu 5. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 52. num. 2. vbi num. 6. plures alios idem tenentes citat: & est pro hac parte lex clara 8 ibi, *la quinta es, si los que son desposados, se desauiniessen, è consentē ambos para departirse*, tit. 1. partita 4. ergo procedit tam de Iure Ciuili, quam Canonico, & in terminis tenet Motius de sponsalib. tit. quomodo soluantur, seu annullentur sponsalia numero 3. folio 170. & ita quotidie in praxi seruamus.

Quod procedit etiam, si sponsalia fuerint iurata, quando iuramentum illud principaliter in fauorem partium præstitum fuit, vt conueniunt fere omnes in hoc, vt constat ex D. Couar. vbi supra: qui hoc bene probat: & de pact. in 6. prima parte §. 3. num. 1. & 4. & latissime plures allegans pro constituto hoc docet Thom Sanchez vbi supra d. num. 6. inter quos præter alios hoc tenet Ant. Cuchus lib. 5. instit. maior. titulo 10. nu. 60. Petr. Greg. in Syntagm. iur. vniuers. parte 2. lib 8. cap. 2. numero 8. Matienç. in rubrica tituli 1. glos. 1. nu. 45. lib. 5. nouæ collect. Reg. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 2. casu 103. numero 2. Lanzelot. in Instit. Iuris Canonici lib. 2. titulo de sponsal. verbo liberent. Mascard. de probat. conclusione 1035. numero 17. Martin de Garatis vbi supra, numero 11. Nauar. in Manual. Latin. ca. 22. num. 25. casu 1. D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 2. ad secundum, Motius vbi supra numero 4 vbi dicit cōmunem, & quod glos. contraria in d. cap. Præterea de sponsal. videtur communiter reprobata secundum Abb. ibi, & alios plures, quos citat Manuel Rodriguez in 1. tomo suæ summæ in secūda editione cap. 245. num 10. & quamplures alij Theologi, & Iuristæ idem tenent, quos allegat Sanchez vbi supra.

Et nēdum procedit præfata communis sententia in iuramento in fauorem alterius partis præstito: sed etiam, quando iuramentum esset principaliter adiectum in honorem Dei, vt si intuitu pietatis quisque iuret fœminæ pauperi se eam ducturum, sed tota res promissa cedit in fauorem partis, secundum veriorem, & multo probabiliorem sententiam Doctorum contra alios, quam refert, sequitur, & probat Thom. Sanchez vbi supra numero 7. 8. & 9. & ego quoque probo: quicquid contrarium velit Motius vbi supra numero 5.

2 Nonnulla tamen in proposito obseruanda sunt: primum, quod tunc dicitur alterum ab sponsalibus resilire, vt alter liber maneat, quando apparet alterum requisitum, vt contrahat; nolle illo tempore, nec alio contrahere: alioqui, licet ille prouocatus dicat, se nolle illo tempore cō trahere, non sequitur eum dissentire, quia forsan illud tempus non videtur sibi conueniens ad cōtrahendum ob aliquam causam secund. Couar. in 4. de sponsal. in prima parte d. cap. 5. in princip. numero 8. Ludou. Lopez in secunda parte sui Instruct. de matrim cap. 38. fol. 1047. & Thom. Sanchez vbi supra numero 5. qui hoc ita accipiendum esse ait, quando nullus terminus sponsalibus contrahendis destinatus est: quia si is destinatus sit, causa finiendæ obligationis, manebit alter liber: secus, si causa illius solicitandæ, vt dicemus infra numero 7. ita Ant. Cuch. lib. 5. instit. maior. tit. 10. num. 70. Vnde secūd. Alexand. de Neuo in cap. sicut num. 17. de sponsal. quando terminus præfixus nō est, quantūcunque tempus lapsum sit, licet alter contradicat, alter non remanet liber, quia potest petere coram iudice, contradicentem compelli, hoc tamen durum videtur Thomæ Sanchez d. disputatione 52. numero 5. quia nō tenetur alter litem mouere, præmaxime, si sit fœmina, & ideo dicendum esse putat in præd. specie quoties nullus præfixus est terminus, si alter requisitus id renuat tanto tempore, vt sit in mora, peccet lethaliter contra fidem spōsalium præstitam, alterum liberum manere: quia frangenti fidem, fides seruanda non est, l. cum proponas 21. C. de pact. l. si con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si conuenerit ff. pro Soc. ca. si infidelis 28. quæst. 2.

3 Secundo obseruandum est, d. cap. 2. de sponsal. vere, & proprie tunc procedere, cum sponsi simul libere mutuo consensu, nõ coacte, spõsalia præcedentia dissoluũt: secus si vna vel altera pars non libere, sed coacta, & inuoluntarie mixte remittat fidem præstitam, tunc namque in foro cõscientiæ, huiusmodi remissio non excusabit, sicut nec aliorum debitorũ, vt in exemplis positis à Thom. Sanchez vbi supra numero 3. vbi, quod quando alter lubens assentitur, obijcit tamẽ difficultates ad ineũdum matrimonium, & incommoda, quæ inde emergunt, vt parentum repugnantiam, paupertatem, &c. tunc remissio excusaret, & quamuis ficte sponsus eam voluntatem ostenderet, quia nimirum propositum habet nullo modo assentiendi; & tamen exterius separatum ostendat, si altera remittere nolit, tutum eum reddet remissio: quia libera fuit; & in alium propositum in animo retentum, peccatum fuit in ordine ad Deum, iniuriam autem nullã intulit, sicut aliorum debitorum remissio ita obtenta valida est, iuxta tradita per eundem Thom. Sanchez lib. 4. disputatione 9. num. 17.

4 Pro maiori autem securitate negotij oportebit, q̃ præd. vera remissio vtriusq; partis fiat coram Ordinario Ecclesiastico contrahentium, vt prius moneãtur, & modis omnibus inducantur ad obseruantiam fidei interpositæ, & inter se præstitæ de contrahẽdo matrimonio, vt in præd cap. 2. cauetur: quo facto per iudicem, si adhuc partes consentiant in dissolutione sponsalium, iudex eam dissolutionem approbabit, licentiamque vtrique concedet, libere cum alio contrahendi, & ita sæpe fieri vidi, & feci: si tamen hic iudicialis actus omittatur, sed coram Tabellione, vel Notario, & testibus, vel saltem coram testibus idoneis, hæc dissolutio libere fiat, hoc iuridice probato, valebit prẽd. remissio, ac proinde nullum impedimentum præstabunt præcedentia sponsalia, quominus alter cũ alia contrahere possit, & è contra; siquidem præcedentia sponsalia de futuro, per communem consensum vtriusque partis dissoluuntur, iuxta tex. in d. cap. 2. & communem eius intellectum supra relatum: at quod debeat præcedere præfata monitio potius videtur de consilio, ad sedandam vulgi opin. quam de præcepto, salua censura Sanctæ matris Ecclesiæ.

5 Tertio obseruandum est, quod quando alter tantum ab sponsalibus resilit, quãuis ab obligatione immunis non sit, alter tamen immunis manebit, eo, quod prior spõsalibus renunciat secund. Sarmien. lib. 1. select. interpret. cap. 5. numero 4. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. numero 6. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 52. num. 4.

Quod si secundus contradicat resilienti, prior resiliens ante consensum, secundi contradicẽtis, poterit pœnitentia ductus redire ad sponsalia, reuocando suum præcedentem dissensum, & compellere alterum ad perficiendum priorem vtriusque consensum de contrahendo matrimonio, vt id cum effectu celebrent.

6 Nunc autem videamus, vtrum termino sponsalibus contrahendis præfixo, trãsacto, liber maneat is per quem non steterit? & videtur prima facie dicendum, liberum non manere ex tex. l. Celsus 27. §. 1. ff. de recept. arbit. ibi: sed ipse recte putat duo esse arbitri præcepta: vnum, pecuniam dari; aliud intra calendas dari: licet igitur in pœnam non committas, quod intra calendas non dederis, quoniam per te non steterit: tamẽ cõmittis in eam partem, quod nõ das, ex quo tex. patet in obligatione soluẽdi certo tempore, duo contineri, vnũ soluendi: aliud eo tempore præfixo hoc faciendi: ergo non impleto hoc posteriori, adhuc remanet prior obligatio. Rursus in terminis nostris contrarium probat tex. in cap. sicut de sponsal. ibi, nisi in iuramento suo certum terminum præfixit, intra quem dictam duceret in vxorem, & per eum non steterit, quin ad statutum terminũ matrimonium consummarit.

Pro quorum iurium concordia, & conciliatione obseruãdum est, dupliciter posse terminum obligationi adijci: primo ad restringendam, seu finiendam obligationem; & tunc lapso termino cessat ex parte eius per quem non stetit, l. fideiussor 29. §. final. ff. mandat. ibi: fideiussor, si solus tempore liberatus, &c. Et ibi glossa verb.

verb. fideiussor exponit, idest, quia fideiusserat, vt ad tempus teneretur, & l. obligationum, *la segunda*, paulo post princip. ibi, ad diem autem, vsque ad calendas dare spondes: iuncta glos. ibi, verb. dare ff. de action. & obli. Secũdo modo potest adijci terminus ad soluendum obligationis effectum, idest, ad cõstituendũ tempus, vt debitor deinceps in mora nõ soluẽdi constituatur, & tunc lapsus termini non extinguit obligationem, quo casu Inquitur, & procedit dispositio tx. in d. l. Celsus §. 1. & cap. cum dilecti de dolo contum. ibi, cum mandatur alicui, vt ad certum tempus præsentet: ergo licet contrahens deficiat, adimplere in illo termino manebit in altero faciendi astrictus: terminus namque tunc adijcitur, vt debitor citius impleat: ergo non debet contrarium operari, hoc est, liberationem: sic docent Ant. de Butrio in d. cap. sicut, numero 10. Abb. numero 11. Alexand. de Neuo 18. Præpos. numero 7. Angel. in summa verbo obligatio numero 7. & Sylvest. eodem verb. quæstione 11. Summa Tabien. quæstione 3. numero 4. Armill. numero 4 Bruenel de sponsal. conclus. 8. num. 4. D. Couar. vbi supra nẽpe lib. 4 de sponsal. 1. parte cap. 5. in princip. nume. 8. vers. secundo procedit, &c. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. instit. mai. tit. 10. num. 67. cum sequentibus, Lanzelot. instit. Iuris Canon. lib. 2. tit. de sponsal. verb. terminum, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 53. num. 2. Motius de sponsal. tit. quomodo soluantur sponsalia numero 13. folio 171. columna secunda, ad fin. & columna tertia, in princip.

7 Quod si dubitetur, quando censeatur terminus adiectus, ad finiendam, limitandam, & extinguendam obligationem, & quando ad solicitandum, vbi de contrahẽtium animo non constat, duo obseruanda sunt.

Primum, quando terminus ab vno tantum contrahentium destinatur, vt alter intra illum impleat, censetur destinari tantum ad solicitandum: vt si promittam tibi fore, vt vendam rem meã intra mensem, te non astricto ad emendum secund. Ant. de Butr. Alex. de Neuo, & Thom. Sanch. num. 3. vbi supra.

Secundum, quando terminus ab vtroque contrahentium imponitur, respectu alicuius rei per vtrumque adimplendæ, si initio contractus adijcitur, hoc est, antequam cõtractus sit perfecte initus, & obligatio contracta, cẽsetur adiectus causa restringendæ obligationis, vt eo transacto, ipsa non duret: quando vero terminus adijcitur obligationi iam perfectæ, & cõtractui consummato, censetur adiectus causa solicitandi, ac proinde ipsius lapsu obligatio non extinguitur, vt in d. l. Celsus § primo cum simil ita resoluunt Abb. Alexand. de Neuo num. 18. cum sequentibus, Couar. vbi supra vers. sed in dubio. Præpos. Angel. Sylvest. Tabiena, Brunel. Anton. Cuchus num. 68. cum sequentibus & Thom. Sanch. vbi supra d. num. 3. & Motius vbi supra num. 13.

8 Iuxta quam distinctionem in specie nostra sponsalium de futuro dicendum est: quod si sponsalibus iam contractis, tractetur, ex interuallo de die matrimonij celebrandi, lapsus termini neutrum liberat ab sponsione; quia cum accedat contractui sponsalium perfecte inito, censetur adiectus ad solicitandam obligationẽ, nec eius lapsus obligationem extinguit, si autem tempore ipso, quo sponsalia contrahuntur apponatur terminus, vt si aliquis non absolute dent sibi fidem de matrimonio contrahendo, sed de contrahendo tali termino, tunc lapsus termini eximit ab obligatione illum, per quẽ non stetit: in priori namque casu procedit, & intelligitur d. l. Celsus §. 1. in posteriori autem tex. in d. c. sicut de sponsal. vt constat ex verbis illius, ibi, nisi in iuramento suo certum terminũ intra quem dictam fœminam duceret, prę figit, vt tenet expresse Archid. in cap. nuptiarũ 27 quæst. 1. vbi explicat d. c. sicut, quando sponsi se obligarunt ad eum terminum ita, vt vltra non tenerentur, Abb. in d. c. sicut num. 11. & in c. de illis de sponsalib. nu. 5. & in c. cum dilecti, n. 12 de dol. & contum. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra num. 5. inter quos Couar. vbi supra d. n. 8. & Greg. Lopez in l. 7. tit. 1. partita 4. in glos. excusacion Ant. Cuch d. lib. 5. instit. maio. tit. 10. num. 67. cum sequenti, Vivald. in suo Candelabro Aureo. 7. sacrament. 1. parte de

sponsal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponſ. cap. 5. num. 40. Lanzel. inſtitu. Iuris Canonici lib. 2. tit. de ſponſal. verb. terminum, Ludou. Lopez in 2. parte ſui Inſtru. de matrim. c. 38. fol. 1047. & alios Summiſtas ſupra citatos aduerſus alios plures ab eodem Thom. Sanchez allegatos num. 4. tenentes indiſtincte, lapſo termino in ſpõſalibus adiecto, ſemper ea diſſolui ex parte eius, per quem non ſtat: verum præd. diſtinctio eſt verior, probabilior, communis, & tenenda.

9 Ex qua deducitur, (eſtque menti tenendum, ne erres in praxi,) quod etiamſi tempore ipſo, quo ſponſalia contrahuntur apponatur terminus ad matrimoniũ ipſum celebrandum, ſi tamen abſolute dent ſibi fidem, atque ſibi inuicem promittant de matrimonio inter ſe omnino, & pręciſe contrahendo, licet in eodem contractu adijciatur, & ſignetur certus aliquis terminus de conſenſu partium ad illud matrimonium celebrandum, etiam trãſacto termino tenebuntur cõtractum adimplere, ea nempe ratione, quod tunc non eo animo terminus aſsignatur, vt limitetur, & extinguatur obligatio termino tranſacto, ſiquidem ex mente ipſorum contrahentium conſtet manifeſte, eſſe abſolutã ſuam voluntatem contrahendi matrimonium omnino, ſed vt obligatione præmiſſa adhuc durante ea ſolicitetur, & citius, ac cõmodius adimpleatur, cum omnes contractus ab intentione, conſenſu, & voluntate partium regulẽtur: & ita communiter fieri videmus, & in inſtrumentis, & pactionibus dotalibus ponitur terminus matrimonio, & nuptijs contrahendis, data fide abſolute contrahendi: & nihilominus tranſacto illo termino neutra pars reſilit, nec reſilire poteſt: nec obſtat ſecundum membrum præd. diſtinctionis, quia loquitur, quando aliqui non quidem abſolute dant ſibi fidem contrahendi matrimonium, ſed de eo contrahendo tali termino reſtrictiue: nos autẽ hic agimus, quando abſolutè dant ſibi fidem de contrahendo matrimonio, & cauſa commodioris adimpleméti, vel boni alterius reſpectu aſsignatur terminus prout in dubio præſumendum eſt, non vero cauſa reſtringendi, & finiendæ obligationis, cum id alias non cõſtat, quod eſt diuerſum.

10 Limitatur etiam, & ſecundo præd. ſecundum membrum diſtinctionis tenẽdæ, vt intelligatur, & procedat, vt per lapſum termini, in ipſomet contractu adiecti, ſoluantur ſponſalia, quando ſtetit per vtrumque contrahentem, quominus perficeretur matrimonium; alias ſi ſtetit per alterũ tantum, hic ad hoc ligatur, ne ex culpa ſua commodum reportet, alter verò liber manet, vt clare deducitur ex d. cap. ſicut. ibi, & per te non ſtetit, & tenent in terminis Cardinal. ibi ad fin. Alex. de Neuo num. 20. & Præpoſ. 7. addens in dubio videri per alterũ ſtare, quando vnus paratus eſt, ſequitur Thom. Sanchez vbi ſupra num. 6. vbi numero 7. cum Paludan. in 4. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 3. caſu 4. num. 20. hoc limitat, quando is, per quem ſtetit, legitimo impedimento ſponſalia, aut contractum non perfecit, quia tunc minime diſſoluuntur, cum non ſtet per eum, vt ibi late probat: & num. 8. Idem tenet, quando vterque iuſto impedimento detentus non perfecit tempore præfixo, ſecundum Ioan. Andr. in cap. final. num. 4 de ſponſal. & Cardin. ibidem ad fin. & Alexand. de Neuo numero 20. Præpoſ. numero 7. in fin. quare minus bene cenſuit Anton. de Butrio ibi, numero 10. tunc temporis manere vtrumque ſponſalibus obligatum, minime tamẽ peccare, aliud matrimonium celebrando; nam ſi obligatus manet, peccat non implens, vel ſi non peccat, non manet ligatus.

Vltimo obſeruandum eſt, quod quando tempus deſignatur à iudice ſponſalibus perficiendis ob fornicationis periculum imminens, poteſt, eo tempore elapſo, is, per quem non ſtetit, aliud inire matrimonium: quia præd. terminus cenſetur appoſitus obligationi finiendæ, ne diutius cum fornicationis periculo, nuptiæ protrahantur ſecund. Præpoſit. in c. de illis nu. 5. caſu. 5. de ſponſal. quem ſequitur Sanchez vbi ſupra numero 9.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XXV.

1 *SPONSALIA an diſſoluantur per ingreſſum religionis, profeſsione non ſequutâ? & numeris ſequentibus: & quid ſi ſponſalia ſint iura num. 2. & 3. limitatur communis, & tenenda ſententia affirmatiua.*

4 *Sponſalia iurans, ſi poſtea religionis voto ſe aſtringerit, an poſsit licite matrimonium inire, animo firmo ingrediendi religionem.*

5 *Sponſalia iurans nullo aſtrictus voto an poſsit matrimonium inire animo ingrediendi religionem, antequam conſummet?*

6 *Sponſalia contrahens, & ſub ea ſpe virginem deflorans, an poſsit religionem ingredi?*

7 *Votũ religionis, aut caſtitatis prius emittens, virginemque poſtea deflorans fide data de matrimonio contrahendo cum ea, an teneatur ad matrimoniũ, vel prius ad votum?*

CAPITVLVM XXV.

An per ingreſſum religionis, profeſsione non ſequuta, diſſoluantur ſponſalia?

1 DVAE ſunt opiniones in hoc articulo, quas cum ſuis Authoribus refert nouiſsime Thomas Sanchez lib. primo de matrim. diſputatione 42. per totam: prima eſt negatiua, quam tenet, & probat D. Couar. in quarto de ſponſal. ſecunda parte capit. 5. in princip. numero 11. verſic. ſexto, Brunel de ſponſal. concluſione 8. numero 1. Alexand. Carrer. lib. primo de ſponſal. cap. 15. Coſtan. de ſponſal. titulo effectus ſponſal. numero 8. volum 9 tract. diuerſ. Doct. Anto. Cuchus lib. 5. inſtitut. mai tit. lo 10. numero 57. Turrecremat. in cap. vbi non eſt 30. quæſtione 2. articulo 4. numero 5. Mocius de ſpõſal. titulo quot modis ſoluantur ſponſalia numero 6. fol. 170. columna 4. Summa Armill. verbo ſponſalia numero 12. Dúrand in quarto, diſtinctione 27. quæſtione 3. articulo 3. & ibi Palud. quæſtione 1. articulo 3. caſu 5. verſic. de ordin. vero religionis, numero 23: & ibi Caiet. quæſtione 3. Viguerius lib inſti. cap. 16. § 7. verſic. ſeptimo, Alph. à Veracruce in prima parte ſpecul. coniug. articulo 21. caſu primo, & dicit eſſe probabilem Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 43. articulo 3. num. 2. & in Summa de ſacram. matrim c. 3. *de los deſpoſorios* fol. 45. col. 1. & hæc eſt ſatis probabilis ſententia ſecũd. Thom. Sanchez vbi ſupra d. diſputatione 42. num. 1. ad fin. vbi refert Palud dicentẽ ingreſſum ante profeſsionem ſufficere vt manens in ſæculo poſsit iudicem adire, qui ex cauſa iuſta facultatem concedere, poterit, aliud ineundi matrimonium: ſed inconſulto iudice, vel eo denegante facultatem, minime poſſe, ſed teneri alterius profeſsionem expectare.

Secunda opinio principalis affirmat, per ſolum ingreſſum ante profeſsionem dirimi ſponſalia præcedentia, & poſſe ſtatim manentem in ſeculo aliud matrimonium contrahere, & omnino ſolutum eſſe à priori fide data: hãc late probat, ſed non vrgenter Thomas Sanchez vbi ſupra, numero 2. plures Authores pro ea citans, nẽpe Angel. in ſumma verbo, ſponſalia, numero 22. & ibi Sylueſt. quæſtione 10. caſu 2. Innocent. in cap. veniens ſuper verb. votum: qui cleric. vel vouent. & ibi Hoſtienſ. Ioan. Andr. numero 2. Anchar. numero 1. Nauar. in Manual. Latin. c. 22. nu. 26. caſu 2. Greg. Lopez. in l. 7. in glo. excuſacion. tit. 1. partita 4. Dominic. à Soto in 4 diſtinct. 27. queſt. 2 art 5. verſ. hoc tamẽ Corduba in ſumma quæſt. 136. puncto 11. Barthol. à Ledeſma de matrim. dubio 13. caſu 1. Enriquez lib. 11. de matrim. ca. 14. numero 3. Candelabr. aureum 7. ſacram. 1. parte de ſponſal. cap. 5. numero 40. Ludou. Lopez in 2. parte Inſtructor. de matrim. c. 38 fol. 1044. Petrus à Ledeſma vbi ſupra, vbi quod eſt communis, & probabilior: Philiarc. de offic. ſacerd tom. 1. parte 2. lib. 2 c. 1. Manuel Rodrig in 1. tomo ſuæ ſummæ in 2. editione cap. 245. numero 11. Vega lib. 3. ſuæ ſummæ caſu 323. quidquid nẽdũ? Ego in rigore iuris priorẽ negatiuã

I ſenten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam probo, quia nullibi cauetur, quod solus ingressus religionis ad hoc sufficiat: attamen, cum nihilominus videam, ita communiter receptam esse hanc secundam opinionem affirmatiuam, censeo posse secure ipsam teneri in vtroque foro iudicando, & consulendo, præsertim attenta l. 8. in princip. ibi, *entra en orden de religion*, titulo 1. partita 4. dum de solo ingressu religionis agat l. illa ad dissoluenda sponsalia præcedentia, non vero requirit, ad hoc, professionem simul.

Limitant hanc sententiam Barthol. à Ledesma, Manuel, & Vega vbi supra, vt non procedat, quoties ingressus religionis fraudulenter fit ad fraudandum alterum sponsum: sed hæc moderatio secund. Thomam Sanchez vbi supra, non est necessaria ad hoc, vt manens in seculo liber sit, ipse tamen dolosus, qui animo statim exeundi, ingreditur religionem, astrictus adhuc remanebit, quia fraus nemini patrocinari debet. cap. ex tenore de rescript cum similibus: si vero sponsus bona fide ingrediatur monasterium, vt communiter fit, per eum ingressum vterque liber remanebit, ita, vt si postea habitum deserat, poterit libere matrimonium inire, sicut manens in seculo, vt late comprobat Sanchez vbi supra num. 5.

2 Similiter inter DD. controuertitur, an hæc secunda sententia procedat, etiãsi sponsalia præcedentia fuerint iurata, ita, vt alter sponsus possit ingredi religionem matrimonio minime contracto, vel teneatur prius id contrahere, vt iuramentum seruet? & pro parte affirmatiua inter alia fundamenta adducitur tex. in capit. commissum de sponsalib. vbi ita disponitur. Tutius est ei, religione iurata seruata, prius contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare: secundo adducitur in argumentum tex. in cap. debitores de iure iurando; vbi, qui iurauit soluere vsuras, ob reuerentiam iuramenti, tenetur eas soluere: licet post solutionem, possit eas repetere, similiter & tertio; quia, qui tenetur soluere debita, si soluendo est, tenetur prius ea soluere, quã religionem ingrediatur, secundũ omnes: ergo & hic matrimonium contrahere, cũ ad id iure iurando se prius astrinxerit, & adimplere possit: & ita hanc opin. in terminis tenent Ricard. in 4. distinctione 49. articulo 2. quæstione 4. Nauar. in cap. non dicatis numero 3. 12. quæstione 1. & in nouis operibus in cap. qui portio 12. quæstione 1. numero 8. Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 45. numero 3. Maiol. lib. 1. de irregularit. cap. 34. numero 6. Angles in suis florib. Theologic. quæstionum 2. parte quæstione 11. de impedimento matrim. vbi de voto art. 3. dubio 1. folio 591. Vega lib. primo suæ summæ casu 389.

Sed verior, communis, & omnino tenẽda sententia est in contrarium, imo quod possit hic religionẽ ingredi, matrimonio non contracto, licet iurauerit illud se contracturũ: quia tex. in d. c. cõmissum, tantum dicit, tutius esse prius cõtrahere matrimonium, & sic consiliũ tantũ importat: ergo potest tuto oppositum fieri: secundo, quia iramentũ sortitur naturã, & conditionẽ contractus super quo interponitur, l. final. C. de non numer. pecun. tex. in c. quemadmod. de iur. iuran. sed in simplici promissione matrimonij intelligitur tacite illa cõditio, nisi promissor religionẽ elegerit, vt supra dicebamus, ergo & in promissione iurata: tertio, quia frustra cõtraheretur matrimoniũ in specie præmissa, animo ingrediẽdi statim religionẽ in illusionẽ fœminæ, qui huius animi cõscia, omnino renueret matrimonium: nec momẽtanea illa solutione re vera impletur iuramentum: & ita merito hanc sententiam tenet glos. in d. c. commissum verb. tutius, & ibi Hostiens. & cõmuniter omnes DD. Couar. in 4. de sponsal. 1. p. c. 5. in princip. nu. 11. Marcus Anton. Cuchus lib. 5. institut. maior. titulo 10. numero 57. Nauar. lib. 3. consil. titulo de voto, in priori editione, consil. 6. in fin. in posteriori consil. 3. in fin. Angel. in summa verbo iuramentum 4. numero 3. Syluest. verbo iurameptum 3. quæstione 5. & verb. religio 2. quæstione 5. & 9. Tabiena verbo sponsalia quæstione 9. nu. 10. casu 1. Armilla num. 12. & quamplures alios Iuristas, & Theologos refert, & sequitur dicẽs tãquã verisimã esse tenẽdã Thom. Sanch. de matrim. lib. 1. disputat. 43. nu. 3. per totum: Petrus de Ledesma de matrimon. quæstione 43. articulo 3. dubio 1. difficultate 2. & in summa de sacram. matri. d. cap. 3. folio 43. Caietan. in summa verb. periurium promissorium, cap. 2. circa fin. vers. intellige secundo; Sotus in 4. distinct. 27. quæstione 2. articulo 5. versic. dubium hic, Corduba in summa quæstione 136. in fine, Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. numero 3. & cap. 14. numero 3. Ludouic. Lopez in 2. parte Instructor. cap. 38. de matrim. folio 1044. Manuel Rodri. in summa 1. tom. secunda editione cap. 244. numero 5. Vega lib. 6. suæ summæ casu 41. itaque hæc proculdubio est cõmunis, & verisima sententia, atque ideo sine scrupulo tenenda in iudicando, & consulendo.

3 Limitanda tamen, & intelligenda est communis sententia, nisi necessitas, aut commoditas, & vtilitas sequeretur alteri ex contrahentibus, vt prius contrahatur matrimonium, tunc namque, etsi iuramentum non interceserit, prius contrahendũ est matrimonium: verbi gratia, *para legitimar los hijos, que ouiesse de los desposados de futuro, y conseruar la honra de la muger, que no dio su cuerpo, sino a su esposo, que la dio palabra de casarse con ella*: ita Petrus de Ledesma vbi supra vtrobique: Henriquez d. ca. 3. numero 3. & Thomas Sanchez d. disputatione 43. numero 4. vbi quod hæc obligatio non consurgit ex iramenti viribus, sed ad reparandum damnum. Respondent ergo DD. ad d. cap. cõmissum: in eius specie, eum, qui sponsalia iurauerat nondum de religionis ingressu deliberasse, vt constat ex verbis illius tex. ibi: & postea si elegerit, quasi nondum animo statuisset, & ex alia parte instabat tempus, quo iuramentum astringebat, & ideo dixisse Pontificem, tutius esse statim contrahere matrimonio, ne termino tran sacto in periurium incidat, & contracto matrimonio bimestre supereset ad deliberandum de ingressu: sequitur Mocius vbi supra numero 7. versic. vel intellige folio 170. col. 4. quasi secus dixisset Pontifex, si statim deliberato animo religionẽ ingredi vellet ex mente glossæ ibi.

4 Verum illa quæstio in proposito nõ caret inter nostrates magna difficultate, & varietate, an qui sponsalia iurauit, & postea se religionis voto astrinxit, licite possit matrimonium inire animo firmo ingrediendi religionem ante consummationẽ? vt patet ex late adductis pro vtraque parte per Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 43. num. 6. & 7. quibus visis, & bene perspectis, mihi verior, & probabilior videtur ea sententia, quæ habet, hoc non licere absq; culpa mortali: tum, quia patentissimo periculo exponitur, qui sic contrahit matrimonium mutandi animum, & violandi votum: tum etiam, quia negari non potest, qui in aliquo modo deroget dignitati voti castitatis, & religionis, ita contrahendo: tum, quia rectæ rationi repugnat, quod quis tradat potestatem sui corporis alij, ad idque se obliget, quod implere minime intendit, tum etiam, quia eo animo contrahens, illudere videtur sacramentũ matrimonij, notabilemque infert iniuriam puellæ. Cogit namque ipsam absque nuptijs esse donec ipse profiteatur, etsi egrediatur, esse vxorem monachi cũ suo dedecore: eo vero professo, non ita facile ipsa alij nubet, & suspicionis nota non leui afficeretur, existimantibus multis eam desertam esse ob aliquod vitium: decipit præterea eam in re graui, non enim hoc animo præcognito ipsi nuberet: & in terminis ita tenet glos. in d. cap. commissum verb. tutius, & ibi Hostiens. paulo post princip. Ioan. Andreas numero 3. Anto. de Butrio num. 9. Præpos. numero 5. idem Ioan. Andre. in addit. ad Specul. tit. de conuers. coniugat. ad fin. Ant. Cychus lib. 5. instit. mai. titulo 12. numero 20. & Ledes. in secundam partem 4 quæstione 55. articulo 2. fol. 468. columna 4. Manuel Rodri. in 1. tom. suæ summæ in 2. editione capit. 244. num. 5. vbi adhuc absque voto dicunt esse culpam mortalem, eo animo contrahere matrimonium: & hanc sequitur ex supra dictis dicens esse multo probabiliorem Thom. Sanchez vbi supra numero 7. adducens pro ea plures Doctores affirmantes: astrictum voto castitatis, eo animo ducentem vxorem peccare mortaliter aduersus alios oppositum tenentes, quos retulerat numero 6. vbi etiam refert Ant. de Burr. in cap. ex publico num. 9. de conuers. coniug. & Enrichum in d. c. commissum

Universidad de Deusto
Biblioteca

missum nu 8. & ibi Alex.de Neuo nu.9.& 10.& Petrum de Ledesm.tenentes in terminis nostræ quæstionis contrarium eius, quod modo probauimus: sed profecto nostra sententia mihi verior, & proculdubio magis recepta videtur, ac proinde tenenda, præterquam in nonnullis casibus, quos excipiunt DD.supra allegati, præsertim Manuel Rodrig & Sanchez nu.8. vbi supra:qui bene nu.9.resoluit cum alijs,quacũque ex supra d. opin. retenta;contrahẽtem matrimonium animo firmissimo religionis profitendæ ante consummationẽ; non teneri matrimonio contracto religionem ingredi.

5 An autem sponsalia iurans nullo astrictus voto, possit matrimonium inire animo ingrediendi religionem antequam cõsummet:refert etiam duas opiniones contrarias ibi Sanchez nu. 11.cum suis Authoribus,& veriorem cẽset, esse culpam mortalem,exceptis præd. nonnullis casibus ex rationibus de quibus supra,quam etiam & nos sequimur propter iniuriam, & deceptionem alterius, quæ in hoc casu æqualis est,siue exter votum, siue non.

6 Vlterius obseruandum est, quod sponsalia contrahens,& sub ea spe virginẽ deflorans non potest ingredi religionem, & tenetur eam ducere, non enim aliter potest iniuriam ei illatam resarcire, ita tenẽt Enriquez lib.11.de matrim cap.13.num.3. in Commento litera.K. & Manuel Rodrig. in 1.tom.suæ summæ in 2. editione cap.245.nu.11. vbi ampliat etiamsi nõ intercesserit copula, si notabilis infamia rationabiliter sequatur,quod dicunt esse tutius Corduba in summa q.182. & Ludou. Lopez 1.parte Instructor. cap.77. versic. sed grauius & vtrũque sequitur,& probat Thom. Sanch.d.lib.1. de matrim. disputatione 44.num.3.& 4. qui numero 5. idem probat,quando esset vidua honesta, ac bonæ famæ & non infimæ sortis, & notabilis infamia ipsi sequeretur: & numero 6. idem tenet, quamuis sponsalia vera non essent,vt quia promissio ficta fuisset,& numero 7.quod in his casibus non satisfacit promissor,si contracto matrimonio,& nõ consummato religionem ingrediatur,nec votum eius subsequutum, illum liberabit ab obligatione celebrandi matrimonium cum dicta sponsa, & consummatione ipsius, quia non potuit in præiudicium fœminæ id votum emittere,dissolutis tamen sponsalibus ex quacũque causa sufficienti, vel matrimonio morte fœminæ, tenebitur votum implere,secund.eundem Sanchez d.disputatione 44.num.8.

7 Sed quid erit quæso,si quis prius votum religionis,aut castitatis emiserit, virgineque postea deflorauerit fide data de matrimonio contrahendo cum ea, an teneatur ad matrimonium,vel potius ad votum? & profecto dicendũ videtur non posse hunc hac in specie præd. fœminam à se deflorata ducere, sed teneri omnino votum hoc implere, cui derogari non potuit per posteriorẽ obligationẽ,& in terminis ita tenent Nauar.lib.4. consil. in 1. editione tit. de sponsalib.consil.21.& in 2.editione tit. qui cleric.vel vouent.cõsil. 1.Manuel Rodrig. in 1.tom.suæ summæ in 2.editione c. 208.nu 11.Candelabrum Aur.eũ 7. sacrament.3 p.c.14. num.65.iuncto num.64.& hæc sententia est valde probabilis,secund. Thom. Sanchez lib 1.de matrim. disputatione 45.nu.2. in fine.

Nihilominus tamen contraria sententia,quæ asserit,teneri eam ducere magis ibi illi placet nu 9 qui pluribus rationibus eam probat:eamq; tenuerunt graues Magistri Salmãticenses secund. Manuel. Rodrig vbi supra,& alij viri doctissimi ex Societate IESVS, secund. Thom.Sanchez vbi supra,& mihi quidem non displicet hæc secunda sententia, quia iustitiæ vinculũ fortius est, quam charitatis: sed ob charitatis vinculum superueniens tenetur quis religionis votum præcedens suspendere; ratione parentum indigentiæ; vt omnes tenẽt:ergo à fortiori propter vinculũ iustitiæ,quale est hoc:præsertim maxime,quia exco, quod deflorator fœminam hãc ducat,minime absoluitur à voto,sed tãtũ voti exquẽdo ad tempus differtur:ergo sufficiẽs est causa tã vrgẽs:quę sententia intelligẽda est, vt procedat quado præd fœmina ignorauit præd. votũ:secus vero erit,si id nosset ante suã deflorationẽ,quia tũc seipsam deciperet, & alter teneretur votũ implere, vt recte obseruauit Sãchez d. disputatione 45.num.5.lib.1.de matrimonio.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XXVI.

1 *SPONSALIA de futuro an dissoluantur voto simplici castitatis postea emisso? & numeris sequentibus.*
2 *Sponsalia de futuro dissoluuntur per votum suscipiendi ordines sacros.*
3 *Sponsalia de futuro præcedentia dirimũtur per votum ingrediendi religionem.*
4 *Votum castitatis præcedens sponsalia de futuro irritat.*
5 *Propositum cœlibatus seruãdi in seculo, nulla ratione præd. sponsalia dirimit.*
6 *Sponso castitatem vouente, alter à fide sponsalium seruanda est liber.*

CAPITVLVM XXVI.

An sponsalia de futuro dissoluantur voto simplici castitatis postea emisso?

1 PARS affirmatiua probari videtur ex tex.in c. veniens, qui cleric.vel vouẽt. vbi fœmina vouit castitatem, vt ab spõsalibus eximeretur,quæsitum fuit à Summo Põtifice an stante voto posset nubere:& respondit,ob fornicationis periculum,iniũgendam ei fore pœnitentiam de voto violato: hoc est, iuxta glossam ibi verb. voto:de animo violãdi votum, & dandã esse ei nubendi licentiã: ergo votũ castitatis prævalet sponsalibus; alias non peccaret in votum,nubendo,volens fidem sponsalium seruare. Secundo ex tex.in c. peruenit de iur. iurand. vbi nõ infringet promissum, in melius commutans:tandem,quia vbi concurrunt duo vincula incompatibilia, & valida, fortius prævalet,c. si inter de sponsalib. sed votum castitatis est fortius, quia inducit obligationem fidelitatis respectu Dei, sponsalia vero respectu hominis,ergo prævalet votũ castitatis sponsalibus, & in terminis hanc partem tenent quamplures Canonistæ,& Theologi relati per Thom Sanchez lib. 1. de matrimonio disp.46.num.7.inter quos Calder.in c.veniens, & ibi Ant.de Butrio n.9.Præpositus nu.2. Cardinãlis cap. rursus, qui cleric.vel vouẽt. Turrecremata in c. vbi non est nu.5. 30.q.2.Greg.Lopez in l.7.in glos.excusatiõ tit.1.par.4.Costan.de spons sal.tit.effectus sponsal.nu.9.Alex. Carrer. lib.1.de sponsal.c.16.tom.9.tract. diuers. Doct.Angel.in summa verb.sponsalia nu. 40.D.Thom.in 4. distinct.38. q.1.artic.3. quæstiuncul.2.ad primum.Palud. Ricard. Caiet.Soto,Veracruz,Enriquez,Bartholom.& Petr. de Ledesm.relati à Sanchez vbi supra,& Manuel Rodriguez in 1.tom. suæ summæ in secunda editione c.245.nu. 2 quorũ nonnulli loquũtur in sponsalibus iuramẽto firmatis:& hęc sententia est probabilissima,& tutissime amplecti potest, secundum Thom. Sanch. vbi supra, & hic est cõmunis intellectus d.c.veniens,secundum Mocium de sponsal.tit.quomodo soluantur fol.170.col.4.qui eam tenet.

Nihilominus tamẽ oppositũ,imo quod spõsalia nõ dirimãtur per votũ simplex castitatis subsequutũ, tenent quãplurimi alij Authores:primo,quia nullo iure probatur inesse spõsalibus tacitã cõditionẽ, si statũ cõtinẽtiæ elegero:secũdo,ex tex.in d.c.veniẽs.qui cleri.vel vouẽt.vbi fœminæ,quæ promisit matrimoniũ imponitur pœnitẽtia de fide mẽtita spõso, vt ibi explicãt Hostiens.in verb.fide.Ioan.Andr.n.3.Ancha. 2.Alex. de Neuo nu.4 cum per ipsam steterit, ne matrimoniũ sequatur, & tamen emisit postea votum castitatis: ergo votũ castitatis non dirimit sponsalia præcedentia,denique quia Deus non acceptat promissionem rei alteri prius promissæ.

Hanc secundã sententiã tenuit glos. in d.c.veniens verb.de seueritate,& ibi Abb. n.5.Alex. de Neuo nu 6.& alij quãplures Authores Theologi,& Canonistæ, quos in vnũ cõgerit Thom.Sanch. vbi supra n. 9.vbi eã probabiliorẽ appellat, eãque probat Mocius vbi supra quãdo spõsalia fuerũt iurata: & quãuis re vera vtraque opin. sequi possit,mihi verior,& securior videtur prior Sancti Thomæ, & sequatium,siquidem alijs quampluribus causis leuioribus dirimuntur sponsalia,vt in l.8.tit.1.par tit.4.ergo nimirũ, si voto castitatis Deo facto dissoluantur, & hac opinione retẽta

Universidad de Deusto
Biblioteca

opus non est, hic examinare quæstionem illam, de qua per Sanchez vbi supra nume ro 12. vtrum teneatur qui emisit votum castitatis post sponsalia religionem ingredi, vel possit matrimonium illud inire, cum per præd. votum sponsalia dirimantur, & sic non sunt sponsalia perficienda: similiter non est necessaria alia quæstio, de qua per Sanchez ibidem, numero 14. & altera numero 15. quia vtraque quæstio præsupponit sponsalia non dirimi per votum simplex castitatis post sponsalia emissum, quod si tenês præd. primam sententiam, quæ habet, dirimi quidem, probabilius est, vouentem non teneri ad religionem, aut ordinem sacrum suscipiendum, sed posse ingredi, si velit, sin minus teneri sponsalia perficere matrimonio cõtracto. In secunda vero quæstione tenendum est, votum obligare in ipsius vouentis, non vero in sponsæ præiudiciũ, vt cum alijs probat ibidem Sanchez.

2 Ex quibus idem in principali quæstione dicendum est in voto suscipiendi ordines sacros, vt hoc etiam sponsalia dirimat, quia in sacro ordine solemni castitatis votum includitur, vt in cap. vnic. de voto lib. 6. & ita hanc opinionẽ supponũt Sylvest. in summa verbo sponsalia quæstione 7. Nauar. in Manual. Hispan. cap. 22. numero 25. & tenet expresse Dominic. à Soto lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæstione 1. articulo 3. paulo ante solutionem argument. in vltimo. & pariter ad secundum. Cordub. in summa quæstione 136. puncto 4. opinione 5. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 14 numero 4. Vega lib. 6. summæ casu 41. puncto 4. opini. 5. & hæc sententia est probabilissima secund. Thom. Sanchez, d. lib. 1. disputatione 47. numero 2. tametsi numero 3. probabilius esse dicat sponsalia non dirimi voto ordinis sacri suscipiendi, nec illis astrictum posse ad sacros ordines promoueri, cum Palud. Maiol. & Ludou. Lopez cæterum prior sententia contraria tenẽda videtur, quam sequitur Motius vbi supra num. 8.

3 Illud tamen procul dubio est, quod siquidem votum sit religionem ingrediendi, sponsalia præcedentia dirimit, habet enim se respectu sponsalium, sicut votum solemne religionis respectu matrimonij rati, & non consummati, ergo sicut hoc dissoluit matrimonium, ita & illud sponsalia; ita tenet Nauar. in Manua. Latin. ca. 22. numero 27. casu 10. Sylvest. verb. matrimonium 7. quæstione 5. dicto quinto, Cordub. in summa quæstione 136 puncto 4. opinione 5. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. num. 4. Ludou. Lopez in 2. parte Instructor. de matrimonio cap. 38. folio 1045. Petr. de Ledesma de matrim. quæstione 43. articulo 3. dubio 2. difficult. 2. Philiarc. de officio Sacerdot. tom. 1. parte 2. lib. 2. cap. 1. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, d. disputatione 46. numero 2.

4 Vbi num. 3. quod similiter nemo dubitat, votum castitatis præcedens sponsalia ipsa irritare, quia continet rei illicitæ promissionem.

5 Et numero 4 quod propositum cœlibatus seruandi in seculo, nulla ratione sponsalia dirimit.

6 Tandem num. 5. cũ Palud. Sylvestro, Cordub. Enriquez, Ludouic. Lopez, Manuel, & Vega affirmat in omnium sententia certum esse. sponso castitatem vouente, altero à fide sponsalium seruanda liberum esse; quia vouens, eo ipso, sponsalibus renunciauit, & quia res sunt notabiliter mutatæ.

SVMMARIVM Cap. XXVII.

1 *SPONSALIA de futuro priora dissoluuntur matrimonio de præsenti cõtracto cum alia persona, etiamsi prima sponsalia essent iurata, præterquam, si matrimonium esset irritum, vt in numero 2.*

3 *Sponsalia an obligent post solutum matrimonium cum alia persona contracta.*

4 *Sponsalia de futuro per copulam subsequutam transibant in matrimonium: hodie secus attento Sancto Concilio Tridentino.*

5 *Sponsalia priora de futuro non dirimuntur per secunda, etiam sequuta copula, & hoc attento eodem Sancto Concilio Tridentino, & num. 6. quomodo hoc intelligendum sit, & numero 7. ampliatur.*

CA-

CAPITVLVM XXVII.

De vi sponsalium sequuto matrimonio cũ alia persona.

1 MATRIMONIO de præsenti contracto, nõ dubiũ est, priora spõsalia de futuro dissolui, tx. in c. ficut, & in c. si inter virũ, cũ simil. de sponsal. & in c. 1. de sponsa. duorum, & in c. fin. 27. q. 2. l. 8. in vers. *la setena razon*, tit. 1. partita 4. ex quibus idem receptũ est communiter etiãsi prima sponsalia essent iurata, vt probatur in d. ca. sicut secundum D. Couar. in 4. de sponsal. 1. p. c. 5. in princip. n. 4. vbi quod non est necessaria ad hãc dissolutionem iudicis authoritas.

2 Si tamen irritũ esset matrimoniũ, obligarent adhuc priora sponsalia, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: regula, non præstat, de regul. iur. in 6. ita tenent Ioan. Andreas in d. cap. sicut nu. 4. de sponsal. & ibi Ant. de Butrio num. 11. Cardinal. quæst. vltim. Anchar. num. 6. Præpos. num. 9. Enrichus in cap. de illis num. 5. de sponsal. Nauar. in Manua. Hispan. cap. 22. num. 23. casu. 3. Paludan. in 4. distinct. 27. q. 1. art. 3. casu 6. n. 24. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 48. num. 1. vbi quod alter sponsus maneret à fide sponsalium liber.

3 Dubitatur tamen, an per matrimoniũ validum, omnino priora sponsalia, cũ alia persona contracta, extinguantur ita, vt soluto matrimonio professione religionis, aut morte, nulla maneat illorũ obligatio, sed penitus extincta sint? In quo duplex est sententia: prima habet, non omnino extingui, & ita soluto matrimonio teneri spõsum ad priora sponsalia perficienda: ita Adrian. in 4. quæst. 2. de matrimonio, ad secundum. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 43. art. 3. dubio 2. ad secundũ, vers. secunda causa est, & q 46. art. 1. dub. 1. qui in præd. vers. secunda causa est, hoc limitat, nisi sponsus ex eo matrim. tot genuisset liberos, vt alio inito matrimonio commode eos educare non posset, vel ita senex esset, vt non esset iam matrimonio aptus, idemque tenent viri doctissimi Neotherici, & est probabile secundum Thomã Sanch. d. disput. 48. num. 2. ad finem.

Verum contraria sententia, imo quod priora sponsalia per matrimonium de præsenti validum cum alia cõtractũ omnino extinguãtur, atque ideo soluto matrimonio, nullam illa perficiendi obligationem supereſſe, verior, receptior, & tenenda est; quia actio semel extincta amplius non reuiuiscit, l. qui res 6. ream ff. de solut. cap. quæris de consecrat. distinctione 4. & ita merito hanc tenent Ioan. Andr. Anton. Cardinal. Enrichus, & Anchar. vbi supra Alexand. de Neuo in cap. literas num. 7. de desponsatione impuber. Præpos. in d. cap. sicut numero 8 de sponsal. Azeued. in l. 1. numero 13. in fin. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Palud. in 4. distinctione 28. q. 1. articulo 1. conclusione 4. num. 8. Enriq. lib. 11. de matrimonio cap. 14. num. 2. & ca. 13 nu. 3. Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ summæ in 2. editione c. 245. nu. 8. & alios allegans Tho. Sanch. d. disput. 48. nu. 3. vbi n. 4 eam ampliat, vt procedat, etiamsi priora sponsalia iuramẽto firmata sint: & n. 5. limitat præd. communem, & tenendam sententiam, quando sponsus ea spe virginẽ violasset, teneretur namque tunc soluto matrimonio eam ducere: non vi sponsaliũ, quæ extincta sunt, sed ratione damni illati, nisi iam aliunde esset ei satisfactum, idemque probat, quando esset mulier honesta vidua bonæ famæ, quæ notabilem eius iacturam passa esset, nec alium esset satisfactum: sed vtrũque intelligo quod teneatur illam ducere, vel alias competẽter eam dotare iuxta qualitatem personarum, & facultatem bonorum.

4 Similiter etiam attento iure communi, sponsalia de futuro per copulam subsequutam affectione coniugali transibant in matrimonium de præsenti, tex. in cap. is, qui fidem, de sponsal. & non dubium erat priora sponsalia de futuro dissolui per secunda, quibus subsequuta fuit copula prædicto modo habita: ita tenent Anton. & Præpos. in d. cap. is, qui fidem col. 3. idẽ Præpos. in d. cap. de illis col. penultima, de sponsal. expressa l. 8. versic. *la setena*, ibi, *esso mismo seria*, titulo primo, partita 4. vbi Greg. Lopez in glos. *el segundo* dicit

menti tenendam eam legem, ad hoc, quia iure communi non erat ita clare expressum, idem bene probat D.Couar. in quarto, prima parte cap.4.§.1.num.10.

Sed cum hodie attento Decreto Sancti Concilij Tridentini sessione 24. cap. 1. de reformatione, cesset matrimonium illud præsumptum, vt late probauimus in nostro tractatu de Iuramento confirmat, cap.51.num.12.cum sequentibus.

5 Dicendum est non dirimi priora sponsalia per secunda subsequuta copula, quia fides posterior data in præiudiciũ prioris fidei irrita est, ita Nauar. in Manua. Latino cap.22.nu.26. casu 3. Bartholom. à Ledes. de matrim. dubio 13. in princip. & casu 8. Enriquez lib.11.de matrim. cap.13.nu.3. Manuel Rodrig. 1. tom. suæ Summæ in 2. editione c.245.num.8. Philiarc. de officio Sacerdo. tom.1.parte 2.lib.2.cap.1. Ludo. Lopez in 2.parte sui Instructorij de matrimonio cap.38.folio 1046. Thom. Sãchez d.lib.1.disputatione 49. num.1. quod etiã probatur, quia ante Concil. Trident. quando copula erat habita affectu fornicario, eo quod posteriora sponsalia non transibant in matrimonium, minime prioribus derogabant, vt docet Sotus in quarto, distinctione 27. quæstione 2. articulo 4. dubio 3. Nauar. & Sanchez vbi supra, & Ledesma in secundam partem 4.quæst.48.articulo 2.

6 Hoc tamen intelligendum est, ex parte contrahentis posteriora sponsalia: ex parte namque alterius, dissoluta manent, quamuis cum posteriori sponsa non fit habita copula, quia contrahens posteriora sponsalia, eo ipso prioribus renunciat, vt probat Thom. Sanchez d. disputatione 49.numero 2. qui numero 3. cum Nauar. & Philiarc. vbi supra recte inquit, aliquando ita dissolui sponsalia posteriora cum copula, vt neutrum matrimonium iniri possit, nempe, si copula, & sponsalia posteriora habita fuerint cum consanguinea in priori gradu prioris sponsæ, quia tunc, cum priori non poterit contrahi ratione affinitatis ex copula cum consanguinea consurgentis, nec etiam cum posteriori ratione publicæ honestatis, quæ ex prioribus sponsalijs validis orta est.

7 Nec etiam dissoluuntur priora sponsalia, per posteriora cum copula ratione damni illati, sed adhuc prior est dicenda, quia iniuria illata posteriori, quamuis insciæ priorum sponsalium, non aufert ius suum priori, vt cum Soto, Manuel. & Enriquez contra Maior. & Palacium merito probauit Sanchez vbi supra num.4. & 5. non tamen probo eius moderationem numero 6. dum asserit cum Ludouic. Lopez, & Enriquez, quod ex quadam æquitate ali quando esset seruanda contraria opinio: nempe, quando defiorata graue damnũ pateretur, magnamque honoris iacturam, prior vero leuiter læderetur, nam hoc casu, inquit ille, teneretur modicum illud dãnum sustinere ad vitandum proximi grauissimum: hoc namque in iuris rigore verum non esse, nec ita pronunciandum censeo: quia prior in tempore, potior est in iure, etiam si posterior grauius damnum patiatur, quam prior, & quia caritas bene ordinata incipit à seipso, vt in iuribus vulgaribus, neque æquitatis ratio hoc impedit in iudicio, cum talis æquita scripta in iure non inueniatur, vnde rigor iuris præferẽdus est, iuxta tradita in l. placuit cum simil. C. de iudicijs.

SVMMARIVM Cap. XXVIII.

1 *SPONSALIA posteriora iuramento confirmata, an derogent prioribus absque iuramento contractis.*

2 *Sponsalia priora si ante celebratum matrimonium cum priori dissoluantur, an teneatur prior sponsus ad posteriora?*

CAPITVLVM XXVIII.

An posteriora sponsalia iuramento confirmata derogẽt prioribus absque iuramento contractis?

1 SI DOCTORI Innocentio credimus in cap. veniens numero 1. de iureiurand. seruãda est posterior promissio iurata, & priori aliter satisfaciendum est, & hoc sustineri posse, inquit Imola ibi numero 4. & eam opin. tenet Abb. antiquus tenet Antonio de Butrio in ca. sicut de spõs. in fin. sed procul dubio tenendum est, præualere priora sponsalia, quia iuramentum posterius fuit de re iniqua, & in præiudicium tertij, & ideo non obligat iuxta regulam, non est obligatorium de regul. iur. in 6. cap. cum contingat de iur. iur. & in cap quamuis pactum de pact. libro 6. & in terminis ita tenet idem Innocent. sibi contrarius in cap. sicut de sponsal. & ibi communiter DD. D.Coua. in 4 de spõs. 1 parte cap.4. in principio numero 3. Didacus Perez in l.1.titulo 1.lib.5.ordinamenti, folio 3. versic. ampliatur: diximus prima parte de iuramento confirmat. cap.51. nu.6. Matienç. in rubrica glos. 1. numero 44. titulo 1. lib.5. nouæ collect. Reg. & est communis hæc sententia, vt constat ex quam pluribus Authoribus Canonistis, & Theologis, qui eam sequuntur, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib.1. de matrimonio disputatione 50. numero 2. quæ sentẽtia tanquam vera, & receptissima approbatur expresse, & nuncupatim in l. 8. in vers. *mas si alguno se desposasse*, titulo 1. partita 4 ex parte tamen illius, cui prior fides data fuit, solura sunt sponsalia ex his, quæ supra cap. præcedenti diximus, & tenet Sanchez d. disputatione 50. numero 3. qui numero 4. limitat præfatam communem sententiam, quoties dum contracta sunt posteriora sponsalia suberat iusta, & sufficiens causa recedendi à primis, tunc namque tenetur hic ad posteriora, non enim peccat ea contrahens secundum Syluestr. in Summa verbo sponsalia quæstione 10. dicto 3. & ideo sponsalia erunt valida, & iuramentum obligabit.

2 Dubium tamen est satis graue in proposito, vtrum in specie prætatæ receptissimæ sententiæ, si ante celebratum matrimonium cum priori dissoluantur eius spõsalia, teneatur hic ad posteriora? & teneri ex vi promissionis affirmat Couar. in 4. de sponsal. 1. parte cap.4.§.1. numero 10. versic. verum: vbi idem probat, quando contingit mori primam sponsam, vel ad matrimonium impediri: nihilominus tamen contrarium est verius, & tenendum, vt recte probauit Thomas Sanchez vbi supra numero 6. limitans ratione damni illati virgini defloratæ, aut viduæ honestæ, magnam famæ iacturam patienti, nõ enim valuit contraria promissio iurata in præiudicium prioris tempore valido emissa, ac proinde, (vt prædiximus) nec secunda emissa tempore inhabili obligat tempore habili, vt tradit Abb. in cap. placuit num.4. de conuers. coniugat per illum tex. & per cap. quidam eodem titulo.

SVMMARIVM Cap. XXIX.

1 *IMPVBERES sponsalia contrahentes, quando ab eis resilire possunt? & numeris sequentibus.*

4 *Probati incontinenti dicitur, quod intra triduum probatur, & num.5. declaratur.*

6 *Impubes adepta pubertate, tacendo, hoc est, non reclamando, videtur ratificare sponsalia à se contracta ante pubertatem.*

7 *Puberis reclamatio de sponsalibus à se cõtractis ante pubertatem, coram quo fieri debeat?*

8 *Pubes cum impubere contrahens matrimonium, numquam resilire potest.*

9 *Maior septennio contrahens matrimonium cum infante, non potest resilire donec infans septennium habeat.*

10 *Impubes quando possit resilire ab sponsalibus pro eo à parente contractis?*

11 *Impubes sicut ab sponsalibus veris resilire non potest ante pubertatem, ita, nec à præsumptis quæ resultant à matrimonio de præsenti ab impuberibus contracto.*

12 *Impubes cum iuramento sponsalia contrahens non potest ab eis resilire, sed ille contractus in vim sponsalium perfectus est.*

13 *Iuramentum impuberis, quando firmet eius contractum, & sponsalia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM XXIX.

De sponsalibus ab impuberibus contractis quomodo ea dissoluantur?

1 IMPVBERES sponsalia contrahentes, resilire ab eis non possunt ante pubertatem, ea vero adueniente, possunt iuxta tex. in cap. de illis, *el primero*, & in cap. à nobis de desponsatione impub. iuxta quorum iurium intellectum Doctores variat: quidam enim censent, ac ea intelligunt, de solis infantium sponsalibus, vt censet Hostiens. in summa de desponsatione impub. §. quid iuris numero 11. & videtur tenere Diuus Thom. in 4. distinctione 27. q. 2. ad 3. artic. 8. Nauar. in Manuali Hispan. cap. 22. numero 24. casu 16. Enriq. lib. 11. de matrimonio cap. 14. numero 7. Philiar. de officio Sacerdot. 1. tom. parte 2. lib. 2. cap. 1. & Manuel Rodriguez in 1. tom. suæ summæ in 2. editione cap. 45. numero 7.

Alij Authores ea iura interpretantur de sponsalibus, non per ipsosmet impuberes, sed per alios ipsorum nomine contractis: ita D. Thom. vbi supra articulo 2. ad primum, & Durandus in 4. distinction. 27. quæstione 3. articulo 3. nonnulli autem ea iura intelligunt de impuberibus contrahere intendentibus solum matrimonium: cũ enim illud inualidũ sit defectu ætatis, nec valuerit, vt sponsalia defectu intentionis, possunt, cum peruenerũt ad pubertatem, resilire, hoc refert Gofredus in summa titulo de desponsatione impuber. numero 8.

Nihilominus tamen verius, & communiter receptum est, eos text. loqui, & intelligi debere de sponsalibus impuberum, vt constat ex verbis tex. in d. cap. de illis, ibi: intra eosdem pubertatis annos altero existente cum sponsalia contrahunt: ita glossa d cap. de illis in casus positione, & communiter DD. Hostiens. in summa tit. de desponsatione impub. §. quid iuris numero 11. Gofred. vbi supra D. Couar. in quarto, prima parte cap. 5. §. 1. numero 1. Gregor. Lopez in l. 7. verb. excusacion. titulo 1. partita 4. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 27. casu 6. & lib. 4. consil. titulo de desponsat. impub. in prima editione consil. 2. & in secunda editione consil. 1. & nos lib. 1. Canonic. quæstionum c. 18. num. 10. Matienç. in rubrica glos. 1. numero 51. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & quamplurimos alios referens Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 51. num. 5.

2 Hoc sic præhabito circa dissolutionem sponsalium impuberum, primo obseruandum est, quod si duo impuberes sponsalia contrahant, neuter potest ante pubertatem resilire, quamuis vterque impubes peteret sponsalium dissolutionem, pubes tamen factus potest quilibet resilire, vt habetur in d. ca. de illis, *el primero*, & ibi Præpositi. & in cap. à nobis de desponsat. impub. D. Couar. vbi supra numero 1. ad fin. & nume. 2. vbi quod pubes factus potest statim cõtradicere, nec tenetur alium expectare, qui adhuc impubes est. secund. communem, quam Abb. & Præpositi. in d. cap. de illis columna 2. sequuntur, & probat late plures allegans Thom. Sanchez vbi supra numero 6. 7. & 9. & procedit hoc in vtroque foro, vt tenet Enricus in cap. 2. nume. 9. de sponsal. & Summa Confessorum titulo de sponsal. quæstione 120. Palud. in 4 distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. casu 10. num. 28. Ludou. Lopez in 2. parte Instructor. de matrim. cap. 38. fol. 1049. in fine.

Neque obstat quod secundum præfatam communem opinionẽ nulla videtur constitui differentia inter vers. si verò, & vers. vlti. d. c. de illis: respõdemus namq; maximum esse discrimen inter prædictos versiculos: hoc nempe: quod dictus vers. si vero, loquitur, quando tempore contractus alter erat pubes, & is, qui tempore cõtractus fuerat impubes, factus pubes petebat dissolui sponsalia: tunc enim inquit tex. quod iudicio Ecclesiæ poterunt adinuicẽ separari. At vero tex. in d. cap. de illis, vers. vltimo, in muliere, quæ tempore contractus fuit pubes, & petebat sponsalia dissolui ante pubertatem alterius, & inquit tex. quod cum semel in eum consenserit, non poterit dissentire, nisi ipse cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam

eam suũ negauerit præstare consensum, & hic est verissimus, & literalis, necnon & communis intellectus illius tex. quem tenent, & sequuntur ibi Hostiens. super verb. negauerit Ioan. Andr. numero 4. Anchar. numero 2. Abb. numero 6. & Hẽrich. numero 4. Alexan. de Neuo numero 15. & 16. est communis secund. Couar. vbi supra expressa l. 8. versic. *mas si quando, &c.* tit. 1. partit. 4. quæ ita illum tex. interpretatur, sequitur alios allegans Marcus Anton. Cuchus lib. 5. instit. maior. titulo 10. numero 80. & alios allegans Thom. Sanchez d. disputatione 51. num. 9.

3 Et non solum impubes statim pubertate adepta potest ab sponsalibus resilire, sed imo tenetur, quia alioqui postea non poterit id facere: quia ex quo statim non contradixit, vi his est tacite consentire, eruntque sponsalia illa firma quo ad effectum spõsalium, quamuis non quo ad vim matrimonij, ita se habet communis sentẽtia Doctorum in d. cap. de illis, vt constat ex Hostiens. ibi in princip. super verb. an tequam: Henrich. numero 5. Præpos. & Alexand. de Neuo numero 15. & alijs, & testatur communem eam sequutus D. Couar. vbi supra d. numero 2. sequitur plures citans Thomas Sanchez vbi supra numero 14. vbi quod statim intelligitur triduum ante, vel post pubertatem secund. Hostiens. Ioan. Andr. & Anchar. num. 4. ibidem, argumento l. final. C. de erro. aduocat. ibi: incontinenti, ideſt, triduo: & l. final. C. de iudic. ibi: illico autẽ, ideſt, intra triduum.

4 Et quia illud dicitur incontinenti probari, quod intra triduum probatur iuxta doctrinam Bald. in dd. final. C. de iudic. & Felin. in cap. veniens, *el segundo*, numero 15. de testibus, Rip. in l. 4. §. condemnatum ad fin. ff. de re iudic. Mandos. de monitorijs quæstione 31. num. 8.

5 Quod si verisimiliter potuit ignorare, atque rationabiliter ignorauit, suam pubertatem aduenisse, crederem profecto, constito de hoc, vltra præd. triduum posse dissentire, dummodo ignorantia illa non sit crassa, ac suspecta, veluti, quia potuit se informari cum mediocri diligentia de sua ætate, relatione parentum, vel parentis superstitis, vel aliorum vicinorum, aut consanguineorum, vel alias, quia tunc ei imputabitur lapsus triduj absq; expresso dissensu, vel si actus positiuos ratificationis spõsalium fecerit post adeptam pubertatem, quamuis eam iuste ignorauerit, & hoc à fortiori.

6 Non enim opus est, vt factus pubes sponsalia ratificet, sed eo ipso quod non clamat, manent indissolubilia, vt notat Hostiens. in d. cap. de illis super verb. si vero, & probat bene Sãchez vbi supra numero 15. qui numero sequenti docet, sufficere impuberem ante pubertatem resilire ab sponsalibus, si postea nõ mutet eum dissensum, nec amplius recordetur post pubertatẽ ad hoc, vt dissoluta maneant: licet enim satis non sit reclamare ante pubertatem ad sponsalia dissoluenda, prodest tamen hoc facere, ne impubes censeatur adepta pubertate consentire, & ad declarandam voluntatem in qua præsumitur perseuerare, vt impediatur ratificatio per superuenientiam pubertatis, ita docent Anton. de Butrio num. 3. Alexand. de Neuo nu. 16. & Præpos. numero 1. in d. ca. de illis, *el primero*, de desponsatione impub. consulentes, vt sæpe impuberes reclament.

7 Quæ reclamatio, secundum DD. ibi, fieri debet corã Episcopo, vel eius Vicario, & ipsis deficientibus coram honestis personis, vt in appellatione contingit iuxta tex. in cap. final. cum materia de appell. refert plures ita tenentes, eosque sequutus Sanchez vbi supra numero 17. qui quo ad forum internum conscientiæ recte censet sufficere internum dissensum.

8 Secundo in hac materia obseruandum est, quod pubes cum impubere contrahẽs matrimonium nunquam resilire potest, quia hoc tantum licet impuberi, cum pubes factus fuerit, & non antea nisi per triduum, vt prædiximus, & expresse habetur in d. cap. de illis, *el primero*, de desponsatione impub. & ibi glossa verbo semel, & communiter DD. late Couar. vbi supra numero 5. & plures referens Sanchez vbi supra num. 10.

9 Tertio, quod si maior septennio contrahat cum infante, non potest resilire donec infans septennium habeat, & tunc eo volente tenetur promissis stare, vt late probat Thomas Sanchez d. lib. 1. de matrimonio

Universidad de Deusto
Biblioteca

monio disputatione 6. num. 27. & refert idem d. disputatione 51. num. 11.

10 Quarto; quod si parentes pro impuberibus sponsalia contrahant, quoties valida sunt, non potest impubes resilire, donec pubescat, secus, quando inualida sunt secund. Ioan. Andr. in d. cap. de illis num. 4. & Anchar. numero etiam quarto, quos sequitur Sanchez d. disputatione 51. numero 12.

11 Quinto obseruandũ erit, quod sicut ab sponsalibus veris non licet resilire ante pubertatem, ita neque à præsumptis, quæ resultant ex matrimonio per verba de præsenti ab impuberibus contracto, cap. à nobis de desponsatione impub. & ibi communiter DD. Couar. in 4. 1. parte cap. 5. §. 1. numero 1. Cuchus lib. 5. instit. maior. tit. 10. num. 80. Tho. Sanchez d. lib. 1. disputatione 51. num. 7.

12 Vltimo his addendum duxi, impuberẽ sponsalia præstito iuramento contrahentem ratione ætatis non posse ab ijs recedere, sed ille contractus in vim, & effectum sponsalium perfectus est, iuxta glossam in d. cap. de illis, *el primero*, verbo iudicio de desponsatio. impub. vbi communiter DD. glossa etiam in cap. ex literis, *el segũdo*, verb. sub iuramento, de sponsal. & ibi etiam communiter DD. Couar. in quarto, prima parte cap. 5. §. 1. numero 3. & de pact. in sexto, tertia parte §. 1. numero 3. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 22. & 23.

13 Qui omnes censent, hoc iuramentum, vt firmet sponsalia præstandum esse ab impuberibus doli capacibus, qui, quoad hunc effectum tales dicuntur, quando ita proximi pubertati sunt, vt intellectum, ac discretionẽ ad firma omnino, & irreuocabilia reddenda sponsalia, & generaliter quoad contractus, & tunc masculus dicitur proximus pubertati, quando excedit decimum & dimidium annum, fœmina vero, nonũ & dimidium, iuxta glossam in §. Pupillus, verbo infantiæ instit. de inutilib. stipul. & gloss. final. in l. 1. & ibi Bart. num. 6. ff. de nouat. Nauar. lib. 4. consil. in 1. editione titulo de sponsal. consil. 39. num. 11. & refert plures Petrus Dueñas in reg. 259. limitatione 3. Caldas Pereyra in l. si curatorẽ habens in parte minoribus numero 7. & 8. C. de integ. restit. min. & de masculo habetur in l. 6. titulo 5. partita 6. & l. 4. titulo final. eadem partita, & l. 9. titulo 1. & l. 8. titulo 31. partita 7. sed verius est, hoc arbitrio iudicis relinquendum esse, vt docet cum alijs Dueñas vbi supra, & Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 5. numero 5. & in Clement. si furiosus tertia parte in princip. num. 5. de homic. diximus in authentica sacramẽta puberum numero 4. C. si aduers. vẽdi. & hæc est verior, & magis recepta opin. secund. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 57. num. 43. quod iudicis arbitrium iuxta puerum, & fœminã, non excedentes dictam ætatem, vt iudicet proximos esse pubertati maximis coniecturis, & cautissime, & raro duci debet: sed post eam ætatem non tam vehementes coniecturæ desiderantur, sed satis erit aliquot mediocria signa perpendere, quibus arbitretur puerum esse proximum pubertati: illum vero puerum, cui sex tantũ menses ad ætatem perfectam deerunt, audacius, ac leuioribus argumentis proximũ esse pubertati arbitrabitur secundum Couar. in priori loco relatum, Dueñas vbi supra limitatione 3. ad fin. Menoch. vbi supra numero 52. & Thomam Sanchez disputatione 51. num. 24. quod si impubes non esset ita doli capax indiget relaxatione iuramenti, quæ facile concedenda est secund. Couar. in quarto, prima parte §. 1. numero 4. Gratian. regula 1. num. 4. & Sãchez vbi supra num. 25.

SVMMARIVM Cap. XXX.

1 *SPONSVS absens intra eandẽ Prouinciam quanto tempore expectandus sit Iure Ciuili, & Canonico? & in numeris sequentibus vsque in finem capitis.*

4 *Verbum, libere, denotat, non esse necessarium, licentiam sacerdotis parochialis habere.*

CAPITVLVM XXX.

De absentia in longinquum sponsi absque alterius licẽtia vtrum ob eam dissoluantur sponsalia de futuro?

1 IVRE Ciuili, sponsum absentem intra eandem Prouinciam biennio expectandum esse, decidit l. secunda, C. de sponsal. sed in l. 2. C. de repud. dicitur triennio expectandum esse, cui consonat l. 8. tit. 1. partita 4. vbi dicitur, *que quando alguno de los desposados se va a otra tierra è no le puedẽ hallar, ni saber do está, deue el otro esperar hasta tres años*, at vero in l. sæpe ff de spõsal. statuitur, sponsum absentem ex causa necessaria expectandum esse donec causa cesset: idemque de sponsæ absentia statuẽdum est, cum sint correlatiua vbi eadem ratio subest, vt hic: ita in terminis docent Cyn. & Bald. in d. l. 2. in fin. C. de sponsal. Alex. de Neuo in cap. de illis num. 16. de sponsal. quod expresse approbatur in d. l. 8. ibi, *quando alguno de ellos se va a otra tierra*, vt recte obseruauit Thom. Sãchez lib. 1. de matrimonio disputatione 54. numero 1. imo maior ratio dissoluendi spõsalia militat in absentia sponsæ in longinquum propter eius magis præsumptã inhonestatem, & sinistram suspitionem, quã in sponso.

Quo igitur modo varietas hæc componenda est? Anchar. in cap. de illis numero 2. de sponsal. inquit, quod siquidem sponsus abest ex causa necessaria expectandus est, donec causa cesset, iuxta d. l. sæpe, quæ ita intelligenda est, si verò ex voluntaria, tempus sit arbitrariũ, quia d. l. 2. C. de repud. triennium præscribens agit de matrimonio.

Rursus Cynus in l. 2. C. de sponsal. & Abb. in d. cap. de illis num. 5. eodem titulo sic distingunt, vt si sponsus absit ex causa iusta voluntaria, siue sit in eadem Prouincia, siue in diuersa biennio expectandus sit, iuxta d. l. 2. C. de sponsal. non vero triẽnio, quia l. 2. C. de repud. de eo agens, ius minime statuit, sed factum narrat: si verò absentia sit ex causa necessaria expectandus sit donec cesset impedimentum, iuxta d. l. sæpè.

Verior tamen, magis communis, & receptior sententia, has opiniones concordans est, quod siquidem sponsus abest ex causa necessaria, vt ob parentum obitum, morbum, &c. expectandus sit donec cesset impedimentum iuxta d. l. sæpe: si vero absit ex causa probabili, & iusta, non tamẽ necessaria, tunc si sit in eadem Prouincia sit biennio expectandus iuxta d. l. 2. C. de sponsal. si in alia triennio iuxta d. l. secundam C. de repud. ita glos. in d. l. 2. in principio C. de sponsal. Hostiens. in summa titulo de sponsalib. numero 3. Ioan. Andr. in d. cap. de illis numero 6. de sponsal. & ibi Ant. de Butrio num. 5. Alexand. de Neuo numero 14. Præpos. 4. Angel. in summa verbo sponsalia numero 26. & ibi Syluest. quæst. 10. casu. 4. Couar. alios referens in 4. de sponsal. 1. parte cap. 5. in princip. n. 7. Marc. Anton. Cuch. lib. 5. instit. maio. tit. 10. numero 64 Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 5. casu 455. numero 7. Matien. in rubrica glos. 1. numero 48. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Mocius de sponsal. tit. quomodo soluãtur sponsalia, numero 12. fol. 171. col. 2. & plures alios allegãs Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. d. disputatione 54. num. 4. vbi quod hæc distinctio respectu eiusdem, vel alterius Prouinciæ procedit, quando scitur, quo sponsus se transtulerit: sed si hoc ignoratur triennio expectandus sit secund. Alex. de Neuo, Couar. & Matienç. vbi supra, hocque disponitur in d. l. Regia 8. vbi Gregor. in glos. *no lo puede*, hoc notat.

2 Poterit autem iudex tempus hoc restringere, ob fornicationis alterius sponsi periculum, vel ex alia iusta causa secundũ Hostiens. Ioan. Andream, Butrium, Alexandr. de Neuo, Sylvest. Couar. Gregor. Lopez, Matien. & Mocium supra citatos, & alios, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra numero 4. addẽs, quod similiter poterit ex causa iusta hoc tempus protrahere ex sententia quorundam Authorum, quos refert.

Iure autem Canonico habemus tex. in cap. de illis de sponsal. de hoc loquentem, qui nullum præscribit tempus expectandi sponsum absentem, sed liberum esse decernit alteri aliud matrimonium celebrare, ait enim: si quis iuraverit aliquam ducturum, & postea diuitiis terram se ad alias partes transferens, liberum erit mulieri

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum alio contrahere recepta de periurio pœnitentia, si per eam steterit.

3 Sed videtur, quod tex. hic non deneget, tempus legale expectandum esse, sed tantum decidere liberum esse sponsæ alij nubere, si sponsus dimittat terram, se ad alias partes transferens: quæ absentia iuxta Ius Ciuile accipienda videtur, cum ei expresse Summus Pontifex non derogat, nec illud sufferat, vt euitetur legum correctio: & in terminis ita censuit glos. in d. c. de illis, verbo liberum, & ibi DD. glos. etiã in cap. sicut, verb. quicunque de sponsal. & ibi etiam DD. & hæc est communis sentẽtia Canonistarum secund. Greg. Lopez in d. l. 8. glos. *fasta tres años*, tit. 1. partita 4. qui eam dicit tenendam cum d. l. 8. hoc declaret, Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 5. casu 455. numero 7. Matienç in rubrica glos. 1. num 48. tit. 1 lib. 5. nouæ collect. Reg. qui eam communem dicit, sequitur etiam Ant. Cuchus vbi supra, lib. 5. instit. maior. tit. 10. numero 64. cũ sequẽti. Sylvest. in summa verb. sponsalia quæstione 10. casu 4. Rosel. eodem verb. numero 8. Palud. in 4. distinct. 27. quæstione 1. art. 3. casu 3. numero 19. Diuus Antoni. in 3. parte suæ summæ tit. 1. cap. 18. §. 1. casu 2. Viguer. lib. 6. instit. c. 16. §. 7. vers. 7. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 43. articulo 3. vers. septima causa; & eam dicit satis probabilem Thom. Sanchez vbi supra num. 5.

Nihilominus tamen contraria sententia verior, communis etiam & tenẽda est; imo quod Ius Ciuile supra dictum corrigatur, per d. cap. de illis: & ideo sponso in longinquam se Regionem transferente, non obtenta licentia sponsæ, liberum erit ei, alij nubere: tum, quia longe recedens, videtur cedere iuri sponsalium: tum etiam, quia in d. cap. de illis dicitur liberum esse, & posse sponsam aliud matrimonium libere contrahere: si autem trienniũ aut aliud tempus, vel sponsi licentiam expectare deberet, iam non posset libere cum alio contrahere: argumẽto glossæ in Clementina dudum de sepult. verb. libere.

Vbi quod verbum, libere, denotat, non esse necesse licẽtiam sacerdotis parochialis habere: quam sequuntur Abb. numero 4. Barbat. & Alciat. in cap. 1. de offi. ordin. in 3. notab. & Curt. in 2. parte de fœud. quæstione 2. & alios plures referens Couar. in quarto, prima parte ca. 5. in princip. sub numero 7. Sanchez d. lib. 1. disputatione 54. num. 6.

Similiter dictio, libere, intelligitur idest, sine consensu alicuius, glos. in cap. cũ plures, verbo, libere, de offi. deleg. Ias. in l. nemo potest in 4. quæstione, num. ff. delegat. 1. Alciat. consil. 131. nu. 5. lib. 9. & consil. 14. numero 3. lib. 4 quos refert, & sequitur Octau. Vulp. de præpositione, aduerb. & coniunct. significa. super dictione, libere, numero 2. vers. & quod dictio, libere, pagina 57. Nec alicuius authoritatem, vel consensum requirit, vt docet Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum numero 6. de constit. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur, numero 134. C. de reuoc. donat. & alios allegans Octauian. vbi supra in princip. ante numerum 1. vbi quod dictio, libere, significat, siue vllo penitus impedimento, ita, vt alicuius consensus non requiratur secund. Roland. à Valle consil. 42. numero 18. volumine 1.

Ratio autem diuersitatis inter Ius Canonicum, & Ciuile in hoc est, quia Ius Ciuile solum bonum publicum considerat, nec ad peccatum attendit, vt notatur in regula possessor male fidei de reg. iur. in 6. Ius autem Canonicum peccatum considerat: quare cum ob sponsi absentiam immineat fornicationis periculum sponsæ, concedit illi in præmissa specie posse libere cõtrahere.

Et ita merito hanc sencundam partem probarunt, & tenent cõtra priorem Abb. in fin. Cardinal. in versic. quæ sit ratio, & Præpos. in d. cap. de illis numero 5. & ibi Alexan. de Neuo numero 15. Minsyng. in cap. quoniã frequenter §. porrò nu. 17. vt late non cõstet Couar. in 4. 1. parte c. 5. in princip. sub numero 7. Angel. in summa verbo sponsalia numero 26. & ibi Summa Tabiena quæstione 9. numero 10. casu 2. Armilla numero 12. Brunel. de sponsal. conclusione 8. numero 3. est verior secund. Mociũ. vbi supra d. numero 12. eandem sequuntur Nauar in Manual. Latin. cap. 22. numero 26. casu 4 Carren. lib. 1. de sponsal. cap. 15. Lanzel. institu. Iuris Canonici lib. 2. tit. de sponsal. verbo liberum,

Sotus

Sotus in 4. distinctione 27. quæstione 2. articulo 5. vers. decimo, quando: Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. numero 5. Candelab. aur. 7. sacrament. in prima parte de sponsal. cap. 5. numero 36. Ludouic. Lopez in secunda parte Instruct. de matrim. cap. 38. folio 1047. Philiarc. de offic. sacer dot. 1. tom. parte 2. lib. 2. cap 1. Manuel Rodrig. in summa 1. tom in 2. editione cap. 245. numero 4. & est sententia probabilior secund. Thom. Sanchez vbi supra, qui eam sequitur numero 6. ex quibus facile deprehenditur hanc esse satis receptam sententiam veram & tenendam.

5 Quæ procedit, etiamsi sponsalia iuramento confirmata fuerint, vt expresse cauetur in d. c. de illis, & tenent plerique ex Doctoribus supra citatis.

Illa tamen differentia in proposito inter sponsalia iurata, & non iurata constituit Abb. in cap. sicut numero 11 de sponsal. quod ad illa dissoluenda requiritur iudicis authoritas, ad hæc tamẽ, minimè, sed in vtroque casu eam requiri tenet D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte c. 5. in princip. sub d. numero 7. & Mocius d. numero 12. idem probarunt Ancharranus in d. cap. de illis numero 3. & Nauar. vbi supra, dicens esse necessarium iudicẽ certum redeundi tempus præscribere, vt eo transacto, possit fœmina alij nubere; iudicisque arbitrio relinqui tempus absentiæ sponsi, dixit Philiarc. vbi supra qui & Manuel Rodrig. etiam vbi supra dicunt iudicis licentia obtenta fas esse sponsæ alij nubere.

Verius tamen esse censeo in vtroque casu non esse præcise necessarium Ecclesiæ iudicium, quoties manifeste constat, sponsum in longinquam regionem iã diu se contulisse absque spe proximi redditus, sed posse tunc libere sponsam alij nubere, vt probatur expresse in d cap. de illis, vbi loquens de sponsalibus iuratis, aut liberũ esse sponsæ cum altero contrahere: quia vt supra iure probauimus, vbi aliquid libere fieri potest, nulla alterius desideratur licentia, authoritas, neque consensus: & in terminis nostris ita voluerunt Soto, & Enriquez vbi supra, & tenent expresse Summa Tabiena verb. sponsalia, quæstione 9. nu. 10. in 2. casu, Armilla nu. 12. Lanzelot, institu. Iuris Canonic. lib. 2. tit. de sponsal. verb liberum, quos sequitur Thom. Sanchez vbi supra nu. 8. vbi nu. 9 recte contra Enriquez suprad. communem, & receptã sententiã de qua supra hoc c. nu. 3. in vers. nihilominus tenet, procedere in vtroque foro, dũmodo, vt per ipsum ibi nu. 10. intelligitur, non de quacũque sponsi absentia, sed dum in terram longinquam se trãstulit, vt aperte significatur in d. ca. de illis, ibi, dimittit terram, se ad alias partes trãsferens, & constat ex mente prope omniũ Doctorum supra adductorum.

6 Alias namque: si sponsus esset in loco propinquo expectandus esset, vel requirẽdus, vt intra certum tempus contrahat matrimonium: etsi iusto impedimento detineatur, non essent temere sponsalia diriimenda, sed attenta sponsæ qualitate, quæ forsan ex mora fornicationis periculum pateretur, ita credit. D. Couar. d. num. 7. ad fin. ibi, credo tamen, & Matienç. in rubrica glos. 1. num. 48 titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Candelab. aureum 7. sacrament. Ludou. Lopez vbi supra, necnon & Thom. Sanchez, vbi supra num. 11, & Mocius etiam vbi supra num. 12. ad finem.

7 Similiter etiã intelligenda est vtraque sententia, vbi non est spes de proximo sponsi reditu, ea enim existente non dissoluuntur sponsalia, vt colligitur ex verbis modo relatis d. cap. illis, & tenent ibi Abb. in fine, & Præpos. num 5. Angel. in summa verb. sponsalia num. 26. & ibi Sylvest quæst. 10. casu 4. Tabiena quæst. 9. nu. 10. casu 2. Armilla num. 12. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 14. n. 5. & Tho. Sanch. d. lib. 1. de matrim. distinct. 54. num. 12.

8 Quod si sponsus de licentia sponsæ longinquum se transtulit, inter eosque conuenit de absentiæ tempore, tantum eo tempore tenẽtur sponsa eum expectare, secund. Ioannem Andream in d. cap. de illis num. 5. & ibi Ant. de Butrio num. 5. quare si tempore stabilito, seu statuto, non venerit, potest sponsa alij nubere, nisi constaret sponsæ, inculpabiliter sponsum non venire tempore statuto, vt intelligit ibidem Sanchez numero 13. qui numero sequenti, cum alijs ex supra dictis, tenet, sponsam de futuro non teneri sequi sponsum vagum.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XXXI.

1 *SPONSALIA de futuro etiam iurata dissoluuntur per fornicationem subsequutã sponsi, vel sponsæ: & quid per tactus impudicos, amplexus, vel oscula.*

2 *Sponsus, vel sponsa de futuro fornicans astrictus manet, innocens autem liber.*

3 *Sponsa de futuro vi præcisa cognita carnaliter ab alio, an dissoluantur sponsalia?*

4 *Sponsalia de futuro an dissoluantur vtriusque fornicatione?*

5 *Sponsalia de futuro an dissoluantur fornicatione spirituali, vt si alter sponsus in hæresim inciderit, affirmatur.*

CAPITVLVM XXXI.

De dissolutione sponsaliũ de futuro ex causa fornicationis.

1 CERTVM est sponsalia de futuro etiam iurata dissolui per fornicationem, siquidem ea matrimonio superueniens, ipsum, quoad tori separationem dissoluat: & quia iuramentum habet in se tacitam conditionem, nisi alter peccauerit in torum, quia frangenti fidem, fides seruanda non est, sitque ob hoc fornicans suspectus de fide in futurum seruãda, ita definitur in c. quemadmodum de iur. iurand. l. 8. versic. *la sextaes*, & ibi notat Gregor. Lopez titulo 1. partita 4. Neque in hoc est facienda differentia inter virum, & fœminam post præd. sponsalia fornicantes, quia quo ad hoc non iudicantur ad imparia, cap. Apostolus 32. quæstione 7. ita Abb. in d. capit. quemadmodum numero 4. idem consil. 48. in prima parte cõsil. D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte cap. 5 in princip. sub numero 2. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 5. casu 455. numero 5. Brunel. de sponsal. conclusione 8. numero 4. Palud. in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. casu primo, numero 17. Candelab. aureum septem sacrament. 1. parte de sponsal. cap. 5 numero 34. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. numero 6. Ludoui. Lopez in secunda parte Instructo. in materia de matrimonio capit. 38. folio 1039. sequitur Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 55. numero quarto, dicens, aliquem de hoc dubitantem non reperisse, & quod cæteri DD. indistincte loquuntur: nec tamẽ (vt bene docet ibi nu. 5.) differunt circa hoc vir, & fœmina: quod si ipsa post spõsalia de futuro tactus impudicos alterius, aut amplexus, & oscula patiatur, poterit vir ab sponsalibus recedere, quia est notabilis mutatio, idque in magnum viri dedecus cedit: & quia huiusmodi fœmina dicitur impudice viuere: at vero è conuerso fœminæ non permittitur dissoluere sponsalia ob huiusmodi tactus sponsi cum alia, quia id sponsæ nõ est dedecus, nec est mutatio alicuius momenti: & solum pares sunt ratione mutuæ fornicationis ad dissoluenda sponsalia, ita credit Sanchez vbi supra d. numero 5. ad fin. Hoc tamẽ vltimum dubium videtur, quãdoquidem vir hæc faciens etiam dicatur impudice viuere, & iuste timeri inde possit periculum fornicationis, & præterea negari non potest, quin sit mutatio magni momenti, licet non tanti, sicut in fœmina respectu viri.

2 Supradicta tamen sponsalium resolutio ex causa fornicationis est in fauorem solius innocentis: quare fornicas astrictus manet, innocens autem liber, ita tenent, & probant D. Couar. vbi supra, Sarmient. lib. 1. Selectar. interpret. cap. 5. numero 3. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 27. versic. nonq, Anton. Cuchus lib. 5. instit. maior. titulo 10. numero 62. Alex. Carrerius lib. 1. de sponsal. cap. 15. Petrus Nicol. Mocius de sponsal. tit. quomodo soluantur sponsalia, numero 9. folio 171. columna 1. Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ summæ in 2. editione cap. 245. numero 6. Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 43. articulo 3. causa 6. & Summistæ, alijq; Authores, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 6. ex quibus constat, hanc esse communem, & veram sententiam.

Quod

3 Quod si sponsa de futuro vi præcisa cognita sit, videtur ob hoc non præberi iuste causam dissoluendi sponsalia, quia sponsa non fuit in culpa, nec simili culpa separatur matrimonium, quoad torum, vt omnes fatentur, nec fœmina fidem frangit, nec suspecta redditur in futurum, sicque cessare videtur in hac specie rationes d. cap. quemadmodum, & in terminis ita tenet Summa Tabien. verbo sponsalia quæstione 9. numero 10. casu 6. Armilla aur. in eodem verb num. 12. hoc limitantes, si sponsus ad ordines promoueri adhelet.

Nihilominus tamen verior, & receptior sententia habet, esse causam sufficientem dissoluendi sponsalia de futuro per copulam habitam cum sponsa vi præcisa cognita, eo quod hæc sit notabilissima mutatio, & maxima nota vir afficeretur, rari enim crederent inuitam omnino cognitam esse: & qualitercũque id eueniat abhorrent homines cum ea cõtrahere, quod & alijs rationibus hanc verisimam sentẽtiam probarunt & tenent glos. verb. maluerit in cap. raptor 27. quæstione 2. & in cap. sic quippe verb. quæritur, eadẽ quæstione, & in d. cap. quemamodum verbo oculos, & ibi Hostiens. super verbo iuramentum, & communiter DD. d. l. 8. & ibi Gregor. Lopez verbo, robada, titulo 1. partita 4. D. Couar. vbi supra numero 2. & Nauar. d. numero 27. versic. 9. Cuch. etiam vbi supra d. numero 62. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. disputatione 55. numero 7. & Mocius vbi supra; secus erit respectu viri omnino inuiti, culpæque expertis fornicantis, cum in eo videatur cessare prædictæ rationes, quæ in fœmina cõtrarium suadent, vt obseruat Thom. Sanchez vbi supra numero 8.

Contrarium tamen verius esse mihi videtur, raro enim credi potest virum omnino inuitum expertẽque omnis culpæ fœminam cognouisse, quod siid aliquando contigerit, adhuc notabilis mutatio videtur, & ideo merito hanc sententiam tenuit glossa in d. cap. sic quippe in fine 27 quæstione 2. & videtur quoque tenere Naua. in Manual. Latin. d. cap. 22. num. 27. vers. 9. dum indistincte dicit sponsalia dissolui ob alterius fornicationem violentam, quãuis hos graues Authores contra se Thom. audire nolit: sed merito audiendi, & sequendi. Pro qua distinctione facit doctrina Patris Toledo in sua Summa instruct. Sacer. lib. 5. cap. 10. versic. alter casus: quæ habet, quod si fœmina comprehensa cogeretur ad fornicationem, dummodo illa interius non consentiret actui, quamuis pateretur ab altero, & sentiret etiam delectationẽ, non peccaret, sed quod hoc non habet locum ex parte agentis: nam agens absque consensu non agit: in consensu autem est mortale, nec excusatur propter mortis periculum vel metum, nam quamuis passurus esset mille mortes, & liberaturus esset mille vitas aliorum nũquam licet ex consensu fornicari, sed nihilominus in specie præd. Sanchez, verius mihi videtur in foro externo quod aduersus eum dixi.

4 Denique obseruandum est in proposito, non compensari mutua delicta, si vterque post sponsalia fornicetur, & sic fornicationem sponsæ, cum fornicatione viri quare licet fœmina fornicans non possit resilire ob sponsi fornicationem, poterit tamen vir fornicans resilire, vt cum communi tenet Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 14. numero 6. & Sanchez vbi supra numero 9. aduersus Palud. in 4. sentẽt. distinctione 27. quæstione 7. articulo 3. numero 17. versic. quarto in compensando.

5 Vltimo, quod dictum de fornicatione, vt ob eam dissoluantur sponsalia de futuro etiam iurata, procedit secundum omnes, de fornicatione spirituali, vt si alter sponsus in hæresim inciderit, quia hæc est notabilissima mutatio, vt tenet Thom. Sanchez vbi supra numero 3.

(i)

SVMMARIVM Cap. XXXII.

1 *Sponsalia de futuro an dirimantur ob impedimentum dirimens superueniens, & quid de impedimento impediente tantum? num. 2. & sequentibus.*

3 *Sponsalia de futuro, etiam iurata, dissoluuntur fœditate notabili, vel oculorum amissione, vel turpiore alia causa superueniente, secus, si tempore contractus inerat, vel paralysi, aut lepra? & numero quarto, quomodo hoc intelligatur.*

5 *Sponsalia de futuro an dissoluantur, si sponsa tempore sponsalium pulcherrima esset, postea verò efficiatur notabiliter deformis?*

CAPITVLVM XXXII.

De dissolutione sponsalium de futuro ob superueniens impedimentum, vel deformitatem.

1 IMPEDIMENTVM dirimens superueniens sponsalibus de futuro, non dubium est ea dirimere: veluti, si cõtractis prædict. sponsalibus oriatur affinitas inter ipsos ex fornicatione cum consanguineis in primo, vel secundo gradu, quia iam non potest inter illos consistere matrimonium, iuxta decisionem Concilij Tridentini, sessione 24. de reformatione matrim. cap. 4. Mocius de sponsal. titulo quomodo dissoluantur sponsalia, numero 15. folio 171. & hoc fatentur omnes olim intra quartum gradum, vt cap. non debet de consanguin. & affinit. l. 8. versic. *la quarta*, titulo 1. partita quarta, ibi, *si ante que ouiessen de ser en vno acaesciesse cuñadia entre ellos, de manera que alguno dellos se ayuntasse carnalmente con pariente, ò con parienta del otro*, tex. in cap. si quis sponsam 27. quæstione 2.

2 De impedimento impediente tantum dubitant DD. quibusdam tenentibus ob id dissolui sponsalia de futuro ex parte innocentis solum, ne alter ex crimine suo reportet commodum, & ideo licet obtineat dispensationẽ, nõ habeat ius ad priora spõsalia, quia iam innocens ius dissoluendi acquisiuit, vt refert Paludan. num. 31. in loco statim citando, & etiam Petrus de Ledesm. q 43. de matrim. art. 3. causa 3. & voluerũt etiam Soto lib. 4. distinct. 27. q. 2. art. 5. causa 8. & Lanzelot. instit. Iuris Canonic. lib. 2. tit. de sponsal. verb. diffamatu: alij verò tenent non dirimi sponsalia per superueniẽs impedimentũ, quod tantum impedit, excepto voto simplicis castitatis, vt refert Thom. Sanch. qui hoc tanquã verius tenet contra primũ lib. 1. de matrim. disput. 56. per totã. quia talia impedimẽta matrimonio obstant dum res est omnino integra, secus, quando sponsalia præcesserat, & sic inchoatio matrimonij: & quia impedimẽta hæc, excepto voto, iuxta opin. multorũ, nõ sunt in vsu, neq; dispensatione indigẽt, & hãc partẽ, vt veriorẽ, tenuit prius Paludanus in 4. distinct. 27. q 1. art. 3. num. 32.

Ego vero primum probo, si impedimentum præd. dispensatione egeat, & nõ possit faciliter impetrari, cum obsterit matrimonio indistincte, siue præcedat, siue subsequatur, secus alias, & hoc modo concordarem prẽd. duas opiniones cõtrarias: promissio enim intelligitur, rebus in eodẽ statu permanentibus iux. præd. c. quemadmodum; tenebitur tamen in primo casu delinquens, si fœminam defloravit, vel si ea notabilẽ famæ iacturam patiatur, nisi ducatur in vxorẽ, ex iusta causa impedimẽtum auferre modo sibi possibili, vel eidem mulieri alias competenter, pro viribus satisfacere: eo namque ipso, quod sponsa habet ius ad matrimoniũ, comparat ius ne iniuste impediatur: ergo sponsus, qui iniuste impediuit, ad hoc ex iustitia tenetur: secus quando nec hæc concurrunt, & dispensatio magnis impensis eget, & magna mora, vt quia Roma valde distat, & hoc verius videtur, quam opinio Petri de Ledesma de matrimonio quæst. 43. art. 3 causa 3. affirmantis indistincte teneri dispensationẽ impetrare spõsum præd. vt spõsalia perficiat, quia culpa sua effectus est impotẽs, nec

nec par sit, vt immunitatem à fide præstita delictum illi concedat, contra tex. in capit. secundo, de translat. Prælat. sed præd. distinctio mihi magis placet, quam tenet Thomas Sanchez d. disputatione 56. numero quarto, interpretans Ledesmam vbi supra, & quamuis loquatur in impedimento dirimente, idem eadem ratione dicendum est in impedimento impediente, quando dispensatione indiget, vt in nostro casu; suppositio, quod in vtroque sponsalia dirimuntur.

3 Similiter proculdubio dissoluuntur spõsalia de futuro, etiam iuramento firmata, fœditate notabili, vel oculorum, vel nasi amissione, vel turpiore alia causa superueniente, secus si tempore contractus inerat, vel paralysi, aut lepra: sic definitur in d. cap. quemadmodum in princip. de iur. iurand. quia iuramentum intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, l. 8. titulo primo partita quarta, ibi: *la tercera es, si alguno de ellos se faze gafo, ò contrecho, o cegasse, o perdiesse las narizes, o le auniesse alguna otra cosa mas desaguisada, que alguna destas sobredichas*: Vnde idem erit de quolibet morbo contagioso superueniente alteri sponso: est enim notabilissima mutatio, vt si morbus Gallicus alteri superueniat, vt probat Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 27. casu octauo, Marcus Anton. Cuchus lib. quinto instit. maior. titulo 10. numero 63. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 14. numero sexto, Petrus à Ledesma de matrimonio quæstione 43. articulo 3. causa quinta, Philiar. de officio Sacerd. tomo primo parte secunda, lib. 2. cap. 1. Mocius vbi supra, vbi loquitur in lepra, est enim contra bonum prolis sicut etiam præd. morbus Gallicus, & huiusmodi, tenet etiam Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio disputatione 57. numero 2. vbi numero 3. idem tenet de graui infirmitate superueniente, vt epylepsia secund. D. Thom. in 4. distinctione 27. quæstione secunda, articulo tertio, ad tertium, Paludan. ibi quæstione prima, articulo tertio, casu septimo, numero 25. & Ant. Cuchum vbi supra d. numero 63. vbi idem probat, si os male oleat, nec arte medicâ subueniri possit: idem à fortiori dicendum est, secund. Cuchum, & Sanchez vbi supra si animi, vel existimationis notabilis deformitas sequuta sit, vt si sponsus, furti, vel alterius criminis turpis damnatus sit: quia est notabilis mutatio, imo maior est morum, & famæ habenda ratio, quam corporum.

Et quod diximus de oculorum amissione iuxta tex. in d. capit. quemadmodum, qui in numero plurali loquitur, non procedit, si alter oculus tantum amittatur, vt affirmat Paludan. vbi supra. Sed nihilominus verius videtur adhuc vnius oculi amissione dissolui sponsalia de futuro præcedentia etiam iurata, quia est notabilis deformitas, & magna mutatio: facit etiam d. l. Regia octaua, ibi, *cegasse*, & in terminis ita tenent Nauar. Philiarch. Petrus de Ledesma, & Sanchez numero tertio, vbi supra post D. Antoninum in sua summa tertia parte, titulo primo, cap. 18. §. primo, casu 3.

4 Supradicta omnia vellem intelligas ex parte illius, qui illæsus est, quia eo volente soluuntur sponsalia prædicta: secus alias, quia in fauorem illius hoc introductum est in dictis iuribus: & palam est, quemlibet fauori pro se introducto renuntiare posse, l. si quis in conscribendo C. de Epis. & cleric. & in l. eodem modo incipiẽte, C. de pact. cum simil. hoc tamen in proposito procedit, nisi morbus incurabilis superueniens talis esset, vt medicorum iudicio notabiliter matrimoniũ noceret, aut offenderet, non enim tenetur morbo affectus, cum tam notabili salutis detrimento, fidei sponsalium stare, maxime cum res non sint in eodem statu, sed notabiliter mutatæ, ita Sanchez, d. disputatione 57. num. 5.

5 Illud tamen in proposito se offert examinandum, an si sponsa tempore sponsalium pulcherrima esset, postea efficiatur notabiliter deformis, dissoluantur sponsalia ex parte sponsi? Et quidem cum tex. in d. capit. quemadmodũ, in versic. quod si post huiusmodi: tantum permittat hoc ob oculorum, vel nasi amissionem, vel pariter ob paralysim, similiter & l. Regia 8. versic. *la tercera*: verius esse censeo in nostra quæst. sponsalia non dissolui, vt in terminis arbitratur D. Coua. in 4. de spõs. 1. p.

Universidad de Deusto Biblioteca

capit. 5. in princip. numero 6. ad fin. eandem ſententiam tenent, & probant Alex. Carrer. lib. primo de ſponſal. cap. 5. in fin. Matienç. in rubrica gloſſa 1. numero 47. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Ludouic. Lopez in ſecunda parte ſui Inſtruct. in materia de matrim. cap. 38. folio 1047. Quicquid Thom. Sanchez d. diſputatione 57. numero 4. probet contrarium, dicens, verius ſibi videri, quod in præd. ſpecie diſſoluantur ſponſalia, ſed fallitur meo iudicio, immeritoque receſſit ab opinione tantorum virorum ſic recte fundata in deciſione dictorum iurium: nec obſtant ſua fundamenta, quia loquuntur in deformitate, & mutatione membrorum, veluti amiſſione oculorum, vel naſi, aut paralyſi, quę eſt grauis infirmitas, & morbus: at deformitas, de qua hic & nunc agimus, vt aduerſatur pulchritudini vultus præcedenti, non eſt huiuſmodi, igitur, &c. Et quamuis Innocentius in d. cap. quemadmodum numero 3. & ibi Hoſtienſ. ſuper verbo profecto, explicantes illum tex. & illius rationem reddentes dicant, diſſolui ſponſalia, quando notabilis deformitas ſuperuenit, quia non manent res in eodem ſtatu, cum non ſit fœmina apta facere id, propter quod ducitur, ſcilicet, tollere viro fornicandi occaſionem, quia ad eam tam deformē accedere non valet: hoc de deformitate: tex. in d. cap. quemadmodum, quem interpretantur, intelligendum eſt, non vero de alia inferiori diuerſi generis, nempe, *por auerſe hecho de hermoſa fea, ſin perder los ojos, ni narizes, ni tener otra enfermedad de las expreſſas en derecho.* Siquidem patet, virum poſſe accedere ad non pulchram, imo frequenter cōtingit, viros habentes pulcherrimas mulieres, cum alijs nō pulchris fornicari: ſimiliter reſponſio eiuſdem Authoris ad d. cap. quemadmodum, quæ habet, illam deformitatem oculorum, aut naſi amiſſionis, aut lepræ, proponi ibi tantum exempli gratia quod regulam non arctat, ſiue diſpoſitionem l. prima §. quod vulgo, ff. de vi, & vi armat. l. damni infecti ſtipulatio ff. de damn. infect. nihil obſtat, quia procedere poteſt in ſimilibus eandem rationem habentibus, aut grauioribus deformitatibus, quam ibi expreſſis: præſertim cum ille tex. adijciat poſt exempla lepræ, & paralyſis: illud nempe oculorum, aut naſi amiſsionis, vel quicquam ei turpius eueniret, & idem d. l. Regia 8. ibi: *ò le auuieſſe otra alguna coſa mas deſaguiſada, que alguna deſtas ſobredichas*: non vero in deformitate procedente ex defectu pulchritudinis, quæ multo inferior deformitas eſt, & minime cōprehenſa ſub diſpoſitione d. cap. quemadmodum, vt patet: morbus autē Gallicus contagioſus eſt, & nimis ſaluti contrarius, nimirum ergo vt ex eadem ratione d. cap. quemadmodum à DD. includatur ſub eius diſpoſitione, alias enim ſequeretur, quod ex ſolis febribus ordinarijs, & debilitate faciei, atque corporis, abſque alia grauitate nociua morbi ſponſalia de futuro diſſoluerentur, quod videtur abſurdum, & contra mentem Pontificis in d. cap. quemadmodum.

SVMMARIVM Cap. XXXIII.

1 *Sponſalia de futuro præcedentia ad diſſoluēda, eſt ſufficiens cauſa notabilis morum aſperitas, vel ſæuitia, quoties de nouo cognoſcitur.*

2 *Sponſalia de futuro diſſoluuntur ob graues, & capitales inimicitias inter ſpōſos ortas.*

3 *Sponſalia de futuro an diſſoluantur ob paupertatem ſuperueniētem? & numero ſequenti.*

4 *Mulier nubens an tacite intelligatur omnia bona ſua in dotem dare?*

5 *Iurans ſe aliquam ducturum in vxorem, nulla dotis promiſſione præmiſſa, an teneatur eam ducere, ſi ea ipſe nullam dotem aſſignare vellet, cum ſit dues?*

6 *Sponſalia de futuro diſſoluuntur ob notabile inconueniens ſuperueniens, vel nouam cauſam, quæ à principio exiſtens ea contrahi impediret, & procedit etiāſi ſponſalia prædicta iuramento eſſent confirmata, vt in n. 7. & procedit etiā, ſi præd. noua cauſa ſuperueniat, poſtquā ſpōſus fuerit in mora implendi præd. ſponſalia, vt in numero 8. non tamen ſufficeret defectus ſolus magnæ pulchritudinis, vt in numero 10.*

9 *Credendū an ſit in vtroque, vel altero foro aſſerenti ſe minime promiſſurum ſi talis cauſa adeſſet?*

1 SPonſalia de futuro præcedentia ad diſſoluēda, eſt ſufficiens cauſa notabilis morum aſperitas, vel ſæuitia, quoties de nouo cognoſcitur.

2 Sponſalia de futuro diſſoluuntur ob graues, & capitales inimicitias inter ſpōſos ortas.

3 Sponſalia de futuro an diſſoluantur ob paupertatem ſuperueniētem? & numero ſequenti.

4 Mulier nubens an tacite intelligatur omnia bona ſua in dotem dare?

5 Iurans ſe aliquam ducturum in vxorem, nulla dotis promiſſione præmiſſa, an teneatur eam ducere, ſi ea ipſe nullam dotem aſſignare vellet, cum ſit dues?

6 Sponſalia de futuro diſſoluuntur ob notabile inconueniens ſuperueniens, vel nouam cauſam, quæ à principio exiſtens ea contrahi impediret, & procedit etiāſi ſponſalia prædicta iuramento eſſent confirmata, vt in n. 7. & procedit etiā, ſi præd. noua cauſa ſuperueniat, poſtquā ſpōſus fuerit in mora implendi præd. ſponſalia, vt in numero 8.

CAPITVLVM XXXIII.

De alijs cauſis ob quas diſſoluuntur ſponſalia de futuro.

1 NOTABILIS morum aſperitas, vel ſæuitia, quoties de nouo agnoſcitur eſt ſufficiēs cauſa diſſoluendi ſponſalia de futuro præcedentia, cum ipſa ſatis ſit ad ſeparationem, & diuortium matrimonij, quoad torum, & mutuam cohabitationē, vt in cap. ad literas de reſtit. ſpoliat. de quo late egimus lib. 1. Canonic. quæſtionum cap. per totum: eodem namque argumento vtitur tex. in cap. quemadmodum de iur. iur. ad probandum fornicatione dirimi ſponſalia de futuro; nempe, quia ea eſt iuſta diuortij cauſa: & in terminis ita tenet Abb. in cap. veniens numero 2. qui cleric. vel vouent. & ibi Alexand. de Neuo numero 2. Præpoſ. in cap. de illis numero 5 de ſponſal. Dominic. à Soto in quarto Sentent. diſtinctione 27. quæſtione 2. articulo 5. caſu 11. Angel. in ſumma verbo ſponſalia numero 41. & ibi Sylueſt. quæſtione 10. caſu 15. Tabien. quæſtione 9. numero 10. in fine, Armill. numero 13. Alphonſ. à Veracruz in prima parte Specul. coniug. articulo 21. caſu 15. Philiarcus, Enriquez, & Ludouic. Lopez, quos refert, & ſequitur Thom. Sanchez lib. primo de matrim. diſputatione 58. numero 1. vbi numero 2. idem eadem ratione probat, de qualibet ſufficienti cauſa ad faciendū matrimonij diuortium.

2 Similiter diſſoluuntur ſponſalia de futuro ob graues, & capitales inimicitias inter ſponſos ortas ex ratione tex. in cap. 2. & in cap. requiſiuit de ſponſal. ne ſcilicet matrimoniū infœlices exitus habeat: & quia eſt noua cauſa, & notabilis mutatio ſuperueniens, vt plurimos hoc tenentes refert, & ſequitur Thomas Sachez vbi ſupra numero 3. præſertim Nauar. in Manual. Latin. capit. 22. numero 27. caſu 11. Gregor. Lopez in l. 7. verb. excuſaciō titulo 1. partita 4. & vltra eos Mocius de ſponſal. titulo quomodo ſoluantur ſponſalia numero 16. fol. 171.

3 Sed an ob paupertatem ſuperuenientem ſponſalia de futuro præcedentia diſſoluantur? diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando dotis promiſsio præceſsit. Secundus, quando ipſa non interuenit: in primo caſu vera, & communis ſententia eſt aduerſus Bald. in d. c. quemadmodum numero 8. & Alexand. de Neu. ibi numero 16. diſſolui ſponſalia, nec teneri virum eam ducere, quia promiſsio eſt veluti conditio ſub qua ſponſalia celebrantur, ideo deficiente conditione etiam citra fœminæ culpa non obligant, vt probat poſt alios Gregor. Lopez in l. 7. verb. excuſacion tit. 1. partita 4. Brun. de ſponſalib. concluſione 8. numero 6. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. caſu 455. numero 6. eſt communis ſecund. Couar. in quarto de ſponſal. parte prima, cap. 5. in princip. numero 4. eamque ſequuntur Dominic. à Soto in 4. diſtinctione 27 quæſtione 2. articulo 5. caſu 6. Barthol. à Ledeſma de matrimonio dubio 13. caſu 10. Petrus à Ledeſm. de matrim quæſtione 43. articulo 3 cauſa 9. Manuel Rodrig. in 1. tom. ſuæ ſummæ in 2. editione cap. 245. numero 5. & plures allegans Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. diſputatione 59. num. 2. cum ſequentibus, vbi idem probat, licet ſponſalia iuramento ſint confirmata.

In ſecundo autē caſu, quando ſponſalia nō præceſsit dotis promiſsio. multi Authores tenent, non diſſolui propter paupertatē ſuperueniētē, vt ſunt gloſ. in d. c. quemadmodū verb. oculos, de iur. iur. & ibi Hoſtienſ. ſuper verb. iuramētū, Ioan. Andr. n. 15. Alex. de Neu. n. 16. Ant. de Butrio n. 14. Imol. n. 10. hāc etiā ſequitur cōmunē eſſe profeſſus D. Couar. vbi ſupra num. 5. aduerſ. Abb. quē refert, ſequitur etiam & eā probat Alex. Carrer. lib. 1. de ſponſal. cap. 15. in fin. & Menoch. conſil. 386. nu. 3. volumine 4. Matienç. in rubr. gloſ. 1. n. 47. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Pet. Greg. in ſua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syntag. iuris vniuerſ. parte 2. lib. 8. cap. 9. numero 9. Palud. in quarto, diſtinctione 27 quæſtione 1. articulo 2. numero 14. Ludouic. Lopez in ſecunda parte ſui Inſtructor. in materia de matrimonio cap. 38. folio 1047. Manuel Rodrig. vbi ſupra num. 3. limitans, vt intelligatur, quando ſponſus eſt ita diues, vt poſsit alias ſuſtinere onera matrimonij, vxoremque alere: & hæc ſententia eſt ſatis probabilis ſecũd. Thomam Sanchez vbi ſupra numero 3. ex duobus fundamentis.

4 Primo: quia non eſt verum, quod mulier nubens tacite intelligatur omnia bona ſua in dotem dare, quando nullam dotem promiſit, vt cum alijs probat Couar. d. numero 5. Roland. à Valle de lucro dotis quęſtione 73. Maſcard. de probat. cõcluſ. 577. numero 2. Barboſ. in rubrica ff. ſolut. matrim. in 4 parte numero 32. Secundo, quia imputet ſibi ſponſus, qui nullum de dote conſtituenda, atque ſibi tradenda pactum adiecerit.

Nihilominus tamen verius eſſe cenſeo in præmiſſa ſpecie diſſolui ſponſalia; quia mulier diues cenſetur omnia bona ſua nubens in dotem promittere: vt contra priorem opin. negatiuam docet Bart. in repetitione l. ſi conſtante numero 78. ff. ſolut. matrim. & plures allegans Anto. Gomez in l. 50. Taur. numero 17. & quamuis dubia ſit hæc opinio Bart. quia quamplures, vt vidimus, tenent contrarium, de qua late agit Menoch. lib. 3. præſumptione 6 per totam: negari tamen non poteſt, quin hæc ſit notabiliſsima mutatio, & quæ ſi à principio exiſteret, ſponſalia impediret contrahi: & præſertim ex eo hæc ſententia principalis fulcitur, quia alias ſponſus in eam non conſentiret, ſi pauper eſſet à principio, etſi conſenſit, fuit ratione ampli patrimonij, quod mulier tempore ſponſaliorũ habebat: & præd. promiſsio ſponſalium, intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, argumento d. cap. quemadmodum, vbi Abb. numero 10. licet aliquantulum dubius, hanc ſecundam opin. principalem contra priorem tenet & Brunel. de ſponſal. concluſione 8. numero 6. Angel. verbo ſponſalia in ſumma numero 33. & Sylueſt. eodem verb. quæſtione 10. caſu 9. Nauar. in Manual. Latino cap. 22. numero 27. Anton. Cuch. lib. 5. inſtit. maior. titulo 10. numero 71. Enriquez de matrim. lib. 11. cap. 14. numero 6. & huic ſententiæ tanquam veriori adhæret Thom. Sanchez d. diſputatione 59. numero quarto, vbi numeris ſequentibus infert idem eſſe dicendum in ſponſalibus iuratis ſecundum Cuchum vbi ſupra numero 71. item ſi ſpõſus tempore ſponſalium ditiſsimus eſſet, nam eo poſtea facto notabiliter pauperi, non teneretur ſponſa ei nubere, quia eſt notabiliſsima mutatio, quæ à principio contractum impediret ſecund. Cuchum vbi ſupra d numero 71. ſecus tamen eſſet, ſi vno ſponſo in eodem ſtatu permanente, alteri ingentiſsima diuitiarum copia accreſceret, quia non ob id ſponſalia diſſoluentur, quia alter non eſt effectus deterioris conditionis, ita Sanchez vbi ſupra numero 7.

5 Et retẽta præfata ſecũda opin. principal. ea limitãda eſſet, quoties ſpõſus tẽpore ſpõſaliũ ita adamabat eã, vt etiãſi bona nõ haberet, vel ſaltẽ non in tanta quantitate adhuc & ſuam fidem de matrimonio cõtrahendo præſtaret, tunc namque deficere videtur potiora fundamenta ſecundæ opin. præſertim cum prima ſit communis indiſtincte, & ſatis probabilis, ac propterea vereor ne ea in praxi obſeruanda ſit, tametſi ſecunda verior videatur.

Quod ſi aliquis iuraſſet, ſe aliquam ducturũ, nulla dotis promiſsione præmiſſa, teneretur quidem iuxta probabilẽ ſententiã eã ducere, etiamſi, cum diues ſit, nullam eidem dotem aſsignare vellet.

Quia fœmina diues non tenetur dotẽ nõ promiſſam aſsignare: cum enim matrimonium ſine dote eſſe poſsit, conditio deſignandæ dotis extrinſeca eſt: ſi conditiones extrinſecæ non ſubintelliguntur, niſi exprimantur, l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus ff. de verb. oblig. & ſponſus ſibi imputet, quod nihil de dote conſtituenda pactus ſit, vt prædicebamus: & in termi nis in ſpecie præmiſſa, quando ſponſus eſſet diues, & haberet bona ex quibus poſſet ſeipſum, & ſponſam alere ita tenet, & probat. D. Couar. in 4. de ſponſal. prima parte cap. 5. in principio numero 6. Ant. Cuchus lib. 5. inſtit. maior. tit. 10. n. 71. Matiẽço in rubrica gloſſa 1. numero 47. titulo 1. lib. quinto, nou. collectio. Reg. Ludouic. Lopez in ſecunda parte ſui Inſtruct. conſcient. in materia de matrimonio cap. 38. folio 1048. & cap. 36. folio 1036. & Manuel Rodriguez in ſua ſumma primo tomo in ſecunda editione cap. 97. numero 8. & hoc probabile eſſe fatetur Thom. Sanch. d. lib. 1. de matrim. diſputatione 60. in princip.

Ego vero contrarium verius eſſe cenſeo, vt probaui cum alijs in meo tractatu de iuramento confirmatorio prima parte cap. 37. numero 31. in fin. & eſt doctrina expreſſa Bald. in cap. iurauit numero 3. & 4. de probat. Palac. Rub. in repetitione cap. per veſtras de donat. inter virum, & vxor. notabil. 3. §. 2. num 4. ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. ſecundo, cent. 5. caſu 455. numero 6. Palud. in 4 diſtinctione 28. quæſtione 1. articulo 2. concluſione 4. numero 14. vbi ampliat etiam ſi vir ſub promiſsione matrimonij virginẽ defloraſſet, adhuc enim promiſsio præd. intelligitur, dote iuxta propriam poſsibilitatem conſtituta, & ideo ſine ea, non tenebitur eam ducere, & hoc credit probabilius eſſe Thomas Sanchez d. diſputatione 60 numero 2. alios referens.

6 Illud tamen regulariter obſeruandum eſt in propoſito, quod quando poſt contracta ſponſalia de futuro, inconueniens aliquod notabile, aut noua cauſa ſuperueniret, quæ à principio exiſtens ea contrahi impediret, præbet iuſtam cauſam ea diſſoluendi. Ratio præcipua eſt, ex defectu intentionis, & quia rebus notabiliter mutatis (vt in propoſito contingit) ſimilis promiſsio non obligat: ita docent Hoſtienſ. in ſumma titulo de iur. iuran. numero 3. Anton. de Butrio in d. cap. quemadmodum, Gregor. Lopez in l. 7. titulo 1. partita 4. in gloſ. excuſaciõ: Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 27. & lib. 4. conſil. in prima editione conſil. 34. titulo de ſponſal. & in ſecunda editione eodem titulo de ſponſal. lib. conſil. 9 numero 1. Cuchus lib. 5. inſtit. maior. titulo 10. in fine. Petrus Nicol. Mocius de ſponſal. titulo quomodo ſoluantur ſponſal. numero 17. verſi. decimus quartus, folio 171. col. 3. Angel. in ſumma verbo ſponſalia num. 21. & ibi Sylueſt. quæſtione 10. caſu 17. & verb. pactum §. 4. & verb iuramentum 3. quæſtione 1. Armilla verbo iuramentum numero 35. & alios plures referens Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrim. diſputatione 62. numero 3. eſt igitur hæc regula vera, & communis, atque in lubitata ſententia.

7 Et procedit quidem etiamſi ſponſalia prædicta iuramento fuerint confirmata, quia iuramentũ ſortitur naturã, & cõditiones cõtractus, cui adijcitur, l. fin. C. de non nume. pecun. cum ſimil. & intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, vt in d. cap. quemadmod. de iur. iurand. & probat late Thom. Sanchez vbi ſupra num. 4. qui hanc ampliationem in terminis tenet.

8 Procedit etiam eadem communis regula, & ſententia ſecundum ipſum ibidem numero 5. licet noua cauſa ſuperueniẽs, quæ ſufficiens ſit, contingat poſtquam ſponſus fuit in mora implendi ſponſalia prædicta; & ſic ſua culpa, vt quia cum teneretur intra annum, aliumve terminum ſpõſalia implere, biennio non impleuit: nam ſi tranſacto illo termino prior ſponſa fornicetur, aut alia notabilis mutatio ſuperueniat, ſpõſus non tenetur eã ducere; tenebitur tamẽ ei dãnum reſarcire, quod ex ea mora ſponſæ redundauit, vt ibi recte probat: intelligo tamen hoc niſi culpa, & facto proprio ipſius fœminæ id damnum ei acciderit, nẽpe ex propria fornicatione, vel alias, quia vltima mora nocet.

9 Addit Sanchez nu. 6. obſeruandũ eſſe, aſſerenti ſe minime promiſſurũ ſi à principio talis cauſa adeſſet, adhibendã eſſe fidẽ in vtroque foro, ſi iudicio prudentis viri, conſideratis negotij circũſtantijs, veriſimile ſit nequaquã promiſſurũ, ſecũd. Nauar. in Manual. Latin. c. 18. n. 7. quia ea, quæ cõſiſtunt in animo alicuius partis iuramento probãtur iux. regul. cõmunem gloſſæ, & Doctorũ notiſsimã: hoc tamẽ, quoad forũ cõtẽtioſum ſcrupulo nõ caret, ſiquidẽ ſolo iuramẽto partis in his ſtãdũ eſſe non videtur, cũ etſi animus in mẽte retentus hominibus innoteſcere nequeat, & ſic teſtibus probari nõ poſsit: attamen cauſa ſuperueniens, à principio ignorata, quod ſit magna, vel parua teſtibus probari poteſt, ex qua veriſimiliter probi homines, & à communiter accidẽtibus nõ promiſiſsent, ſi eã ſciuiſſent, vel adhuc promiſiſſent: hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem licet iudicio prudentis viri considerari possit attentis circunstantijs negotij: nihilominus tamen, cum ex actis non constet, præterquam ex iuramento solo partis necessarium iudico, vt à partibus allegetur, & probetur. in foro autem cõscientiæ verisima est præd. sententia Nauar. & in foro exteriori adhibito præd. tẽperamento.

10 Non tamen erit sufficiens causa recedendi à præd. sponsalibus, defectus solus magnæ pulchritudinis, quæ tempore spõsalium aderat, vt supra probauimus ex rationibus de quibus ibi: & quia hoc à principio cogitari potuit, siquidem regulariter pulchritudo mulieris facile decidit, & arescit, nec etiam accrescentia diuitiarum vni sponso superueniens est iusta causa dissoluendi sponsalia præcedentia, altero in eodem statu permanente, vt supra quoq; probauimus. Hactenus de causis superuenientibus ad sponsalia præcedentia de futuro dissoluenda.

SVMMARIVM Cap. XXXIIII.

1 *SPONSALIA de futuro ex causis præcedẽtibus notis dissolui non debent; secus, si erant ab altero probabiliter ignoratæ, vt in numero 2. veluti ob fornicationem præcedentem sponsæ ab sponso ignoratam, vt in numero 3. Idem dicendum est, si sponsus putaret sponsam esse virginẽ, quæ vidua esset, vt in numero 3. & quod si sponsus nouit, eam esse viduã, ignorauit tamen præcedentem fornicationem, numero 4. & quid si sponsus conscius erat, sponsam impudicam esse, & infamem ob fornicationem: postea tamen detegãtur aliæ fornicationes præuiæ sibi ignoratæ, quæ paulo plus infamem eam reddant? numero 5. & superiora procedunt etiãsi præd. sponsalia iurata sint, vt in numero 6 secus est in fornicatione sponsi præcedente ipsa sponsalia, vt in numero 7.*

8 *Sponsalia de futuro, an quibus casibus ex causis iustis præcedentibus dissolui possunt, hoc fiat ipso iure, vel alias.*

9 *Sponsus si conscius causæ sufficientis ad dissoluenda sponsalia de futuro, sponsam cognouit carnaliter, vtrum ex hoc videatur ius suum remittere?*

10 *Sponsus aliquo vitio occulto laborans, an possit alterum spõsi alter ad fidem præstitam seruandam cogere quoties si alter sponsus id sciret, posset ab sponsalibus resilire?*

CAPITVL. XXXIIII.

De causis præcedentibus sponsalia de futuro ad ipsa dissoluenda.

1 NVNC agamus de causis præcedentibus ipsa sponsalia de futuro: & quidem, si ipsæ notæ sint contrahentibus sponsalia, proculdubio, vt omnes fatentur, ob eas dissolui non debent, quia scienti, & consentienti non fit iniuria, fraus, nec dolus, vt in regula iuris vulgari: & quia sic contrahens scienter, alterius mores, personam, & qualitatem approbare videtur: vnde sibi imputet, si aliter, quam sibi decebat, fecit, aut promisit.

2 Si vero causæ ipsæ alias sufficientes ad dissoluenda sponsalia de futuro, si postea superuenissent, præcedant ipsa sponsalia, erãt ab altero probabiliter ignoratæ, sufficiunt ad dissoluenda sponsalia de futuro postea subsequuta: paria enim sunt, aliquid superuenire, & præcedere ignoranter: res enim dicitur fieri, quando primum innotescit, ca. Pastoralis de exception. iuxta illud Marci vltimo: Data est mihi omnis potestas, idest, ex nunc est nota: similiter paria sunt in iure non esse, & non apparere, l. Duo sunt Titij ff. de testament. tutel. l. in lege ff. de contrah. empt. cum enim nihil volitum, quin præcognitum sit ignorãs non censetur approbasse, quod nescit. Similiter in lege final. C. de sponsalib. cauetur resilientem ab spõsalibus ex causa præcedenti ignorata, non amittere arras: & in terminis hanc sententiam tenet Dominic. à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 2. articulo 5. casu nono, & Viguerius lib. institit. cap. 16. §. septimo, versic. 7. in fine Barthol. à Ledesm. de matrimonio dubio 13. casu 6. alter Ledesma, nempe Petrus, de matrimonio quæstione 43. articulo 3. causa 5. & 11. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. numero 6. Ludou. Lopez in secunda parte sui Instructo. in materia de matrimonio cap. 38. folio 1041. cum sequenti, & Thom. Sanch. lib. primo de matrimonio disputatione 64. num. 2.

3 Quo fit, vt idem à fortiori sit dicendũ ob fornicationem sponsæ præcedentem sponsalia ignoratam à sponso, qui eam virginem existimabat ex eisdem rationibus, & alia magni ponderis, & momenti, nempè, quod vir notabile dãnum incurreret si adhuc compelleretur sponsalia huiusmodi de futuro perficere, cum bigamus fieret, ac proinde ad ordines, si illos eligat, promoueri non posset, vt cum supra dictis, & alijs pluribus Authoribus tenet, & probat ibi Sanchez, num. 3.

4 Vbi idem dicendum esse affirmat si spõsus putaret esse virginem, quæ vidua esset, ob irregularitatem quam incurreret, etsi forte ipse alias bigamus esset, nouam bigamiã incurreret, & ita difficilior redderetur dispensatio.

Quinimo secundum ipsum ibi numero 4. etsi controuersum sit, an idem dici debeat, quando sponsus nouit spõsam viduã esse, ignorauit tamen præcedentem fornicationem: verius tamen est, in hac etiam specie, sponsum recedere posse ab sponsalibus de futuro, quia est notabilis mutatio, & causa de nouo cognita, quæ virum prudentem merito retraheret in principio ab sponsalibus contrahendis, & expresse hãc tenet Molin. Theolog. in secundo tom. de Iustitia, & Iure disputatione 272. §. deinde si mulier.

5 Vbi addit quod si sponsus conscius erat, sponsam impudicam esse. & infamem ob fornicationem, licet postea detegantur aliæ fornicationes præuiæ sibi ignoratæ, quæ paulo plus infamem eam reddunt, nõ est sufficiens dissoluendi causa, cum non sit notabilis mutatio.

6 Superiora procedunt etiamsi sponsalia iurata sint, adhuc namque dissolui possunt ex eisdem causis præcedẽtibus ignoratis, vt constat ex mente Doctorum de hac re agentium, & colligit, atque probat Thomas Sanchez d. disputatione 64. numero 107.

7 In fornicatione autem sponsi præcedẽte sponsalia iurata, ignorata à sponsa, secus esse dicendum, nempe ob eam sponsam resilire non posse ab sponsalibus, quia nulla nota, nec ignominia est fœminæ nubere viro, qui aliam cognouit, probat ibi Sanchez numero 9. vbi fatetur, quod si sponsus existimabatur non valde virtuosus, & demum cognoscat sponsa ipsum esse notabiliter vitijs deditum, ita, vt notabilem prudentis arbitrio mutationẽ hæc notitia efficiat, erit iusta causa, vt sponsa à fide præstita resiliat, quia talis esset, si denuo superueniret, & à principio cognita impediret sponsalia contrahi.

8 Nunc autem videndum est, an in præd. speciebus in quibus sponsalia de futuro dissoluuntur ob præcendentem causam sufficientem ignoratam, hoc ipso iure fiat, vel ius concedat, ea dissolui: vtilitas nãque huius rei est valde necessaria propter publicæ honestatis impedimentum, quia si sponsalia valida sunt orietur impedimentum; alias secus: & in hoc, vera resolutio, in specie sponsaliorum eadem probanda videtur, quæ in cæteris contractibus traditur bonæ fidei, prout est matrimonium; vt siquidem dolus vnius sponsi in culpa existentis, causam dedit contractui sponsalium, quia alias nullo modo alter sponsus erat cõtracturus, hoc est, promissurus, sint ipso iure nulla, ita, vt spõsus deceptus nullo modo ipsis astringatur: secus si dolus causam contractui sponsaliorum non dedit, sed incidit in contractu, scilicet, quia eo cognito adhuc contrahenda essent, sponsalia præfata, tunc minime sunt irrita ipso iure, licet rescindi possint; idemque est, quando dolus dedit causam cõtractui sponsalium, sed doli illius particeps non fuit alter sponsus contrahens, sed quidam tertius nullo causam dante, sed si à falsa existimatione deceptus est, tunc enim verius est, sponsalia esse valida, deceptum tamen habere ius illa dissoluendi, vt late probat in specie Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrim. disputatione 64. per totam, qui in disputatione statim sequẽti bene quoq; iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reprobat non esse licitum dissoluere spõsalia de futuro, cum dolus non dedit causam contractui, quia sponsus ignorans causas sufficientes, eo affectu contraxit, vt si eas nosset non desisteret à contractu celebrando.

9 Verum dubitabis, quid erit, si sponsus conscius causæ sufficientis præcedentis ignoratæ, vel subsequentis dissoluendi sponsalia, postea sponsam carnaliter cognoscat, vtrum censeatur ius suum remittere ex hoc, ita, vt ob illam causam non possit amplius sponsalia dissoluere? & in hoc dicendum est, quod si sponsalia eo errore cõtracta valida sint iuxta præcedentem distinctionem, de qua modo supra egimus in secundo membro, tunc sponsus accedens carnaliter ad sponsam cẽsetur remittere ius rescindendi sponsalia, ratione præcedenti causæ ignoratæ, vel subsistentis, si ipsius causæ tempore coitus conscius erat, quare non poterit iam ob eam causam sponsalia dissoluere: cum etiam coniuges conscij fornicationis habitæ post matrimonium se cognoscentes amittant ius petendi diuortium, & etiam diuortio celebrato per copulam censeantur se reconciliare, & in matrimonio perseuerare teneãtur, vt habet communis sententia, de qua infra agemus in materia matrimonij: ergo merito, q̃ in sponsalibus de futuro idẽ probandum, & tenendum sit, vt in terminis tenent, & probant Anton. Cuchus lib. 5. instit. mai. titulo 10. num. 33. Anton. à Corduba in sua summa quæst. 49 Ludoui. Lopez in 1. parte Instruct. capit. 77. §. hinc emergit. Manuel Rodriguez in 1. tom. suę summæ in 2. editione c. 208. conclusione 10. num. 10. quos sequitur Thom. Sãchez vbi supra disputatione 66. num. 2. vbi nu. 3 hoc ampliat, vt procedat etiam si spõsus haberet voluntatem non remittendi: secus, si dissolutis iam sponsalibus haberet copulam, quia tunc non censetur sponsam reconciliare, ita, vt ad sponsalia teneatur.

Si vero priora sponsalia in specie huiusmodi dubitationis, ipso iure erant nulla, iux. præd. distinctionem, de qua supra in 1. membro, si sponsus dum habuit copulã consensum habuit permanendi in prioribus sponsalibus sciens esse irrita, nec sponsa priorem consensum reuocauerat, manent firma sponsalia: idemque erit, si sciebat per illum actum tacite ratificari, nec contrarium consensum habuit: secus autem si ignorauit, aut reuocauit consensum: ita recte probat Thomas Sanchez d. disputatione 66 numero 4. addens, idem dicendum esse, si quis virgini existimatæ sub expressa conditione promitteret matrimonium, si es virgo: nam si virgo non sit, cum promissio defectu conditionis sit nulla, iudicandum esse ait, si postea eam cognoscat, ac de sponsalibus nullis, quamuis copula habeatur, defectu virginitatis iam cognito.

10 Ex his decidenda venit altera elegans quæstio in proposito, quæ est huiusmodi: an sponsus possit cogere alterum sponsum ad fidem sponsalium seruandam quãdo aliquo vitio occulto laborat, cuius, si alter conscius esset, posset ab eis iuste resilire? Nam si sponsalia fuerunt valida, paries vitium poterit cogere alterum sponsum stare sponsalibus, dum alter nescit tali sciẽtia illud vitium, vt iuste possit ab sponsalibus resilire: si vero sponsalia essent omnino nulla, quia dolus dedit causam contractui, sponsus doli conscius non potest alterum ignarum cogere, cum nullo vinculo alter astrictus sit, & ipse potius teneatur iniuriam resarcire, desistẽdo à contractu, ita Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrim. disputatione 68. numero 7. & 8. iuxta probabiliorem sententiam Doctorum, quos ibi refert numero 4. tenentium coniugẽ adulterum occultum, non perdere ius exigendi debitum, sed posse exigere, vt ibi recte probat quam tenent Archid. in cap. in cõiugio 32. quæstione 1. & ibi Turrecremata in fine referens Bernard. Hispan. Caietan. in opusculo 17. responsione 4. quod habetur 1. tom. opuscul. tractatu 31. Dominic. à Soto in 4. distinctione 36. quæstione vnic. articulo 4. vers. vtrum vero vxor. Ledesm. in secundam partem 4. quæstione 64. articulo 2. folio 519. col. 1. 2. & 3. Palac. in 4 distinctione 35. disputatione 1. folio 786. col. 1. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 15. numero 6. & Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 7. §. 2. numero 4. Matienç. in rubrica glos. 2. numero 101. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. imo idẽ credit Sanch. vbi supra numero 5. licet con-

coniux innocens suspicaretur alterũ adulteratum esse, leuibus tamen indicijs, quæ non sunt sufficientia ad ipsum, in foro conscientiæ, excusandum, quia alter non tenetur tunc fateri suum crimẽ, nec innocens ius habet spoliandi eum iure petendi, & exigendi donec eius delictum sufficienter norat, quare illa exceptio adulterij, quam opponit, non est legitima etiam in foro conscientiæ: quam sententiam principalẽ præd. Doctorum modo relatam veriorẽ esse censeo aduersus alteram valde etiam probabilem, satisque receptam aliorum tenentium contrarium, quos refert Sanchez vbi supra num. 3.

SVMMARIVM Cap. XXXV.

1 *Relaxatio iuramenti, vel authoritas iudicis an sit necessaria ad dissoluenda sponsalia de futuro? & num. 2.*

3 *Sponsalia de futuro propria authoritate dissolui possunt, imo dissoluuntur per ingressum religionis, vel per contractũ matrimonij cum alio postea celebrati.*

4 *Sponsalia de futuro, vbi est certitudo causæ & facti ex natura rei, dissoluuntur absque aliqua authoritate iudicij, nisi ratione scandali vitandi, & numero quinto, limitatur numero 6. & 7.*

8 *Iudex competens ad dissoluenda sponsalia de futuro ex causis sufficientibus, vbi eius authoritas ad id requiritur, est iudex ordinarius Ecclesiasticus, vel delegatus.*

CAPITVLVM XXXV.

An relaxatio iuramenti, vel authoritas iudicis requiratur ad dissoluenda sponsalia de futuro iurata?

1 QVOD non sit necessaria relaxatio iuramenti in præd. specie bene, & late probat Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 67. numero 2. cuius in hoc sententia vera mihi videtur.

2 De secundo hoc est, an sit necessaria iudicis authoritas ad dissoluenda præd. sponsalia, quando adest iusta causa? agit late idẽ Author d. lib. 1. disputatione 69. per totam.

3 Illud autem primo in præmissa specie obseruandum est. Propria authoritate dissolui sponsalia de futuro ratione ingressus religionis, vel matrimonij alterius contracti, quia in his duobus casibus ius ipsum est notissimum, & causa est notoria, imo ab ipso iure fit tunc dissolutio, vt probat D. Couar. in quarto Decret. 1. parte ca. 5. in principio numero 12. & l. 8. titulo 1. partita 4. & ibi Montal. & Gregor. Lopez, Anton. Cuchus lib. 5. instit. maio. tit. 10. num. 59. in fin. & alij plures Canonistę, & Theologi, quos refert Sanchez vbi supra disputatione 69. numero 2. Addũt alij alios casus, nempe, quando fornicatio est notoria, vel quando impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis detegitur, & quando alter initiatur ordine sacro.

4 Secundo generalius obseruandum est, quod ex natura rei, vbi est certitudo causæ, & facti nulla desideratur authoritas iudicij, nisi ratione scandali vitandi, vt constat ex Doctoribus infra citandis, & probat Sanchez vbi supra numero 3. dict. disputatione 69.

5 Hinc fit, vt si causa dissoluendi sponsalia publica sit, ac certa tam de iure, quã de facto, possunt propria authoritate dissolui: ita tenent Angel. verbo sponsalia numero 42. & ibi Sylues. quæstione 11. Tabien. quæstione 9. numero 10. in fin. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 28. Gregor. Lopez in d. l. 8. in glos. *masento das*, titulo 1. partita 4. Palud in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. in fin. numero 36. Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ summæ in 2 editione cap. 45. numero 11. Petrus de Ledesm. de matrim. quæstione 43. articulo 3 dubio vltimo, & alios referens Thomas Sanchez vbi supra numero 4 qui numero 5. addit, idem esse, quoties causa dissolutionis certa est, de iure & de facto, licet occulta, & spõsalia sunt etiã occulta; quia tunc possunt propria authoritate dissolui, quia cessat similiter scandalum, sicut in

in præcedenti specie, vt tenent alij plures DD. quos ibi refert, & sequitur.

6 Tertio obseruandum est, quod quando causa certa est de iure, & de facto, occulta tamen, & sponsalia publica, iudicis authoritas est necessaria ad ea dissoluenda, non tamen esset culpa mortalis, sed venialis, tunc propria authoritate dissoluere præd. sponsalia, nisi inde graue scandalum oriatur; quia nullo iure cauetur, eã authoritatem necessariam esse, & dissoluens suo iure vtitur, vt tenent aliqui ex supradictis, eosque referens Sanchez vbi supra numero 6.

7 Quarto, quando causa dissolutionis est dubia de iure, quia non est certum esse sufficientem, vel de facto, quia alter non est certus, eam adesse; peccatum mortale erit propria authoritate dissoluere sponsalia, quia est probabile iniustitiæ periculum, dũ spoliatur alter in dubio iure sibi quæsito, vt impleatur fides data, ita constat ex supra dictis.

8 Quinto, iudex competens, cuius authoritate sponsalia dissoluenda sunt, est solus Ecclesiasticus, ordinarius, vel delegatus, quia hæc est materia spiritualis, non autẽ parochus, quia non est iudex in foro exteriori, ita Palud. in 4. distinctione 27. quæstione 1. art. 1. num. 38. & Sanchez vbi supra numero 10. d. disputatione 69.

SVMMARIVM Cap. XXXVI.

1 *IMpedimentum matrimonij, ne illud contrahatur, quibus modis probetur? & numeris sequentibus.*

Impedimentum matrimonij probatur duobus testibus, imo & vno teste, concurrentibus ijs, de quibus numero 3. etiã si is testis non fuerit citatus, sed per partem oblatus, vt in numero 5. ampliatur aliys modis in numeris sequẽtibus: & quid si sponsalia fuerunt iurata? numero 7. & quæ requirantur ad hoc, vt vnus testis de impedimento sufficiatur, numeris sequentibus, & numero 8. limitatur numero 10. & 12. & numero 17. in casu, de quo ibi.

11 *Cap. licet ex quadã, de testibus intelle-*

ctus.

13 *Fama sola impedimenti an sufficiat ad impediendum matrimonium & quæ requirantur ad hoc? numeris sequentibus, & numero 15. quid si de contraria fama adessent clariores probationes?*

16 *Rumor impedimẽti non sufficiet ad impediendum matrimonium, & quæ differentia sit inter famam, & rumorem? ibi.*

18 *Confessio impedimenti vtriusque sponsi sufficit ad dissoluenda sponsalia de futuro, non tamen confessio illius, qui matrimonium recusat.*

19 *Vnus testis deponens de impedimento matrimonij satis est in vtroque foro ad id impediendum.*

CAPITVL. XXXVI.

De probatione sufficienti impedimenti matrimonij ad illud impediendum, ne contrahatur.

1 TRIA sunt genera probationũ, quibus sufficienter probari potest impedimentum matrimonij, ne celebretur; Primum est, quoties probatur duobus testibus idoneis consanguinitas, vel affinitas in gradu prohibito inter contrahentes, quia in ore duorum vel triũ stat omne verbum, vt in ca. in omni negotio de testib. & de hoc nemo dubitat.

2 Secundum est, vnus testis, is enim plene probat, & sufficiens est ad impediendum matrimonium, ne contrahatur (quibusdam concurrẽtibus, de quibus infra statim agemus) quia agitur de peccato euitando; ita cauetur in cap. super eo, *el segundo*, de testib. & in cap. præterea, *el segundo*, de sponsal. & vtrobique DD. l. 18. titulo nono, partita quarta, nullusque contradicit.

3 Vnde cum in hoc, soli testimonio vnius sit danda fides, is, qui solus scit impedimentum

tum aliquod subesse inter volentes contrahere matrimoniũ, licet id probare nõ possit, tenetur illud iudici denunciare, si is admonitus noluerit à contractu abstinere, etiamsi illud impedimẽtum oriatur ex crimine occulto contrahere volentis, agitur enim de peccato euitando, ita Nauar. in c. Sacerdos numero 27. de pœnitẽtia distinctione 6. quem sequitur D. Couar. in quarto, secunda parte cap. 7. §. 10. numero 21. aduersus Maior. in quarto, distinct. 21. contrarium tenentem in impedimento quod causam habet ex crimine occulto cõtrahere volẽtis: nõ igitur statim causa ad iudicẽ deferẽda est, sed prius monẽda spõsa, vt desistat, vt, vel sic infamiã euitet, sin autem nolit, adeundi sunt parentes, vel viri pij. Prælatus, vt pater, vt ipsam moneant, aliaue remedia occulta adhibeantur: quod si adhuc ipsa persistat, fas est ad tribunal iudicis deferre, vt ex pluribus comprobat Thom. Sanch. lib. 1. de matrimonio disputatione 70. num. 2.

4 Et adeo verum est, vno teste plene probari impedimentum à principio, ne matrimonium contrahatur, vt procedat, licet is testis non fuerit citatus, sed per partem producentem oblatus, non enim præsumitur ex hoc se ingerere: secus, vbi seipsum ingereret, tunc namque tanquam suspectus esset repellendus secund. Abb. in cap. cum in tua numero 2. de sponsal. vbi Alexan de Neuo numero 4 Præpositus numero 1. & Mascard. alios allegans deprobat. conclusione 1035. numero 3. Thom. Sanchez disputatione 71. num. 2. lib. 1. quod verum esse crederem, nisi præcessisset monitio parochi, vt omnes, qui scirẽt aliquod impedimentum subesse canonicũ, id manifestassent, vel reuelassent, tunc enim cessaret præd. suspitio, ac proinde fidem faceret vnus testis ad impediendum matrimonium contrahi.

5 Similiter sufficiet vnus testis ad impediẽdum, etiamsi is nolit parte citata, & publice ferre testimonium, sed clam, & absque nominis publicatione, vt probatur in cap. Præterea, *el segundo*, de sponsal. & ibi hoc tenent communiter DD. Mascard. vbi supra numero 4. & Sanch. 3. quicquid glos. in d. cap. præterea verbo publice, & Ioan. And. ibi numero 3. dicant, testi publice cõfitenti in casu illius textus non esse fidem adhibendam, quia turpitudinem suam fatetur, & quia dictum vnius non satis probat: quia rectius probant contrarium ibi Hostiens. paulo post princip. numero 7. Abb. numero 7. Præpos. etiam numero 7. & Alexand. de Neuo eodem num.

6 Procedit etiamsi testis esset denunciator, vel accusator, allegaretque turpitudinem suam, vt colligitur ex tex. in cap. ad audientiam de sponsal. & in cap. iurauit de probat. & in c. 1. de consang. & affinit. vbi hoc tenent Ant. de Butr. num. 5. Abb. numero 6. Alexand. de Neuo etiam numero 6. & Mascard. vbi supra numero 5. & Sanchez quarto, vbi numero 5. idẽ probat in teste criminoso, vt constat ex d. cap. Præterea, *el segundo*, vbi testis turpitudinẽ suam allegauit, & ibi notat Cardina, numero 1. Neque in his casibus opus est accipere iuramentum à contrahentibus in probationis supplementum, prout existimabant Tancredus, & Philip. quia cũ in hac specie vnicus testis plene probet, nullo supplemento opus est, & ita merito eosre probat Alex. de Neuo in cap. super eo numero 9. de consang. & affin.

7 Quæstio tamen in proposito satis controuersa se offert, an superiora procedãt, quando sponsalia iuramento confirmata essent, nempe vt vnicus testis deponens de impedimento plene probet? & non sufficere, probare videtur tex in d. cap. præterea, *el segundo*, de sponsal. ob religionẽ iuramenti: Ecclesia namque certa est de periurio, sponsalibus non impletis, incerta autem de impedimento, & sic eligit, quod tutius est: & in terminis ita tenet glos. in d. cap. super eo, de consanguin. & affinit. verbo fama: & in d. cap. Præterea verbo nisi, vbi Abbas in fin. Ant. de Butr. numero 8. Cardin in fin. Enrichus numero 3. & 4. Idem Anton. de Butr. in d. cap. super eo numero 6. Iacob. Leonis. inter consil. matrimon. Zileti consil. 49. numero 21. Paludan. in 4. distinctione 27. quæstione 1. art. 3. casu 9. numero 27. approbatur expresse in l. 18. titulo 9. partita 4. ibi, *mas si tal desposorio, como sobre dicho es, fuesse firmado por jura, no seria creydo en su cabo ninguno destos sobredichos*, vbi Gregor. Lopez in glos. *jura*, notat, cõcordare illam l. cum d. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. Præterea: & hanc opin. probat aduersus Hostiens. & alios per illam l. quæ vult quod in hoc casu non sufficiat dictũ vnius testis, licet integer sit Paludan. vbi supra.

Nihilominus tamen verior, & probabilior in hoc videtur esse sententia contraria, imo quod etiã vnus testis omnino integer deponens de impedimento, sufficiens probatio sit ad impediendum matrimonium, etiamsi sponsalia iurata præcesserint, quia non minus, quam fama probat, quæ sufficit ad dissoluenda sponsalia iurata, vt infra numero 13. dicemus, ergo & vnus testis, omnino integer, sufficit ad hoc: nec obstat d. capit. Præterea, quia ibi, testis, non erat omni exceptione maior, quia nomine non publicato deponebat, allegabatque turpitudinem suam: eodem modo potest responderi ad d. l. 18. nẽ pe, quod loquitur in patre, vel matre, aut alio consanguineo alicuius ex contrahentibus deponente de impedimento, vt constat ex principio illius non etiam obstat, quod præmiximus pro contraria parte, scilicet, quod Ecclesia certa est de periurio, spõsalibus non impletis, incerta autem de impedimento, quia ratione peccati euitandi hoc admitti par est, nempe, vt impediatur matrimonium contrahẽdum ad dictum sufficiens vnius testis: & ita merito Hostiens. in d. cap. Præterea super verb. nisi iuramentum, & ibi Calderin. & Anchar. numero 4. Præpositr. 9 & in d cap. super eo in fin. & ibi Alexand. de Neuo numero 9 hanc opin. affirmatiuam tenẽt, atque probant dicentes, impedire sponsalia iurata, testem integrum, & bonæ famæ, si iudex attentis circunstantijs sibi persuadeat verum deponere: eandem opin. Hostiensis extra casum d. cap. Præterea, probabiliorem sibi esse affirmat D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 7. §. 10. numero 22. quando vnus hic testis est integer, & circunspectissime testimonium dicit, sequitur etiam Mascard. d. conclusione 1035. numero 10. Alphon. à Veracruce in 3. parte Specul. coniugal. articulo 8. & Thomas Sanchez vbi supra num. 8.

8 Nonnulla tamen requiruntur ad hoc, vt vnius testis testimonium impediat matrimonium contrahendum. Primo: quod testis deponat: non enim sufficit ipsius denunciatio, nisi probaret de fama, secund. Alexand. de Neuo per tex. ibi in cap. cum in tua de sponsal. numero 9 & 14. vbi vltra vnum testem famam requirit, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra numero nono.

Secundo requiritur, quod præd. testis iuret, alias enim ei non creditur, vt cum alijs probauimus lib. primo Canonic. quæstionum cap. 11. num. 31. & 32. post Couar. vbi supra num. 21. & post nos alios allegans Thomas Sanchez vbi supra numero 10.

9 Tertio requiritur, quod testis asserat cum iuramento se certo scire impedimentum, alias de solo auditu testificans non impediret, quamuis alter testis simul cum eo absque iuramento de certa scientia deponeret, vt cum Couar. & alijs probauimus vbi supra d. numero 32. & tenẽt Mascard. & Thom. Sanchez vbi supra numero 10. & Nauar. lib. 4. consil. in secunda edidione titulo de consanguinit. consil. 2. numero 1.

10 Limitatur tamen, quod modò prædiximus, scilicet, non sufficere testem de auditu deponentem, vt non procedat quando testis hic distingueret gradus consanguinitatis, vel affinitatis, iuxta formam tex. in ca. licet ex quadam de testib. tunc namq; satis est de auditu testificare ad impediẽdum matrimonium celebrari secund. Couar. vbi supra d. §. 10. numero 21. & nos dicto cap. 11. numero 34. vbi alios allegauimus. Mascard. etiam conclusione 1035. numero 10. & concluſ. 410. numero 1. Nauar. & Thom. Sanchez vbi supra numero 11. vbi cum Mascardo addit requiri testes esse personas graues, & deponere à maioribus audisse ante litem motam, nam si post litem motam audirent, nullam fidem facerent, nisi esset auditus post litẽ motam in loco distantissimo.

11 In quo obseruandum est duodecim requisita d. cap. licet ex quadam ad probandum, consanguinitatem ex solo auditu tantum desiderari, dum agitur de matrimonio contractu dirimendo, nam si de eo tãtum impediendo nondum contracto agatur, satis est vnicus testis de auditu impedimenti consanguinitatis, qui a maioribus audiret, dummodo is distinguat gradus clara computatione ab vtroque latere, vt in d. cap. licet, ibi, singulos gradus, vt tenui & in praxi dixi obseruari vbi supra, num. 34. & voluit Mascard. d. conclusione 410. num. 9 & 10. & 21. vbi num. 33. quod contrahentium consanguinei sunt magis idonei testes ad probandam, vel negandam consanguinitatem, quia nulli ita constat de parentela: nisi ipsorum interfit, commodumque reportent, quia tunc tanquam in causa propria testificantes admittendi nõ sunt: & idem Mascard. conclusione 409. numero 2. & 3. inquit, quod consanguinitas potest etiam probari per coniecturas, indicia, & præsumptiones, cum sit difficilis probationis: & supradicta sequitur etiã Thomas Sanchez vbi supra num. 11.

12 Quarto requiritur, quod talis testis nõ sit vilis persona, quia si huiusmodi esset, sponsalia etiam non iurata minime impediret secund. Abb. in d. cap. Præterea, *el segundo*, in fine de sponsal. & in cap. cum in tua numero 7 eodem titulo, vbi concludit ad impediendum etiam peccatum futurũ, non admitti vilem personam ad denunciãdum, nisi factum ita clandestinum sit, vt probari nequeat, nisi per vilem personã: quod etiam probat Thom. Sanch. vbi supra numero 12. vbi ex hoc infert, iudicẽ considerare debere qualitatem personæ testificantis, & an sibi displiceat matrimonium, necne? & alias circũstantias secund. Hostiens. & Calder. in d. cap. Præterea, *el segundo*, & ibi Ioan. Andre. num. 4. Butr. 8. Ancharr. 4. & Gregor. Lopez in l. 18. in glos. *de vn*, titulo 9. partita 4. & tandem resoluit multum versari in iudicis arbitrio, quæ sint veræ probationes, & quando testibus fides adhibenda sit, vt late tradit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 90.

13 Tertium genus probationis ad impediendum matrimonium contrahendum est, sola fama, vt expresse deciditur in d. c. super eo de consang. & affinit. & ibi Abb. & communiter DD. D. Couar. vbi supra numero 20. l. 18. titulo 9. partita 4. & nemo ab hoc discrepat: est enim iure approbata hæc decisio, quam etiam alios allegãs tenet, & probat Petr. Dueñ. in reg. 299. limitatione 6. vbi citat etiam l. 2. vers. *o a menos*, tit. 3. partita 4. & procedit, quãuis spõsalia iuramento confirmata fuerint, iuxta glossam in d. cap. super eo verb. fide, & in d. cap. Præterea verb. fama, & vtrobique communiter DD. Est communis sententia secund. Couar. vbi supra numero 22. in princip. ex Præposito in d. cap. Præterea numero 9. & Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 71. num. 14 contra Palud. quẽ refert oppositum tenentem ex tex. in ca. cum in tua de sponsal. vbi vltra personam fide dignam, requiritur fama, eo quod spõsalia iurata erant: sed hic tex. non obstat, quia illud ideo ibi, quia testis non deponebat, sed tantum denunciauit, vt recte obseruat ibi Alex. de Neuo num. 9.

14 Requiruntur tamen sequentia ad hoc, vt sola fama in proposito probet: primo, quod non sit priuata, scilicet, si constet iudici, vt priuato, sed quod ea probetur in actis, cum teneatur iudicare secundũ allegata, & probata, nisi constaret iudici, vt notorium, quamuis enim id non probetur, potest iudex iuxta illud iudicare, vt inquit Sanch. vbi supra num. 51. iuxt. tex. iuncta glossa 1. ibi in l. 11. C. qui & aduers. quos: quod verum non credo nisi id esse notoriũ probetur, nec d. l. 1. recte inspecta probat quod glos. ibidem dicit. Poterit autem iudex fama priuata ductus, per seipsum de plano, & sine aliquo ordine iudiciario diligenter de impedimento inquirere, vt cum alijs tenet Mascard. de probat. conclusione 1035. num. 13. & Sanchez ad fin. d. nu. 15. vbi cum Cardinal. & Præpos. addit, nõ esse opus in hac specie partem citare, nec facere, vt testes iurent, quod vltimum secum esse nõ censeo, sed potius contrarium; imo quod testes iurent, alias namq; quam fidem facient ad impediendum matrimonium? Alias enim daretur facile locus mille fraudibus, præterquam quod iudex iuridice non procederet, parum namq; creditur testi nõ iurãti, vt prædiximus, & tenet cum alijs idem Sanch. vbi supra num. 10.

15 Secundo non sufficeret famam ad impediendum matrimonium, si de contraria fama adessent clariores probationes, glossa verbo famam, per tex. ibi in cap. cum in tua de sponsal. & ibi communiter DD. Mascard. vbi supra numero 14. & Sanchez cũ alijs vbi supra numero 16. qui numero 17. idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem probat, etiamsi consanguinei deponant contra priorem famam, quia eorum iuramentum admittitur per tex. in d. cap. cum in tua de sponsal. & ibi DD. & quod præd. fama, eiusque probatio eliditur etiã arbitrio iudicis, si contra illam contrahere volentes iurent se non esse cõsanguineos, tũc enim iudicis arbitrio relinquitur iuxta personarum qualitatem admittere hoc iuramentum contra famam secundum Præpositi. in d. cap. cum in tua, numero 4. Menoch. de arbitr. iudic. lib. secundo, cent. 3. casu 243. numero 4. & casu 454. numero 1. & 2. Mascard. d. conclus. 1035. numero 16. idem de parentum iuramento asserunt Præpos. Menoch. & Sanchez vbi supra.

16 Quarto obseruandum erit, rumorem non sufficere ad impediendum matrimonium: quia rumor minus probat, quam fama, vt constat ex d. cap. super eo: nam vt ibi communiter DD. docent, in hoc differunt fama, & rumor, quod fama est quando maior pars viciniæ acclamat, rumor vero, quando aliqua pars, vt tertia, vel quarta ita cum alijs recte probat, & tenet Sanchez vbi supra numero 18. aduersus Præpos. in d. cap. super eo, numero 4 post Anton. ibi numero 7. tenentes sufficere rumorem ad impediendum matrimonium. 19

17 Denique bene etiam probat Sanch. d. disputatione 71. numero 7. lib. 1. quod non sufficiet neque fama, nec vnus testis, quando non agitur de impedimento impediente matrimonium, sed allegatur aliqua causa, qua existente, nullum esset peccatũ contrahere, vt si ad dissoluendum sponsalia allegaret sponsus fornicationem sponsæ, vel quid simile, quia cum hoc casu non agatur de peccato euitando, sed de alterius præiudicio, non satis est vnius testimonium, vt latissime hoc ibi bene probat aduersus Paludan. cuius Paludani contraria sententia pro foro conscientiæ placet eidem Sanchez disputatione vltim. d. lib. 1. numero 2. ad fin. dummodo testis ille supra dictis qualitatibus affectus sit.

18 Illud denique obseruandum est, quod quamuis confessio impedimenti vtriusq; sponsi de futuro satis sit ad dissoluẽda spõsalia, licet iuramẽto firmata sint, quia mutuo consensu dissolui possunt, & in terminis ita tenent Ancharran. in d. cap. super eo, numero 4. & ibi Abb. num. 5. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 2. casu 103. numero 2. Mascard. de probat. d. cõclusione 1035. numero 17. & 18. & Alphons. à Veracruce in 3. parte Speculi cõiug. art. 18.

Confessio vero impedimenti illius, qui matrimonium recusat, nõ sufficit ad id impediendum in præiudiciũ alterius secund. Anton. de Burrio in d. cap. super eo nu. 8. & ibi Abb. num. 5. & Alexand. de Neuo num. 13. Menoch. de arbit. iudic. vbi supra num. 3. & Mascar. etiam vbi supra nu. 18. secus est in confessione impediẽti illius, qui matrimonium celebrari optat, hæc nã quæ satis est, quia alter volens non subsequi matrimonium, iam ex sua parte dissentit, confitens autem præd. impedimentum eo ipso recusat matrimonium celebrari, quare mutuus consensus ad dissoluẽda spõsalia concurrit, ita tenent Ant. numero 8. Abb. 5. in d. cap. super eo, Mascard. Menoch. & Veracruz vbi supra, & hanc vltimam obseruationem tenet etiam & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 72. per totam.

Vltimo aduertendum est, quod sicut in foro exteriori vnus testis de certa scientia deponens cum iuramento de impedimento matrimonij, vel fama, satis est ad id impediendum, ita etiam sufficiat pro foro interiori, vt probat Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione vltim. numero 2. ex doctrina Archid. in cap. si homo 35. quæstione 3. per tex. ibi, & Turrecremat. Laurẽt. & Gofred. quos contra Vincent. & Tancred. refert, & sequitur Enrich. in d. cap. Præterea numero 2. tenentes, consanguineum videntem suum consanguineum velle eam ducere, quam ipse carnaliter cognouerat, teneri impedimentum detegere, alterumque teneri credere: addit recte Archid. dummodo iuret, & coniecturæ sint, eum non mentiri, vt prædiximus, & sequitur eum Sanchez d. disputatione vltim. sub numero 2. addens, quod imo si esset persona fidedigna testificans, & de certa scientia testificaret, nec suspitio aliqua superesset, credit in foro conscientiæ non esse necessarium iuramentum.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XXXVII.

1 *Puella virgo petita in matrimonium contra voluntatem parentum, vel aliorum cum quibus habitat, quibus casibus, vbi & apud quem deponenda est, atque constituenda, vt plena libertate fruatur? & de praxi obseruanda in proposito, & numeris sequentibus: & quanto tempore remanenda sit in depositio? numero 3.*

4 *Lite pendente inter virũ & vxorem super causa matrimonij vbi & quomodo ipsa deponenda sit? & num. 5.*

6 *Vxor consummato iam matrimonio agens possessorio aduersus maritum excipientem de consanguinitate, vel alio impedimẽto prius restituenda est, quam cognoscatur de exceptione, cum suis declarationibus, & limitationibus.*

CAPITVL. XXXVII.

De puella virgine in loco tuto, & honesto deponenda, quoties ab alio pro sponsa pro fide data petitur.

1 IN PLICEM casum hoc caput exposcit, decisionemque eius in vnoquoque, quibus addam quartum, vt plene hæc materia in praxi vtilissima, & frequentissima declaretur.

Primus est, quando duo viri inuicem vnammet exposcunt sibi in vxorem puellam, & illa timet sibi inferri violentiam ab eis, ideo petit poni in loco securo, ne ab eis rapiatur.

Secundus est, quando vnus tantum contendit puellam virginem constitutam sub potestate suorum parentum, vel consanguineorum sub quorum cura, & gubernatione existit, sibi fidem matrimonij præstitisse, & petit apud domum securam, & honestam deponi, in qua libere voluntatem suam promere, & declarare possit.

Tertius casus est, quando mater legitima tutrix filiæ impuberis, vel alius eius tutor, eam tradere alicui in sponsam promisit, an debeat ab ea, vel eo auferri, & in loco tuto deponi?

Quartus est, quando iudicio possessorio agitur à marito contra vxorem, & timetur de sæuitia mariti, & propterea mulier non vult secum habitare, vel etiam quando opponitur impedimentum consanguinitatis, de quo potest incontinenti constare, vel etiamsi proponatur exceptio, quod non fuit traducta ad domũ viri, nec ipsa tradita.

Circa primum casum habemus tex. expressum iuxta eius communem intellectum in cap. cum locum 14. in ordine de sponsal. & matrim. vbi, quod cum locũ nõ habeat cõsensus, vbi metus, vel coactio intercedit, necesse est, quod vbi assensus, cuiusq; requiritur, coactionis materia repellatur: matrimonium autem solo consensu contrahitur, & vbi de ipso quæritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat, sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptijs prouenire: quo circa mandamus (inquit Gregorius Summus Pontifex respondens Papiensi Episcopo) quatenus puellam, de cuius matrimonio quæstio vẽtilatur, in qua nihil eam timere oporteat, facias honeste teneri, donec præd. causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni mandari.

Tex. hic duas habet lecturas: Prima est iuxta casus positionem in illo tex. scriptam, & glossæ fin. ibidem: nempe, quod inter duos nobiles ciues Papiẽses, quæstio vertebatur super matrim. cuiusdã puellæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vterque namque dicebat, se matrimonium cum illa contraxisse, mulier timebat violentiam sibi inferri ab eis, & ideo mandat Papa Episcopo Papiensi, vt puellam illam, de cuius matrimonio quæritur, ponat in domo, in qua nihil eam timere oporteat, & honeste reneatur vsque ad tempus executionis sententiæ fiendæ: hanc lecturam tenet etiam Ioannes Andreas ibidem, & communiter DD. secund. Præpos. numero tertio, non tamen constat ex litera illius tex. nisi ex integra illius Decretalis aliud appareat: est tamen secund. eam decisio expressa in hoc primo casu, quam etiam sequitur Angel. de Castr. inter consilia matrimonialia consil. 31. numero decimo, volumine primo, vbi eum tex. intelligit, quando duo petunt aliquam in vxorem, & dubitatur, cum quo illorum primo contraxerit, vel quando vterque dicit cum ea contraxisse sponsalia de futuro, & vterque perit, quod cum eo contrahat matrimonium de præsenti, & dubitatur, ne consentiat in illum, qui forte sibi displiceat, quod hodie frequentius contingit post Concilium Tridentinum. Rursus hic idem casus duorum virorũ eandem puellam in vxorem petentium potest etiam in specie altera verificari, videlicet quando duo litigant super matrimonio inter eos contracto, & alter eorum lite pendente cum eadem contrahat de præsenti, quod tunc ipsa ad instantiam primi sequestranda sit in monasterio, vel apud aliam tutam vel honestam personam, vsque ad decisionem causæ ex d. cap. cum locum, tenet Angel. de Castro inter consilia matrimonial. consil. 31. numero primo, cum sequentibus, præcipue nu. 10. in primo volumine.

Secunda lectura est Innocentij, Hostiens. & aliorum, quod in d. cap. cum locum, cum vno tantum fuit contentio, & de eius potentia dubitabatur, vel etiam de parentum puellæ violentia, & contradictione, & sic conuenit hæc lectura cum secundo casu supra posito, & est frequentior primo, & iuxta hanc lecturam præd. tex. allegat Georg. de Priolis inter consil. matrim. consil. 42. numero octauo, volumine primo, vbi etiam quod debet d. puella esse suis consanguineis sociata per tex. in cap. siue 33. quæstione secunda. sed vt inquit Præpos. d. numero tertio, non est vis, quoad effectum, quia vtroque casu satis probat ille tex. quod vbi timetur de metu aliquo modo in causa matrimoniali, debet seruari forma d. cap. cum locum, & ideo notat ex eo tex. Abb. ibi, quod vbi est indicandus animus puellæ super contractu matrimonij debet iudex ex officio prouidere, vt collocetur in domo in qua nullum metũ, nullãque violentiam habeat timere: ex quo infert statim ibi, quod si timeatur de violentia, & metu parentum, puta, quia puella contraxit clã parentibus inscijs ad petitionem spõsi iudex debet puellam surripere de potestate parentum, & collocare eam in aliqua honesta domo, puta in monasterio monialium, vt in cap. penultim. de probationibus, vel apud honestos consanguineos puellæ, & quod ita potest intelligi litera illius tex. si bene ponderantur verba ipsius, licèt glossa habuerit alium intellectum, ex quo notat casum in quo libera persona quasi secrestatur: similiter Præpos. ibi numero tertio, inquit, nota, ibi, honeste teneri formam, quæ quotidie obseruatur, quando iudex vult scire animum mulieris, vel quando alias litigatur in matrimonialibus super vinculo, vel etiam super possessione, & timetur de aliqua sæuitia, vel potentia, quia donec causa sit finita, & executione mandata debet mulier sequestrari in locum tutum, puta in monasterio, iuxta tex. in cap. penult. de probat. & vult etiam Ioan. Andr. in d. cap. cum locum, quæ omnia conueniunt, & volumus esse dicta tam pro primo, quam pro secundo casu ex supradictis, & quod iudex possit facere ex officio puellam sequestrare, & de vinculo matrimonij cognoscere probat bene vltra Abbatem præcitatum Georg. de Priolis d. consil. matrimon. 42. numero nono, & decimo, quia in matrimonialibus exuberat officium iudicis, vt in d. cap. cum locum, & præterea, quia vbicũque vertitur periculum animæ iudex supplere potest de facto, etiam vtraque parte presente, vt in c. cũ nobis olim de elect. c. exceptionẽ de except. glos. 1. in c. bonæ de post. Præl. & ibi

& ibi Ioannes Andreas super verb. publicam vtilitatem, & alij DD. quos ibi citat.

2 Multa tamen alia addenda censui, quæ vtrique casui deseruient: nempe, quod hoc depositum puellæ, præcipue, si inter personas graues hoc negotium contingat, cum maxima maturitate, & deliberatione faciendum est, vtpote, quia ex eo, mille iniuriæ, rixæque sequi possint inter consanguineos, & amicos vtriusque partis, non tamen dico denegandum, sed caute faciendum pensatis pensandis, & cum informatione testium, quamuis non sint omnino integri, quia ad hoc, alias sufficere censentur, debentque deponere de fide matrimonij data, & de petitione viri petentis puellam pro sponsa, vel producta schedula sponsalium aliquibus testibus comprobata, non vero leuiter, absque sufficienti iustificatione depositum puellæ petentis: item, quod si opus fuerit, inuocetur auxilium brachij secularis ad hoc, vt commodius sine alteratione, & perturbatione consanguineorum, & amicorum negotium expediatur: denique quod ab vtroque iudice, vel saltem à seculari sub grauibus pœnis præcipiatur omnibus consanguineis, & amicis & notis vtriusque parris, vt in domus suas se recolligant, ab eisque ne exeant donec aliud eis præcipiatur, & si opus fuerit ministri iustitiæ ponantur in diuersis locis, & vicis, vt obletur rixis, contradictionibus, & violentijs parentum puellæ. Præterea moneo, confessionem puellæ minime esse sumendam in domo parentum, quia alias de nihilo seruiret eius depositum in domo tuta, & honesta fiendum, siquidem hoc fit, vt cum summa libertate puella voluntatem suam, & veritatem insinuet, & aperiat, at hoc minime fiet, nec finis intentus consequetur, si in domo parentum confessio præd. acciperetur, siquidem signis eorundem, & suorum familiarium posset præueniri, & impediri libertas puellæ. Debet igitur prius puella deponi, & sequestrari in domo tuta, & honesta, in qua ipsa nihil timere oporteat, arbitrio iudicis Ecclesiastici designanda, vt libere declarare audeat cum iuramento: & cùm experientia, quæ est rerum magistra, doceat in monasterio Monialium hoc recte fieri non possit ob varias Monialium persuasiones, & inquietudines, ego (nisi aliud constaret, nempe has cessare in aliquo monasterio ob Monialium sanctimoniam, & summam quietem) puellam non deponerem apud alia monasteria, nec apud consanguineos, seu consanguineas puellæ, vt sponso suspectos: sed in domo alias tuta, & honesta, in qua nihil eam timere oporteat iuxta dispositionem tex. in dict. cap. cum locum; cuius ingressum omnibus hinc inde coniunctis sub grauibus pœnis, & Ecclesiasticis censuris latæ sententiæ interdicerem. Postmodum vero, aliquo temporis interuallo condecenti transacto, in mea domu, vel in Ecclesia, vbi liberius confessionem suam dicere posse videbitur, eam acciperem: & si opus fuerit, & iudici videbitur, præcipiet fœminæ vt prius peccata sua confiteatur sacramentaliter confessario ab ea eligendo, & sacramentum Eucharistiæ suinat, vt eum maiori puritate veritatem dicat postea, & aperiat postea iudici prout in praxi ita obseruari vidimus non semel, & mihi non displicet hæc praxis. Ad superiora reducenda sunt, quæ docet in proposito primi casus Doctor Ioannes Segura in suo Directorio Iudicum Ecclesiasticorum in secunda parte c. 16. numero 23. folio mihi 221, columna prima, vbi dicit, quod iudices in specie præmissa non debent facile moueri ad id exequendum, sed quod prius parocho, vel confessario, alijve honesto viro, & fideli sub sigillo committant, vt sumpta occasione fœminam alloquatur, vt præscrutetur, an id verum sit, cuique illorum duorum nubere malit, & quod si id totum negauerit, & combannito viro, hoc est cum quo monitiones in Ecclesia sunt factæ, nubere desiderat, (vt frequenter fieri solet) nubat in Domino, quin illa impedimento sint: nisi incontinenti sponsalitiæ promissionis, hic offerat probationem, quia si id testibus comprobauerit, iudex procedet iuxta ea, quæ idem Author ibi inquit se tradidisse in initio capitis præcedentis: quod si fœmina huic nubere concesserit, renuerit-

que cum viro combannito, nisi coacte contrahere, cum primum parochus, confessariusvè, id iudici denunciauerint, domum ipsius fœminæ adeat, inuocato ad id (si opus fuerit) brachij secularis auxilio, eamque inde extrahat, & in loco honesto, & tuto, neminique suspecto deponat, eiusque ingressum omnibus hinc inde coniunctis, sub grauibus pœnis, & censuris interdicat: postea quæ voluntate puellæ libere explorata, eam in matrimonium eo viro tradat, cui ipsa maluerit, in quo iudicis prudentia, & naturalis discretio maxime desideratur, vt secundum negotij qualitatem, & personarum conditionem, id cautius disponere valeat, & lites, rixæque & contentiones, aliaque incommoda, quæ in his casibus exoriri solent, vitentur.

Non enim video vllo iure probari, nec opus esse, vt iudex in præmissa specie, prius parocho, vel confessario, alijvè viro committat examen puellæ, quod ipse iudex per seipsum facere debet: ideoque gratis, & ex capite censeo esse dictum, nec vllo modo obseruandum: item quod si ipsa negetur, & dicat, se combannito viro velle nubere, non video, qua ratione ei hoc concedendum sit stante prætensione alterius viri, contendentis sibi prius fidem de contrahendo matrimonio dedisse, quamuis statim, (hoc est) incontinenti probationem non offerat, cum tamen terminus competens eisdem ad probandum constituendus sit post allegationes vtriusque partis.

Qua ratione nec etiam audienda erit ipsa puella, si in libertate constita ex duobus eam petentibus, ipsa elegerit in virum eum, qui deterius ius habuerit in præiudicium alterius, melius ius habentis: sed partibus auditis administrabit iudex iustitiam in causa: in reliquis probo dicta per Seguram vbi supra.

Superest modo, vt videamus circa hos duos casus supra declaratos, quanto tempore puella remanenda est in domo, & loco tuto, vbi fuerit ad præd. effectum deposita per iudicem ecclesiasticum?

Et videtur prima facie dicendum, quod vsquequo confessionem liberam iudicialem fecerit, remanere debeat ibidem: eaque facta, statim reddenda, restituendaque sit parentibus: siquidem in eum finem, vt præfatam confessionem libere faceret, fuit abstracta ab eorum domu, & in illo loco deposita: ergo hoc expedito, quare amplius detinenda est contra voluntatem parentum, vel consanguineorum.

Rursus ex opposito habemus textum in dict. capite cum locum in fine de sponsalib. vbi præcipit Papa Episcopo Papiensi, vt faciat puellam, de cuius matrimonio quæritur, in domo in qua nihil eam timere oporteat honeste teneri, donec prædict. causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione cuiusque valeat executioni mandari: ergo quousque hoc factum fuerit, puella in deposito permanere debet: probat igitur tex. hic, quod ad officium iudicis spectat prouidere, vt sua sententia possit executioni mandari; sicq; non solũ iudex ex officio habet prouidere ne iudicium fiat illusorium ex defectu processus, vt voluit glossa in cap. primo, verb. absentia, & in cap. cupientes §. cæterum, de electione lib. sexto, & in cap. primo, de iud. in sexto, notat Barto. & communiter DD. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infecti. Sed etiam habet prouidere, ne iudicium fiat illusorium de facto, quia sententia non posset executioni mandari, & hoc potest iudex officio facere, vt patet ex illo tex. dum dirigit verba ad iudicem, quo casu nascitur officium iudicis, vt in terminis tenet, & probat Præpositus in dict. cap. cum locum sub numero secundo, & cum ille tex. secundum diuersas lecturas supradictas loquatur in dictis duobus casibus, in vtroque seruanda videtur eius decisio: quid tenendum?

Et quidem in primo casu, in quo loquitur dictum cap. cum locum iuxta eius communem intellectum, proculdubio seruanda erit sua præfata decisio: Cæterum in secundo casu supradicto, quando vnus solus petit puellam in sponsam inuitis parentibus, cum ipsa in loco tuto reposita, liber sponsalia cognoscit, & velit nubere illi viro, finita res est, quia statim iudex in eodem loco, antequam eidẽ auferatur libertas, eos desponsare debet, aut desponsari faciet per verba de præsenti, iuxta formam Concilij Tridentini. Quod si ipsa, fidem assertam, negauerit, adhuc in deposito remanere debere videtur, vt sententia ferenda in causa, sine contraditione cuiusque possit executioni mandari, ex dispositione tex. in d. cap. cum locum, quo casu eius ratio militat quoque, sicut in primo. Quod si ex meritis causæ tunc temporis constiterit, non esse exactam, & perfectam omnino probationem sponsalium, tunc iudex poterit iuste arbitrari, vt puella deposita parentibus reddatur, cum præcepto, & censuris, atque fideiiussoribus idoneis commentarienſ. certæ competentis facultatis, quod durante lite alteri puella non nubet, & quod ex illo oppido non exiet, idque notum fiet parochis eius loci, ne contrauenient, aut faciant sub alijs pœnis, & censuris, prout in praxi in simili casu graui obseruatum vidimus per Illustrissimum quẽdam Nucium Apostolicum huius Regni in gradu appellationis.

In tertio casu supra posito inuenio Paulum de Castro consilio 127. volumine primo, dicentem, quod si mater legitima tutrix filiæ ipsam impuberem tradere in sponsam alicui promiserit, debet iudex in loco honesto illam ponere ad effectum, vt in ætate perfecta, cui velit, libere nubat: quem sequitur Aymon Saullia consilio 190. dicens adhuc matrem manere tutricem, etiam, si ipsa filia deponatur, iuxta consilium Pauli, quod etiam refert, & sequitur D. Couarruuias in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. sexto, numero secundo, remouebitur tamen ab educatione filiæ, vt cum alijs probauimus in nostro tractatu de tutel. secunda parte, capit. octauo, numero 14.

De quarto casu principali supra posito de fœuitia viri diximus late lib. primo Canonicarum quæstionum cap. per totum, & habetur in cap. literas in fine, & in cap. ex parte, & in cap. ex transmissa de restit. spoliat.

4 Potest etiam verificari in hoc decisio dict. capit. cum locum, de sponsalibus, nempe quando litigatur quomodocumque inter virum, & vxorem super causa matrimoniali, si mulier est virgo, quia non est restituenda marito, nec dimittenda in loco, vbi possit ad eam accedere, sed debet poni in loco tuto, vt ibi stet donec causa finiatur, ita tenet Hostiens. ibidem, & approbant communiter DD. secundum Præpositum ibidem, numero tertio, in versiculo vel alio casu, quod verum intelligo, quando ex parte mulieris iusta, vel proportionabilis allegatur causa, ob quam viro suo non debeat tradi, nempe, quia lis mouetur de matrimonij non consummati valore; alias secus, nulla legitima, seu rationabili causa subsistente, vt clarum est.

5 Sed prædicta communis sententia procedit, quando petitur à viro integra restitutio vxoris, etiam quoad copulam. Tunc namque non conceditur, si matrimonium quamuis ratum, consummatum non sit: graue namque damnum pateretur fœmina, declarato postea inualido matrimonio: secus tamen erit quoad cohabitationẽ, & cætera obsequia præter copulam, quia illorum respectu restitutio concedenda erit, cum ius habeat alter ad hæc obsequia præter copulam matrimonio etiam per eam non consummato, tex. est ad hoc à contrario sensu in capite ex parte de restitutione spoliatorum, vbi huius sententiæ clare videntur esse Hostiens. super verbo causam possit matrimonij: & Anton. in dict. cap. ex transmissa numero secundo, dum affirmant, ad plenam restitutionem probandum esse matrimonium, & copulam, sentire igitur videntur, secus esse, quando non petitur plena restitutio: & tenent expresse Abb. in dict. capite ex parte numero 25. Lignauer, quem refert, & sequitur Imol. in dict. capite ex parte numero 11. Brunel. de sponsal. conclus. 12. numero quinto, Alexander Carrerius lib. primo, de sponsal. capit. tertio, Barbos. in rubrica ff. solut. matrim. in 2. parte, numero 80. & Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

41. numero 50. versic. sed melius distinguunt: vbi quod si periculum sit de copulæ extorsione (prout re vera adesse videtur) cautio indemnitatis præstanda est: etsi hæc minime sufficiat, ad præcauendũ periculum restitutio differenda est, secund. Abb. & Brunel vbi supra, & ita merito meo iudicio multi Authores indistincte in præmissa specie tenent, non esse faciendam restitutionem vxoris viro eam petenti, quoad nihil, argumento tex. à contrario sensu in d. cap. ex transmissa de restitutione spoliat. ibi: mandamus quatenus, si vobis constiterit quod præfata mulier præd. militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis: ergo si non fuit cognita, restitutio indistincte non est facienda, & ita tenet ibi glossa in verbo, & ab eo cognita, & Hostiens. ibi super eodem verbo: Innocen. in d. cap. ex parte numero quarto, & ibi Ioannes Andreas numero sexto, in fin. septimo, & octauo, & Cardin. numero quinto, oppositione prima, Bald. in cap. penul. numero quinto, & octauo, de probation. Ancharran. in d. cap ex transmissa numero primo, Dominic. de Sãcto Geminian. consil. 24. numero tertio, quos refert Thomas Sanchez vbi supra in vers. grauis tamen est difficultas, tametsi postea in dicto versic. sed alij, melius probet præd. distinctione.

6 Quod si mulier consummato iam matrimonio agat possessorio petens, maritum sibi restitui, licet maritus obijciat de consanguinitate, vel alio impedimento, prius debet fieri restitutio mulieri, quam cognoscatur de exceptione mariti, cap. porro, de diuort. cap. ex conquæstione, & cap. literas de restit. spoliat. etiam, si illud impedimentum esset notorium, quando separatio non est facta iuridice (hoc est iudicio Ecclesiæ) vt in d. cap. porro ita resoluit Petrus Nicolaus Mocius de matrimonio titulo quæ actio pro matrimonio, seu quomodo agi possit, & quot modis, numero primo, folio 193. vbi numero secundo, id limitat in aliquibus casibus.

Primo si obijciatur mulieri fornicatio publica, & manifesta, quia hoc probato ita quod non possit aliqua tergiuersatione celari non sit restitutio, nisi ipsa vxor probaret virum adulterium commisisse, quo casu restitui debet, etiamsi ipsa fuisset publice fornicata, capit. significasti de diuort.

Secundo si obijciatur consanguinitas, præsertim in gradibus diuina lege prohibitis, & probationes offerantur incontinẽti iuratæ; tunc namque ad maiorem cautelam iuramento recepto, quod talis obiectio malitiose non fiat: fiet quidem restitutio quoad cohabitationem, sed non quãtum ad copulam carnis, vt in d. cap. literas: quod verum intelligo quando non adest periculum de copulæ compulsione, alias secus iuxta supra modo dicta, num. Adde tu maxime si fama consentit, donec auditis probationibus, & discussis, causa sine diffugio terminetur; incontinenti autem offerri dicentur probationes si intra triduum offerantur, vt late probat Thomas Sanchez lib. 1 de matrim. disputatione 51. numero 14. & in terminis disputatione 41. numero 50. paulo post princip. lib. 2. quod si probationes non offerantur incõtinenti, restitutio facienda est, quoad cohabitationem, & torum, quia præsumitur contra eam, quæ sine iudicio Ecclesiæ, sua tantum temeritate recessit à viro: hic est casus expressus in d. cap. literas versic. porro. loquente in viro petente restitutionem vxoris, quæ ab eo recessit sua temeritate sine iudicio Ecclesiæ, per quem tex. vltra DD. communiter ibi, ita etiam tenet Thom. Sanch d. lib. 2. disputatione 41. d. numero 50. Vnde idem quoque erit è conuerso in muliere agente possessorio contra maritum, qui eam sua temeritate dimisit, & opponit exceptionem præd. consanguinitatis, quo casu loquitur Mocius vbi supra, qui tamen non ita exacte ponit hanc limitationem, est tamen vera, & conformis d. vers. porro.

Tertia limitatio est, si obijciatur exceptio rei iudicatæ, scilicet super diuortio, quo casu non est restituio facienda, nisi prius de illa exceptione cognoscatur.

Quarta est, quando vir petit vxorem sibi restitui, sed sufficienti cautione recepta, quod illi non inferet malum, cap. ex transmissa de restit. spoliat. etsi ita illã capitali odio prosequitur, quod merito de ipso diffidat, nec possit de sufficienti securitate prouideri, non solum non debet restitutio concedi, sed potius debet ab illa remoueri, vt in d. cap. literas: ita Mocius vbi supra, addens, quod in omnibus alijs casibus mulieri petenti sit restitutio facienda, & è conuerso, dummodo probet, se in possessione fuisse, & à viro spoliatam, sine iuris ordine, quia hæc duo probare debet, cap. consultationibus de officio deleg. & cap. causam, *el primero*, qui filij sint legitim. quod non procedit, quando matrimonium fuit clandestinum, glossa in d. cap. ex transmissa, verbo legitime, de restitutione spol. per illum tex. à contrario sensu, & cum alijs bene probat, & sequitur Tho. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 45. num. 1.

In primo casu delationis iuramenti voluntariæ, vel iudicialis habemus expressam l. Regiam 10. titulo 11. partita tertia, in versic. *otro si dezimos*, vbi expresse deciditur, *que si es contienda en juyzio entre algunos homes en razon de casamiento, &c. Bien se puede acabar por jura, auniendose las partes sobre ello*, vbi Gregor. Lopez in glossa, *auniendose*: nuncupatim intelligit loqui legem illam in iuramento voluntario, vel iudiciali, quod defertur à parte parti: hoc tamẽ verum intelligit ibi Gregor. Lopez, quando reus defert iuramentum actori, qui stat pro matrimonio, secus si deferatur nõ stãti pro matrimonio, secundum Bart. post Iacob. Butric. in l. 3. in princip. ff. de iur. iuran. cuius opinio communiter approbatur, teste Alex. secundum Gregor. Lop. ibidem, qui eam sequitur.

Secundo limitatur, vt non procedat præd. delatio iuramenti in præiudicium tertij, vt late probat D. Couar. in quarto, de sponsal. prima parte cap. 4. §. primo, numero 5. vbi hoc expresse probat, & quod maris, & fœminæ confessio asserentium, matrimonium inter eos cõtractum fuisse clam absque testibus, admittenda non est, vbi ex ea præiudicium fieret alteri coniugio; iuxta glossam in cap. si quis diuinis 30. quæstione 5. Dominic. consil. 27. Regia l. 2. titulo 3. partita 4. vbi expressim hoc cauetur, sicque intelligendus est tex. in cap. secundo, de clandestin. desponsat. dicens, posse matrimonium contractum, ex confessione vtriusque coniugis, ab Ecclesia publicum iudicari, atque nunciari, vt procedat, quoties ex ea confessione præiudicium non fieret alteri coniugio; alias secus, siquidem tunc vtriusque coniugis confessio matrimonium probat, quoties fit eo tempore, quo alteri matrimonio minime fit præiudicium, & potest expresse nouo consensu contrahi coniugium, iuxta glossam, & Abbatem in cap. super eo, de eo qui cognou. consang. vxoris suæ: & probatur in d. cap. 2. de clandestin. desponsat. est communis secundum Curt. Iun. consil. 27. colum. 2. & Couar. vbi supra d. n. 5. in vers. sic sane, vbi & ex his optime perpẽdi potest d. l. 10. tit. 11. partita 3. dicẽs in ma-

SVMMARIVM Ca. XXXVIII.

1 IVRAMENTI *delatio an locum habeat in causis matrimonialibus? & numeris sequẽtibus, vbi in hoc distinguitur, & numero secundo, quid attento Sacro Concilio Tridentino? & quid in iuramento necessario? numero 3. declaratur num. 4. & 5.*

CAPITVL. XXXVIII.

An in causis matrimonialibus habeat locum iuramẽti delatio?

1 HAEC quæstio duplicem requirit inquisitionem, ac discussionem. Prima est de iuramenti delatione voluntaria, vel iudiciali, nempe, quando vna pars defert alteri iuramentum in causa matrimoniali, & iudex præcipit præstari.

Altera est, de iuramento necessario, quod petit sibi deferri pars in supplementum probationis in eadem causa matrimoniali, an locum habeat?

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimoniali causa posse iuramentum ab actore ipsi reo deferri: sed lex illa loquitur, vt vidimus, de consensu partium: non tamen procedit in præiudicium alterius matrimonij, nec alicuius tertij.

2 Sed hæc in matrimonio attento iure communi procedunt, quo matrimonia clã destina, licet prohibita, valida tamẽ erant: secus hodie attento Sacro Concilio Tridentino sessione 24. cap. 1. in Decret. de reformatione matrimonij, quo cauetur, quod matrimonia deinceps celebrari nõ possint, nisi præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus: nisi ita factum fuisse dicatur, & ad probationem eius peteretur de communi consensu partium, quod agenti pro matrimonio deferretur iuramentum hoc, quia tunc forsan, si non ageretur de præiudicio tertij, esset deferẽdum: procedere tamẽ possunt proculdubio in spõsalibus de futuro, siquidem de ipsis non loquitur Concil. Trid. vt late probauimus de iurament. cõfirmat. 1. parte cap. 51. numero, cum sequẽtibus.

3 In secundo verò casu, hoc est de iuramento necessario in supplemento probationis, quando mulier, quæ in alterum per verba de præsenti matrimonialiter consensisse asserit, habet vnum bonum testẽ, & petit ei deferri iuramentum, habemus glossam tenentem in hoc casu, non esse deferendum iuramentum quantumcunque honesta sit persona, quia hic agitur quasi de statu hominis, cum per hoc seruitus constituatur in ipso, nec causa dicitur modica, quia iuramentum defertur inspectis circunstantijs causæ, & personarum; ita glossa in verbo absoluto in cap. mulieri de iur. iurand. quam glossam sequuntur communiter DD. ibi, & D. Couar. vbi supra in vers. hinc etiam, & Gregor. Lopez in d. l. 10. in glos. *aumentoſe*, ad fin. Iaſ. in l. 3. numero 25. ff de in lit. iurand. & in repet. l. admonendi numero 77. & ibi Curt. Iun. num. 67 ff. de iur. iur. Boeri. consil. 40. num. 67. cum sequentibus, Ioan. de Selua in tractatu de iuramen. 3. parte princip. quæst. 3. volumine 5. tract. diuers. Doct. Petr. Surd. consil. 12. num. 12. volumine 1. vbi loquitur in causa ardua, & magni valoris, prout est matrimonialis, considerata qualitate personarum, vt in ea non sit locus iuramento suppletorio; & ita est tenẽdum: tametsi Hostiens. & Archid. quos refert Boerius vbi supra contrarium velint, & præsertim non est deferendum iuramẽtum in causa matrimoniali, quando ageretur de inualiditate alterius matrimonij legitimi, vt cum alijs tenet Boer. vbi supra num. 69.

4 Limitatur tamen hæc communis sententia, vt sit vera, nisi iudex concurrentibus aliquot coniecturis, atque attenta personarum qualitate arbitretur iuramentũ esse deferendum habenti probationem semiplenam, quæ ita dictis coniecturis coadiuuatur, vt non simpliciter dici debeat semiplenà probatio: his namque recte à iudice pensatis potest talis delatio iuramenti fieri, siue agatur de quæstione, an matrimonium fuerit contractum? siue de aliquo impedimento ipsius coniugij secũd. Abb. in d. cap. mulieri col 4. num. Alexand. in l. 3. ff. de iur. iur. Iaſ in d. l. admonendi numero 28 1. vbi Currius numero 67. hanc dicit esse communem opin. quam ibi probat. Curt. Senior, fallent. 65. Ioan. Corasius lib. 3. Miscell. c. 4. & Hyppolit. singul. 27. Couarru. vbi supra communem esse profitens ex Cur. Iun. d. numero 67. & aiens hoc pacto esse intelligendã glossam in cap. vidua, de regul. quæ dixit etiã in coniugali causa deferendum esse iuramentum ei, qui semiplene probauit: eandem communem limitationem sequitur etiam Gregor. Lopez vbi supra in fine Glossæ, & Aymõ Crauet. consil. 198. numero 10. & Boerius vbi supra numero 68 & 69. dicens, quod vbi est plusquam semiplena probatio, quia sunt duo testes, quorum vnus non est integer, tunc secũd. Abb. Paul. de Castr. Alexan. Iaſ. quos refert, debet deferri iuramentum actrici: & idem secund. omnes esse affirmat, vbi testes non essent integri.

5 Hodie tamen attento decreto Sancti Concilij Tridentini, supra citato, hoc similiter cessat, quando ageretur de deferendo iuramento necessario ad probandum matrimonium, siquidem hoc non valet, nisi fiat coram parocho, & testibus, iuxta formam Concilij.

Quoad

Quoad probãda autẽ sponsalia de futuro Cõciliũ nõ loquitur, vt prædiximus, & ideo in eis seruari potest, & debet præd. limitatio, tanquã in casu omisso, qui remanet sub dispositione iuris cõmunis, l. cõmodissime cum simil. ff. de lib. & posthum.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

SVMMARIVM Cap. XXXIX.

1 2 MATRIMONII *definitio. Matrimonium, quando institutum fuit, & numero 5. pertotum latius.*

3 *Matrimonium ex eo, quod est sacramentum, confert gratiam non ponentibus obijcem & rite suscipientibus.*

4 *Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam.*

6 *Matrimonium propter quas causas est à Catholicis contrahendum.*

7 *Matrimonium, quare magis à matre, quam à patre nomen assumpserit?*

CAPITVL. XXXIX.

De sancto Sacramento matrimonij.

1 MATRIMONIVM est maris, & fœminæ cõiunctio individuã vitæ consuetudinem retinens, l. 1. ff. de ritu nupt. §. 1. instit. de patria potest. cap. illud in fine de præsumpt. & in summa 27. quæstione 2. l. 1. titulo 2. partita 4 D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte in princip. numero 1. Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 1 numero 1. vbi bene per suas particulas hanc matrimonij definitionem declarat, estque communis hæc definitio testi Carrotio de matrimonio in princip. numero 2. folio 172. & est recepta ab omnibus iuris vtriusque professoribus, & Theologis, secundum Ioan. Brunel. in tractatu de sponsal. & matrim. columna 2. conclusione 1. vbi similiter discurrit per singula definitionis verba: & Matienç. in rubrica titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. numero 1.

2 Matrimonium ante Adami lapsum institum fuit in naturæ officium, posteà verò in concupiscentiæ remedium: tandem in noua lege inductum fuit, seu eleuatum à Christo, vt esset sacramentum, iuxta illud ad Ephes. Sacramẽtum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia: ita etiam decretum fuit in Concil. Florentin. sub Eugenio IIII. Et nouissime definitum in Concil. Tridentin. sessione 24. de sacramento matrimonij, Canone 1. cuius verba sunt hæc: Si quis autẽ dixerit, matrimonium non esse vere & proprie vnũ ex septem legis Euangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentũ, anathema sit: ac proindè nemo ab hoc discrepat Catholicorum.

3 Vnde ex eo, quod est sacramentũ con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fert gratiam non ponentibus obijcem & ri te suscipientibus, vt decidit in eode Cõcil. Trident. sessione 7. cap. 6. 7. & 8. docet Victoria in Summa de sacramento matrimon. in princip. numero seu quæstione 243. & cæteri communiter Theologi.

4 Receptissimum namque est apud ipsos sacramenta nouæ legis gratiam conferre, & docet Ecclesia in Concilio Florẽtin. versic. quinto hoc docet Ecclesia: hoc autem est, Sacramentum nouæ legis igitur gratiam confert: & hoc probat Col. Concilium, & Theologi frequentius fatentur, vt constat ex Maior. in 4. distinctione 26. quæstione 1. & notat S. Thom. 2.2. quæstione 100. articulo 2. & profitetur cum alijs D. Couar. de sponsal. 2. parte cap. 1. § vnic. numero 3. & probat latissime Bellarmin. contra quosdam Hæreticos de matrim. cap. 2. lib. 1. pagina 64. in paruis, cũ sequentibus, in 2. tom. tertia parte in versic. restat nunc vt tertium, pagina 70. & latissime idem probat aduersus Hæreticos Alphonsum à Castro à lib. 11. aduers. Hæres. in tertia Hæresi. colum. mihi 708. cum sequentibus, tex. in principio quartæ partitæ, ibi. *Por esso es vno de los mas nobles e mas honrados de los siete Sacramentos de la Sancta Iglesia.*

5 Non tamen inter DD. constat de tempore institutionis, tam in lege naturæ, quã gratiæ: siquidem in lege naturæ, nonnulli censent immediate institutũ esse ab Adamo in illis verbis, quæ Deo inspirante protulit Genes. 2. hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: & insuper probatur, quia Matthæi 19. probat Christus, matrimonium esse indissolubile, ex illis verbis institutionis dicens: Quod Deus coniuxit, homo non separet, & dicto loco ad Ephes. cap. 5. inquit Paulus: Propter hãc relinquet homo, &c. Tandem quia in Concil. Trident. sessione 24. in doctrina de Sacramento matrimonij in initio dicitur, matrimonium multo antea fuisse ab Adamo signatum: hanc partem tenent, & probant glossa in cap. vnic. de voto in sexto, verbo in statu, Gofredus in summa titulo de sponsal. num. 7. D. Couar. in quarto secunda parte cap. 1. § vnic. num. 6. Alexand. de Neuo in rubrica de sponsal. numero 17. l. 4. titulo 2. partit. 4. & ibi Greg. Lopez in glos. *que los hueßos*, Montalu. in expositione procœmij quartæ partitæ, & in prolog. legum fori lib. 3. & ex Theologis Magister Sentent. in 4. distinct. 26. & ibi Bonauent. articulo 1. quæstione 2. Durand. ibidem in princip. in expositione literæ, & Ricard. etiam ibi articulo 1. quæstione 3. & Victor. vbi supra, Ledesma in secundam partem 4. quæstione 44. articulo 2. & alij relati à Thom. Sãchez d. lib. 2. disputatione 4. num. 2. Probabilius tamen est, institutum simul ac præceptum esse à Deo, illis verbis Geneseos 1. Crescite. & multiplicamini: tunc namque Deus fecit copiam illius, vt iungerẽtur, & mutuam corporum traditionem concessit, in quo matrimonium consistit: deinde quia illis verbis intimatur potissimus matrimonij finis, qui est hominum multiplicatio: ergo per illa institutum est matrimonium, quo finis ille comparatur: tandem quia nulla alia institutione opus erat, quã ipsomet præcepto: sicut Eucharistiam instituit eam præcipiendo Christus, Luc. 2. Hoc facite in meam commemorationem: postmodum autem, matrimonium contraxit Adamus, cum dixit, hoc nũc os, &c. Ita Diuus Thom. in 4. distinctione 26. quæstione 2. articulo secundo, ad quartũ, Paludan. ibi quæstione 1. in fin. & Sotus quæstione 1. articulo 2. versic. Nihilominus, Diuus Anton. in tertia parte suæ summæ titulo 1. cap. 2. ante §. 1. Abulens. 1. Reg. cap. 8. quæstione 42. Viguer. lib. instit. cap. 16. § 7. versic. 1. Alphons. à Veracruz in suo Specul. coniug. prima parte articulo primo, in princip. & in secunda parte articulo 5. & Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 1. num. 3. Candelab. aureum 7. sacrament. prima parte de matrim. numero 7. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 42. articulo 2. & alios referens Thom. Sanch. d. lib. 2. de matrim. disputatione 4. numero 3. dicens, hoc esse probabilius, vbi etiam citat glossam in cap. final. verbo instituto. de frig. & maleficiat Turrecremat. Syluest. & Didac. Perez. Et hæc sententia approbatur expresse in principio, & prologo quartæ partitæ ibi, *è sin todo esto ouole fecho muy grande honra, que fizo muger que le diesse por compañera, en que fiziesse linage, è establescio el casamiẽto de ellos ambos en el Parayso, &c.* & ibi: *onde, porque esta orden del matrimonio establescio Dios de porsi*, & ibi, *è que fuesecho è ordenado por Dios mismo en el Parayso, que es como su casa señalada.* Argumẽta autem prioris sententiæ tantum probant, matrimonium esse magis declaratũ ab Adamo: sicut Christus extremam vnctionem instituit; manifestata autem est à Diuo Iacobo: & tandem Sanchez vbi supra numero 5. verius esse censet cum pluribus Authoribus matrimonium Ioan. approbatum esse dum Christus interfuit nuptijs; institutum autem fuisse Matthæi 19. dum Christus illud commendauit, eiusq; inseparabilitatem præcepit, dicens: quos Deus coniunxit, homo non separet: eiusdem sententiæ fuit D. Couar. vbi supra §. vnic. numero 6. dum dicit, ante peccatum Adami fuisse coniugium institutum in officium naturæ, nempe ad conseruationem humanæ creaturæ: dixit enim Deus Genes. c. primo: Crescite, & multiplicamini: atque idẽ repetit post diluuiũ omnibus hominibus pene cõsumptis, Genes. 8. ait præterea Couar. ibidẽ institutum etiam fuisse matrimonium, vt esset prima humanæ societatis copula, quæ amicabilem quandam coniunctionem alterius quidem regentis; alterius vero obsequentis complecteretur, quod probatur dum Genes. 2. dixit Deus: faciamus ei adiutorium simile sibi, & latius ibi hunc discursum prosequitur, & probat, & insuper quod post peccatum fuit institutum matrimonium in remediũ fornicationis, & in medelam ac remediũ peccati, eandem sententiam secundam principalem, nempe quod matrimonium fuerit à Deo institutũ in Paradiso deliciarũ, tempore, quo primi parentes fuerunt creati, Adam, scilicet, & Eua, qui Diuino Spiritu ductus eius matrimonij indissolubilitatem pronunciauit, dicens Genes. 2. hoc nunc os de ossibus meis, caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrẽ, & matrem, & adhęrebit vxori suæ & erũt duo in carne vna, & quod per hæc verba videatur adhibitus expressus consensus, quæ ab Adam fuerunt pro lata, ex quo mediante consensu matrimonium perficitur, tenet etiam Matiençe in rubrica titulo 1. de matrimonio glos. 1. num. 37. lib. 5. nouæ collect. Reg. vbi etiam quod, quia Adã illa verba protulit spiritu prophetico, Redemptor noster Matthæi cap. 19. ea verba ad ipsum Deum refert, vt notat Magister Sentent. in quarto, distinct. 26. tex. in cap. lex diuina 27. quæstione 2 glos. in summa 27. quæstione 1. quam sequuntur communiter Iuris Pontificij Interpretes, quos refert Matienç. ibidem, eandem veritatem late comprobat Bellarm. de matrim secundo tom. tertia parte cap. 2. lib. 1. pagina 64. cum sequenti, esse nempe matrimonium à Deo institutum, & hoc duobus modis posse intelligi, vno modo, vt intelligatur à Deo esse coniunctionẽ masculi, & fœminæ, vt ea referatur ad genus propagandum: secundo modo eandem cõiunctionem esse à Deo vt refertur ad rem aliquam sacram significandam, & homines, qui ita coniunguntur, sanctificandos.

Sed & Diuus Augustin. super d. loco 1. Genes. ibi: Benedixitque illis Deus, & ait; crescite, & multiplicamini, &c. Inquit mirabiliter: nos autem nullo modo dubitamus, secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum constituit, nec dubitamus secũdum benedictionem Dei corporaliter potuisse illos in Paradiso multiplicari, etsi non peccassent coituros sine vlla libidinis perturbatione, vt membra sola voluntas, non libido, moueret, illudque credendum, quod tãta multitudo nasci potuit hominum quoadusq; prædestinatorum numerus compleretur quanti, & nunc per Dei gratiam colliguntur, ita Augustin. vt additur super præd. loco in Glos. ordin. nouissima Lugdun. ann. 1590. edita.

6 Sed cum supra dixerimus, quod ante peccatum matrimonium fuit institutum in officium naturæ, & post peccatum in remedium fornicationis, ex his manifeste apparet propter dictas causas, matrimonium esse à Catholicis contrahendum: vnde si ex alia causa contraheretur, nempe ob diuitias, seu pulchritudinem, non rite contrahi videtur, valebit tamen matrimonium, vt in cap. tua notat Abb. nu. 4. de spon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponsal. & D. Thom. in quarto, distinct. 30. quæst. 1. art 3. Maior. in 4 distinct. 26. quæstione 1. ita Couar. loco statim citando.

Caietan tamen in 2. tom quæstione 3. de matrimonio licitum esse probat contrahi matrimonium propter pulchritudinem, aut diuitias, ita vt illæ causæ contingant, vt ratio matrimonij cum tali fœmina, vel vt causæ applicandi animum ad cõiugium: ergo non sunt causæ finales, seu principales, sed causæ sine quibus actus non fieret, quæ finales minime dicuntur: illa est namque causa principalis ad quam is, qui actum agit magis intendit, quamque præcipuam existimat, secundum Diuum Thomam 1. 2. quæst. 18. art. 7. quem refert D. Couar. in 4. 2 parte cap. 1. §. vnic. num. 7. quo fit inquit Couar. ibidem, vt si in his causas pulchritudinis, ac diuitiarum seu libidinis principalis animus intrederet, non crederet ipse licite, sed cum graui peccato contrahi matrimonium, vt inquit probare Ambr. Catharin. lib 5. contra Caietan. cap. de matrimonio.

Ego vero secus credo esse dicendum si principalis animus in prædictas causas nõ intenderet, sed in officium naturæ, & remedium fornicationis; quamuis adhuc ob eas causas simul, contrahens matrimoniũ, moueatur, quia per accidens, & inconsequentiam hæ causæ venire videntur, hoc licitum namque est iuxta opinionem Caietan. quæ mihi in proposito non displicet, possum siquidem licitè eam mihi in vxorem eligere, quæ mihi magis expediat diuitijs, & pulchritudine, necnon & genere alijsque condecentibus qualitatibus, vt matrimonium melliorem exitum sortiatur, imo & hoc est prudentius, siquidem mihi teneor magis prospicere, dummodo principale intentum dirigatur in fines, & bonum matrimonij, nec Abb. vbi supra dicit in præmissa specie non rite contrahi matrimonium, sed quod tenet matrimonium, licet ob illas causas inducatur quis ad contrahendum. Præterea S. Thom. in 4. distinctione 30. quæst. 1. art. 3. super illo articulo, vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam, propter causam inhonestam? hoc solum respõdet, dicendum, quod causa finalis matrimonij potest accipi dupliciter. scilicet. & per se, & per accidens: per se quidem ea matrimonij est ad quam matrimonium est de se ordinatum. & hæc semper bona est, scilicet procreatio prolis, & fornicationis vitatio, sed per accidens causa finalis ipsius est hoc, quod contrahentes intendunt ex matrimonio, & quia hoc quod ex matrimonio intenditur, consequitur ad matrimonium, & priora non variantur ex posterioribus, sed è cõuerso; ideo ex illa causa non recipit matrimonium bonitatem, vel malitiam, sed ipsi contrahentes, quorũ est finis per se; & quia causæ per accidens sunt infinitæ, ideo infinitæ tales causæ possunt esse matrimonij, quarum sunt, quædam honestæ, & quædam inhonestæ. Hactenus D. Thom. Hæ autem causæ, de quibus hic, agimus nempe diuitiarũ, pulchritudinis, & generis nõ sunt inhonestæ, nec malitiosæ, sed potius honestæ, & absque malitia, vt patet: ergo rite, & absque crimine ob eas contrahitur matrimonium. diuitiarum scilicet, ad onera matrimonij melius sustinenda, & filios ex eo procreandos ditiores relinquendum: pulchritudinis vero, vt magis amor inter coniuges cõseruetur, generis autem, vt maiori qualitate, & nobilitate fulgeant tam ipsi contrahentes, quam eorum filij ac reliqui descẽdentes, & meliores vxores, aut maritos inueniant, & ad alios quamplurimos bonos & honorabiles effectus: non igitur peccabunt qui intendentes principalia bona matrimonij matrimonium contrahunt eo fine diuitiarum, pulchritudinis, vel generis, alijsvè iustis, & honestis causis, si ad id per accidens moueantur; libidinis autem causa dirigitur ad matrimonium, & quamuis ante matrimonium celebratum inhonesta de per se sit, & culpabilis, non tamen ea impedire videtur debitum ordinem, & valorem matrimonij contrahendi, quia priora non variantur ex posterioribus, vt inquit D. Thom. vbi supra. Hoc est boni fines matrimonij principaliter intenti ex libidine per accidens non variantur.

7 Matrimonium autem quare magis à matre nomen assumpserit, quam à patre plures rationes refert Mocius de matrim. in prin. numero 1. folio 172. inter quas illa magis arridere videtur, quòd dicatur matrimoniũ ab effectu quasi matris muniũ, secundum Innocen. D. Thom. Syluest. & alios, & quod ideo dicitur matrimoniũ à maiori onere, quia fœminæ magis incũbit officium educandæ prolis in vtero, & extra donec per se quodammodo stare possit: & hinc inquit tex. in cap. ex literis de conuersion. infidel. quod infans ante partum est onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus.

SVMMARIVM Cap. XL.

1 *Matrimonium vere probatur, quando constat ipsum celebratum fuisse iuxta formam Sacri Concilij Tridentini sessione 24. cap. 1. in Decreto de reformatione matrimonij.*

2 *Matrimonium non præsumitur, nisi probetur.*

3 *Matrimonium præsumptum pluribus modis probari potest, vt in numeris sequentibus.*

4 *Matrimonium præsumitur contractũ, quando sponsus sponsam ad propriã domum traduxit, & quomodo hoc intelligatur, & quo iure?*

5 *Matrimonium præsumitur contractũ, quando præcesserunt verba quidem de præsenti, sed iuris interpretatione de futuro, vt inter impuberes, aut impuberem, & puberem, & quomodo hoc intelligatur? & numero 16. & quid hodie si postea in ætate legitimã constituti velentur? num. 18.*

6 *Matrimonium præsumitur ex simultanea viri, & mulieris cohabitatione, & quomodo, & quando hoc locũ habeat, & quo tempore præsumatur hoc casu solennitas requisita? numeris sequentibus, & præcipue numero 17.*

9 *Matrimonium, quando præsumatur ex traditione anuli per virum facta fœminæ.*

10 *Matrimonium, quando præsumatur sub conditione contractum, copula subsequuta? & quid hodie attẽto Decreto Sacri Concilij Tridentini? numero 11. & 15.*

11 *Sponsalia de futuro an hodie per copulam subsequutam transeant in matrimonium de præsenti? & numeris sequentibus.*

Verba an sint de substantia matrimonij? late hic agitur.

CAPITVLVM XL.

De matrimonio tã vere, quã præsumptiue probato.

1 MATRIMONIVM vere probatur, quando cõstat, ipsum celebratum fuisse iuxta formã à Sacro Cõcilio Tridentino præscriptam sessione 24. cap. 1. in Decret. de reformat. matrim. Forma autem essentialis illa est, quod contrahatur præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus testibus: quod si aliter fiat, contractus est irritus, & nullus, vt ibidem cauetur, & præcipitur.

2 Matrimonium namque inter virum, & mulierem contractum fuisse non præsumitur, cum sit, quid facti: & ex consensu consistat, vt infra late docebimus, consensus autem est, quid facti, l. consilio ff. de curat. furios. & notat Cephal. cõsi. 82. n. 69. volumine 1. facta autem non præsumuntur, nisi probentur, l. in bello §. facti ff. de capti. & post limi. reuers. com simil. Ergo merito asserenti matrimonium esse contractum incũbit onus id probandi iuxt. regul. tex. in l. eius, qui. ff. de probat. cum simil. & in terminis matrimonij ita tenet Bart. consil. 42. in 1. parte consil. Philip. Corneus consil. 68. numero 13. lib. 3 Alexan. consil. 150. numero 1. & consil. 154. ante num. 1. volumine 5. Paris. consil. 59. numero 1. & ibi in principio volumine 4. Cepola caut. 18. Decius in l. si emancipati num. 3. C. de collat. Cephal. consil. 64. numero 19 volumine 3. Menoch. consil. 199 numero 2. volumine 2. & alios referens idem Menoch. lib. 3. præsumptione prima, numero 1. Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 1022. numero 3. ergo, qui asserit inter aliquos contractum fuisse matri-

matrimonium, id probare deber, veris scilicet, vel præsumptis probationibus: sicq; à nostris matrimonium aliquando appellatur verum, nempe à veris probationibus, aliquando præsumptum à probationibus præsumptis, ita Ioan. Lup. in tractatu de matrim. prima parte numero 52. & Menoch. d. præsumptione prima, numero 4.

3 Matrimonium præsumptum pluribus modis probari posse DD. affirmant; primo, & principaliter, quando inter virum, & fœminam contracta sunt sponsalia de futuro, & inde sequuta est inter eos copula carnalis; præsumit namque Ecclesia ex illa carnali coniunctione consensum coniugalem ob euitandum peccatum mortale, quod dubio procul esset nisi inter sponsum, & sponsam animorum affectio coniugalis daretur ex definitione Ecclesiæ in cap. is, qui fidem, & in cap. veniens, *el segũdo*, de sponsal. quæ præsumptio est iuris, & de iure, vt affirmant cõmuniter DD. Hic primus modus matrimonij præsumpti ampliatur, & limitatur pluribus modis, vt late prosequuntur D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte ca. 4. §. primo per totum, & Menoch. lib. 3. præsumptione 1. numero 5. cum pluribus sequentibus, sed quia hodie stante præd. Decreto Concilij Trident. hæc cessant, nisi in casu de quo infra agemus, ideo amplius in declaratione d. cap. is, qui fidem, ipsiusque materiam amplius non insisto.

4 Secundus modus matrimonij præsumpti est, quando sponsus sponsam ad propriam domum traduxit, l. mulierem ff. de ritu nupt. per quem tex. ita tenent plures DD. quos referunt Couar. vbi supra §. 2. num. 1. & Menoch. etiam vbi supra numero 55. hoc tamen procedit secund. Ius Ciuile: iure tamen Canonico talis præsumptio non est introducta iuxta communẽ opin. quam referunt Couar. vbi supra, & Menoch. numero 56. duobus tamen casibus inquit Couarru. potest prima opinio procedere: Primo quando est dubiũ graue, an præcesserint sponsalia de futuro, vel de præsenti, in hoc namque dubio ex traductione ad domum, præsumi potest præcedentia sponsalia esse de præsenti, & sic præstitum fuisse ante traductionem cõ sensum coniugalem ex Baldo, & Salicet. in l. cum te, de donat. ante nupt. & sequuntur alij, quos refert Menoch. vbi supra numero 57. dicens, quod hæc Didaci declaratio procedit quidem sine controuersia quoad Ius Ciuile, quo matrimonium ex sola traditione præsumitur, sed quoad Ius Canonicum dubia ipsi Menochio videtur: & recte quidem, quoniam si eo iure, non præsumatur matrimonium ex traditione, quando iam constat de sponsalibus, quanto minus, quando nullum est signum, satis namque tunc est, quod ex traductione præsumantur sponsalia, non autem matrimonium. Bald. autem Salic. & reliqui Iure Ciuili inspecto loquuntur. Secundo potest prima opinio procedere secund. Couar. vbi supra, quando sponsa fuit traducta ad sponsi domum, cum illa solennitate, qua duci solent vxores ad maritorũ domus: argumento cap. vidua de regularib. secundum Abbatem, & Ioan. Lup. quos ibi refert, sequitur Menoch. d. præsumptione prima, num. 58.

5 Tertius modus matrimonij præsumpti est, quando præcesserunt sponsalia verbis quidem de præsenti, sed iuris interpretatione de futuro, sicut sunt sponsalia, quæ contrahuntur ab impuberibus, vel puberes, & impubere per verba de præsenti, tunc namque ea transeunt in matrimoniũ Iuris Canonici præsumptione quando post ætatem perfectam superueniunt signa aliqua, vt oscula, amplexus, munera, anuli subarratio, cohabitatio, & similia, iuxta glossam in c. vnic. §. primo, de desponsatione impub. lib. 6. verbo modum aliũ: est communis, vt pluribus relatis fatetur Couar. d. §. secundo numero 3. tametsi numero 4. ex pluribus fundamentis ab ea discedat: eandem communem sententiam sequitur plurimos citans Menoch. d. præsumptione 1. numero 64. dicens, quod in iudicando præfata receptissima sententia non erit recedendum. Quæquidem in his regnis probata est in l. 3. titulo primo, partita quarta, in versic. *otro si quãdo acaesciesse, &c.* Duobus tamen modis declaratur, vt per Couar. & Menoch. vbi supra numeris sequentibus. Primo vt procedat, & locum habeat, quando signa illa emissa sunt ætate iam perfecta, & cõpleta secus

secus si ætate adhuc imperfecta, etiamsi fuisset valde proxima: secundo, vt nõ procedat quando sponsalia fuissent contracta à minore septennio, nam hæc aduenientes ipsa perfecta ætate non transibant in matrimonium ex illis signis amplexibus, osculis, subarratione, & similibus, sicut nec sponsalia, re & verbis de futuro minime trãseunt in matrimonium per amplexus, oscula, munera, alia vè signa, vt in cap. primo de matrim. contract. contra interdict. Ecclesiæ, & cum communi resoluunt vbi supra Couar. §. 2. nu. 2. & Menoch. præsumptione prima, num. 62. lib. 3.

6 Quartus modus matrimonij præsumpti est, ex simultanea viri, & mulieris cohabitatione, in quo distinguendi sunt plures casus.

Primus est, quando dubitatur an Iure Ciuili præsumatur matrimonium inter pares ob cohabitationem, & tunc secundum omnes hoc præsumitur, glos. in l. in concubinatu, verbo eam habere ff. de concub. & in cap. 1. verb. contubernia 30. quæstione 5. D. Couarr. alios allegans in quarto de sponsal. in 2. parte cap. 1. in princip. num. 5. Matienç. in rubrica glos. 1. num. 23. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. reg. Regia l. 2. tit. 14. partit. 4. post princip. ibi, *è si de otra guisa*, Mascard. de probat. secundo tom. conclusione 1024. num. 1. Menoch. d. præsumptione 1. numero 68. lib. 3. vbique hoc admittunt omnes, & hi quidem idem sentiũt absolute præsumi matrimonium, etiam quoad filiorum legitimationem, ex l. in libere ff. de ritu nupt.

Contra hanc tamen receptam conclusionem tenuit Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumptione 5. num. 1. dicens matrimonium non præsumi ex cohabitatione, sed potius fornicatio per tex. in d. cap. 1. in cap. aliter 30. quæst. 5. quamuis secus sit de Iure Ciuili per l. in liberæ ff. de ritu nupt. & numeris sequentibus, late agit in practica quid dicendum sit, quoad numerum filiorum.

Hanc secundam partẽ tenent alij relati per Mascar. vbi supra n. 2. vbi n. 3. has opiniones concordat, vt prima procedat, quã de præcesserit verbum de futuro, & promissio de contrahendo, tunc namque per huiusmodi actus præsumitur matrimoniũ esse secutum; secus autem si nõ præcessisset: nam tũc nõ præsumitur matrimoniũ; teste Cephalo, quem refert, & in hac specie procedit, secunda suprad. sentent. quã etiam ibi limitat Mascar. numero quarto, cum sequentibus vbi supra alijs in casibus.

Secundus casus principalis est, an ex viri, & mulieris cohabitatione præsumatur matrimonium attento Iure Canonico, quoad ipsum virum, & mulierem omni cõditione pares: & in hoc secundum receptissimam omnium sententiam, quam refert, & sequitur Menochius vbi supra, numero 69. non præsumitur matrimoniũ, sed potius fornicatio, ex tex. iunct. glos. verb. contubernia in d. cap. 1. 30. quæst. 5. Abb. in cap. illud de præsumpt. & ibi Felin. nu. 15. Lucas de Pena in l. 3. in 13. præsumptione, C. de apoch. public. lib. 10. Ioan. Lup. in tract. de matrimonio secunda parte numero 12. Alciat. vbi supra numero 1. D. Couar. de sponsal. in 2. parte cap. 1. num. 5. & Matienç in rubrica glos. 1. num. 23. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & sequitur alij, quos refert Menoch. vbi supra, vbi eam probat addens, hunc casum multo magis procedere, quando agitur de præiudicio alterius matrimonij secundũ Pariſ. consil. 59. numero 7. lib. 4. & Couar. vbi supra numero 5. sequitur Mascar. vbi supra num. 5. & 6.

Verum si esset longa cohabitatio, matrimonium solemniter contractum fuisse præsumeretur iuxta tex. in cap. illud vbi DD. de præsumption. Hostiens. in cap. licet, verb. officij, vbi etiam Abb. columna penultim. de simon. Anchar. consil. 117. satis impertinens post medium: Alexand. consil. 79. volumine 1. Socin. consil. 220. consideratis column. 3. volumine 2. Mascard. alias allegans vbi supra nu. 4. vbi exemplificat, quando cohabitatio esset per longum tempus, nempe decenniũ ex Alexan. & Tiraquel. quos citat idem Mascard. 3. tom. conclusione 1317. num. 4. vbi quod ex diuturnitate temporis præsumptio oriatur, quod matrimonium contractum validum, & legitimè contractum censeatur, tenet etiam Ant. de Butr. in ca. lator circa fin. qui filij sint legit. Cepõl. consil. ciuil. 5. num. 16. & hos referens,

An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anton. Gabriel in suis conclus. tit. de præsumpt. conclusione 1. num. 40. & comprobat Cephalus consil. 647. num. 23. affirmans in casu suo post Gozad. & Ias. ex cursu 25. annorum, quibus matrimonium durauit, præsumi matrimonium legitime contractum fuisse, & superiores consensum præstitisse, vt refert Ioannes Vincen. Honded. consil. 87. numero 17. volumine 1. quod verum intelligo, prout loquuntur præfati Authores, quando constat, aut saltem non dubitatur, de celebratione matri
8 monij, sed tantum, an solenniter, & legitime, & prout debebat contractum, & celebratum fuerit, tunc namque merito, quod ex longa cohabitatione præd. temporis præsumatur solenniter celebratum, quia solennitas extrinseca ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse in actu; l. filius famil. C. de petit. hæred. l. qui in aliena §. 1. ff. de acquirend. hæred. c. peruenit de censib. Innocent. Hostiens. & communiter DD. in cap. Albericus, vbi latissime Felinus de testib. & in cap. illud de præsumpt. & in cap. sicut de re iudic. & hæc est magis communis opinio, vt infinitos Authores referens testatur Mascardus de probat. 3. tom. conclusione 1317. solennitas extrinseca num. 1.

7 Et quando agitur de modico præiudicio præsumitur solennitas spatio decem annorum, sed si agatur de magno præiudicio, requiritur tempus 30. annorum, vt tradit Alex. consil. 179. num. 6. lib. 6. sequitur Crauet. de antiq. tempor. 3. parte princip. in princip. vbi id pluribus authoritatibus, & rationibus confirmat. & Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 132. numero 64. qui tamen numero 66. inquit quod hoc tempus sit in arbitrio iudicis positum, idem Menoch. consil. 622. sub numero 16. & hanc opin. quod relinquatur arbitrio iudicis crebriorem dicit idē Menoch. de arbit. iudic. casu 3. lib. 2. centuria prima numero 2. cui libenter accedit in tanta varietate Mascard. de probat. 3. tom. conclusione 1317. numero 47. & 48. dicens fortasse esse æquiorem, & nu. 49. sequitur in hoc distinctionem Gabriel. consil. 36. numero 52. de qua ibi per eum: & in proprijs terminis, quod ex cursu tēporis 30. annorum matrimonium præsumatur solenniter celebratum, tenēt Puteus decis. 257. numero 2. cum sequentibus lib. 3. quem refert, & sequitur Hondedeus d. consil. 87. numero 52.

Imo ex cursu decennij cohabitationis coniugum præsumuntur inter celsisse denunciationes à Sancto Concilio Trident. cap. 1. de reformatione matrim. sess. 24. requisitæ, etsi non sint de substantia, vt probat, & tenet Menoch. d. consil. 622. num. 16. iuncto num. 15.

Tertius casus est, an ex viri & mulieris longa cohabitatione præsumatur à lege Pontificia matrimonium, quoad filiorum legitimationem, vt succedere deinde possint? & in hoc communis sententia habet, præsumi hoc casu matrimonium, vt tradunt glossa, Abb. & Imol. in cap. illud de præsumpt. tex. in cap. 1. 30. quæstione 5. Innocent. in cap. ex parte de restitutione spol. Abb. in cap. lator. & in cap. ex tenore, qui filij sint legit. & cum alijs Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 1. in princip. numero 5. Cepola consil. Ciuil. 5. num. 16. Socin. Senior consil. 39. numero 6. in fine lib. 1. Ias. consil. 168. columna 1. lib. 4. Felin. in d. cap. illud numero 15. in fin. de præsumpt. Decius in l. nuptias num. 4. ff. de regul. iur. & in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ numero 44. vers. septimo casu, de constit. & consil. 153. numero 2. & consil. 471. numero 3. Curt. Iunior consil. 52. numero 3. Cagnol. in l. si qua illustris numero 12. C. ad Orphitian. Paris. consil. 13. numero 22. lib. 2. Socin. Iunior consil. 39. numero 17. lib. 3. Grāmatic. consil. 26. numero 9. in Ciuil. Cephal. consi. 435. numero 64. lib. 3. quos & alios refert & sequitur Menoch. consil. 199. num. 48. Matien. vbi supra d. numero 23. vers. verum si hæc habitatio: vbi loquitur in habitatione diuturna, nempe decem annorum: eandē principalem sententiam sequitur, & receptiorem esse affirmat idem Menoch. d. lib. 3. præsumptione 1. numero 70. plures allegans, vbi numeris sequentibus eam veram esse intelligit pluribus concurrentibus requisitis.

Primo; longa, vt diximus, cohabitatione, decem scilicet annorum, secund. Couar. & Matienç. vbi supra, & Menoch. qui alios allegat d. præsumptione 1. num. 71. lib. 3. reiecta opinione Felini in d. cap. illud, columna penultim. in vers. imo dicebat singulariter, Alciat. regula 1. præsumptione 41. numero 1. &c. Guerard. in centuria legal. in loco à verisimili numero 19. qui opinati sunt, sufficere habitationem vnius anni cum dimidio.

Secundo requiritur, quod vir, & mulier pares sint secund. Couar. post alios vbi supra, & Menochium d. consil. 199. numero 49. lib. 2. & d. præsumptione 1. numero 71. vbi alios refert, quia secundū ipsum ibi num 72. inter pares facile præsumitur matrimonium contractum: tametsi Celsus Hugo consil. 73. num. 5. post alios nonnullos, sentiat, hanc paritatē nihil ope rari de Iure Canonico, vt præsumatur matrimonium: sed imo cōtra huiusmodi præsumptionem matrimonij poterit opponi discrimen generis inter sic cohabitantes, vel quod vir non ita fœminam tractauerit, sicuti vxorem ab eo tractari decebat, ita arbitratur Paulus de Castr. in l. donationes in princip. ff. de donat. cui accedit Lupus in repet. cap. per vestras, tertio notabil. §. 7. numero 7. de donat. inter vir. & vxorē: quicquid ipse voluerit §. 20. ad fi. & Paul. de Castro vbi supra, sequitur Matiē. vbi supra d. n. 23 in vers. poterit tamē.

Tertio requiritur, quod mulier ipsa sit, fueritque honestæ vitæ, non autem, quæ sui corporis quæstum fecerit, tunc namq; nec Iure Ciuili inspecto præsumitur ex cohabitatione matrimonium cū viro contractū, vt in l. vt liberæ, ff. de ritu nuptiar. Paleot. de nothis, spurijsque fil. cap. 19. numero 1. in fin. quem sequitur Menoch. d. consil. 199. num. 49. lib. 2. & d. præsumptione 1. num. 73.

Quarto requiritur, quod vir ipse pertractet mulierē honorifice, eoque modo, quo vxores pertractari, & haberi solēt, secund. Paul. de Castr. in d. l. donationes in princip. ff. de donat. ex tex. in d. c. illud de præsumpt. ibi; in lecto, & mensa: sequitur Palac. Rub. necnō & Matienç. vbi supra, & Couar. d. n. 5. & Menoch. d. præsumptione 1. nu. 74. tametsi dissentiant ab hoc Bald. in cap. ex transmissa col. 1. de restit. spoliat. Innocent. in cap. ex parte eodem tit. & Celsus d. consil. 73. num. 6.

Quinto requiritur, quod habitatio sit in vna, eadēque domo: nō enim sufficeret quod vir habitaret in solita sua domo, puta in paterna, & mulier in domo cōductitia, vt cū alijs resoluit Menoch. d. consil. 199. n. 49. vers. 3. quod dicitur, lib. 2. & d. præsump. 1. n. 75. lib. 3.

Sexto, & vltimo requiritur, quod hi ita cohabitātes corā testibus declarēt, se habitare tāquā coniuges; ita Angel. quē refert, & sequitur Menoc. d. consi. 199. in fi. & in d. præsu. 1. n. 76. recte igitur Couar. & Matien. vbi supra existimāt, quod hęc præsumptio cohabitationis alijs argumentis coadiuuetur. ¶ Quartus casus est, quādo vir, & mulier, qui simul cohabitabāt sunt iam defuncti, & ambigitur de filiorū legitimatione, & in hac specie etiā Iure Pontifi. inspecto præsumitur matrimoniū fuisse cōtractū inter illos cohabitātes; ita glos. in c. lator, veb. probatur legitimus, in fine: qui filij sint legitim. & ibi Abb. Feli. in c. per tuas col. vlti. de probat. Deci. in c. Ecclesiæ Sāctæ Mariæ n. 39. de cōstit. Ias. consil. 168. col. 1. lib. 4. Cur. Iuni. cōsil. 52. col. 1. Coua. vbi supra d. n. 5. vers. quibus addendū erit: mouētur ex d. c. lator. quod tamē secund. Couar. hoc nō probat, quia ibi filius reputabatur, & cōmuni opinione credebatur legitimus: rectius igitur probari potest ea ratione, quod præsumēdū nō sit, quod illi morientes mori voluerint in peccato mortali, & quod propterea cōtraxerint matrimoniū, ita Menoc. d. præsumpt. 1 n. 77 tametsi ab hac sentētia dissentiant Henrich. Boic. in d. c. lator. & Alcia de præsum. reg. 3. præsum. 1. n. 3. in vers. & hoc facit, cuius cōsiderationē diluit idē Menoc. lib. 6. præsum. 40. vbi agit an filius præsumatur legitimus, & sub patris potestate: nos autē sequimur opin. priorē glos. in d. cap. lator cuius authoritas magna est, & sequatium.

In casibus tamē in quibus secūdū Ius Ciuile præsumitur matrimoniū cōtractū inter virū, & mulierē, secūdū vero Ius Canonicum, non præsumitur, in foro Ciuili, quoad legitimationē filiorū, & successionem obseruabitur Ius Ciuile in hoc, ita tenent Bald. in l. etsi contra, C. de nupt. & in cap. ex transmissa, de restitutione spoliat. Felin. in d. ca. illud colum. vltim. de præsumpt. Decius cōsil. 153. n. 4 Paris. consil. 13. n. 23. lib. 2. Alciat. de præsumpt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regula 2. præsumptione 5. numero 2. Paleot. vbi supra capit. 5. numero 7. & latius cap. 19. numero 10. & probat late Menoch. d. præsumptione 1. numero 78. & 79. lib. 3. aduersus Abb. in d. cap. Iaror, cuius considerationibus satisfacit Alciat. vbi supra.

De legitimatione autem filiorum ex matrimonio nullo propter aliquod impedimentum, cum tamen ab ambobus coniugibus, vel ab vno saltem ignorabatur impedimentum, dicemus infra suo loco.

9 Quinto modo matrimoniũ præsumptum inducitur ex traditione anuli per virum facta fœminæ, consensum coniugalẽ proferentẽ, hoc quippe consensum coniugalem in viro insinuat, iuxta glossam primam in fin. communiter receptam in cap. penult. de sponsal. secund. Matienç. in rubrica glos. 1. num. 24. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. dicentem ita esse intelligendam glos. in cap. tenor, de re iudic. & in cap. vltim. glos. 1. & final. de desponsat. impub. quæ habent, quod per anuli subarrationẽ præsumitur matrimonium, quas glos. sequuntur DD. varijs in locis, de quibus per Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 1023. numero 1. nempe, vt procedant, quoties ab altero ex contrahentibus præcesserunt verba ad matrimonium apta, & deinde subsequuta est subarratio ab sponso, vt asserit glos. in d. cap penult. & ibi Abb. cuius opinio magis communis est, teste Couar. in 4 de sponsal. cap. 4. numero 3. Mascard. vbi supra numero 2. & 3 cui opin. acquieuit Greg. Lopez in l. 5. glos. penultim. titulo 2. partita 4. in fin. & cum eis Matienç. vbi supra: & Menoch. d. lib. 3. præsumptione 1. numero 94. & 95. & consil. 199. numero 52. vers. præterea, volumine 2. & inquit Mascard. vbi supra d. numero 3. quod spõsalia de futuro præsumuntur per anulum quando fuisset missus sponsæ ad ostendendum se esse paratum ad contrahendum, sed & alias declarationes, seu potius limitationes ad hoc, vt per anuli immissionem præsumatur matrimonium, refert & congerit Mascard. vbi supra num. 4. cum sequentibus. Sed

10 Est & alia coniectura, atque præsumtio contracti matrimonij, nempe, quando vir, & mulier contraxerunt matrimoniũ sub conditione, & deinde copula carnali seiũxerunt, tunc nãque præsumuntur pure contraxisse, quod per copulam videntur à conditione præcedẽte recessisse, ca. de illis, cap. super eo, cap. per tuas de conditio. apposit. & hæc præsumptio est iuris, & de iure, iuxta glossam in d. cap. de illis. Speculat. & alios quos refert, & sequitur Menoch. d. præsumptione 1. num. 81. vbi quod hæc præsumptio solũ inducitur per copulã carnalẽ subsequutã, nõ autem per alios actus, vt puta per amplexus, oscula, & his similes: sed & vsq; ad vndecim exempla super his enarratis matrimonij præsumpti congerit, & declarat Menoch. vbi supra d. præsumptione 1. per totã, quæ non expedit hic referre, cũ hodie cessent, vt ex statim dicendis apparebit, superiora ideo prædiximus, quia frequentiora sunt, cætera non ita.

Hodie verò præd. præsumptiones & cõiecturæ nihil prodesse possunt ad inducendũ ex eis matrimoniũ, siquidẽ in sacro Concil. Triden. sessione 24. in Decreto de reformatione matrim. cap. 1. cauetur, matrimonia non censeri legitime contracta, sed omnia clandestina, & nulla esse, nisi præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus fuerit matrimonium contractum: ex quo sequitur hodie matrimonia præsumpta etiam præsumptione iuris, & de iure sublata esse secund. Nauar. in Manual. confes. cap. 25. numero 144 qui manifeste dixit locum amplius non esse hodie dispositioni d. cap. is, qui fidem, de sponsal quem refert, & sequitur Menochius d. lib. 3. præsumpt. 1. num 99. vbi num. 100. inquit, hinc fieri, vt hodie filij nati ex matrimonio præsumpto, quãuis præsumptione legitimi nõ sint, & consequeter insuccessibiles, vt ipsemet Menoch. respondit consil. 199. numero 57. lib. 2. sicuti, nec illegitime nati nõ legitimantur ob subsequutum matrimonium clandestinum ex Boer. quæst. 107. eandẽ sententiam, quod hodie per Sanctũ Concil. Trident. vbi supra cessarũt hæc matrimonia præsumpta, & quod neque spõsalia, nec matrimonium de præsenti inter impuberes transeant in verum matrimonium per copulã, vel alios actus occulte

culte habitos tenuit idem Nauarro in Manual. cap. 27. numero 141. & probauimus late de Iuramento confirmatorio prima parte cap. 51. numero 12. 13. & 14. & iterum lib. primo Canonicarum quæstionum, cap. 18. numero quarto, Matienço in rubrica glossa prima, numero 53. 54. & 62. titulo primo, lib. quinto nouæ collect. Regiæ Azeued. in l. 11. eiusdem tituli numero 29. & 37. Didacus Perez in l. 2. titulo 15. lib. 8. Ordinam. folio 289. versic. infertur etiam, & in l. prima, titulo 1. lib. 5. folio 41. ante versic. secundo corrigitur, Segur. in Director. Iudic. Ecclesiast. secunda parte cap. 15. numero 40. & quamplures Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 40. num. 3.

12 Hinc fit, vt etiam, quando sponsalia de futuro coram parocho, & testibus celebrata sunt, per copulam occultã minime hodie in matrimonium transeant, quia neque parochus, nec testes testificari possunt, nisi de solis sponsalibus quibus interfuere, cum copula, per quam transituri erant in matrimonium, ipsis absentibus habita fuerit, vt cũ Petro de Ledes. de matrimonio quæstione 46. articulo 2. dubio primo, recte probauit Thom. Sanchez, d. disputatione 40. numero 6. aduersus Palat. in quarto, distinctione 28. disputatione 1. folio 629. colum. 2. versic. at verò, contrarium affirmantum, quamuis sub obscure.

13 Quinimo etiamsi copula illa habita sit coram parocho, & testibus post sponsalia de futuro, non transibunt per præfatam copulam in matrimonium de præsenti, secundum Petrum de Ledesm. d. articulo 2. dubio secundo: quod tamen bene procederet quando sponsalia fuerunt clandestina, quia tunc parochus, & testes tantum possunt testificari de copula: idẽque erit, si sponsalia coram diuerso parocho, & testibus celebrarentur ab his, coram quibus haberetur copula, quia neutri testificari possent de matrimonio, sed alteri de sponsalibus, alteri de copula: secus verò erit, quando tam sponsalia de futuro, quã copula fiunt coram eodem parocho, & testibus, tunc namque videtur ius antiquum manere illæsum, atque ita transire in matrimonium, verum quidem, si animo coniugali, præsumptum autem, quando fornicatio haberetur copula, adeo, vt probata copula, & sponsalibus præcedentibus præd. modo, præsumeret Ecclesia matrimonium, cogeretque ad illud, sicut ante Concil. Trident. cogebat, quia nullius cõsensus de præsenti sufficienti signo externo manifestatus corã parocho, & testibus cõstituit matrimoniũ, sed illa copula post sponsalia, est sufficiens signũ externũ de præsenti, vt constat ex d. cap. is, qui fidẽ, desponsat. alias male Ecclesia ex eo præsumeret matrimoniũ, ad illudque compelleret: ergo cũ habeatur corã parocho, & testib⁹, cõstituet hodie matrimoniũ, ita refert Petrus de Ledes. d. dubio 2. tenuisse quendã virũ doctũ, & sequitur Tho. San. vbi supra n. 7. addẽs idẽ dicendũ esse de quibuscũque alijs signis, per quæ olim spõsalia transibant in matrimonium.

14 Vt si hodie solẽnis traductio ad domũ, quæ olim erat sufficiẽs ad explicandũ cõsensum de præsenti, fieret corã parocho, & testibus, coram quibus inita sunt sponsalia, ijsdẽ aduertentibus id fieri animo cõtrahendi de præsenti, sat esset ad matrimoniũ, vt docet Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 7. dicens hoc tenuisse Couar. Baldes, & alios Theologos: & probat D. Spino in suo Specul. testament. glos. 15. nu. 65. & 66. aliàs secus, vt probauimus in loco statim citando: quando autem dicatur, & sit solennis traductio ad domum in proposito agit Couar. in 4. de sponsal. 2. parte c. 4 §. 2. n. 1. Menoch d. lib. 3. præsumptione 1. nu. 56 cum duobus sequentibus, & nos de Iuram. confirm. 1. par. c. 51. n. vltimo. Sed contra modo dicta in præcedẽti vers. quinimo, nu. 13. facere videtur c. 1. de reformatione matrim. ses. 24. Sacri Concil. Trid. dũ requirit, quod parochus interroget cõtrahentes matrimonium, & corũ mutuũ cõsensum intelligat: ergo copula simplex habita coram parocho, & testibus, qui ijdem interfuerunt sponsalibus de futuro præcedentibus, nec solennis traductio ad domum non sufficiet ad inducẽdum matrimonium, attento Sancto Cõcilio Trident. Sed nihilominus præcedentem opin. probo, quando copula illa, vel solennis traductio ad domum, & cætera

tera signa externa, per quæ olim spõsalia de futuro transibãt in matrimonium, fiunt corã eisdẽ parocho, & testibus, qui interfuerunt sponsalibus de futuro, aduertentibus animo contrahendi de præsenti id fieri, quo casu recte procedunt superiora, & Concilij non contradicit, imo favet: quia non requiritur pro forma essentiali valoris matrimonij, quod parochus interroget contrahentes, sed tantum, quod intelligat mutuum eorum cõsensum signo externo sufficienti, vt patet ex eisdem verbis Concilij modo relatis, iuncto versic. qui alter quam præsente parocho, &c. & hoc erit verum matrimoniũ. Vnde infero, non sufficere hodie copulam animo fornicario habitam post sponsalia de futuro, contra id, quod modo ex Thom. Sanchez retulimus, quia matrimonia præsumpta de iure communi hodie cessant, stante Concilio Tridentino.

15 Et quæ resoluimus in sponsalibus de futuro subsequuta copula coram parocho & testibus eadem dicenda esse censeo in sponsalibus conditionalibus, copula eodẽ modo subsequuta, eadem ratione.

16 Deducitur etiã ex superioribus, quid dicẽdum sit, quando matrimonio de præsenti, vtriusque, vel alterius impuberis malitia non supplente ætatem, intersunt parochus, & testes, an transeat in verum matrimonium accedente copula, vel alijs actibus occulte factis? Videtur namque pars affirmatiua vera, quia iam semel consensus de præsenti præstitus fuit corã parocho, & testibus, & quia hic videtur casus omissus, cum de eo mentionem non fecerit Concil. Triden. sed tantum, quando matrimonium de præsenti clam omnino fit, ergo remanet sub dispositione Iuris communis, l. commodissime, cũ simil. ff. de lib. & posthum. & ita quondam tenui sub correctione Sanctæ matris Ecclesiæ in meo tractatu de Iuramento confirmat. 1. parte cap. 51. num. 18. in prima impressione. Sed re maturius cõsiderata postea cõtrariũ, vt verius, probauimus lib. 1. Canon. quæstionum cap. 18. per totũ, & præcipue nu. 3. cum sequentibus, & post eam alia editione, d. cap. 15. nu. 18. de Iuramento confirmat. nempe, vt siue ab initio matrimonium de præsenti fuerit contractum ab impuberibus, vel à pubere, & impubere seruata forma Sancti Concilij, siue non, postea adueniente pubertate non conualidetur tacite per copulam mutuã, mutuã cohabitationẽ, nec per aliũ quẽcũque modum, de quibus in c. vnic. §. 1. de desponsat. impub. lib. 6. iuncta sua glossa verb. modum, communiter approbata, ni fi expresse, eadem forma Sacri Concilij repetita, vel seruata, matrimonium ratificetur, vel fiat, nempe coram parocho, & testibus, quam veriorem sententiam tenuit etiam Didac. Perez in l. prima titulo 1. lib. 5. Ordinam. versic. sexto, pagina 41. Matienç. in rubrica glossa 1. numero 58. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 3. num. 7. Manuel Rodrig. in Summa tom. 2. in secũda editione cap. 220. nu. 2. & est tenenda omnino secund. Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 40. n 9. vbi nu. 12. cũ Enriquez vbi supra, quod non satis erit, si ipsi contrahentes renouent cõsensum inter se solos, sed quod debet esse corã parocho, & testibus, quia alias nõ possent testificari de contractu de præsenti.

17 Infertur etiam ex præcedentibus hodie attento S. Concil. Trident. nõ habere locum nec procedere cõmunem opin. de qua supra n. 7. quæ habet ex lõga cohabitatione, nempe decennij, vel vlterioris temporis viri, & mulieris paris conditionis tamquã coniugum præsumi matrimoniũ inter eos legitime fuisse celebratum: cum pro forma substantiali, & essentiali ad valorem matrimonij requiratur, ipsum celebrari coram parocho, & testibus, &c. Vnde cum iam cessent matrimonia præsumpta, & cohabitationi quantumcunque longissimæ interesse non possint parochus, & testes moraliter loquendo, consequens est, vt hic modus probandi matrimonium præsumptum de iure communi, iam hodie attento Concil. Trident. locum non habeat, nec procedat. ¶ Bene verum est, quod probato vere matrimonio (prout semper testibus affirmatiue, quantũcũque antiquum articulatur, & generaliter probatur) ex diuturnitate temporis præsumetur, solẽnitates Cõcilij interuenisse ad illud contrahendum, & præsentiam parochi, & testium, vt supra probauimus, quod

quod est notabile in praxi. Deducitur namque in ea, & probatur articulus huiusmodi: *si saben, &c. que fulano, y fulana fueron casados, y velados segun oraen y precepto de la Santa madre Iglesia de Roma, y como tales marido y muger hizieron vida maridable juntamente de consuno, y por tales fueron auidos, y tenidos, y communmente reputados, y ansi es publico y notorio, y publica voz y fama, sin contradicion alguna*: & hoc est valde vtile ad legitimitatem filiorum ex eo matrimonio procreatorum, licet non probetur monitiones præcessisse, nec testes, & parochum eidem matrimonio præsentes fuisse, quia ex antiquitate temporis simul cum d. probatione generali præsumitur, has solennitates intercessisse, vt supra docuimus: præmaxime, si aliquibus testibus, qui præsentes fuerint ipsi matrimonio de illo deponerent, cætera namque solennia proculdubio tunc interuenisse præsumeretur ex diuturnitate temporis.

18 Denique deducitur, quod celebrato matrimonio per verba de præsenti inter impuberes, vel puberem, & impuberem coram parocho, & testibus, quod iuris interpretatione habetur pro sponsalibus de futuro, iuxta iura supra allegata, si postea in ætate legitima constituti velentur, & recipiant benedictiones nuptiales in Ecclesia a proprio parocho, coram testibus ex hoc, signum exterius sufficiens colligitur: *Porque por las dichas velambres, y sanctas ceremonias de que la Iglesia vsa en ellas, diziendo el desposado delante del proprio parrocho, ò otro clerigo con su licencia, y testigos.* Sponsa, hunc anulum, & has arras tibi dono in signum matrimonij, *y ella*, ego recipio, *con las demas bendiciones del Manual*, 19 ex hoc actu, & subarratione, & per illa verba parochi coram testibus: Benedic coniuges istos, &c. Satis inducitur, & ratificatur re, & verbis, nunc in legitima ætate matrimonium præcedens per verba de præsenti, licet iuris interpretatione, tunc temporis fuerint tantum sponsalia de futuro propter defectum ætatis iuxta tex. in cap. si quis vxorem 27. quæstione secunda, & in cap. nostrates, & in cap. fœminæ 30. quæstione quinta, cap. illud de præsumptionibus, & ibi glossa, verbo anulos, cap. tenor de re iudic. iuncta glossa, verbo subarraſſet.

Et in terminis generaliter de subarratione facta in Ecclesia præsente sacerdote cum solitis benedictionibus, & orationibus, idem voluit glos. verb. anulos in d. c. fœminæ, & ibi Archid. numero 2. Hostiens. in cap. fin. de desponsat. impub. in principio vers. si vero personæ: Ioan Andr. in vers. in glos. 1. Ant. de Butrio nu. 8. in vers. si nihil disponit, & Præpos. nu. 4. Lapus allegatione 56. nu. 13. cum præced. Menoch. lib. 3. præsumptione 2. num. 63. quod verũ intelligit Couar. in 4. de sponsal. 2. part. c. 4. in princip sub n. 3. vbi ab altero contrahentiũ præcesserunt verba cõiugio apta, & sequuta est subarratio, vel quando consuetudine est inductum, vt in matrimonio anulꝰ detur, certa signata forma, & sub illa daretur, ac fieret anuli traditio, iuxta glossam in d. cap. fœminæ 30. quæst. 5. Abbatem, & communem in d. c. final. sequitur plures alios citans Tho. Sanch. lib. 1. de matrim. disput. tione 22 nu. 2. vbi num. 3 quod si verba vnius præcesserint, immissio anuli, & receptio operatur verbũ expressũ alterius, & cõsensum. Quare si verbũ matrimonij præcesserit, operatur matrimonium, si verò sponsaliũ, sponsalia, quia tacens consentit facto ipso, dum anulum recipit: argumento l. Paulus ff. rẽ ratam hab. ita glossa in cap. tuæ, verb. verba, de sponsalib. & in cap. penultim. eodẽ titulo, verb. dicente, & tenent quamplures DD. quos ibi ad hoc citat, & inquit Gigas consil. 38. numero septimo, quod ex quo mulier passa est, se desponsare per anuli immissionem, matrimonium tenet.

Quia secundum magis communem opin. Modernorum in cap. tuæ de sponsa. & alibi, verba non sunt de substantia matrimonij: quam etiam sententiam communẽ profitetur plures allegans Couar. vbi supra num. 1. nẽpe, quod verba nõ requirũtur de substãtia matrimonij, sed exis ad essentiã matrimonij exteriora signa, cũ sit sacramentũ: & est cõmunis præfata prima cõmunis sententia, vt plures referens testatur Quinti. Mando. in addi. ad Lapũ, alleg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præd. 56. numero 17. litera, Y. & quamuis Gigas vbi supra num. 19. referat Innoc. in d. cap. tuæ tenentem contrarium per tex. ibi, imo quod quantũ ad Ecclesiã verba sint de substantia matrimonij, & quod hæc est effectualiter cõmunis opinio, addit tamẽ ita esse distinguendũ cum Ioan. Andr. in d. cap. tuæ, quod aut præcessit tractatus de matrimonio cõtrahendo, & tunc vera sit prima opinio Hostien. quod verba non sunt de substantia matrimonij in valentibus loqui: aut nõ præcessit tractatus, & tunc vera sit opinio contraria Innocentij.

Cum ergo in præmissa specie, de qua agimus, præcesserit matrimoniũ per verba de præsenti celebratum inter impuberes, vel puberem, & impuberem præsente parocho, & testibus, quamuis nullũ fuerit ob defectũ ætatis, resolutum iuris præsumptione in sponsalia de futuro, & subsequutę sint velationes, & benedictiones solennes, atque subarratio ad fores Ecclesiæ in forma supradicta coram parocho, & testibus, quibus satis aperte signatur cõiugiũ illud, atq; matrimoniũ de præsenti, aut saltẽ ratificatur, & roboratur in legitima ætate matrimoniũ præcedens, consequens esse videtur, vt etiam hodie stante præd. Decreto Sancti Concil. Trid. sess. 24. in Decreto de reformatione matrim. cap. 1. ibi, qui aliter, &c. hoc matrimoniũ validũ, & firmum sit, vt ex supra dictis apparet.

Hæc tamen, quamuis primo aspectu recte dicta esse videantur, nihilominus ex sequentibus contrauertũtur, maximãque patì difficultatem videntur, & quidẽ primo.

Quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem, l. non omnis, cũ simil. ff. si cert. pet. sed sic est, quod quando hi sponsi velati fuerunt, benedictionesque nuptiarum in Ecclesia solenniter receperunt, seruata inter eos ad fores Ecclesiæ præd. subarratione in forma Ecclesiæ consueta, supra relata, minime declararunt, se habere animum, aut intentionem de nouo contrahendi, nec verba, aut signa externa mutui consensus de hoc interuenerunt, sed tantum solennizandi primum matrimonium per verba de præsenti iam contractum, nullum tamen ob defectum ætatis, resolutum iuris præsumptione in spõsalia de futurõ, & ita actus hic solennis non potuit operari aliud matrimoniũ diuersum nõ intentum, sed tantũ solẽnizationem (vt ita dicã) præcedentis, nulli ergo &c. Immissio namq; anuli subsequuta tantum operatur confirmationem præcedentium, non vero matrimonium, nisi verba matrimonij præcesserint, iuxta communem sententiam, de qua per Tho. Sanchez, d. lib. 1. disputatione 22. nu. 3.

Secũdo, quia donatio, & immissio anuli, & arrarũ per spõsum facta spõsæ ad fores Ecclesiæ in signũ matrimonij, & receptio ipsius, benedictiones, & monitiones factæ per parochũ corã testibus, coniugibus in Ecclesia fiũt in ordine, & relatione ad matrimoniũ præcedẽs, iã celebratũ, ex suppositione, quod sit iã factũ, & hæc videtur esse intẽtio parochi benedicẽtis, & velãtis spõsos, siquidẽ ipse spõsus sub hoc nomine defert spõsam ad Ecclesiã priusquam ei tradat anulum, & arras: ergo nullum matrimonium de nouo per supradicta celebrari videtur.

Tertio, quia Ecclesia eadẽ forma, solẽnitate, orationib⁹, & benedictionibus vtit erga omnes cõiuges per verba de præsẽti: ergo si diceremus ex ijs matrimonijs validis, nouum matrimonium de præsenti cõtrahi, sequeretur inde, quod sacramentũ matrimonij iteraretur absq; necessitate; hoc autem esset absurdum, & contra iuris dispositionem, ergo &c.

Neque his obstat communis opinio supra pro priori parte adducta, quę habet induci matrimonium per immissionem anuli iuxta fores Ecclesiæ præsente parocho, & testibus, iuxta formam, & ritum Romanæ Ecclesiæ; quia debet intelligi eo casu, quo non præcesserat matrimonium de præsenti, sed tractatus de matrimonio contrahendo, & postea agitur de eo celebrando de præsenti, tunc namque per immissionem, vel traditionẽ anuli, & subarrationẽ factã absponso, sponsæ recipiẽti, vel digitum extendenti inducitur matrimonium de præsenti, præcipuè ad fores Ecclesiæ, & hodie coram parocho, & testibus, vt in multis locis pergunt ad celebrandum matrimonium iuxta consuetudinem patriæ: sed celebrato iam prius alibi matrimonio per verba de præsenti, nõ dicit

dicit præfata cõmunis opinio, quod posita inducatur ex anuli immissione, & subarratione aliud matrimonium: & quod præd. communis sententia debeat ita intelligi, præter quam quod consonat iuri, & rationi, constat etiam ex mente Doctorum tenentium eam, & præcipue ex Ant. de Butrio in cap. fi. de desponsatione impub. num. 7. in vers. si nihil disponit, ibi, aut fit in apparatu ad matrimonium, & præsente sacerdote, & ad fores Ecclesiæ, & præsumitur matrimonium, vt hic & ex Menoch. d. lib. 3. præsumptione 2. numero 7. & in terminis ita declarat hanc materiam Lapus d. allegatione 56. numero 17. dicens, verum esse in præmissa specie ipso facto sine verbis matrimonium non contrahi nullo præcedente tractatu inter ipsos contrahentes de matrimonio contrahendo: sed quando pactum præcedit aliquis tractatus, vel verba de matrimonio contrahendo, postea ipsum factum, vel signum aptum ad matrimonium: subarratio sufficit ad matrimonium contrahendum, & præsumitur pro matrimonio, & probatur per tale signum, vel factum, & ille tractatus, siue verba illius tractatus trahũtur ad signum, vel factum, & ibi eius Additionator, Quintilian. Mandos. litera, Z. inquit, quod hæc est pulcherrima distinctio per quam concordantur opiniones omnium, & refert alios plures Authores ad eam recurrentes, ipsamque sequentes, & constat etiam hæc distinctio ex concordia supra assignata inter illas duas communes opiniones contrarias supra relatas circa illam quæstionem, an verba sint necessaria ad contrahendum matrimonium?

Nihilominus tamen his non obstantibus, prout vere non obstant, in proposita supra quæstione in vers. Denique deducitur, numero 18. nempe in matrimonio per verba de præsenti contracto inter impuberes, vel puberem, & impuberem, verior est prior pars, & tenenda ibidem affirmata, scilicet, quod per anuli immissionem, & subarrationem, atque cæteras cæremonias Ecclesiæ consuetas, coram parocho, & testibus in legitima ætate ad fores Ecclesiæ factas ratificetur, & reualidetur prædict. matrimonium, siquidem verba præcedentia fuerunt prolata de præsenti, quamuis inualide, & ideo conualidatur nunc matrimonium obseruatis præd. solemnitatibus, completa legitima ætate, & sic tẽpore habili, & opportuno, quam etiam tenuit Anton. de Butrio, in cap. final. de desponsat. impub. numero 8. & 9. dum dicit, quod quando est dubiũ, an subarratio confirmet matrimonium in minori ætate contractum, superueniens subarratio completa ætate per immissionem anuli absque dubio ratificat matrimonium (intellige hodie præsente parocho, & testibus) & tandem se remittit ad Lapũ vbi supra, ex quo, & eius additione modo resoluimus, quod si præcessit tractatus de matrimonio contrahendo, subarratio inducit matrimoniũ de præsenti: sed sic est, quod in nostro casu præcessit tractatus de matrimonio contrahẽdo, imò sponsalia de futuro valida iuris interpretatione, ex matrimonio per verba de præsenti inter impuberes, vel puberem, & impuberem de facto contracto, & cũ animo, & fine perficiendi matrimonij in forma Ecclesiæ, & completa ætate, subsequitur quod immissio anuli, & subarratio ad fores Ecclesiæ coram parocho, & testibus, necnõ & velationes, ac solemnes coniugis benedictiones ad effectum solemnizandi, & confirmandi illa sponsalia, & matrimoniũ de facto præcedẽs ratificet, ergo per hæc procul dubio ratificatum permanet, & reualidatum dictum matrimonium.

At quis dubitat, quod matrimonium præcedens, quamuis alias inualidũ ob defectũ ætatis legitimæ, aduenientę postea ætate, ex professo possit verbis ratum haberi coram parocho, & testibus? ergo & facto, signoque externo sufficienti, puta anuli immissione, & traditione arrarum, dicendo præd. verba, *Esposa estas arras vos endono en señal de matrimonio, respondiendo ella, ansi las recibo*: plus namque declaratur voluntas facto, quam verbis, l. si tamẽ §. & qui, ff. de ædilit. edict. l. de quibus ff. de legib. & nihil interest in proposito, an facto, vel verbo quis declaret voluntatem suam, cap primo, 43. dist. in fine, glos. in d. c. fin. verb. subarrauit de desponsatione impub. & in c. penul. de regũl. in verb. nisi euidẽter, & ibi DD. quãto magis cõcurrẽte simul consensu mutuo cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

facto: & in terminis noſtris idem expreſſe tenet Præpoſ in d.c.fin.ſub nu.4.ibi,aut inter impuberes hodie requiritur præſentia parochi,& teſtium.Pro qua etiam ſententia vera,& tenenda facit, quod ſupra reſoluimus ex Henriquez lib.11. de matrim. cap.3. num.7. verſ. olim ſponſalia, &c. Vbi quod ſponſalia impuberũ verbis de præſenti contracta tranſeunt in matrimonium de præſenti, ſi traductio, nunc poſt Concilium Trid. fieret ſolenniter coram parocho,& teſtibus, aduertentibus id fieri cum intentione contrahendi: ergo à fortiori idem erit dicendum in noſtra ſpecie, de qua agimus, per anuli immiſsionẽ, & arrarum traditionem, & receptionem in ſignum matrimonij cum cæteris ſolennibus,de quibus ſupra,coram parocho,& teſtibus:qua ſententia ſic ſufficienter probata,& retenta.

Non obſtant modo difficultates contra eam ſupra adductæ, quoniam iam ex ſuperioribus diluuntur,& quidem nõ primum,quia hic non agimus de nouo matrimonio contrahendo, ſed de priori præcedente de facto,roborando, & confirmando per ſupra dictas ſolennitates, & ſigna exteriora.

Ad ſecundam reſpondemus,eam nihil contra noſtram ſententiam probare, ſed imo potius eam confirmare ſiquidem, vt modo dicebamus in reſponſione ad primam: hic non agimus de nouo matrimonio celebrando,ſed de priori nullo, debito tempore ratificando.

Ad tertiam negamus, ſacramentũ reiterari,ſed matrimonium nullum præcedẽtem ob defectum ætati valide ratificari.

Ad quartã eodẽmodo reſpondemus: Ad quintam de reſponſione, & intellectu communis ſententiæ, de qua ibi dicimus, eam pro nobis potius facere, vt patet ex ea.

SVMMARIVM Cap. XLI.

1 *MAtrimonij forma, & de miniſtro; & numeris ſequentibus.*
2 *Parochus an ſit miniſter ſacramenti matrimonij?*
3 *Contrahentes matrimonium cõſtituti in peccato mortali, an de nouo peccent mortaliter, & quid in parocho inter eſſente matrimonio?*

CAPITVLVM XLI.

De materia, forma, & miniſtro Sacramenti matrimonij.

1 EX opiniones diuerſæ Doctorum inueniũtur circa hũc articulum, quas cum ſuis Authoribus refert late Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio diſputat. 5. eaſque in ſumma referam, & eligam, quæ mihi verior,& tenenda videtur.

Prima eſt gloſſæ in cap. tuæ de ſponſal. verbo nec forma:aſſerentis, conſenſum contrahentium eſſe materiam, verba autem, quibus ille exprimitur, eſſe formam,quia conſenſus informatur per verba:quam gloſſam ibi ſequuntur Abb. numero 10. Præpoſ. in fine Alexand.de Neuo numero 25. Sylueſt. in ſumma verbo matrimonium 1. quæſt.1. Nauar. in Manual. Latin. cap.22. numero 20. Humada in l.2. numero 19. in fine titulo 1. partita 1.Capreol. & Decius relati à Sanchez vbi ſupra,qui eam reijcit, nam materia totalis ſacramenti debet eſſe ſenſibilis, licet partialis,vt contritio in ſacramento pœnitentiæ poſsit eſſe non ſenſibilis: improbat eã etiam Couar.infra referendus.

Secunda ſententia habet, quod cõſenſus eſt forma,verba autem eum exprimẽtia, materia,quia conſenſus determinat, & perficit verba,quæ eo ſecluſo, nihil efficerent,ita tenet Maior in 4. diſtinctione 26 quæſtione 1. quæ ſententia eadẽ, qua prima ratione reijcienda eſt.

Tertia ſententia docet, contrahentes eſſe materiam,verba autem,formam;quia in cæteris contractibus ita contingit: ita Palud. in 4. diſtinctione 26. quæſtione 4. articulo 3. ad 2. numero 23. & alij plures Theologi, quos citat Sanchez vbi ſupra, numero 4. & ſequitur. D. Couar. in 4. de ſponſal.ſecunda parte cap.1.§ vnic. numero 8.quæ ſententia, etſi à Sanchez refutetur, vera quidem videtur,& tenẽda,prout eam tenent grauiſsimi Theologi,& nouiſsimè Zambran.Hiſpalen in ſuis Aureis deciſionibus caſuum conſcientiæ cap. 7. de matrim. in principio numero 2. pag. 334. vbi alios citat.

Quarta eſt ſentẽtia Ricardi in 4.diſtinctione 26.articulo 4. quæſtione 2. & aliorum Theologorum,quos citat, eam tamẽ reijcit Sanch. vbi ſupra numero 5. nempe quod verba,quæ à priori cõtrahente proferuntur ſunt materia, quæ vero à poſteriori,forma.

Quinta ſententia eſt Cani lib 8. de locis Theolog. cap.5.in ſolutione ad tertiũ: dicentis,verba contrahentium eſſe materiam, formam autem verba ſacerdotis,ſi matrimonium in quantum eſt ſacramentum, conſideretur,licet in quantum eſt cõtractus non exigat ſacerdotis verba: credit namque ille, matrimonium abſque ſacerdotis præſentia contractum eſſe validum,non tamen ſacramentum, ſed reprobat hoc latè Sanchez lib.2.diſputatione 6.

Sexta,& vltima ſententia habet, quod verba,ſeu ſigna, quibus conſenſus exprimitur, ſunt ſibi inuicem materia,& forma ſecundum diuerſas rationes:in verbis nãque contrahentium eſt expreſsio mutuæ traditionis, qua quilibet tradit alteri ſui corporis poteſtatem, & ſecundum hoc dicuntur materia;& expreſsio mutuæ acceptationis,qua quilibet acceptat traditionẽ ſibi per alterum factam, & ſecundum hoc dicuntur forma:huius ſententiæ videntur eſſe D. Thomas in 4.diſtinctione 26.quæſtione 2.articulo 1 & eam tenet Dominicus à Soto in 4. diſtinctione 1. quæſtione 1. articulo 6. verſ.ad dubium,& diſtinctione 26.quæſtione 2. articulo 3. Bellarmin. lib.1.de matrimonio cap.6. Suarez 1.tomo de Sacramentis, quæſtione 60. art.8. diſputatione 2. ſectione 1. Petrus de Ledeſma de matrimonio quæſtione 42 articulo 1. dubio 4. concluſione 7. Manuel Rodrig. in 1.tom. ſuæ ſummæ,2.editione, cap.216. numero 3. Angles in ſuis Floribus Theologic. quæſtionum in 1. parte de matrimonio quæſtione 1. de eſſentia matrim. diſtinctione 26. articulo 4. difficultate 1. concluſione 2. Ludouic. Lopez in ſecunda parte Inſtructor. conſcient. in materia de matrim. cap. 35. fol. 1620. D. Spino in ſuo Specul. teſtamentorum gloſſa 15. numero 13. & probat latè eos ſequutus, & dicens,quòd hæc ſententia eſt amplectenda, Thomas Sanchez de matri. lib.2. diſputatione 5.numero 6 quæ etiam mihi placet,necnon & tertia Palud.& ſequatium ſupra relata,quælibet enim harũ teneri poteſt. Hæc tamen vltima ſententia receptior videtur & melior, nempe in ſumma:quod verba vnius coniugis, quæ primo proferuntur,ſunt materia:& verba alterius,quæ proferuntur vltimo,ſunt forma,quia perficiunt ſacramentum, vt conſtat ex D.Thoma vbi ſupra, & ita eſſe tenendum ſine dubio affirmat Victoria in ſumma de matrimonio quæſt. 247. & eſt communior ſecundũ Zambran.vbi ſupra.

2 Miniſter autem huius ſacramenti nũquam fuit parochus, nec etiam eſt talis miniſter poſt Concilium Tridentinum, ſed ipſi contrahentes ſunt miniſtri conficientes ſacramentũ matrimonij,quicquid Cano vbi ſupra, & alij dixerint, vt late optimeque probat Sanchez vbi ſupra diſputatione 6.numero 2. cum Soto,Bellarm. & alijs pluribus Theologis.

3 Hinc nonnulli deducũt coniuges peccato mortali affectos celebrãtes matrimonium peccare lethaliter, nõ ſolum ea ratione,quod ſacramentum ſuſcipiãt,quod proculdubio eſt verum,ſed etiam quatenus miniſtrant,ita Nauar. in cap.1.§. ſacerdos numero 10. de pœnitẽtia, diſtinctione 6. in ſolutione ad quintum, Petrus Ledeſm. de matrim. quæſtione 42. articulo 3. ad vltim. & vt probabile ponit Suarez in 1. tom. de Sacrament. quæſtione 65.articulo 4.diſputatione 16.ſectione 4.& eſt probabile ſecundum Thom. Sanchez d. lib.2. de matrim. diſputatione 6. numero 3.ſed nihilominus ſecund. ipſum ibi numero 4.multo verius eſt, nõ peccare lethaliter eo capite,& ratione miniſterij,quia nõ ſunt miniſtri conſecratione ad id munus, ſed ſolũ illis cõceſſum eſt neceſsitate quadã,quia oportuit materiã, & formã in ipſo contractu conſtitui:contractus autẽ fieri non poterat, niſi per contrahentium cõſenſus,vnde ſolum miniſtri conſecrati lethaliter delinquunt,ſi culpa mortali affecti miniſtrent, ita Palud.in 4. diſtinctione

Universidad de Deusto
Biblioteca

5.quæstione 2.numero 22. Sotus in 4. distinctione 1.quæstione 5.articu.6.in fine: Ledesm. in primam partem 4. quæstione 5.art.6. dubio 3. Enriquez lib. 11. de matrim.cap. 2.in fine,Ludou.Lopez in 2. parte instruct. de sacrament. in genere cap. 59. concluſ. 4. & in hanc ſententiam magis inclinat Suarez vbi ſupra, idem probãtes in ſacerdote culpę mortalis reo aſsiſtẽte matrimonio, nempe quod neque peccet lethaliter,quia non eſt miniſter conficiens ſacramentum,quod & probat Sanchez, d. diſputatione 6. num. 5. vbi quod nec etiam ſacerdos in mortali exiſtens nuptiarum benedictionem celebrans lethaliter peccet,quia ea benedictio non eſt ſacramentum, ſed ſacramentale quodam ſecund. Palud. & Ludouic. Lopez vbi ſupra.

SVMMARIVM Cap. XLII.

MAtrimonium an in lege naturæ, & veteri fuerit ſacramentum, & nunc an tale ſit in lege noua? & num.2.

3 *Matrimonij in ſacramento, quid ſint actus ſacramenti,effectus, & vinculum?*

4 *Matrimonium infidelium poſt legem nouam, non eſt ſacramentum, & quid ſi ambo poſtea baptizentur? & an tunc gratiam conferat? numero 5. & an tunc opus ſit obſeruare formã Sacri Concilij Tridentini, hoc eſt de nouo id contrahere, vel ratificare coram parocho, & teſtibus? numero 6.*

CAPITVLVM XLII.

An matrimoniũ in lege naturæ, & veteri fuerit ſacramentum, & nunc tale ſit in lege noua?

1 QVOAD primum veritas eſt, matrimoniũ in legenaturę & veteri non fuiſſe ſacramentũ, nec gratiam contuliſſe, ſed contractum naturalem: quod primo probatur ex Concil. Florentino in Decreto de ſacrament. vbi numerat matrimonium inter ſacramenta nouæ legis, & diſtinguit hæc à ſacramentis veteris legis, quod illa gratiam conferant, hæc vero legis veteris minimè. Secundo deciditur in Concil. Trident.ſeſsione 24.cap. 1.de matrim. vbi expreſsè dicitur, & affirmatur matrimonium eſſe ſacramentum nouæ legis à Chriſto inſtitutum: & in Decreto immediato ante Canones dicitur: matrimonia nouæ legis,gratia excedere connubia veterũ,& ita tenent Soto in 4. diſtinctione 26.quæſtione 2 articulo 1. & 2. Ledeſma in ſecũdam partem 4. lib. quæſtione 44. articulo 2. & contrariam ſententiam non eſſe tutam affirmat Bellarmin. lib.1. de matrim. cap.5.ad ſecundum: eandem veram ſentẽtiam probãt Enriquez lib. 11. de matrim. cap.2. numero 1. & in commento litera. V. dicit oppoſitam ſententiam eſſe falſam, Petrus de Ledeſma,cum alijs, quos refert de matrimonio quæſtione 32. articulo 2. folio 69. & Thomas Sanchez lib.2.de matrim.diſputatione 7.numero 2.Vnde non ſunt audiẽdi Petrus Soto de matrimonio, lectione 2. §. de inſtitutione, Alphonſ. à Caſtro lib. 11. contra Hæreſes,verbo nuptiæ,Hæreſi. 3. Cathar. lib.5. contra Caiet. titulo de matrim.quæſt. 3. & ſimiles tenentes contrarium,large tamen,& improprie fuiſſe ſacramentum fatentur Enriquez,& Sanchez vbi ſupra.

2 In lege autem noua proculdubio matrimonium fidelium eſt vere, & proprie ſacramentum gratiam conferens: & quãuis olim hæc concluſio non erat vſque adeo liquida,quia licet ex fide eſſet,matrimonium eſſe ſacramentum, non tamen erat de fide gratiam cõferre vſque ad Cõcilium Florentinum: poſt Florẽtinum autem res erat certa, non tamen de fide, vt contendit Soto in 4 diſtinctione 26.quæſtione 2. art.3. ſed poſt Concilium Tridẽtinum, iam hoc eſt de fide, vt conſtat ex ſeſsione 7.canon.7. & 8. & ſeſsione 24.canone 1. ex quibus hoc docet Victoria in ſumma de matrimonio numero 243. & latiſsime comprobat ex Sacræ Scripturæ locis, Patrum teſtimonijs, & rationibus Bellarmin.lib.1.de matrim. cap.2.cũ duobus ſequentibus, Thomas Sanchez d. lib. 2. diſputatione 10.numero 2. vbi numero 6. agit an fideles contrahentes matrimonium poſsint ab eo ex intentione ſeparare rationem ſacramenti, ſi intendant verum matrimonium,ita tamen,vt matrimonium ſacramentum non ſit?

3 In hoc autem ſacramento matrimonij actus contrahentium ſunt ſacramentum tantum: effectus ſacramenti eſt res tantum: vinculum verò,quo coniuges perſeuerant, dicitur res, & ſacramentum ſecundum D.Thom.in quarto, diſtinctione 26. quæſtione 2. articulo 1. ad quintum communiter receptum: gratia autem ſacramentalis matrimonij habet duplicem effectum, vnus eſt, reprimere concupiſcentiam: alter verò efficere, vt coniuges fideliter ſibi aſsiſtant,operas ſuas communicent, ac prolem religioſe educant, vt cum Ricard. & alijs reſoluit Sanchez,d. diſputatione 10. numero 4. qui numero 5. rectè probat,ſacramentum matrimonij eſſe vnicum, non vero duo ſacramenta, prout alij voluerunt.

4 Matrimonium autem infidelium poſt legem nouam non eſt ſacramentum,quia cum Baptiſmus ſit ianua ſacramentorum, vt definit Concilium Florentinum in Decreto de ſacramento Baptiſmi, Infideles incapaces ſacramentorum ſunt: & quamuis in cap. gaudemus de diuort. appelletur ſacramentum, id tamen eſt large, & improprie in quantum aliquo modo deſignat vnionem Chriſti cum Eccleſia,licet improprie, quia fide carent, ita Abulenſ. primo Regum cap. 8. quæſtione 42. & ſequeri,Soto in quarto diſtinctione 26. quæſtione 2.articulo 3. ad quartum, Alphonſ. à Veracrucein tertia parte Specul. coniu. articul. 35 Bartholom. à Ledeſma de matrim. dubio 4. in fine,Petrus de Ledeſma de matrimonio quæſtione 59. articulo 2. dubio primo, Thomas Sanchez lib. ſecundo de matrimonio diſputatione 8. numero primo,vbi numero ſecundo idem probat cum alijs in matrimonio contracto ex Pontificia diſpenſatione inter fidelem,& cathecumenam, vt ex parte neutrius ſit ſacramentum contra Sotum, & Elchium, tenentium eſſe ſacramentum ex parte ſolius fidelis, nam cum matrimonium in vtroque coniuge ſit vnum numero ſacramentum, ſic eſt vnum numero matrimonium,ſi in vno non eſt ſacramentum, nec erit in altero.

5 Sed an matrimonium infidelium,dum ambo poſtea baptizantur, efficiatur ſacramentum, gratiamque eis conferatur, non ſatis conſtat inter Authores hac de re agẽtes? Quidam enim partem negatiuam probant,& tenent,alij verò affirmatiuam, eo tamen moderamine, vt non ſtatim ac Baptizant, ſed cum habent nouum conſenſum,aut antiquum verbis, aut nutibus, vel copula maritali approbant, & hanc tenẽt plures Authores, eſtque valde probabilis ſententia: ſed verior, & probabilior eſt, quamplures etiam ſequuntur: quod matrimonium infidelium ſtatim ac Baptizãtur, efficitur ſacramentum,& gratiam cõfert, nec de fide ratur ad hoc aliquis nouus conſenſus: ita late probat,& reſoluit citans Authores vtriuſque ſententiæ Thom. Sanchez lib.2 de matrimonio diſputatione 9. per totam.

6 Illud denique in propoſito obſeruandum eſt, quod cum apud infideles matrimonium legitime contrahatur, & validum ſit, vt conſtat ex prima ad Corinth. 7. & definitur in cap. gaudemus de diuort. & in cap. infidelibus de conſanguinit. & affinit. dum ad fidem conuertuntur opus non eſt, vt iterum coram parocho,& teſtibus contrahant: formam namque hanc Concilium Tridentinum præſcripſit pro nuptijs inter fideles denuo contractis: infideles autem, fideles facti, non denuo contrahunt, ſed in legitimo matrimonio prius inito perſeuerãt: ita Nauar. in priori editione lib. 1. cõſil. 35. de pact. conſil 4. in fine, & in ſecunda editione lib.3.titulo de conuerſ. infidel. conſil.2. in fine, Manuel Rodrig. 1. tom. ſuæ ſummæ in ſecunda editione cap.230. numero 1. Vega lib.4. ſummæ caſu 113 & 379. quos ſequitur Thom. Sanchez vbi ſupra d.diſputatione nona, numero primo, vbi numero nono,cũ alijs Authoribus tenet optime facere hos nouos fideles, ſi benedictiones Eccleſiæ vulgo *velaciones*, poſt baptiſmum recipiant, licet minime ad id aſtringantur.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM Cap. XLIII.

1 MAtrimonium cõtrahi potest per procuratorem habentẽ ad hoc speciale mandatũ, & numeris sequentibus per totum caput, vbi eius requisita enunciantur.
2 Matrimonium contrahi etiam potest per epistolam.
4 Procurator ad contrahendum matrimonium cum certa quadam fœmina, nõ potest alium in sui locum substituere, misi hoc sibi concedatur specialiter à domino.
5 Mandati ad contrahendum matrimonium reuocatio annullat ipsum matrimonium post eam celebratum, etiã ignorata reuocatione, secus in alijs actibus vt in num.6.
7 Contractus alij quam matrimonij gesti per nuncium, vel per epistolam, si ante præsentationem mittentem pœniteat, nulla intimatione facta alteri parti, an sint nulli?
8 Matrimonium, quare per procuratorẽ celebrari possit, non verò cætera sacramenta?
9 Mandatum ad matrimonium contrahendum, reuocari potest, etiam si fuerit iuratum.
10 Matrimonium contractum per procuratorem, vel per literas, an conferat gratiam?
11 cap. fi. de procurat. lib 6. non est correctum per Concilium Tridentinum, dũmodo seruetur in eo forma eiusdem Concilij, & numeris sequentibus.
14 Mandans contrahere matrimonium cum certa quadã persona si interim non consentiat, nec dissentiat, sed sit in alijs occupatus, validum erit matrimonium postea celebratum.
15 Matrimonium cõtractum virtute mãdati ad id sufficientis concessi, si tempore contractus matrimonij adfuit verus consensus domini, valet, licet tempore mandati præstiti fictè consensisset.
16 Mandatum ad contrahendum matrimonium potest præstari absque scriptura.
17 Fœmina potest constitui procuratrix ad contrahendum matrimonium pro alia persona simul cum viro, vel duo viri, vel duæ fœminæ.
18 Procurator datus ad contrahendũ matrimonium, quibus verbis vti debet, cũ illud contrahit?
19 Procurator constitutus ad contrahendum matrimonium non debet excedere fines mandati; aliàs matrimonium erit nullum, vt in exemplis hic positis.
20 Matrimonium celebratum virtute mandati, vel dispensationis Apostolicæ absque monitionibus præmissis, an sit validum? & num.21.
22 Matrimonium contractum per procuratorem bene potest postea per cos iterari, imo benefacient, si hoc obseruent ad vitandos scrupulos.
23 Matrimonium, quando sit per procuratorem, quis sit minister, materia, & forma?
24 Mandatum ad contrahendum matrimonium, an tacite reuocari possit nec ne? & quibus modis? & numeris sequentibus vsque ad finem capitis.
25 Protestatio vnius ex contrahẽtibus matrimonium facta non valet in præiudicium alterius absque eius consensu.
26 Reuocatio procuratoris tacita ad hoc, vt sit sufficiens, quomodo debet apparere ad hoc, vt sit valida?
27 Vbi ius aliquid disponit, debet euidentissime de contraria voluntate constare, vt à iure cõmuni recedamus, vt in exemplis hic positis.
28 Mandatum ad contrahendum matrimonium tacite reuocatur, & quibus actibus id fiat? & in numeris sequentibus.
30 Ratio generalis legis disponentis in casu speciali, extenditur ad omnes casibus, in quibus ratio debita potest applicari.
31 Correctio l. antiquæ non est inducenda in dubio, nisi ratio expressa in lege noua apta sit ad corrigendam legem antiquam.
32 Verba dispositiua legis, vbi proprie non decidunt casum certum, si ratio dispositionis illum decidit, ille casus dicitur proprie esse in dispositione.
33 Non refert, quid ex æquipollentibus fiat.
34 Æquipollentium eandem est disciplina, ibidem, d. num. 33.
34 Matrimonium, aut sponsalia non debent iudicari, quando non constat de animo contrahentium, aut alterius eorum, quod non habuerint animum cõtrahendi, sed extorquendi copulam.
35 Cap. tua nos, de sponsalib. intellectus num. 34. & 35.
36 Matrimonium non est iudicandum in foro iudiciali, si quis ex consensu fœminæ protestetur se nolle consensum præstare per quæcũque verba ab ipso die proferenda, &c. vt hic.
37 Matrimonium in neutro foro est, illud de facto contractum in quo constat de dissensu per euidentia signa exteriora, alijs vè legitimis argumentis, vel testibus.
38 Matrimonium contrahens per verba de præsenti sed animo ficto, si postea vero animo contraxerit cum secunda, validum est matrimonium secundũ, & quid in foro exteriori Ecclesiæ? numero 39. Idem si præd. mandatũ dedit sine intentione vlla contrahendi, vt in num. 40.
41 Vetare nè procurator contrahat matrimonium, habet vim reuocationis.
42 l. final. ff. de repudijs intellectus.
43 Respondetur fundamentis contrarijs.

CAPITVLVM XLIII.

De matrimonio per procuratorem, nuncium, vel per epistolam contracto super cap. fi. de procurat. lib. 6.

1 MAteria hæc vtilissima & in praxi frequentissima est, & in ea tres articuli sunt discutiendi.

Primus est, an matrimonia per procuratorem olim posset, & hodie post Concilium Trident. contrahi valeat, & de hoc agemus in hoc cap.

Secundus est, an mandatum ad contrahendum matrimonium possit tacite sicut expresse reuocari, & quomodo? de quo in cap. sequenti.

Tertius est, an in casu in facti contingẽtia occurrenti inter duos magnates fuerit sufficienter tacite, vel expresse tempore debito reuocatum mandatum ad matrim. contrahendum concessum ex dissensu postea subsequuto, ita vt matrim. virtute prefati mandati solenniter contractum sit nullum, & secundum matrimonium ab eodẽ mandante postea personaliter contractũ, cum alia validum, vel è contra? & hoc aliud cap. latius occupabit.

Quantum ad primum articulum: *cosa antigua es en el mundo hazerse casamientos por internuncio, y procurador entre absentes: como se lee en el cap. 24. del Genesi: adonde se escriue, que el Patriarca Abraham siendo ya viejo de muchos dias, auiendo muerto Sara su muger, y cumplido con su entierro, quiso dar esposa à su hijo Isaac, y para esto llamo a vn criado suyo de confiança, que se llamaua Eliezer, y mandole que fuesse à Mesopotania, y que de alli traxesse esposa, y muger para Isaac su hijo: El criado ansi lo hizo, escogiendo para ello à Rebecca hija de Batuel hijo de Melcha, y de Nachor, hermano de Abraham à andola arras, y preseas, y concertando, y haziẽdo con sus padres el dicho desposorio y casamiento, con voluntad y consentimiento de ella. Y ellos se la entregaron, para que la lleuasse por esposa de su señor Isaac, y por tal la recibio el: Ansi lo notan los Doctores por aquel texto de la Sagrada Escriptura.* Vt ex nostris profitẽtur Victoria in summa de matrimonio num. 246. & Sylues. in summa verb. matrimonium 5. num. 9. *y otros*, nempe quod matrimonium fuit contractum per internuncium, & procuratorem inter Isaac, & Rebeccam absentes.

En este desposorio (segun dize Sanct. Antonino en su Historia 1. part. lib. 1. ca. 1. §. 8.) se figuro el del Hijo de Dios con la naturaleza humana: en el qual ouo embaxada del Paranimpho Sant Gabriel, embiado del Padre Eterno à vna donzella: como lo fue Eliezer de Abrahã à Rebecca: la sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

grada Virgẽ dio el consentimiento despues de auer tenido vn alto, y marauilloso coloquio con el Angel, y luego fue vnida con Dios la naturaleza humana: la Gẽtilidad assimismo figurada en Rebecca vino à Christo hecha su esposa por la Fè.

El Derecho Canonico tambien permite se pueda contraher matrimonio, por procurador è internuncio, vt in cap. ex parte, *el segundo*, 14. in ordin. de conuers. cõiuga. ibi, quidã nobilis proponebat, se prius mulierẽ ipsam mediãtib⁹ internũcijs per verba de præsenti, arra etiã interposita despõsasse: *adõde la glossa*, ver. internũcijs, *dize*: nota, q̃ matrimonium potest cõtrahi per nuncios inter absentes, vt hic videtur, *y alega otros textos para ello*, & etiam per interpretem contrahi potest, glossa communiter approbata in ca. ex literis in principio, verbo intellexerit, de sponsal. teste D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte c. 4. §. 1. numero 3. & probat late cum alijs nouissime Thomas Sanch. lib. 3. de matri. disputatione 39 num. 3.

2 Et per epistolam iuxta glossam in ca. nec illud. verb. vxor 30. quæstione 5. Felin. in ca. ex parte numero 10 de rescript. Scotus in quarto, distinctione 27. quæstione 2. in fin. & ibi Dominicus à Soto quæstione 1. articulo 3. vers. at vero: quamuis Couar. plures referens in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 4. in princip. numero 11. in fin. Didac. Perez, in l. 1. titulo 1. lib. 5. Ordinam. folio 2. in versic. quid autem sit in matrimonio, & Thomas Sanchez vbi supra, lib. 2. disputatione 12. numero 1.

3 *Pero el texto capital, y decision expressa, y formal, que en Derecho Canonico ay, para que el matrimonio se pueda contraher por procurador, es el* ca. fi. de procurat. lib. 6. *que decide, y determina tres cosas, y conclusiones clara, y abiertamente.*

La primera es, que el procurador para contraher matrimonio, no es idoneo de otra manera, sino es teniendo especial poder para ello que se entiende señalando la persona con quien se ha de contraher el matrimonio y dandole poder especial para ello, iuxta tex. in l. generali 34. ff. de ritu. nupt & glos. in d. cap. fi. verbo speciale, communiter approbata secundum Couar. vbi supra d. cap. 4. in principio numero 8. & plurimos referentem Thom. Sanchez, d. lib. 2. disputatione 11. num. 4. vbi quod sufficeret, quamuis in mandato non exprimeretur persona si ore tenus, vel per literas exprimeretur, non enim satis est mandatum generale ad omnia negotia expressis aliquibus exigentibus speciale mandatũ, sed debet esse nominatim ad matrimoniũ cõtrahendũ cũ certa persona: licet enim, quando exprimuntur aliqui casus speciales mandatum petentes, clausula generalis subsequens extendatur ad alios casus non expressos exigentes similiter speciale mandatum, iuxta tex. in cap. qui ad agẽdum de procurat. lib. 6. non tamen extenditur ad matrimonium, quia illud intelligitur de casibus, qui expressis similes sunt, non autem de longe maioribus, vt est matrimonium per tex. in Clementina, non potest, de procurat. ita glos. in d. cap. qui ad agendum, verb. non expresso, & ibi cõmuniter DD. in d. cap. fi. verb. speciale, & alij plures Authores quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 2. disputatione 11. numero 3. vbi quod similiter etiam ad contrahenda sponsalia requiritur mandatum speciale, secundum Dominic. in d. cap. fi. in principio numero 2. de procurat. in 6.

Desta tercera conclusion, ya vemos la differencia que ay del poder que se requiere para celebrar matrimonio entre ausentes a lo que succedio en el desposorio de Isaac y Rebecca, porque entonces no fue menester señalar al internuncio la persona de la desposada futura, por estar aquello ordenado por disposicion Diuina, ahora la Iglesia Catholica por euitar fraudes, y por otros justos respectos, tiene ordenado lo que auemos visto en esta primera conclusion del dicho cap. fi.

4 *La segunda conclusion es, que este tal procurador no puede substituir, ni nombrar otro en su lugar, por el gran peligro que de dicho tan arduo podria resultar, excepto si especialmente le fuesse tambien cometido esto*, & idem est in hoc in procuratore dato ad contrahenda sponsalia, vt constat eadem ratione, & docet Cuch. lib. 5. instit. maior. tit. 10. num. 17. sequitur Thom. Sãchez, d. disput. 11. nu. 5.

La

La tercera, que si a este procurador antes que haga y celebre el contracto del matrimonio en nombre de su parte le fuere reuocado el poder por el señor que se le dio, y contraxere despues el matrimonio, sera de ningun momento el tal matrimonio, aunque el procurador, y ella con quien contraxõ, ouiessen ignorado totalmente la dicha reuocacion: y esto porque falto el consentimiento del, sin el qual no puede tener firmeza el matrimonio.

6 Vnde speciale est hoc in matrimonio cõtra iuris regulam in alijs actibus, requirentem procuratorem constitutum ad negotia, certiorem faciendum esse de reuocatione, vt ea prosit, Clementina vnic. de renunciat. cap. ex parte de rescrip. l. si mãdasse ff. mandat l. 1. §. fin. ff. de contrah. emptione, l. 1. ff quod iussũ; cuius ratio est, quia in cæteris contractibus potest ius supplere consensum cõtrahentium, illisque renitentibus dominium transferre: in matrimonio autem minime hoc potest, hoc namque est speciale in matrimonio, vt docet glos. in d. Clementina vnic. de renunciat. verbo ignorantem, & verb. cedendum, & ibi DD. glos. etiam in d. cap. fi. verbo ignoraret, & ibi cõmuniter DD. glos. in cap. nec illud, verbo vxor 30 quæstione 5. sequitur plures Canonistas, & & Theologos referes hoc tenentes Tho. Sanch. in d. disputatione 11. numero 6.

7 Quod si alius contractus fiat per nuncium, vel per epistolam, tunc fiante præsentationem pœniteat mittentem, licet reuocatio non intimetur nuncio, vel epistolam recipienti, obligatio impeditur, l. si pater, ff. de manum vindict. in princip. vbi glos. verbo non fiat. Ioan. Andr. in cap. fi. num. 1. de procur. in 6. & ibi Dominicus in §. sanè numero 2. Anchar. num. 1. versic. sed hic quæro, Francus numero 7. Sanchez vbi supra numero etiam 7. vbi assignat rationem differentiæ dicens hæc vera esse, quamuis glos. in d. l. 1. in fin. ff. de contrah. empt. neget discrimẽ, asseratque in vtroque euentu reuocationis notitiam desiderari, nempe in alijs contractibus gestis per procuratorem, & per nuncium, vel per epistolam. Ego vero hoc vltimũ verius esse credo, excepta causa matrimonij. Remanet igitur ex supra dictis satis iure probatum, matrimonium contractum per procuratorem validum esse ante Cõcilium Trident. & probatur etiam in cap. honorantur 32. quæstione 2. & l. sufficit ff. de sponsal. & l. 5. in fi. tit. 2. & l. 1. & l. 10. in vers *cõ el matrimonio* tit. 1. part. 4 Christus namque eleuans matrimonium ad esse sacramenti, non immutauit contractus naturam, quæ est vt possit inter absentes per procuratorem celebrari, ita Thom. Sanchez vbi supra numero 2. ad fin.

8 Sed quare hoc in alijs sacramentis nõ contingit? eam rationem adducit Robert. Bellarmin. cap. 5. de matrimon. lib. 1. in 2. tom. 3. partis, fol. 95. in paruis, in versic. si quis autem: nempe quod Deus sacramẽta vario modo instituit prout referant variæ, in quibus ea instituit: sacramentum Baptismi in lotione instituit, ideo aquam adhiberi voluit: sacramentũ Eucharistiæ in refectione, ideo panẽ, & vinum elegit; sacramentum pœnitentiæ in forma iudiciali, ideo verbis sententiam pronuntiari mandauit: & sic de cæteris: matrimonium autem in contractu quodam constituit; & ideo more contractuum seruari voluit: in contractibus autem nihil extrinsecus applicauit, sed ipsi contrahentes mutui consensus significatione contractum efficiunt. hæc enim est natura contractus, vt ipsi se contrahentes ligent: nec opus habeant tertia persona, à qua ligentur, & vt cum absentibus, & per procuratorem cõtractum facere, si velint, queãt, in alijs autem sacramentis ista locum non habent, quia repugnant eorum naturæ, & proprietati, neque enim ratio admittit, vt quis se ipsum regeneret, aut absens absentem lauet, aut vnus lauetur pro alio, & sic de cæteris.

9 Reuocatio autem procuratoris effectum habebit, illudque nullum reddet, quamuis iuramentum de procuratore nõ reuocando interuenerit, quia licet reuocans efficiatur ex hoc periurus, tenebit tamẽ reuocatio, iuxta glos. in d. cap. fi. verb. reuocatio, de procurat. lib. 6. & ibi communiter DD. Felin. in cap. ex parte numero 12. de rescript. Sylvest. verbo matrimonium 5. quæstione 13 & alios allegans D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 4

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in princip. num. 10. in fi. vbi quod hæc opinio quoad matrimonium ita frequenter recipitur, vt minime sit in dubium reuocanda: & illa glossa est cõmuniter approbata, vt alios allegando affirmauimus in nostro tractatu de Iuramento cõfirm. 1. parte cap. 1. num. 80. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 75. numero 7. Alphonſ. à Veracruce in ſuo Specul. cõiugal. 1. parte, articulo 16. dubio 8. Ludo. Lopez in 2. parte Inſtruct. de matrimonio, cap. 47. folio 1120. Manuel Rodriguez in 1. tom ſuæ Summæ in 2. editione, cap. 216 numero 8. Thom. Sanch. vbi ſupra numero 8. vbi numero 9. quod ſimiliter valebit reuocatio procuratoris mere interna, quoad forum conſcientiæ, licet quoad externum incumbat reuocanti eã teſtibus probare, ex tex. in d. cap. fin. ibi, cum illius cõſenſus defecerit, ſine quo firmitatem habere nequiuerit, & ita tenet D. Thom. in 4. diſtinctione 29. in fin. exponens Magiſtri literam, & prædicta refert Rebellus de obligat. iuſtitiæ, lib. 2. quæſtione 5. in princip.

10 Dubium tamen eſt maximũ inter Authores, an matrimonium contractum per procuratorẽ, vel per literas conferat gratiam, Durand. in 4. Sentent. diſtinct. 26. quæſtione 3. numero 11. & in quodam opuſculo de matrimonio tractatu 12. quæſtione 2. hoc negant necnon Magiſter Cano de locis Theologalib. cap. 5. & in relectione de pœnitentia parte 5. fol. 13. & Victor. in ſua ſumma tit. de matrim. numero 222. & 224. Frater Martin. de Ledeſm. in 2. tom. ſui 4. quæſtione 44. art. 8. quamuis dicat, quod hæc ſententia non caret aliquo ſcrupulo: & Bartholomæus à Ledeſm. in ſuo ſummario de Sacramẽtis difficult. 18. de matrimonij ſacramento, colum. 1279. cum ſequent. & habet aliquam probabilitatem cum Sot. in 4. diſtinctione 27. quæſt. 1. art. 3. in verſic. at vero, Petr. de Ledeſm. de matrim. quæſtione 42. art. 1. dubio 7. concluſione 1. Ludouic. Lop. in 2. parte ſui Inſtruct. de matrim. ca. 35. fol. 1027. & huius opin. alios Authores cap. 6. fundamenta refert Tho. Sanch. d. lib. 2. de matrimonio diſputatione 11. num. 26. imo alij tentare voluerũt, quod licèt ante Concilium Tridet. matrimonium contractum per procuratorem erat ſacrament. non tamen poſt illud Cõcilium, quia ſeſſione 24 c. 1. in Decret. de reformat. matrim. expreſſe exigitur præſentia contrahentium ad rationem matrimonij, dum dicitur, quod parochus, qui debet eſſe præſens, debet interrogare virũ, & fœminam, quibus interrogatis, & eorũ conſenſu audito dicat: ego vos in matrimonium coniungo, &c. Hoc autem abſentibus partibus fieri non poteſt: ergo, &c. Et propterea addit Concilium, qui aliter quam præſente parocho, &c. Ergo præſentia contrahentium eſt etiã neceſſaria, hocque, & eodem fundamento concludunt hodie poſt Concilium Trident. in præd. cap. non ſolum matrimonium contractum per procuratorem nõ eſſe ſacramentum, ſed imo nec cõtractum, ac proinde non valere, vt latiſsime nititur probare in hac ſententia permanens Bartholomæus à Ledeſm. vbi ſupra colum. 1286. in in verſic. Tertia concluſio, cuius opin. 7. fundamenta refert Thom. Sanchez vbi ſupra num. 19.

His tamen non obſtantibus vera, & communis atque tenenda prorſus ſententia eſt affirmatiua, nempe, quod matrimonium legitimè contractum per procuratorẽ, non ſolum ante Concilium Trid. ſed etiam poſt illud, hodie ſit verum ſacramẽtum, ſicque gratiam conferat, quia Concilium Florent. & Trid. abſolute, & indiſtincte definiunt matrimonium fidelium in lege noua eſſe ſacramẽtum, neque excipiunt contractum per procuratorem, ex quo, & alijs quampluribus fundamentis reſpondens contrarijs hanc veram ſententiam latiſsime probant, ac tenent D. Thom. in 3. parte quæſt. 42. num. 3. Domic. à Soto in 4. diſtinctione 27. quæſt. 1. art. 3. qui licet dicat, quod ſententia contraria Caiet. habet aliquam probabilitatẽ, poſtea ſubdit, quod habet temeritatẽ quãdam: D. Couar. in 4. de ſponſal. 2. parte cap. 1. §. vnic. numero 5. allegans pro ſe Cather. lib. 5. contra Caiet. in cap. de hoc ſacramento, & late probans alios quamplures allegans Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 9. verſ. vtrum autem, & Michael Palac. Concanonicus noſter in 4. diſtinct. 26. diſputatione vnic. pag. 556. & eſt

& eſt cõmunis ſententia tã iuriſperitorũ, quam Theologorum, ſecund Barthol. à Ledeſma vbi ſupra, licèt ipſe (vt prædiximus) teneat contrariam: eandem ſententiã tenet dicens eſſe probabiliorem, & cõmuniorẽ, & quod tenentes contrariũ fallũtur, Cãdelab. aureũ 7. ſacrament. in tit de ſacram. matrim. in verſic. ex qua reſolutione infero, nu. 43. pag. 411. candẽ ſequi videtur Bellarmin. vbi ſupra, c 7 pag. 105. præcipue in ſubſcriptione illius c. dum inquit; omne legitimum matrimoniũ inter Chriſtianos contractũ, eſſe ſacramentum, hanc etiam affirmatiuam ſententiã tener, ac late probat Petrus de Ledeſma in addit. ad 3. partẽ D. Thom. q. 42 art. 1. pag. 58. verſ. ſeptima difficultas, cum ſequentibus, dicens, quod eam ſequuntur cõmuniter diſcipuli D. Thom. & eius Expoſitores, & etiã Interpretes Iuris Canonici ſuper Concil. Trident. ſeſsio. 24. & quod eſt longe probabilior, & magis conformis vſui Eccleſiæ.

Eandem ſententiam ſequitur Henriq. vocans oppoſitam falſam lib. 11. de matrimonio cap. 2. num 2. Angles in Floribus Theologicarũ quæſtionum 1. parte, q. 1. de eſſentia matrim. diſt. 27. art. 2. difficil. 4. fol. 529. Marien in rubr. gloſ. 1. n. 133. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. Nauar. in c. Fratres, de pœnit. diſt. 5. Manuel Rodrig. in 1. tom ſummæ, in 2. edit. c. 216. n. 1. & c. 220. n. 3. Corduba lib. 1. quæſtionar. q 25. in fi. Vega lib 4 ſuæ Summæ caſu 264. & late probans, alioſq; allegans, & reſpondẽs fundamentis contrarijs Thom. Sanch. vbi ſupra, n. 27. & 32. & hoc eſt tenendũ, quidquid nõnullas concluſiones in hoc articul. conſtituat Rebellus vbi ſupra.

11 Ex quibus eadẽ ratione deducitur, & firmiter tenẽdũ eſt, quod tex. in d. c. fin. de procurat. lib. 6. nõ eſt hodie correctus per Decretũ S. Concil. ſupra citatũ; ſiquidẽ in eo nõ agitur de matrim. contrahendo inter abſentes per procuratorẽ, neque hoc tollitur, & ita remanet tex. in d. c. fi. in ſuo vigore, & obſeruãtia, & ſic eius caſus ſub diſpoſitione Iuris Cõmunis, quia quod nõ mutatur, quare ſtare prohibetur, vt inl. præcipimus, C. de appellat. & in l. ſancimus, C. de teſtamẽtis, neq; per ſubadditos intellectus correctio inducẽda eſt; quãuis clauſula nihil operetur, vt docet Aymõ Crauet. conſil. 259. n. 2. & nos cũ alijs lib. 3. pract. q. 15 n. 35. quod etiã probatur, quia in Cõcil. Flor. & Trid. dicitur, quod matrimoniũ eſt ſacramentũ, & non eſt maior ratio de vno matrim. quam de alio, ſiquidem ſunt eiuſdẽ naturæ, & ſpeciei: ergo ſi vnũ eſt ſacramentũ, & alterũ huiuſmodi eſſe debet: nec obſtant verba Concil. Triden. ſupra in cõtrariũ expenſa, atque inducta de præſentia cõtrahentiũ, & de interrogationibus eis faciendis per parochũ, quoniã hæc non ſolũ poſſunt fieri perſonaliter, ſed etiam per procuratorem, habentem ad id ſpeciale mandatum; ſiquidem Concilium nuncupatim non requirit præſentiam perſonalem contrahentium, & pars per huiuſmodi procuratorẽ præſens eſſe dicitur, & reſpondere, quia qui per alium facit, per ſe facere videtur, vt in regula iur. Denique Concil. in verſiculo, qui aliter, quam præſente parocho, &c. quãuis loquatur de præſentia parochi & teſtium non idem repetit de præſentia perſonali contrahentium: & adiectiuum, qui, licèt referat ſubſtantiue partes, non tamen præſentiam perſonalem requirit earundem, ſed tantum præcipit, vt partes non aliter contrahant matrimonium, quam præſentẽ parocho, & teſtibus, &c. Sed procurator habens à domino ſpeciale mandatum ad contrahendũ matrimoniũ cum aliqua certa fœmina eſt pars legitima nomine domini ſui eũ cõſtituentis, vt in d. c. fi. omnia enim noſtra facimus, quibus authoritate noſtra impartimur, vt in regula, qui per aliũ de reg. iur. in 6. cũ ſimil. ergo matrimoniũ etiã hodie attẽto Decreto Cõcil. Trident. poteſt cõtrahi per procuratorẽ habẽtẽ ad id ſpeciale mandatũ, ſeruata in reliquo forma Concil. Trid. ſiquidẽ ipſum Conciliũ expreſſe, nec tacite, præciſe, nec in indiuiduo præcipit contrariũ: quo fit vt opinio contraria Fratris Barthol. de Ledeſma ſupra relata ſit omnino falſa, & nõ tenenda, & ita rectius, quod hic tenemus, voluit Didac. Perez vbi ſupra, pag. 2. verſic. quid autem quãdoquidem author hic poſt Concil. ſcripſit, & illud refert in alijs articulis, & nihilominus probat matrimoniũ poſſe cõtrahi per procuratorẽ, & expreſſe hoc docet Candelabr. aureũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem sacramentorum, titulo de sacramento matrimonij, numero 47. dicens, quod licet olim per procuratorem posset celebrari matrimonium, hodie tamen minime post Concilium Tridentinum sessione 24. de reformat. matrim. cap. 1. nisi concurrat parochus, vel alius sacerdos de eius, vel Episcopi licentia, & duo, vel tres testes, in quorum præsentia contrahẽtes per se, vel per procuratorem præstent requisitum consensum. Hanc eandem sententiam tamquam indubiam contra priorem probat Petrus de Ledesma vbi supra, dicens, quod etiam post Concilium Tridentinum conficiuntur vera matrimonia per procuratores, & omnes existimant, quod illa matrimonia sunt valida, & hoc patet ex vsu Ecclesiæ: eandem sententiam latissime comprobat respondens fundamentis contrarijs, & plures alios Authores allegans Thomas Sanchez, d. lib. 2. disputatione 11. numero 20. per totum, & numero 21. inter quos citat Nauarr. in pluribus locis, & Matienç, vbi supra, numero 32. Antonium Cuchum lib. 5. institution. maiorum, titulo 11. numero 35. Flam. Parif. lib. 10. de resignatione benef. quæstione 6. numero 11. Veracruz, in appendice ad Speculum coniug. dubio 3. in fin. Bellarmin. lib. 1. de matrimonio, cap. 5. versiculo atque hinc etiam, Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 2. numero 2. qui in Cõmento litera B. dicit oppositum esse errorem, Manuel Rodri. in primo tom. suæ Summæ, secunda editione ca. 220. nu. 3. Molin. Theolog. in secundo tom. de Iustitia, & Iur. tractat. 2. disputatione 254. in principio, & alios referens nouissime Zeuall. lib. 3. comm. opinion. quæstione 750. numero 63. cum sequent. vbi quod ita ex facto fuit in praxi declaratum, & quod in tribunalibus iudicum Ecclesiastic. casus est planus, & sine aliqua dubitatione apud viros graues. Nõ enim improprie dicitur fieri à nobis, quod de mandato speciali nostro fit, vt constat ex l. prima, §. adipiscimur, & iunctis §. sequentibus, ff. de adquir. pos.

12 Non me latet quosdam (vt fertur) Iurisconsultos nostri temporis tentasse tenere in præmisso articulo Concilium Tridentinum in hoc minime corrigere d. c. fin. de procurat. lib. 6. sed tamen mandatum ad contrahendum matrimonium requirere hodie post Concilium Tridentinum pro sua essentiali, ac substantiali forma præsentiam parochi, & testium tempore, quo mandatum conceditur, & quod aliàs sit nullum, idque probare nituntur ex pluribus. Primo ex doctrina Riminal. consilio 467. numero 78. & sequenti, volumine 4. docentis solennitatem requisitam ad aliquem actum esse necessariam ad dandã cõmissionem faciendi illũ actu, & ita prohibente statuto donationem fieri absque quinque testibus censeri prohibitum mandatum donandi absque illis, ex l. oratio, ff. de sponsal.

Secundo; argumento textus in l. 39. Tauri hodie l. 13. titulo 4. lib. 5. nou. collect. Reg. vbi disponitur, eamdem solennitatem exigi in mandato conficiendi testamentum, quæ in ipso testamento requiritur.

Tertio, quia sicut quando vxor nõ potest contrahere ex forma statuti sine consensu propinquorum, & in nostris Regnis sine licentia viri, ita nec cõstituere procuratorem potest ad contrahendum absque eadem solennitate, vt tradũt Nostrates in l. 55. Taur. & quia in mandato ad contrahendum matrimonium præstatur consensus, sed hic præstari nõ potest, nisi coram parocho, & testibus, vt in Concil. Trident. ergo, &c.

13 Sed hæc opinio falsa omnino est, & nullo modo defendi potest, siquidem Cõcilium loquitur de ipso contractu matrimonij, hoc est, de celebratione actuali ipsius: tunc enim requiritur de essentia, & substantia matrimonij, quod parochus sit præsens, vel alius sacerdos de ipsius, vel Ordinarij licentia, necnõ duo, vel tres testes. & sic tempore quo matrimonium ipsum celebratur, atque efficitur, non vero loquitur Concilium Tridentinum in mandato ad contrahendum matrimonium, nec de hoc verbum illud ibi dicitur, etsi voluisset annullare d. mandatum absque ea solennitate concessum, vtique expressisset: argumento l. vnic. §. vbi autem, versic. nã si contrarium, C. de caduc. tõll. l. ité apud Labeonẽ, §. ait Prætor, ff. de iniur. c. ad audiẽtiã, de renũ. & quãdo cõceditur d. mandatum, non efficitur matrimonium, nec tunc præstatur consensus actualiter matrimonio: sed mandatur præstari matrimonio futuro celebrando: & sic tantum conceditur facultas ad præstandum postea consensum de præsenti, & celebrandum matrimonium in forma Ecclesiæ, & Sancti Concilij Trident. seruanda nomine mandantis cum certa quadam fœmina: vnde mandatum hoc solum requirit solennitatem, aliàs desideratam instrumentis publicis si coram notario, vel tabellione concedatur, quinimo per literas concedi potest: postea vero in executione, & sic cum celebrandum sit matrimonium præsentia parochi, & testium requiritur, vt prædiximus: Præterea Concilium Trident. solum introduxit de nouo, vt matrimonium ipsum non aliter contrahatur, quam præsente parocho, &c. Corrigens in hoc iura antiqua, quibus matrimonia clandestina erant valida: & nihil loquitur, aut disponit de mandato ad contrahendum matrimonium: ergo remanet noster casus sub dispositione Iuris Communis, iuxta l. commodissime, ff. de lib. & posthu. cum simil. Accedat denique praxis totius Ecclesiæ, quæ habet, vt post Cõcilium Trident. contrahatur matrim. per 14
procuratorem, & numquam auditum est præd. solennitatem præsentiæ parochi, & testium simul tempore, quo conceditur præd. mandatum obseruari.

Exemplum vero de l. 39. Tauri est diuersum, continetque casum specialem: primo ad vitandas commissariorum fraudes, vt constat ex l. 31. Taur. hodie l. quinta, titulo quarto, lib. quinto nouæ collect. Reg. ibi, *y los tales comissarios han fecho muchas fraudes*: secundo, quia mandatum ad testandum continet simul speciem testamenti, nempe hæredis institutionem, substitutiones, exhæredationes, meliorationes, dationes tutorum; quæ omnia si commissarius non faciat, per tale mandatum, manent ipso iure facta, vt in l. 35. Taur. hodie l. septima, d. titulo quarto, lib. quinto: merito ergo, quod cũ in hoc mandato ad testandum contineatur testamentum, quod ad horum valorem debeat interuenire eadem solennitas, quæ in ipso testamento, quod à testatore ipso conficitur, desideratur, & requiritur, siquidem ipsemet testator hoc mandato testatur: at hoc non sic contingit in mandato ad matrimonium contrahendum concesso: quia in ipso mandato nullum matrimonium celebratur, sed contrahendum solenniter mandatur; illud vero de statuto, & lege Regia, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, vel licentia viri, ideo procedit, quia aliàs fieret fraus statuto, & legi Regiæ: at in matrimonio nulla fraus fit, siquidem tẽpore quo celebrabitur ipsum matrimonium solennitas requisita à Concilio seruari debet: verissima igitur, & tenenda proculdubio est hæc nostra sententia, quam pluribus annis antequam Thomas Sanchez sua cõmentaria de matrimonio in lucem prodiret ita fundaui, tenui, & docui: nunc vero eam approbat, tenet, & amplectitur ipsemet Thomas Sanchez lib. secundo, disputatione 11. numero 23. cum sequentibus.

Denique antequam ad secundum articulum procedamus nonnulla hic obseruanda duxi pro declaratione, & ampliore huius materiæ.

Primo, quod si ille, qui mandatum concessit ad contrahendum matrimonium cũ certa quadam persona, nec consentit, nec dissentit, sed fuit in alijs occupatus, valebit matrimon. postea solenniter contractum virtute illius mandati, quia durat prior consensus virtualiter, cum non sit obex contrariæ voluntati, vt cum Syluest. verbo matrimonium 5. quæstione 10. Veracruce prima parte Specul. articulo 16. dubio sexto, Barthol. à Ledesm. de matrimonio, dubio 18. folio 1279. & Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 4. numero quarto, tenet & probat Thomas Sanchez vbi supra num. 11. inde inferens numero 12. quod si procuratore misso concedens mandatum in amentia incidat, & talis perseuerat, dum procurator nomine suo contrahit, valet matrimonium: quia virtualiter manet prior consensus cum reuocatus non sit; argumento cap. maiores in fin. de baptism. ita Enriquez vbi supra, quem ipse sequitur.

15 Secundo, quod si dum quis mandatum dedit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit ad matrimonium contrahendum consensum finxit, sed tempore, quo eius procurator nomine ipsius contraxit habet verum consensum, valet matrimonium, quia cum tunc temporis conficiatur, sufficit præd. verus consensus, ita Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 2. numero 2. quem sequitur Thomas Sanchez vbi supra, disputatione 11. numero 13. addens, quod quocumque tempore intermedio dissensus sit nihil refert, dummodo tempore, quo celebratur matrimonium, consensus adsit, intellige formalis, vel virtualis, iuxta modo dicta.

16 Tertio; quod potest talis procurator constituiabsque scriptura, vt in quocumq; procuratore generaliter probatur, in l. 13. titulo 5. partita 3. ibi, *è quando lo hizziere de palabra*, glos. in l. maritus, verbo præscripserit, C. de procurat. & ibi DD. Iaf. in l. 1. numero 7. C. eodem titulo, & plures allegans Didac. Perez in l. tertia, in versic. verum autem, titulo 4. lib. 3. Ordin. & in terminis in mandato ad contrahendum matrimonium hoc tenet Angel. consil. 122. quem refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 14.

17 Quarto, quod diuersitas sexuum procuratoribus ad contrahendum matrimonium est impertinens, quare duo viri, vel duæ fœminæ possunt esse contrahentium procuratores, quia sexuum diuersitas solum requiritur in ipsis, qui matrimonio cõiunguntur, ita Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 42. artic. 1. dubio 7. Sanch. vbi supra num. 15.

18 Quinto; quod procurator ad contrahendum matrimonium his verbis vti debet cũ illud contrahit: talis dominus meus cõsentit in te, vel accipit te in vxorem me mediante: ita Hostiens. in summa titulo de sponsal. § qualiter contrahatur, Francus in d. cap. fi. numero 4. de procurat. lib. 6. Sylvest. verbo matrimonium 5. quæstione 14. D. Couar. in 4. Decret. in secunda parte, cap. 4. in princip. numero 8. Greg. Lopez in l. 5. tit. 2. partita 4. in glossa *con mandado*, Candelab. aur. 7. sacram. prima parte de matrim. numero 45. Enriq. d. lib. 11. cap. 2. numero 2. & alios allegans Thom. Sanch. vbi supra, numero 16. vbi quod valebit etiã matrim. si dicat; recipio te in virum, vel vxorem nomine talis persona, quia fere idem est sensus, secundum Couar. & Greg. Lopez, atque Ant. Gabriel, quos citat.

19 Sexto; quod si procurator mandati fines excedat, non valet matrim. vt si mandatum detur contrahendi certa dote constituta, & procurator contrahat ea conditione non seruata, tunc nãque nihil agit, ex tex. in l. diligenter, ff. mandat. cũ simil. & quia quoties quis limites potestatis sibi traditæ excedit, priuatus cẽsendus est, Menoch. de recuperand. possess. rem. 8. numero 13. & 17. consil. 69. numero 73. cũ sequenti, volumine 1. Ita tenet in terminis Sanch. vbi supra, numero 17. cuius opin. probo ea fortiori ratione, quia in præmissa specie consensus concedentis mandatũ defecit sine ea dote cõtrahendo matrim. ergo matrim. est nullum, vt in d. cap. fin. de procur. lib. 6.

Septimo obseruãdũ est, recte Sãch. vbi supra dixisse cũ cẽset, quod si in cõmissione, & mandato ad contrahendũ matrim. dicatur, do tibi facultatem contrahẽdi matrimoniũ cum tali persona, seruata forma Concilij Trid. vt semper dici solet, si monitiones omittantur ex Ordinarij dispensatione, vel remissione valebit proculdubio matrim. quia forma Concilij Trid. est præmissis denunciationibus, nisi Ordinarius dispensauerit: idemque ibi probat, si omittantur absque dispensatione Ordinarij, licèt in mandato expresse dicatur, do tibi facultatem contrahendi præmissis denunciationibus, quia hæc potius est admonitio quædam, vt seruetur forma iuris cõmunis, quam intentio inducendi nouam formam, & conditionem, vt late probat idem Author lib. 3. disputatione 33. numero 3. quod etiam mihi verum videtur, si quidem aliàs valet matrimonium coram parocho, & testibus celebratũ, sine præd. denunciationibus, & absque remissione Ordinarij earum, vt cõstat ex eodem Cõcilio, ibi; qui aliter, &c. alibi resoluimus.

21 Ex qua singulari doctrina infero id esse dicendum in dispensationibus Apostolicis, ad contrahendum matrimonium cõmissis Ordinario seruata tũ forma Sancti Cõcilij Tridentini, quia si Ordinarius rite, & recte dispenset, poterit remittere præd. monitiones si ita conuenire iudicauerit, & matrimonium absque ipsis præmissis validum erit; imo etiamsi illæ omittantur de facto absque licentia ordinarij, per supra dicta, quæ optime hic conueniunt, & hoc conuincunt.

22 Octauo aduertendum, optime facere contrahentes per procuratorem, si postmodum ipsimet iterum matrimonium ineant ad tollendos scrupulos, quia quamuis cætera sacramenta repeti non possint eadem materia manenti, hoc est in matrimonio speciale, quia cum sit contractus eiusque naturam, & conditiones retineat, potest, ea parte qua contractus est, cæterorum modo sæpius iterari, vt docent Sotus in quarto distinctione 27. quæstione prima, articulo tertio, versicul. non prorsus, & Ludouicus Lopez in secunda parte Instructor. de matrimon. cap. 35. folio 1027. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 31. vbi quod iteratur ne forte prior consensus reuocatus sit: & sic potius sit ad cautelam quam ex necessitate, quando matrimon. per procuratorem recte contractum est, & hoc est in vsu, & sine culpa, secundum Ludouicum Lopez vbi supra, versic. quinto, & in versic. ad quintum, & dicemus infra capite sequenti ad finem.

23 Nono, & vltimo obseruandum est, quod quando matrimonium fit per procuratorem, nec procurator est minister, nec in ipso recipitur sacramentum, nec verba ipsius sunt materia, & forma sacramenti: sed contrahentes sunt 24
ministri, & recipiunt in se sacramentum, & expressiones consensuum ipsorum, quatenus innotescunt per procuratorem, sunt materia, & forma, procurator autem est conditio sine qua non, vt docent Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. secundo, numero septimo. in principio, & ad fin. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 42. articulo primo, dubio septimo, ad quartum, & Sanchez vbi supra, numero 28. Vnde infertur secundum ipsos, minime delinquere huiusmodi procuratorem si dum contrahit, peccato mortali affectus sit, quia non recipit in se sacramentum, nec ministrat: mittens autem procuratorem tenetur sub culpa mortali esse in gratia, eo tempore, quo verisimile est fore, vt procurator nomine ipsius contrahat, quia tunc recipit sacramentum, ita tenet Sotus vbi supra, in versi. ad secundum respondetur, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez d. lib. 2. disputatione 11. numero 30. vbi contra Sotum, & Ludouicum Lopez id procedere affirmat, etiamsi cõtrahens ignoret, quo tempore celebrandum sit matrimonium, quia sacramenti susceptio obligat ad debitam dispositionem sub lethali culpa, & ita, vel tenetur non mittere procuratorem, vel toto eo tempore dispositus esse, quo probabiliter is contracturus est: & hoc ratione sacramenti, quod recipi sperat, secus in quantum est minister sacramenti, vt probauimus supra cap. de materia, forma, & minister sacramenti matrimon. numero 3. & ita distinguntur hi duo casus.

Secundus Articulus principalis. An mãdatum ad contrahendum matrimonium possit, vel censeatur tacite reuocatum ex aliquibus actis, ita vt secundum matrimonium valeat, & teneat?

NVNC videndum est, an mandatum ad contrahendum matrimonium tacite reuocari possit, & ex quibus actibus censeatur reuocatum? & videtur quidem, tacite reuocari non posse: sed, quod omnino expressa reuocatio requiratur, vel saltem actus omnino contrarius, & incompatibilis cum præd. mandato.

Primo ex tex. in d. cap. fin. de procurat. lib. sexto, quatenus requirere videtur expressam reuocationem: is enim tex. est, qui primo in specie nostra admittit reuocationem præd. mandati, licet ea procuratori, nec parti intimata

Universidad de Deusto Biblioteca

fuerit : ergo qualis esse debeat ista reuocatio ab eodem textu accipiendum,& postulandum est, ipse autem loquitur in expressa reuocatione;igitur tacita non sufficit : præsertim quod vsquequo reuocetur expresse mandatum non videtur posse dici omnino deficere consensum: quoniam, vt optime considerauit Ioannes Andreas ibidem in nouellis, quoties quis non per se, sed per alium procuratorem, vel ministrum voluit obligari, quia tunc non suo, sed alterius facto,& ministerio obligatur,vt notatur in l. multum interest. C. si quis alt. vel sib. & in §. illum,instit. de verb. obligat. & in l. prima, ff. quod iuss. necesse est, vt reuocatio eius expressa intercedat, licèt intimatio non sit necessaria, nihil enim tam naturale est, quam quod eodem vinculo, quo ligatum est, dissoluatur, l. prout quisque,C. de solut. regula omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, eademque solennitas requiritur in actu destruendo, quæ in ipso costruendo, vt in dictis iuribus, & in alijs vulgaribus.

Secundo facit, nam quando constituitur procurator ad hunc effectum contrahendi matrimonium duo efficiuntur vincula: Primum est consensus præstitus, vt procurator nomine constituentis contrahat matrimonium : Secundum est constitutio procuratoris, & consensus in eo constituendo adhibitus : sed duo vincula fortiora sunt vno, l. Balista, cum simil.ff ad Trebel. & funiculus triplex difficilius rumpitur, & vbi duæ concurrunt rationes, vna sublata, vel deficiente, altera remanet, & cum ea sustinetur actus, & dispositio §. affinitatis, cum simili. instit. de nupt. ergo ita videtur dicendum in proposito, vt licet per tacitam reuocationem videatur recedi à primo actu, & vinculo, hoc est, à primo consensu, non tamen à secundo, in constituendo procuratore adhibito, quia ille non reuocatur expresse nec per actum realem contrarium, ergo habemus intentum.

Tertio facit, quia licet ille, qui dedit mandatum speciale alteri ad contrahendum matrimonium, aliquos actus contrarios postea faciat, per quos videatur illud reuocare : hoc tamen incertum est, an eo animo in individuo hoc fecerit, vt consensum à se præstitum omnino reuocauerit, vel dubius, & perplexus potius fuerit,& deliberans, quam resolutus non contrahendi cum persona à se in mandato nominata : item potuit postea pœnitere, & redire ad primum consensum, & constitutionem procuratoris, & ideo consulto eum expresse non reuocasse, quandiu igitur hoc expresse nõ fecerit,videtur potius saltem respectu finis futuri velle in expressa constitutione procuratoris remanere,quamuis aliqua verba dicat, vel proferat, ex quibus tacita voluntas contraria colligatur : præsertim cum actus reuocationis expresse dependeat à sola eius voluntate, & eadem facilitate, qua dedit mandatum, possit illud reuocare, dum igitur hoc expresse non fecerit, videtur sibi scienter assyllum aliquod reseruare, quo possit vti d. mandato, prouire vera videntur remanere reliquiæ prioris voluntatis, & consensus.

Confert, quod in simili inquit glossa, in cap. tua nos de sponsal. verbo mulieré, nempe quod is, qui coram pluribus protestatur, quod omnia, quæ dicet, vel faciet, non est dicturus, vel facturus animo contrahendi matrimonium : si tamen postea publice dixit, consentio in talem (intellige illo ignoráte, aut si sciuit, dissensit protestationi) vere matrimonium contrahit, & Ecclesia debet iudicare pro matrimonio, & in omnibus istis recurrendum est ad verborum intelligentiam, & huiusmodi verba interpretatiua non possunt seruire intentioni : item potuit ab illa voluntate immediate recedere, quod apparet ex eo, quod publice fecit per se, vel per procuratorem suum : nolla enim, inquit Cicero Tusculan. lib. primo, est celeritas, quæ cum animi celeritate possit contendere : vnde Boecius, cor hominis est mobilius omni mobili.quod si adhuc dicatur, quod tempore contractus erat in ea voluntate, quam prius erat protestatus,nõ creditur ei, quia contra eum fit interpretatio, qui dolum adhibuit, vt in d.c. tua.

25 Et quia contractus matrimonij pendeat à voluntate vtriusque contrahentis, non valet protestatio facta ab vno in præiudicium alterius, nisi ille consentiat, vt per Bart. & omnes in l. non solum, §. morte, numero 22. ff. de nou. oper. nunciat. & per Mascard. de probat. tertio tom. conclusione 1243.& opin. gloss. in d. cap. tua nos, sequitur ibidem Anton. de Butr. numero 16. Anchar. 8. Abb. nono, Alexand. de Neuo numero 15. Præpos. numero 2. in fin. Innocent. in cap. veniens, *el segundo*, de sponsal. Ioan. Brunel. de sponsal.& matrimon. conclusione 10. numero 11. volumine 9. tract. diuers. estque communiter recepta glossa illa,te 27
ste D.Couar.in quarto,de sponsal.secunda parte, cap. 2. in princip. numero 3. in fin. vbi alia in proposito addit Matienç. in rubrica glossa 1. numero 66. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & plures allegans Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 45. numero 2. de cuius rei intelligentia infra latiùs suo loco agemus:ergo idem videtur posse dici in nostra specie, vt quamuis constituens procuratorem ad contrahendum, postea protulerit aliqua verba designántia pœnitentiam, per quæ videatur protestare, aut saltem insinuare se nolle consentire, cum tamen expresse mandatum præd. non reuocauerit, cum posset, quinimo postea per procuratorem contraxerit, censetur recessisse ab illis verbis denotantibus pœnitentiam, mutasseque illam tacitam voluntatem, præcipue cum ingens interuallum interceserit inter mandatum, & contractum matrimonij eius virtute celebratum, quo tempore inter medio potuerit sæpe expresse illud mandatum reuocasse.

26 Quarto, quia licet mandatum procuratoris reuocetur etiam tacite, hæc tamen tacita reuocatio debet apparere per actum realem in contrarium factum, nempe, si antequam procurator illo mandato vtatur, mandans cum alia contrahat matrimonium, vel saltem dederit secundum mandatum ad contrahendum cum alia, vt infra dicemus, vel per incisionem procuratoris, vel simile quidpiam, vt apparet ex adductis per Bertach. in repertorio, verbo procurator reuocatur:non vero per verba solum ad effectum non perducta.

Præterea & quinto, quia duo specialia non possunt concurrere circa eandem rem, l. prima, cum communi, C. de dot. promissione, sed si reuocatio tacita sufficeret in proposito, essent duo specialia, vnum quod intimatio non esset necessaria, vt in dicto capit. fin. §. fin. de procurat. alterum, quod tacita reuocatio sufficeret : denique quia expressum facit cessare tacita, l. si ita, ff. de lib. & posthum. l. Clemens Patronus, eodem titulo.

Sexto, & vltimo adduco optimam doctrinam ex visceribus iuris deductam, quæ habet, quod vbi ius aliquid disponit, debet euidentissime de contraria voluntate constare, vt à iure communi recedamus, l. prima, C. de conditionibus insert. vbi in specie illius textus, fœmina descendens præfertur masculo transuersali, nisi alia defuncti voluntas euidenter probetur ad idem; l. Lucius, §. quæsitum, ff. delegatis tertio, ibi, respondi pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur, lege nuptura, ff. de iur. dot. ibi, nisi euidentissime contrarium probetur, lege libertas, §. fin. de manumiss. testament. ibi, nisi aliud sensisse patrem familias manifestissimis rationibus probauerit, lege si plures, ff. de vulgar. & pupill. ibi; nisi alia forte fuerit mens testatoris, quod vix credendum est, nisi euidenter fuerit expressum. Ex quibus iuribus, quod prædiximus in hoc sexto fundamento, deducit Doctor Molina libro tertio de Hispanorum primogenijs, capit. quarto, numero 32. addens, numero 33. quod qui habet præsumptionem iuris contra se, oneratur durioribus probationibus, secundum Bald. & Fulgos. per tex. ibi in l. si extraneus, ff. de condic. caus. data, & ibi Ias. numero 5. Curtius Iunior in l. 1. numero 28. C. de impub. & alijs subst. Ias. in l. non hoc, numero 15. ad fin. C. vnd. legit. Molina vbi supra, numero 34. addens numero 36. quod in materia priuatiua, vel exclusiua, illud, quod non est

Universidad de Deusto Biblioteca

expressum, priuationem, seu exclusionem non inducit per tex. in auth. de non eligend. 2. nub. §. cum igitur, collat. 1. sed ius commune disponit, quod primum matrimonium contractum per procuratorem sit validum, & legitimum, nisi mãdatum fuerit prius reuocatum, vt in d. cap. fin. de procurat. lib. 6. ergo de reuocatione, & sic de contraria voluntate debet eui dentissime cõstare ad hoc, vt annulletur secundum matrimonium, quod nuncupatim probari videtur in l. in sponsalibus, ff. de sponsal. canonizata in cap. neptis tuæ 31. quæstione 2. ibi: intelligi tamen filiam semper patri consentire, nisi euidenter dissentiat, quem tex. citat Magister Sentẽ. in 4. distinctione 29. articulo 3. versiculo in lib. Pãdect. Thom. & eius discipuli communiter, Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. versiculo, vtrum autem.

28 His tamen omnibus non obstantibus contraria sententia verior est, & tenẽda; imo, quod in specie d. cap. fi. §. fi. de procurat. lib. 6. sufficiat tacita mandati reuocatio, non solum expressa ad hoc, vt matrimonium virtute d. mandati tacite reuocati contractum sit nullum, vt in specie docet D. Couar. in quarto Decret. 2. parte cap. 4. in principio, num. 11. v. g. secundum ipsum, si is, qui mandatum dedit ante contractum matrimonium, ex primo mãdato dederit secundum mandatum ad cõtrahendum cum alia, cap. si duo, de procurat. lib. 6. vel si statim matrimonium cũ alia contraxerit. Hæc enim gratia exempli dicta sunt à Couar. & exempla non arctant regulam, l. damni infecti stipulatio, cum simil. ff. de dam. infect. & Couar. in hoc sequuntur Candelab. aur. 7. sacrament. in 1. parte de matrimonio num. 44. citans Angel. verbo matrimonium secũdo, numero 18. & Sylvest. verbo matrim. 1. & Ludouic. Lop in 2. parte sui Instruct. de matrim. cap. 47. folio 1120. & Thom. Sanch. d. lib. 2. disputatione 11. nu. 10. voluntas namque non tantũ verbis, sed etiã factis demonstratur, l. Paulus respondit ff. rem rat. hab. imo magis facto, quã verbis ostẽditur, l. si tamẽ §. ei qui ff. de ædili. edic. l. reperenda, & ibi Decius, C. de instit. & substit. & late Iaf. in l. apud Iulian. §. cõstat. ff. delegat. 1. & in l. furiosum nu. 4. C. qui testam. fac. pos. non enim est verisimile, tractante matrimoniũ cum aliqua in prio ri voluntate contrahendi cum alia persistere Ferret. cons. 281. num. 12. & Sãch. vbi supra, & ideo dato mandato ad contrahendum cum secunda reuocatur primum, l. si quis cum procuratorio, §. fi. ff. de procurat. cap. penult. eodẽ tit. facit glos. in cap. super eo, de condit. appos. verbo alieno arbitrio, vbi quærit de illa quæstione, si filius familias consetiat in aliquã mulierem, si pater eius suum præstaret assensum, idque significauit patri absenti, sed antequam pater consentiret filius mutauit voluntatem, & dixit, quod nullo modo vult illam ea sciente, etiam si pater consentirer, postea pater consensit hæc ignorans respondet non esse matrim. Vnde si contrahat matrim. cum alia, tenet, quia nõ dicitur consensus, nisi sit tempore quo pater consensit, quia nec dicitur habere talẽ potestatem, nisi cui cõcessa durat, & quia vbi deest legitimus consensus non est legitimum matrim. & ex Theologis præter supra d. eandem sententiam tenuit prius in terminis D. Thom. in 4. Sent. distinct. 29. quæstione 1. post art. 4. in expositione tex. Inquit enim, videtur quod nõ possit fieri matrim. per internuncios, quia si ante aduentum nuncij alter pœniteat, non erit matrim. & dicetur, quod potest aliquis alterum procuratorem cõstituere ad cõsentiendum, tametsi ante pœniteat, quã ille consentiat, non est matrim. nec in rei veritate secundum iudicium Ecclesiæ, si aliquibus signis appareat eum pœnituisse, sed ex quo consensus per internuncios factus, est matrim. tenet, ac si ipse fecisset: idẽ in effectu tenet Astens. in sum. lib. 13. quẽ refert, & sequitur Sylvest. in sum. verb. matrim. quinto, numero 10. & 11. & Bartholom. de Ledesm. in suo summar. sacrament. difficult. 18. de matrim. sacram. pagina 1279. dicens, quod si superueniat reuocatio postquam iam illa consenserat, si hoc Ecclesiæ constare possit, quod scilicet ille prius dissensit, similiter non tenet matrimonium, quia nec vere nec interpretatiue concurrunt consensus, sed si non cõstat de dissensu priuato, cogeretur vir propter probationis defectum eam ducere, quia

quia Ecclesia non iudicat de occultis.

29 Pro qua vera sententia confidero primo rationem finalem d. cap. fi. de procurat. lib. 6. ibi, cum illius consensus defecerit, sine quo formitatem habere nequiuit, scilicet matrimonium, consensus enim necessarius est ad valorem matrimonij, alias sine ipso, est nullius momenti, cap. primo, cap. cum locum, cap. tuæ, ca. tua de spõsal. cap. sufficiat, cap. sic quippe 27. quæstione 2. cap. tuas de sponsal. duor. l. nuptias ff. de regul. iur. coniugium enim fit inter consentientes, & spontaneos, non verò inter renitentes, & inuitos, vt cap. neptis tuæ, & in cap. si vero 31. quæstione 2. quæ iura ad hoc refert Magister Sentent. lib. 4. distinctione 29. & Nauar. consil. 36. numero 31 1. de sponsal. in 1. editione; estque similiter communis consensus Theologorum, sacramentum matrimonij perfici cum consensus vtriusque coniugis exprimitur, secundum Bellarmin. vbi supra cap. 7. versic. secundo probatur, pag. 106. in fine, in paruis, & consensus ad matrimonium ita est necessarius, vt neque Ecclesia eo seclu so possit matrimonium efficere, vt cum Victoria probat D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte cap. 4. in princip. numero 4. nec Summus Pontifex legem con dere; qua caueatur, matrimonium quandoque sine consensu constitui, vt tenet Abb. in cap. per venerabilem numero 21. qui filij sint legetim. quem refert, & se- 32 quitur Nauar. vbi supra numero 2. & Couar. in quarto in 2. parte cap. 2. in princip. num. 1.

Cum igitur ratio tex. in d. cap. fin. §. fi. de procurat. lib. 6. supra relata, comprehendat etiam tacitam reuocationem mandati, ex qua colligitur dissensus illius matrimonij quod prius constituerat celebrare per procuratorem sicut expressam, consequens est, vt decisio illius tex. vtrãque comprehendat reuocationem, nempe expressam, & tacitam ex ratione expressam in eo, quia vbi militat eadem ratio, idem ius statuendum est, l. illud cum simil. ff. ad l. Aquil.

30 Præterea, quando lex ponit casum specialem, & assignat rationem generalem, generaliter est intelligenda in omni casu, cui ratio reddita possit applicari, vt probat tex. & ibi notat Bart. in l. regula, §. fin. ff. de iuris & fact. ignor. idem Bart. in l. pater filium, §. si fundum ff. de legat. 3. Imol. in l. si ita quis, §. ea lege ff. de verb. oblig. Decius consil. 12. circa fin. Paris. consil 69. numero 164. lib. 3. Hieronym. Gratus respons. 88. numero 22. lib. 2. & respons. 13. numero 44. lib. 1. Boer. consil. 26. numero 4. Cephal. consil. 169. numero 16. lib. 2. quod procedit etiam in materia correctoria, & strictè interpretanda, vt tradit Rip. lib. 2. respons. cap. 3. numero 6. Corneus consil. 273. numero 3. lib. 4. Bald. in auth. quas actiones, numero 4. versiculo, sed ego dico, C. de Sacrosanct. Eccles.

Vbi, quod licèt ad inducendam correctionem requiratur lex expressa, l. præcipimus, C. de appellat. cum simil. nec sufficiat subauditio, vt notat glossa in ca. cupiẽtes, §. quod si per viginti, verbo petere, de electione, lib. 6. tamen si ratio posita in l. noua est apta corrigere legem antiquam, illam corrigit, etiamsi tenor legis nouæ hoc non dicat: ratio enim sic disponit, sicut disponere solent verba dispositiua, l. emptor. §. final. ff. de rei vendic. vbi Bartol. & Alber. Bald. in cap. dilectus filius numero 2. columna 1. de rescript. Decius in cap. 2. requiris, numero 1. de appell. & consil. 64. nu. 6 & consil. 227. n. 3. Crauet. de antiquit. temporis in princip. num. 35.

Ex quibus dixit Fortun. Garc. in l. Gallus, §. idem credendum, numero 19. ff. de lib. & posthum. quod quando verba dispositiua proprie non decidunt casum certum, si ratio dispositionis illum decidit, ille casus dicitur proprie esse in dispositione, quod repetit Curt. Iun. in l. venia, numero 29. C. de in ius vocand. Ideoque dici solet, quod ratio dispositionis est ipsa dispositio, vel saltem potior pars ipsius, quia est anima, & spiritus dispositionis, vt inquit Bald. in l. si quis seruo, numero 7. C. de furt. Paris. consil. 16. numero 22. & 30. lib. 3. Felin. in cap. tua nos, numero 3. de sententia excommunic. & alij plures, quos congerit Tiraquel. in l. si vnquam, verbo libertis, numero 38. C. de reuoc. donat. ergo cum ratio expressa in d. cap. fi. de procur. lib 6. sit generalis ex defectu consensus, sine quo matrimonium nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenet, necesse intelligendum est non solũ in casu expresso reuocationis expresse, sed etiam in omnibus alijs casibus particularibus tacite reuocationis, quos eadem ratio defectus consensus comprehendere potest, quod etiam comprobatur ex alijs doctrinis similibus, quas latius adduximus lib. 3. practic. quæstione 17. num. 71. cum pluribus sequentibus.

33 Secundo principaliter eadem pars cõ probatur, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, æquipollentium namque eadem est disciplina, l. si mater vbi Bart. C. de instit. & substi. sub condict. fact. & idẽ iudicium Clementina exiuit. §. cum autẽ, & ibi Cardin. in 4. notabil. de verb. signific. & æquipollens semper subauditur, & sufficit, hæc est notabilis doctrina Bart. in l. ab emptione, numero 13. ff. de pact. Paul. de Castr. consil. 296. columna 2. nu. 2. in secunda parte: imo etiam si forma mãdati debeat impleri in specifica forma, satis tamen impletur per formam iux. mentem disponentis omnino æquipollentem, vt per D. Couar. in cap. quamuis pactum, in prima parte, §. 4. numero 9. in versic. ea vero, de pact. in 6. quę omnia præmaxime procedunt in nostra specie, in qua solus consensus, vel dissensus attenditur, vt in d. cap. fin. in fin. de procur. in 6. quomodocumque igitur iuridice constet in foro exteriori de dissensu, habebit locum dispositio d. cap. fin.

34 Tertio facit, quia quando potest constare de animo ipsorum contrahentium, vel alterius eorum, quod nõ habuerit animum contrahendi, tunc non debet iudicari matrimonium, vel sponsalia contraxisse, sed solum extorquendi copulã, vt probat tex. ad literam in cap. tua nos, de spons al. vbi, quidam, qui non appellabatur Ioãnes, volens tamen extorquere copulam à muliere, dixit, Ioannes te despõsat, & mulierem hoc modo desponsauit, postea cũ impeteretur à muliere super matrimonio, dicebat, se non vocari Ioannem, sed alio nomine, attamen eam desponsasse animo habendi cum ea copulam, non verò animo contrahendi cum ea matrimonium, inquit tex. quod ex quo mulier fuit despõsata per verba de præsenti, & constabat de corpore, debet compelli ad accipiendam eam vt vxorem, quia aliter de animo allegato non contrahendi non constabat: ideoque inquit tex. dirigendo verba ad iudicem (qualiter hoc tibi constiterit non videmus) quasi sentiat tex. quod si de animo constitisset iudici, scilicet, quod ille noluisset contrahere matrim. cum puella, nõ debuisset compelli ad inhærendo illi: ita illũ tex. expendit Anton. Francus de Doctoribus consil. 68. volumine 1. consil. matri. numero 32. quod animus probatur ex verbis præambulis, l. Fulcinius, §. qui sic, ff. ex quib. caus. in posses. eatur, l. reprehendẽda, C. de instit. & substi. sub condit. fact. notat Bald. in l. fœliciſsima, C. de his, qui à non domin. manumit. & in rubrica, C. de fid, instrumen. Idemque prius tenuit S. Thom. in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 2. circa fin. ibi, nisi signa euidentia doli appareãt, quia de quolibet est præsumendum bonum, nisi probetur contrarium, & Sylvest. vbi supra dicens, quod si euidentibus signis appareret de simulatione, Ecclesia non iudicabit matrimonium esse, & consequenter, is, qui consenserit poterit de nouo contrahere: quod sum. Rosella dicit posse intelligi, quando vterque, vel alter statim post contractum reclamaret se non consensisse: secus si post tẽpus notabile, etiamsi iurasset se numquam cõsensisse, secundum Ricard. in quarto, distinctione 29. sed melius dicendum videtur secundum Sylvest. vbi supra, quod totum iudicis arbitrio relinquatur: quia etiã si quis statim reclamaret, possent esse coniecturæ in oppositum, vt quia nouiter potest melius cum alia contrahere, vel huiusmodi: & quod matrimonium secundum teneat deficiente consensu ad primũ est communis, secundum Sylvest. ibi numero 8.

Sed & in fauorẽ huius partis expenditur fortius d. cap. tua nos, §. nos autem, vbi cum in principio illius tex. in narratione facti diceretur, quod ille dissenserit, & dissentiat, & in versic. super quo Papa dicat videri forte pro coniugio præsumendũ, nisi tu nobis expresse scripsisses, quod ille non proposuit, nec consensit illam ducere in vxorem, quod qualiter tibi constiterit non videmus: intrat nunc d. §. nos autem, & dicit, quod si resita se habet, vt ille num-

numquam consenserit in prædictam, non debet ex illo facto coniugium iudicari, cũ in eo nec substantia cõiugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inueniri, quoniam ex altera per te dolus solummodo affuit, & defuit omnino consensus, sine quo cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.

35 Sensus igitur communis huius Decretalis est, vt in prima parte loquatur in foro iudiciali, in secunda verò in foro conscientiæ, vt resoluit cum alijs D. Couar. in 4. in secunda parte cap. 2. in princip. numero 2. allegans ad idem l. 5. titulo 2. partita 4. sed sic est, quod in vinculo matrimonij nullum discrimen est inter iudicium exterius, & interius: in vtroque enim foro consensus requiritur, vt probat Cauar. vbi supra numero 1. & 2. illud siquidem matrimonium, quod validum est, in conscientiæ iudicio, idem etiam erit validum in foro exteriori, & quod nullum est in illo, in 37
hoc minime valebit, tametsi iudex, qui per exteriora signa iudicare debet, pronũciet illud esse matrimonium, quod vere nõ est, vt in d. cap tua nos: Palud in 4. distinct. 27. quæstione 2. articulo 5. in foro namque conscientiæ ipsius confitentis dictum sufficiens exhibet testimonium etiam repugnantibus mille testibus: at in foro exteriori ipsi confitenti in causa propria non creditur, sed testibus, alijsq; legitimis documẽtis secundũ D. Couar. vbi supra d. numero 2. & ante eum idem in effectu probauit Sylvest. verbo matrimonium 4. numero 1. dicens non credi in foro Ecclesiæ dicenti se nõ intẽdisse cõtrahere, quia aliàs quilibet sic posset dicere, & separaretur matrimonium, & inquit Nauar. consil. 8. de sponsal. numero 3. quod coniugi confitenti aliquid contra matrimonium non creditur in foro exteriori, etiam si alter, vel altera coniux idem confiteatur iuxta tex. in cap. super eo, iuncta glossa ibi, de eo, qui cognou. consang. vxor. suæ, & iuxta notata in cap. lator, & in cap tenor de re iudic. & cap. iurauit de probat.

36 Hinc est, non esse in foro iudiciali iudicandum matrimonium, si quis ex consensu fœminæ protestetur se nolle consensum præstare per quæcumque verba ab ipso die proferenda, ac demũ ipsa verba coram pluribus proferat, imo de illa protestatione iudici constet, nisi sequuta fuerit copula carnalis, hæc enim cum dolo præd operatur matrimonium, vt cum Hostiens. & alijs ante Concilium Tridentinum probat, & tenet Sylvest. verbo matrimonium 4. numero 11. & D. Couarru. supra numero 3. addens consensum expressum alterius partis requiri, nẽpe contra quam fit protestatio, nec sufficere tacitum inductum ex præsentia cum taciturnitate, licèt alij DD. de hoc dubitent; procedit tamen in eo iudicio, quando ipsemet contrahens personaliter præd. verba proferret; tunc enim merito, quod requiratur præsentia partis, ipsiusque consensus; attamen, quando contrahit per procuratorẽ, sufficiet quod constet de ipsius consensu anteriori, & præcedenti matrimonij celebrationem, quia per eum remouetur consensus in mandato contentus.

Fit igitur ex supra dictis, & manifeste concluditur, nèdum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori Ecclesiæ, non esse matrimonium illud de facto contractum, in quo constat de dissensu per euidẽtia signa exteriora, alijsvè legitimis argumentis, & testibus, vt in specie tex. in d. ca. tua nos cum simil. supra adductis: ipsis vero deficientibus, quia probatio deficit, nõ tamen ius in foro conscientiæ tantum, nõ iudicabitur matrimonium, quando quis profert verba matrimonij, animo omnino dissentiendi, cum in vtroque foro requiratur consensus pro essentia, & substantia matrimonij, vt supra probauimus, & cõstat ex pluribus Sacrosanctis Concilijs, & late docet S. Thomas in 4. distinct. 27 quæstione 1. articulo 2. & in addit. 3. partis quæstione 45. numero 4. Angel. in summa verb. matrimonium secundo, numero 14. Sylvest. verbo matrimonium 1. quæstione 5. & matrim 5. Soto in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. cõclusione 2. vbi late id probat, & Candela. aureum septem Sacrament. in titulo de sacramento matrim. versic. quæritur, quid si verba, numero 40. pagina 410. necnon & Petrus de Ledes. in addit. ad tertiã partem quæstione 45. in principio: at verò in foro iudiciali validum erit præd. matrimonium, nisi de dissensu constet, vt præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

ximus; & in tali casu Ecclesia compellet eum ad standum cum prima vxore, quia iudicat secundum ea, quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia, quamuis decipiatur in facto, sed ille debet prius excommunicationem sustinere, quam ad primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotas fugere; ita S. Thomas vbi supra in fine, d. articul. 2.

38 Quarto & magis in terminis accedat cõmunis illa Theologorũ, & concors sententia, quæ habet, quod quando aliquis cõtrahit matrimonium per verba de præsenti, sed animo ficto, & postea vero animo contraxit cum secunda validum est matrimonium secundum, eo quod primum matrimonium fuit nullum, & ita mansit habilis ad secundum matrimonium, & consequenter fuit validum, quamuis sic contrahens commiserit peccatum graue: ita tenent D. Thom. in addition. 3. partis, quæstione 45. & omnes Expositores illius, & Sot. in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. circa fin. conclusione 2. & 4. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 76. & est hæc sententia omnium Doctorum, secundum Adrian. & Sot. vbi supra, & communem eam esse testatur eos referẽs Petrus de Ledesm. vbi supra, versic. in huius rei, pagina 163. columna 1. qui in sequentibus refert nonnullas limitationes, & alij Moderniores, eadem sequitur, & plurimos citans Thomas Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 11. numero 1. & diximus supra cap. num.

Hæc tamen communis sentẽtia loquitur, & procedit in foro conscientiæ supposita veritate facti.

39 At vero in foro exteriori Ecclesiæ secus erit dicendum: nisi constet de veritate, hoc est de dissensu, quia tunc idem iudicabitur in foro exteriori, quod in foro conscientiæ, vt probauimus supra in tertio fundamento: & sufficiunt in hoc coniecturæ, vt probat cum alijs Petrus de Ledesma vbi supra, vers. tertia conclusio, pagina 168. in illa nempe specie, quando post contractum matrimonij vir dicit fœminæ, se non habuisse verum consensum, an mulier possit statim illi credere, ita vt statim remaneat liber ad contrahendum cum alia, si voluerit? Nam positis ibi prius duabus conclusionibus, quas late probat. Prima, quod non statim id credere debeat coniux, sicut neque Ecclesia credit per tex. in cap. per tuas de probat. secundum Nauar. in Manual. cap. 22. numero 82. Secunda, quod si generetur ex tali dicto credulitas, vel dubium in animo audientis debeat facere diligentiã, & hoc ante Concilium Trident. secus post, vt ibi per eum: constituit idem Authen. tertiam conclusionem, nempe quod aliquæ possunt esse coniecturæ in præfata specie propter quas possit credere alter coniux qui consensit, illum non habuisse consensum: Prima coniectura est, si ille prius dixit amicis, ego volo decipere istam mulierem. Tum enim esset coniectura sufficiens ad credendum illum non habuisse cõsensum: ergo ita, & eodẽ modo videtur dicendum in nostro casu, & quæstione, quod constituens procuratorem ad contrahendum matrimonium cum fœmina absente, sufficiat ad probandum dissensum, quod id insinuauerit amicis, & cõsanguineis, alijsque personis, nempe se numquam habuisse voluntatem, nec consensum contrahendi matrimonium cum illa, ac proinde se id non facturum: alterã adiungit præfatus Author coniecturam, nempe si statim declaret vir se non habuisse consensum, & in signum huius rei fiat sacerdos, vel profiteatur religionem, vel contrahat cum secunda, & pacifice viuat cum illa.

40 Quinto, & proptius accedendo ad nostrum casum: illum prope decidere videtur Nauar. cõsil. 16. de sponsal. tametsi ob defectum probationis dissensus in foro exteriori iudicet validum fuisse prius matrimonium: inquit enim quod quidam nẽpe. N. dedit mandatum ad contrahendum matrimonium cum. A. sine intentione vlla contrahendi cum illa: & mandatarius cõtraxit legitime ignorante. N. nulla facta mentione intentionis non contrahendi, neque ratificato mandato: deinde contraxit matrimonium publice, & consummauit cum alia. Respõdet Nauar. ibi: primo quod consulens censetur in foro exteriori contraxisse bis matrimonium, tam à iudice Ecclesiastico, quam seculari. Secũdo quod in foro interiori iudicabitur contraxisse

tantum cum secunda, & quod ei cohabitare debet. Tertio; quod ad excusandum se à pœna, quam meretur in foro exteriori oportet, vt præsentatus coram officio Inquisitorum narret factum vere dicens se pœnitere plurimũ, quod vsus fuerit præfata dissimulatione, & quod eam plane confitetur, & supplicat, vt condemnent eum pœna, & pœnitentia, quam meretur in foro interiori, & exteriori vtentibus cum eo misericordia solita: attento quod nondum est vocatus ad vllum iudicium, &c. Hoc namque consilium Nauar. etsi expresse non faciat pro hac parte nec ei contradicat: negari tamen non potest, quin potius eidem faueat, quandoquidem significat eũdẽ prope casum nostro prope similem: discrepat tamen in eo, quod dissensus, & defectus intentionis contrahendi cum prima non constabat in suo casu: at vero si de eo constaret; quis dubitat, quin vir ille doctissimus, & optimus Canonista, cum sciret propter defectum cõsensus probatum non effici matrimoniũ, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro Ecclesiæ, idem dixisset, ac probasset?

41 Sexto, in terminis d. cap. fin. de procurat. lib. 6. hanc partem voluit ibidem glossa, verbo reuocatus: dum addit, vel vetitus ne contraheret: vetare igitur ne procurator contrahat matrim. habet vim reuocationis: quam glos. ibi communiter sequuntur DD. & inquit Archid. in proprio loco, verbo reuocatus: idem, quod hic dicit: obtinet, vbi quis suum consensum exprimit per literas, quod fieri potest: & Ioan. And. columna 1. ait, quod nedum in matrimonio, sed etiam in alijs casibus tenetur, quod volens per seipsum obligari mittendo nuncium, vel epistolã, si ante eorum præsentationem pœniteat, reuocatum censetur mandatum, nec postea obligatur, etiam si nuncius non fuerit certioratus, quod vltimum supra numero 6. improbauimus, & procurator datus ad contrahendum matrimonium, censetur potius nuncius, quã procurator, cum cõcipiat verba in persona domini, vt notat Philip. Francus ibi, columna 3. numero 7. & prius columna 2. numero 5. super glossa in verbo reuocatus, notat ex ea, quod dominus, qui dedit mandatum ad contrahendum matrim. potest pœnitere antequam procurator contrahat: & sic sentit, quod illa pœnitentia habet vim reuocationis, cum de ipsa constat: eandem opin. tenet glossa optima in cap. nec illud, verbo vxor, in versic. sed quid dices, 36. quæstione 5. dicens, quod si quis consensum suum exprimat alicui fœminæ per nuncium, vel per epistolam, & antequam recipiat literas, & cõsentiat, eum pœniteat, non est matrim. licèt illa postea consentiat, quia requiritur, quod duret voluntas, & adsit mutuus & simultaneus consensus, ca. si inter virum, cum simil. de sponsal. quam glos. sequitur Probus in addit. ad Monach. in d. cap. fin. quia per nuncium, vel per literas negotiatur nomine domini, & tamquam per picam, & organum, vt patet ex DD. ibi, maxime Ioan. Andrea, in nouellis: quæ ratio etiam militat, vt prædiximus, quando per procuratorem contrahitur matrimonium: quia & ipse procurator contrahit nomine domini, vt ibi omnes DD. concludunt. & Sylvest. in summa verb. matrimonium 5. numero 14. & Veracruz in Specul. coniug. in 16. articulo de sponsal. in fin. & diximus supra: eandem principalem sententiam, de qua agimus in terminis d. cap. fi. §. fi. de procurat. lib 6. tenet etiam Innocentius in c. iuuenis, numero 5. de sponsal. vbi ita ait. Item potest quis contrahere per procuratorem, dummodo voluntas eius duret, vsquequo consentiat alius, scilicet absens, sed si eũ pœniteat, antequam absens consentiat, non tenebit factum procuratoris, etiamsi ad eum, vel ad absentem, cũ quo cõtrahitur, non perueniat reuocatio, quia ibi deficit consensus in id tempus concurrens, sine quo non tenet matrimoniũ, idẽ in effectu probat Hostiens. in summa de sponsal. & matrim. in versic. qualiter contrahatur, numero 7. ibi, si vero, & Ancha. in d. cap. fi. numero 2 columna 2. de procur. lib. 6. & l. 1. titulo 1. partita 4. ibi, *è no arrepintiendo*. Præterea, quod sufficiat per aliquem actum mutasse propositum, & voluntatem contrahendi matrimoniũ docet Alexand. consil. 146. numero 18. lib. 5. & colligitur ex Paulo Paris. consil. 55. numero 15. & 16. volumine 4. & ex Socin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Socin. consil. 29. columna 1. & 2. volumine 2. & consil. 83. numero 14. volumine 1. consil. matrim. vbi loquitur quando mulier pœnitentia ducta alteri suum præstitit consensum, & in secundo tom. consil. matrim. consil. 13. num. 6 & 7.

42 Vltimo, pro hac secunda parte adduco optimum tex. imo expressum in l. fin. ff. de diuort. ibi, illud rectissime placuit, qualiquali voluntate intelligi possit, patronum animum habere desijsse, quasi in vxorem, &c. & ibi, cumque vel tenuis intellectus haberi potest nolentis nuptã; & statim l. illa ponit cõiecturas sequẽtes, ex quibus mutatio voluntatis colligitur, nempe, si patronus sibi desponderit aliam, vel destinauerit, vel matrimonium alterius acceperit, aliàs, appetierit; credendũ est, nolle hanc nuptam, & si concubinam sibi adhibuerit idem erit dicendum: & ibi glosa verb. destinauerit, & Odofr. explicãt, idest proposuerit aliã habere in sponsam, eo ipso namque, inquit Odofr. tacite videtur patronum declarare se nolle libertam: & numero 1. in versic. tertio, dicitur, addit: si placet patrono expresse, vel tacite libertam in vxorem nõ habere, poterit alij nubere eo inepto, placet patrono expresse, quod alij possit nubere, & mitti libertæ libellum repudij: placet ei tacite, si faciat ei tale quid, quod non potest fieri à viro constante matrimonio, quia conuenit eam actione rerum amotarum, vel accusat eam de adulterio, vel alio crimine, item si accepit aliam in vxorem, vel aliam concubinam, vel aliam petijt vxorem, nam eo ipso tacite declarat patronus, quod non vult eam libertam, quæ ab eo inuito diuertit, habere vxorem, & numero 3. notat, quod quis aliquando declarat voluntatem suam verbis, & factis: aliquando verbis tantum, & numero 4. quod posito vno ex contrarijs, vel de ijs, quæ se non compatiuntur, tollitur, & reliquum, vt ibi & C. vt nemo priuatus, l. 1. & C. de testam l. non codicillum: similiter Bald. in d. l. fin. in versic. illud rectissime, notat ex eo tex. quod voluntas, & animus præsumitur durare, nisi probetur contrarium saltem ex indicijs, & coniecturis: vnde qui facit actum incompatibilem, vel quasi, ad id, quod iam voluit, præsumitur, nolle, & mutasse voluntatem.

Modo non obstant fundamenta prioris partis, quia eis satisfit in hunc modum.

Ad primum respondetur, quod in proposito eandem vim habet tacita reuocatio, quam expressa; dummodo ex illa constet iuridice de dissensu, & pœnitẽtia prioris consensus, vt patet ex ratione finali illius tex. quæ hunc casum quoque cõprehendit, & decidit, vt prædiximus: nec verum est requiri formalem reuocationem mandati, sed sufficit tacita, ex qua id colligatur, vt probauimus. 43

Ad secundum respondemus, duo illa vincula ex eodem facto oriri, & in idem tendere, dependet namque tota res à consensu; quare illo deficiente per pœnitentiam vtrumque vinculum simul dirumpitur, atque dissoluitur; constitutio enim procuratoris facta fuit ad exequendum consensum in matrimonium dandum, ipso autem consensu deficiente consequenter cessat, & remanet reuocatum mandatum tamquam accessorium, & ab illo dependens: destructo autem fundamento corruit ædificium, cap. cum Paulus 1. quæstione 1. l. origo ff. quod vi, aut clam, Beccius consil. 3. numero 25.

Tertium quoque cessat, quoniam supponimus ex tacita præd. reuocatione cõstare de dissensu: at vero quod post eũ iterum consentiat, contracto iam matrimonio de facto nihil refert, quoniam ex priori mandato iam tacite reuocato matrimonium contrahi valide nõ potest: nec glos. in d. cap. tua nos, de sponsal. de protestatione loquens quicquam facit in proposito: quia in illa specie protestans postea per sonaliter contrahit matrimonium, & ideo videtur à protestatione discedere, & de nouo cõsentire: at vero nos agimus de cõtrahente per procuratorem post ipsius dissensum, & pœnitentiam mandati: ideoq; nimirum, quod matrimonium postea celebratum per suum procuratorem non valeat, quia ipse de nouo non consentit tũc, cum celebratur, sed eius procurator post pœnitentiam domini sui, & ideo non tenet matrimonium ob defectum consensus, à quo dissensu dominus per contractũ procuratoris nullo modo videtur recessisse.

Ad

Ad quartum respondeo, sufficere in nostra specie quod re vera constet de dissensu, licèt non intercedat actus verbalis reuocationis, quandoquidem decisio tex. in d. cap. fin. §. fin. de procur. lib. 6 solum fundatur in defectu consensus necessarij aliàs requisiti ad valorem matrimonij.

Ad quintum respondeo, non esse verum concurrere duo specialia in proposito; sed tantum Ius Commune fundatur optima, & viua ratione nempe in defectu consensus: qui ita deficit in vno casu, quã in alio: nec mandatum expressum præcedens potest impedire tacitam reuocationem subsequutam: sed imo ipsa illud perimit tamquam ei actu contrario, quia vltima derogant prioribus, l. pacta nouissima, cum simil. C. de pact. non enim dissensus posterior se compatitur cũ priori mandato, & consensu, vnde necesse est, vt ille cedat posteriori dissensui tamquam sibi contrario, & repugnanti.

Ad sextum, & vltimum respondetur, satis euidenter constare de voluntate reuocandi mandatum præcedẽs ipso facto, quando subsequitur clarus dissensus prioris consensus in mandato contenti, & sic eius pœnitentia.

Nec obstat l. in sponsalibus, ff. de sponsal. cum similibus huic sexto fundamento supra adiunctis, dum ibi habetur, quod in sponsalibus etiam consensus illorum habendus est, quorum in nuptijs desideratur, & quod filia intelligitur semper patri consentire, nisi euidenter dissentiat; quoniam, vt prædiximus, satis euidenter constat de dissensu, quando re vera ilie legitime probatur, & sic reipsa, & facto, quo magis declaratur voluntas, quam verbis, vt prædiximus, inducitur reuocatio mandati præcedentis.

Secundo respondetur, casum d.l. in sponsalibus cum simil esse diuersum à nostro: in illo enim filia præsente, pater eius nomine, & pro ea iure sibi permittente sponsalia cõtraxit: vnde cum ad valorem sponsalium in hac specie non solum sufficiat consensus expressus filiæ, sed etiam tacitus, vt si filius præsens sit, nec contradixerit, obligetur, si vero absens, & etiam ignorans eadem sponsalia, post sciens ea ratificauerit tacite, vel expresse, iuxt. decisionem tex. in cap. vnic. §. fin de despõsat. impub. lib. 6. merito quod ad excludẽdum illum tacitum consensum ex sua præsentia à iure inductum requiratur euidẽs dissensus, nam vt inquit Magister Sehten. vbi supra, filia patris voluntati non repugnans consentire intelligitur: ergo cum sola tacita voluntas in hoc operetur, & inducat consensum filiæ præsentis; rectissime, vt is deficiat, requiritur quod euidenter filia dissentiat, aliàs dicetur consentire: at in nostro casu etiam si præcesserit ex pressus consensus constituentis procuratorem ad contrahendum matrimoniom contentus in mandato sufficit eius dissensus clare probatus ex; quo consequitur tacita reuocatio mandati præcedentis, taciti namque & expressi idem est iudicium l. cum quid ff. si cert. pet. cum simil. præcipue cum in vtroque militet eadẽ ratio, nempe defectus consensus, vt in proposito.

SVMMARIVM Cap. XLIIII.

1 *MAtrimonium primum solemniter in facie Ecclesiæ celebratum per procuratorẽ habentem ad id speciale mandatum præfertur secundo, dum non constat de mandati reuocatione, & numeris sequentibus.*

2 *Testes singulares regulariter non faciũt fidem.*

3 *Mille testes singulares tantum probãt quantum vnus.*

4 *Testes readuntur singulares ex diuersitate loci & temporis, quod procedit etiam quando testes singulares tendunt ad eundem finem, etiamsi deponant in genere super eodẽ facto principali, vt in num. 5.*

6 *In dubio pronunciandum est pro matrimonio.*

7 *Verba enunciatiua non inducunt dispositionem, quando contingit principaliter dubitari de eo quod enunciatur, & nunc dubitatur.*

8 *Verba enunciatiua dicuntur illa, quæ continent præambulum, vel proœmiũ in quibus non consistit voluntas, seu per se non stant, sed in aliud transeũt,*

& non

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non est verbum principale orationis.

9 Testes in causa matrimoniali requiruntur omni exceptione maiores sed contra num. 68. cum sequentibus.

10 Testis omni exceptione maior dicitur ille, qui nulla exceptione repelli potest.

11 Testis omni exceptione maior, seu omni suspitione carens non est ille, cuius fides non tantum ex obiectione perimitur, sed & diminuitur, cuius opinio in discrimen, & magnam dubitationem reuocatur.

12 Testis qualitas, quod sit maior omni exceptione, debet deduci, & probari, & ideo cauti debent esse aduocati in hoc.

13 Testes consanguinei, & affines in causa matrimoniali non sunt omni exceptione maiores, sed contra infra numero 68. cum sequentibus.

14 Testes consanguinei infra quartũ gradum vxoris secundi matrimonij carnaliter cognitæ, non sunt admittendi contra primum matrimonium.

15 Frater deponens pro fratre in causa matrimoniali non facit fidem, nisi proba tore matrimonij.

16 Testes mediatores, & progenetæ matrimonij, an faciant fidem pro eo? & numero 17. & numero 92 & 93.

18 Testes familiares, & domestici nõ sunt maiores omni exceptione in causa matrimoniali.

19 Amicus, an sit idoneus testis?

20 Testes, qui alias sunt inhabiles an admittantur in his, quæ sunt difficilis probationis, & sic in subsidium, vt sunt ea, quæ communiter occulte fieri consueuerunt, & sic quando veritas aliter haberi non potest? & numero 21.

22 Testibus in his, quæ domi fiunt magis creditur domesticis, quam alijs.

23 Familiares Episcopi, vel Principis admittuntur in testes pro dominis suis, si sint personæ valde honestæ.

24 Testes inhabiles admittuntur quando concurrunt cum alio habili, quod procedit etiam in duobus testibus examinatis, quorũ vnus esset inhabilis, alius vero plusquam habilis, vt in numero 25. sed hoc procedit quando ex natura rei, de qua agitur, probanda, veritas aliàs sciri nõ potest, vt in crimine Hæresis, conspirationis, & similium: secus vero si ex accidenti non possit per alios probari, quinimo procedit quando sumus in his, in quibus, nec habitu, nec actu ex communi cursu, veritas haberi potest, vt in numero 26. vbi exẽpla ponuntur.

27 Testes domestici ad probandũ ea, quæ domi facta sunt non recipiuntur, quãdo agitur de matrimonio dissoluendo, & interuenit culpa producentis.

28 Testes inhabiles producti ab eo, qui potuit adhibere testes habiles, & eos non produxit, non probant, etiam si factum sit de sui natura difficilis probationis.

29 Testes inhabiles etiam quando veritas aliter haberi non potest, non probant, si pattantur plures defectus, neque sunt testes integri, & omni exceptione maiores.

30 Testes inhabiles etiam quando concurrunt cum alio habili, non admittũtur in causa matrimoniali, in qua etiam numerus testium non supplet, idemque est in alia causa ciuili grauis sicut nec in causa criminali.

31 Matrimonium an ex solo metu reuerẽtiali contractum sit nullum, aut validum? & numeris sequentibus.

32 Metus solus reuerentialis viri erga vxorẽ, parentis erga filium, &c. an sufficiens sit ad rescindendum matrimonium, vel alium contractum?

Et quid vbi cum metu reuerentiali simul cõcurrit nimia crudelitas, & sæuitia eius, cui reuerentia debetur, vt in numero 33.

Et quid si pater erat vir terribilis, vel nimium crudelis, & sæuitiam præsefert, solitusque sit sæuire, vbi suæ non obtemperatur voluntati, etiam si minæ, & verbera nõ præcesserint, numero 34 & 40.

35 Vultus potentis terribilis absque minis incutit iustum metum.

36 Constitutus re vera in periculo vitæ suæ instanti, quod aliter euadere non potest,

test quam occidendo eũ, quẽ occidi iubet Princeps aut potens vir, an excusetur occidendo?

37 Metus reuerentialis cum importunis precibus an sufficiat, & quãdo ad rescindẽdũ cõtractũ, & n. 38.

39 Metus reuerẽtialis an sufficiat respetu patrui ad contractum rescindendum?

41 Metus reuerẽtialis patris præcipiẽtis aliquid filio sub pœna suæ maledictionis non est sufficiens.

42 Matrimoniũ est validum contractum à filia nõ præcedentibus minis parentis, sed solũ eo timore, nè patris indignationem incurrat.

43 Metus reuerẽtialis cum enormi læsione sufficit ad contractũ rescindẽdum, & idẽ in matrimonio, vt in exemplis hic positis.

44 Metus reuerentialis solus an sufficiat ad professionem religionis annullandam?

45 Metu reuerẽtiali stante an sit opus probare, quod minans solitus sit suas minas exequi ad rescindẽdos contractus.

46 Metus solus reuerentialis an annullet consensum præsumptum ex præsentia cum taciturnitate in matrimoniali causa.

47 Metus reuerẽtialis nõ solum datur in patre, & patruo sed etiã generaliter in eo, qui iure aliquo subiectioni alteri subest, vt in clerico respectu Episcopi, in seculari respectu Magistratus cui subditur, in vxore respectu viri, & respectu soceri ¶ Et de auo, quia tamquã pater colitur, vt in num. 48.

49 Timor reuerẽtialis matris an sit sufficiens ad rescindendũ contractũ? Et quid in sorore respectu fratris maioris nu. 50. vbi de fratre minore respectu maioris cũ eo habitante.

51 Matrimonij per procuratorẽ celebrati, dissensus præcedẽs quomodo probetur? & num sequent.

52 Testium singularitas triplex est, de qua hic.

53 Testes sufficit, quod conueniant in vnum, & eundem finem rei, licet in alijs discrepent.

54 Testes singulares bene probant præsumptã volũtatẽ, n 45. & n 55.

56 Testes singulares bene probãt quãdo agitur de probãda aliquẽ esse hæreticũ in genere: secus quãdo agitur de probãda aliqua specie hæresis, vel quãdo agitur de probãdo aliquo actu, in quo d ene cessita te tẽpus sit probandum, vt in exemplo posito, num. 57.

58 Exẽpla nõ arctãt regulã, nec alterãt substantiam, & naturam.

59 In ijs, quæ secreto fiunt, admittũtur probationes per coniecturas.

Glossæ authoritas præualet inter opiniones, & qui ei adhærebit numquam errabit, num. 59.

60 Iudex ex aliqua iusta causa potest induci ad credẽdũ testibus singularibus, sicut etiã induci potest ad non credendum in casibus, in quibus ipsi probant.

61 Testes singulares probant quando sunt valde digni, & deponunt verisimilia.

62 Testes singulares probant, quando ratio cõcordiæ testium singulariũ est eadem veritas.

63 Testes singulares probãt, quando cũ eis concurrunt aliæ coniecturæ.

64 Testes in dubio præsumũtur cõtestes licèt ipsi se non inuicem allegent, cum possint esse contestes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

65 *Verba enunciatiua quãdo adsunt dispositiua, bene probant, quia ipsa stant de per se cum emanent principaliter propter se.*

66 *Verba enũciatiua probant quãdo sunt necessaria ad actũ, de quo agitur, & eius validitatem quoad illum actum.*

67 *Verba enunciatiua inducunt dispositionem, quando illud enunciatum eam important, & proferuntur ab eo, qui disponere potest.*

68 *Testes omni exceptione maiores non requirantur quando agitur de fœdere matrimonij, & sic de eo contrahendo, vel probando, quinimo etiam fœminæ, & consanguinei admittuntur seruatis seruandis.*

Et in numero 69. vbi refertur liter. l. 16. tit. 9 partita 4.

70 *Testes inhabiles, qui iure aliàs repelli possunt à testificando, non admittuntur in causa matrimoniali, prout sunt infames, periurij, inimici, excommunicati, & similes: & quomodo hoc intelligatur?*

71 *Testes inhabiles regulariter ad testificandum non admittuntur.*

72 *Testes inhabiles, quod in causa matrimoniali admittantur, nullus opinatur, nisi quando fit matrimoniam coram parocho, & testibus, vel sponsalia in instrumento publico, & quid quando agitur de probando matrimonio clandestino.*

73 *Quicunque testes habentes vsum rationis sufficiunt ad matrimonij valorem, nec desideratur, quod habeant qualitates à iure requisitas, quare admittuntur, licet sint infames, excommunicati, parentes, consanguinei, serui, familiares, fœminæ, imo & infideles, ex rationibus in numeris sequentibus adductis.*

74 *Testes instrumentarij appositi in instrumento ex communi contrahentium consensu, quamuis aliàs sint illegitimi, & inhabiles faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur.*

75 *Testes vocati, & rogati à partibus, vt interfint actui generaliter fidem faciunt, quod procedit non solum in testibus instrumentarijs, & sic in instrumento publico appositis, sed etiam in adhibitis in priuata scriptura non negata, & hoc multo magis procedit in testibus subscriptis tam in publica, quam in priuata scriptura, vt in numero 76.*

77 *Testes in matrimonio adhibentur communt consensu contrahentium, ergo sufficiunt quicumque præsertim cũ in libro parochi describendum sit matrimonium cum nominibus testium, vt præcipitur in Sacro Concilio Tridentino.*

78 *Testes omni exceptione maiores admittuntur, etiam quando agitur de dissolutione matrimonij, & separatione coniugum sed imo, & tunc parentes & cõsanguinei vtriusque sexus sunt testes idonei, & sufficientes ad hoc, imo & meliores sunt.*

79 *Matrimoniali in causa parentum testimonium accipitur ad fauorem filiorũ & refertur ad hoc litera. l. 15. tit. 9 partita 4.*

80 *Thomas Sanchez opinio dum indistincte & generaliter dixit ad probandum impedimentum debere esse testes non tantum idoneos, sed omni exceptione maiores, idest, quibus nihil opponi possit, improbatur.*

81 *Iudicis arbitrio relinquitur quanta fides sit adhibenda testibus in causis matrimonialibus, consideratis his de quibus hic.*

82 *Concordia Mascardi reijcitur super eo articulo, an testes in causa matrimoniali debeãt esse omni exceptione maiores, necne?*

83 *Cap. primo, de consanguin. & affinit. circa qualitatem testiũ in causa matrimoniali interesse debentium intellectus.*

84 *Testes debere esse omni exceptione maiores quomodo intelligatur.*

85 *Cap. in literis de testibus intellectus.*

86 *Testes consanguinei, vel affines admittuntur, etiam quando agitur de dissoluendo matrimonio contracto per procuratorem, non solum ratione consanguinitatis, & affinitatis, sed etiã cuiuscumque alij impedimẽti, prout est dissensus, & in numero 87. & 90.*

88 *Testes familiares admittuntur, quando agitur deprobando aliquo negotio, in quo familiares verisimiliter habent maiorem notitiam, quam alij.*

89 *Testes fama, & conuersatione præclari deponentes de dissensu matrimonij bene probant.*

91 *Personæ maiores, & negotia maiora veniunt in mandatis procuratorum, & in cõtractibus, & alijs rebus, licet nominentur minores, vel minora.*

94 *Testis valde amicus admittendus videtur.*

95 *Testes domestici bonæ famæ, & opinionis faciunt fidem, etiamsi agatur de dirimendo matrimonio occulto, vel publico.*

96 *Matrimonium clandestinum nocte occulte celebratum, an probetur testibus domesticis in præiudicium matrimonij publici, & solemnis postea celebrati?*

97 *Testes inhabiles an in causa matrimoniali admittantur cum alio habili?*

Item an numerus testium suppleat defectum?

98 *Aetas nec alia qualitas desideratur in procuratore ad matrimonium celebrandum, præter eam, quam ius naturale exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum rationis vsum.*

99 *Testes ad matrimonium nõ requiritur, quod sint rogati.*

100 *Parochus, & testes non est opus ad valorem matrimonij celebrati per procuratorem, quod videant literas, in quibus continetur potestas procuratoris, sed tantum quod mandatum sit sufficiens, & quod exprimatur coram eis consensus de præsenti.*

101 *Contrahentes per procuratorem optime facient si postmodum ipsimet iterum matrimonium ineant ad tollendos scrupulos.*

CAPITVLVM XLIIII.

Tertius Articulus principalis circa casum in praxi contingenti inter duos magnates, an in eo sufficienter fuerit probatus dissensus ad reuocationem mandati prius dati de contrahendo matrimonio cum altera: ita vt secundum matrimonium tenuerit, non vero primum, vel è contra?

GRAVIS profecto res hæc est, in qua speciali auxilio, fauore, ac gratia Dei opus est, illuminet igitur omni potens Deus corda iudicum, viamque veritatis aperiat, vt eo duce iuste decernant, & causam definiant, & vt difficultas huius causæ, veritasque magis eluceſcat.

1 Pars negatiua. Primo probatur in fauorem primi matrimonij: quia hic constat de primo matrimonio solenniter in facie Ecclesiæ celebrato in forma à iure permissa, nempe per procuratorem habẽtem ad hoc speciale mandatum iuxta eam, de qua in cap. fin. de procurat. lib. 6. neque ostenditur vlla reuocatio expressa præd. mandati ante celebrationem præd. matrimonij facta, sed postea: ergo pro primo matrimonio iudicandum est, etiamsi non interceſſerit copula carnalis: quia matrimonium ratum ante copulam perfectũ quidem est, quoad vinculum, sanctumque ex Sanctitate Sacramentum, vt fuit inter Beatissimam Virginem MARIAM, & Ioseph. cap. beata coniux: cap. omne 27. quæstione 2.

Secundo, quia dissensus contrarius, ex quo tacita reuocatio mandati præterditur, non est sufficienter probatus, vt patet, quia omnes testes videntur singulares si recte inspiciantur, vnde matrimonium solenne præcedens probatum instrumento publico, & mille (vt ita dicam) testibus cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

testibus, alijs testibus singularibus de diſsẽſu deponentibus infringi non debet.

2 Teſtes namque ſingulares regulariter fidem non faciunt, tex. in ca. nihilominus, & ibi gloſ. 3. q. 9. & in c. tam literis, de teſtib. & ibi gloſ. verbo ſoli: ca. licet cauſam de probat. c. bonæ de, elect. Ant. de Butr. in c. veniens, columna vltim. de teſtib Aymon Crauet. conſil. 41. nu. 1. eſtque receptiſsima, & indubitata omnium opinio, & communis allegatio in iudicijs.

3 Et mille teſtes ſingulares tantum probant, quantum vnus Bald. in l. iusiurand. col. 2. C. de teſtib. Petr. Surd. conſil. 12. numero 5. lib. 1. ſequitur plures referẽs Ant. Gabriel. late declarans, & limitans lib. 1. de teſtib. concluſ. 2. per totam, & inquit Menoch conſil. 98. num. 12. lib. 1. hoc eſſe diuina lege ſtatutũ etiam in ciuili negotio, Deuter. c. 19. credere enim dicto vnius teſtis ſingularis eſt contra ius diuinum, & humanum, vt cum Bald. affirmat Roland. à Valle conſil. 95. nu 20. volumine 4. ſequitur Petrus Surd vbi ſupra, num. 6.

4 Et ex diuerſitate loci, & temporis teſtes redduntur ſingulares Bald. conſil. 39. columna 2. volumine 3. Paul. de Caſtr. conſil. 155. in fin. volumine 2. Alex. conſil. 116. volumine 1. Aymon Crauet. cõſil. 9 nu. 17. quos refert, & ſequitur Petrus Surd. vbi ſupra, nu. 7. vbi etiam, quod teſtes deponentes de verbis prolatis diuerſo tempore, & in diuerſo loco videntur etiam de diuerſo facto atteſtari: diximus late lib. 3. pract. quæſt. 12. num. 4 & 5.

Quinimo, hoc procedit etiam, quãdo teſtes ſingulares tendunt ad eundem finẽ, etiamſi deponant in genere ſuper eodem facto principali ſecundum cõmunẽ opin. quam adducunt plures citantes Ant. Gabriel d. concluſ. 2. de teſtib. lib. 1. num. 24. & 41. & Maſcard. concluſ. 856. num. 3. cum ſequentibus, & Iul. Clar. in practic. crimin. §. fi. q. 53. verſic. quid ſi agatur, vbi quod hãc dicit communem Menchac. prima parte de teſtam. §. 1. num 4. & eſt verior, & magis communis, vt ex Alex. refert Matthæus Gabriel lib. 18. commun. opin. verſ. teſtes ſingulares, in 1. tom. commun. opin. pag. 374. in principio, in antiquis: eandem refert eſſe magis communẽ, & veriorem ex Menchac. Hyppolit. Riminald. Iunior conſil. 7. nu. 26. volumine 1. hanc probat late Simanc. de inſtit. Cathol. cap 64. nu. 61. cum pluribus ſequentibus, loquens in hæreſi probanda tam in ſpecie, quam in genere, dicẽs nu. 69. quod contraria opinio periculoſa eſt, & omnino falſa, & quod ideo à pleriſque Iuriſperitis eſt expioſa, & electa, & num. 66. & 67. duos caſus excipit, idemque generaliter probat in cæteris rebus, nempe vt ad probandum aliquid in genere non ſufficiant teſtes ſingulares: idem in hæreſi ſentire videtur D. Cantera in 5. quæſtione crimin. num. 5. pag. 346. col. 2. Tiber. Decian. primo tom. lib. de probat. c. 35. nu. 5. & 6. fol. 267. Ergo probatio generalis diſſenſus non eſt concludens, niſi deſcendatur ad actus particulares eius, & hi neceſſario probari debent teſtibus conteſtibus iuxta communem concordiam, & diſtinctionem Doctorum, de qua infra in materia teſtium ſingularium.

6 Tertio, quia negari non poteſt, niſi, quod in dubio pronunciãdum eſt pro matrimonio c. fin. & ibi DD. de ſentẽti. & reiud. & ſic pro primo, & non pro ſecundo in præiudicium primi præſumendum eſt, & in materia matrimoniali in dubio, quod certius eſt tenere debemus, ca. iuuenis de ſponſal. & ſic tutius eſt in dubio credere valorem matrimonij, Nauar. conſil. 23. numero 1. de ſponſal. in 1. editione.

Quarto, quia nõ eſt deductũ nec probatũ in proceſſu quod cõſtituẽs procuratorẽ ad contrahendum præd. matrim. proteſtatus fuiſſet diſſenſum, & pœnitẽtiam prioris cõſenſus corã teſtibus, vt requiri vi debatur; ſed eius probatio tota videtur eſſe potius de verbis enunciatiuis propter aliud emiſsis.

7 Quæ nõ inducũt diſpoſitionẽ, quãdo contingit principaliter dubitari de eo, quod enũciatur, vt nũc dubitatur iuxta doctr. Ant. de Butr. in ca. illud de præſumpt. quem refert, & ſequitur Alex. conſil. 211. n. 4. & ibi eius Additio. & conſil. 136. col. 6. nu. 11. volu. 1. & iterũ conſil. 202. col. 2. nu. 3. volu. 2. ſic limitans l. optimam C. de contrah. & committ. ſtipul. Felin. in cap. per tuas numero 12. de prob. Dec. in auth. ſi quis in aliquo documento, numero 37. C. de edend. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol.

polit. 83. numẽro 1. Petrus Surd. plures allegans conſil. 5. numero 6. volumine primo.

8 Verba enim enunciatiua dicuntur illa, quæ continent præambulum, vel proœmium, in quibus non conſiſtit volũtas, ſeù per ſe non ſtant, ſed in aliud tranſeunt, & non eſt verbum principale orationis, ita Bald. in l. 1. num. 9. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. quem ſequitur Alex. conſil. 82. num. 22. volumine 3. & alios citans Aymõ Crauet. de antiquit. temp. 1. parte, c. 3. nu. 17. & 54 ſecus tamen eſt, ſi verba diſpoſitiua adſint quia ipſa ſtant per ſe, cum emanẽt principaliter propter ſe ſecund. Bald. vbi ſupra, & ſentit quoque Matth. de Afflict. vbi ſupra.

Quinto, & præcipue, quia omnes teſtes deponentes in hac cauſa de diſſenſu conſtituentis procuratorẽ ad contrahendum primũ matrimonium patiuntur defectus, & repulſas, quibus nõ ſunt omni exceptione maiores, & ideo non faciunt fidem in hac cauſa matrimoniali.

9 In cauſa nãque huiuſmodi matrimoniali requiruntur teſtes omni exceptione maiores tx. eſt expreſſus in c. 1. & ibi gloſ. verb. maiores, de conſang. & affinit. vbi Ant. de Butrio in 8. notabil. Abb. nu. 5. verſic. item nota, Præpoſ. in 9. & penultim. notab. tex. & ibi gloſ. fin. in c. in literis de teſtib. refert plurimos huius opin. Authores Ant. Gabriel. lib. 1. de teſtib. concluſione 8. n. 1. eandẽ opin ſequũtur plures allegati per Maſcard de probat. 2. tom. cõcluſione 1022. n. 4. vbi quod iſtud vna mente omnes conſulentes ſenſerunt, & nu. 10. in fin. quod eſt magis cõmunis, & refert plurimos idem Maſcard. in 3. tom. concluſ. 1361. 6. nu. & nonnullos D. Couar. in 4. de ſponſal. 2. parte, c. 8. §. 12. nu 7. & Ioan. Vincent. Honded. conſil. 77. nu. 42. & ante eos Thom. Grammat. conſil. criminal. 26. nu. 48. vbi addit non ſufficere, quod aliàs ſint idonei, & inſuper quod teſtes in cauſa matrimoniali deponentes requirun tur eſſe probatæ vitæ, & optimæ opin. & fidelis conuerſationis, & quod non ſit veriſimile ipſos deierari ex aliquo reſpectu, ſeu cauſa, & ſic quod in effectu ſint omni exceptione maiores: & numero 50. inquit, quod debent teſtes producendi in cauſa matrimoniali eſſe præclaræ famæ, & conuerſationis, vt in cap. inſuper qui matrim. accuſ. poſ. & ibi Præpoſ. & pluribus modis, & omnes DD. vno ore conſentiunt, vt inquit Ant. Cuchus in loco ſtatim citando numero 164. vbi numero 165. monet hoc eſſe adeo obſeruandũ, vt in primis probari debeat teſtes in cauſa matrimoniali productos fuiſſe, & eſſe omni exceptione maiores. Hanc partem cõprobat, licèt eam non ſequatur, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputatione 41. numero 4. & expedire, vt in cauſa matrimoniali adhibeantur teſtes omni exceptione maiores, quia ſi poſtea in dubium verteretur coram iudice, an matrim. ſit contractum, paulo maiorem fidẽ adhibendam exiſtimat, & fatetur hoc expedire, vt ceſſet omnis quæſtio Thom. Sãchez vbi ſupra num. 6.

Et præfata communis ſententia præcipue procedit, quando agitur de matrimonio infringendo, & diſſoluendo, veluti in ſpecie noſtra contingit; vt in dictis iuribus, & ibi omnes, & etiam præcitati, præcipue Anton. Gabriel numero 3. allegans plures hoc nũcupatim tenentes, eſtque magis communis opinio ſecundum Maſcard. vbi ſupra, numero 10. & concluſione 1019. numero 10. vbi admonet ab ea non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, & ſecundum Farin. de oppoſitione contra teſt. quæſtione 62. limitatione 6. numero 106. & numero 107. quam etiam probat numero 15. & Carol. Ruyn. conſilio 149. numero 32. & conſilio 150. numero 16. volumine 5. vbi in fortiori caſu loquitur, nempe in probando matrimonio clandeſtino præcedenti in præiudicium alterius ſecundi matrimonij publice in facie Eccleſiæ celebrati, nẽpe, vt tunc requirantur teſtes omni exceptione maiores per d. cap. 1. ergo à fortiori huiuſmodi teſtes requirentur in fauorem ſecundi matrimonij ad diſſoluendum prius publicum, & ſolenne, vt in præmiſſa ſpecie contingit: & in terminis teſtium deponentium de metu ad infringendum matrimonium ſponte, & publice contractum tenet ex prædict. iuribus Ioan. Baptiſta Ferret. conſil. 140. numero 104.

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 Et ille dicitur testis omni exceptione maior, qui nulla exceptione repelli potest, ita Bernard. in d. cap. 1. verbo maiores, de consang. & affinit. glossa etiam in cap. at si clerici in princip. de iudic. & in c. 1. de testib. & in §. item verborum de inutil. stipul. quas cõmendat Præpos. in d. ca. 1. columna 2. & dixit esse mirabiles Barbat. in rubrica de probat. num. 29. & singulares Ias. in addit. ad Portium in d. §. item verborum, & eas sequitur Couar. vbi supra, est communis secundũ Mascard. alios allegantem vbi supra, num. 5. in 1. loco: & in 2. loco num. 6.

11 Hinc est, non esse testem omni exceptione maiorem, seu omni suspitione carentem, eum cuius fides non tantum ex obiectione perimitur, sed & diminuitur, cuius opinio in discrimẽ, & magnã dubitationem reuocatur, iuxta tex. in c. licet causam de probat. vbi in causa ardua non admittitur testis, qui ex aliqua parte diluitur, quem tex. dicit singularem Bald. in ca. ad nostram, columna 1. eodem tit. ad idem l. optimam C. de contrah. & commit. stipul probat late alios citans D. Couar. vbi supra, num. 8.

12 Quinimo ista qualitas, quod testis sit maior omni exceptione debet deduci, & probari, & cauti debent esse in hoc Aduocati, quia cũ ista qualitas non præsumatur, nisi probetur, nihil releuabunt testes examinati, vt tenent plures Authores congesti per Mascard. conclusione 361. nu. 7. & 13 in concluſ. incip. qualitas, quæ est 1249. numero 13. cũ sequentibus; vbi nu. 18. quod licet qualitas idoneitatis, & bonæ famę debeant præsumi, & sic quod quis sit dignus, vt per ipsum concluſ. 222. & 223. volumine 1. & concluſ. 878. & 1006. volu. 2 nihilominus quãdo sumus in statuto seu dispositione exigenti aliquam ex his qualitatibus, seu similibus, non sufficit præsumptio etiam, quæ inest à natura, sed debet testis qualitas probari, ibique refert plures ita tenentes, & esse cõmunem affirmat, & numeris sequẽtibus, eã sequitur & Honded. d. cõsil. 77. nu. 5. & 22 cũ sequentibus, præcipue nu. 26. vbi resoluit, quod licèt de iure testis regulariter idoneus præsumitur, nisi contrariũ probetur, & ita quis non tenetur probare idoneitatẽ testiũ, quæ de iure præsumitur, etiã in casu, quo lex testes idoneos requirit, vt in casu d. cap. cum esses de testamentis, vt tenent plures, quos ad hoc ibi allegat. Attamẽ, quando lex exigit testes non simpliciter idoneos, sed idoneitatem in supremo gradu, tunc non sufficit allegare idoneitatem ordinariam resultatem ex iuris præsumptione, sed debet probari, quod quis sit idoneus in superlatiuo gradu, ita concordans supradictas opin. sed in nostra specie, & causa matrimoniali requiruntur testes non simpliciter idonei, sed omni exceptione maiores ad infringẽdum matrimoniũ, vt vidimus: ergo qualitas hæc necessario deducenda erat, & probãda, vt tenet Ant. Cuchus vbi supra in his proprijs terminis; quo fit quod testes producti in hac causa, qui repulsam patiũtur, quamuis eorum authoritas, & personæ sint cõprobatæ pluribus alijs testibus, nihilominus nõ sunt maiores omni exceptione, nec fidem integrã facient ad infringendum primum matrimoniũ: quia ex approbatione præd. hoc est *pro el abono de sus personas*, non auferuntur repulsæ, & obiectiones eorũ; nempe quod sint consanguinei, vel affines intra quartum gradum, vel familiares, &c. & tunc proderit præd. comprobatio, quando testes repulsam non patiuntur, siquidem in causa matrimoniali quamuis testes repulsis careat, debet probari, quod sunt maiores omni exceptione iuxta supra dicta.

Quoad repulsam autem consanguinitatis, & affinitatis, quam patiuntur plures testes ex productis ab eo magnate, qui stat contra primum matrim. & instat pro secundo, clarum est in iure, quod nõ sunt maiores omni exceptione, quia obstat eis exceptio cõsanguinitatis, & affinitatis: c. 2. & cap. accusatores 3. q. 5. tradit late post alios Ant. Gabriel lib. 1. de testib. conclusione 13. per totam, in priori impressione; vbi nu. 11. plures allegãs, inquit, quod conjunctus nõ est omni exceptione maior: & licèt ibidẽ n. 11. dicat, q̃ pro matrim. & cõtra matrimonium cõsanguinei sunt testes idonei, statim se refert ad aliã suã cõclus. præcedentem, quæ est 9. quando parentes, & consanguinei dicãtur testes idonei ad probãdũ matrimoniũ, & n. 32. cũ Ruyno consil. 150. num. 16. versic. nec obest, volu-

volu nine 5. tenet, quod quando agitur de infringendo alio matrimonio non admittitur probatio parentum, & cõsanguineorum: quod patet, quia ita præcipitur in d. c. 1. de consang. & affinit. & in d. c. in literis de testib. cum simil. & est magis cõmunis sententia, vt supra docuimus: quinimo idem Gabriel, d. conclusione 9. numero 31. tenet, quod etiam probata qualitate parentum & consanguineorum non probabunt matrimonium, nẽdum stante paritate, sed nec etiam stante disparitate: ergo à fortiori non probabunt, quãdo agitur de infringendo matrimoniũ, & inquit Ferret. consil. 281. numero 12. in causa matrimoniali non esse admittendos præd. testes.

14 Præterea, & vlterius multo minus videntur admittendi alij testes, qui sunt consanguinei infra quartum gradũ vxoris secundi matrimonij dicti magnatis, siquidẽ ab eo est carnaliter cognita tamquam eius vxor, & testimonium parentum, vel coniunctorum non recipitur in causa matrimoniali, quãdo probatur, quod mulier carnaliter fuit cognita, quia tunc agitur de iniuria totius familiæ: ita Decius consil. 133. nu. 4. in versic. tertio considerandum, & consil. 310. versic. & hoc maximè, Pariſ. consil. 58. num. 15. volumine 4. & consil. 59. num. 25. vers. & idem voluit, volumine 4. Alciat. de præsumpt. 1. regul. in 2. præsumptione n. 4. vbi quod ita obtinuit, quos refert Ant. Gabr. d. conclusione 9. nu. 22. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centuria 2. casu. 102. nu. 9. & sequitur plures citans Mascard. d. conclusione 1022. nu. 27. idẽ est, quãdo aliàs remaneret infamata, licet nõ probetur carnaliter cognitam fuisse, vt ex alijs docet Gabriel d. concluſ. 9. nu. 23. & Thom. Grãmatic. cõsil. criminal. 26. n. 44. & 45. sed sic est, quod si dictũ secũdũ matrimoniũ non valeret, secunda vxor, & eius familia illustrissima remaneret infamata: ergo ipsius parẽtes, & cõsanguinei qui nimis hoc matrim. affectant tã quã partes quorum maxime interest, non sunt admittẽdi in testes, neq; eis plena, & integra fides adhibenda est contra primũ matrimoniũ solemne, vt cum alijs probat Ant. Gabriel d. conclusione 9 num. 26.

15 Frater deinde stantis pro secundo matrimonio proculdubio quando deponit pro fratre in causa matrimoniali nõ facit fidem, nisi pro valore matrimonij, vt late per Ant. Gabr. vbi supra concluſ. 14. per totã, & præcipue nu. 33. non vero quãdo deponit cõtra matrimoniũ, per omnia supradicta, & in terminis docet Carol. Ruy. d consil. 150. n. 16. in princip. volumine 5. præcipue si cohabitet cũ fratre pro quo deponit, vt plures allegans tenet Ant. Gabr. ibi n. 18 quinimo coniuncti cohabitantes cum illo, vel cũ illa pro quo, vel qua deponunt non recipiuntur ad testimonium in causa matrimoniali, vt tenent citati per Ant. Gabriel. d. concluſ. 10. nu. 25. & Tho. Grammat. d. consil. crimin 26. num. 44.

16 Insuper alij testes producti in fauorẽ secundi matrimonij fuerunt eius mediatores, & proxenetę, vt ita dicam, illudq; depacti sunt ad instantiã eiusdem magnatis, qui pro eo secũdo matrim. stat, vt constat ex actis causæ: sed sic est, quod de iure huiusmodi testes in causis criminalibus, & ciuilibus, quãdo ex eo aliquod emolumentum consequuntur, non sunt idonei testes ob præsumptã affectionẽ causæ, vt per ficiatur, quod ipsi tractauere, vt in cap. 1. de testib. lib. 6. & ibi glos. & DD. & in terminis causæ matrimonialis ita tenet consil. matrimon. 61. nu. 13. in 1. tom. Ioan. Baptista Ferret. consil. 296. num. 9. & quod proxeneta pro matrimonio non sit omnino integer testis (multo minus contra id) tenet Ant. Gabriel lib. 1. de testib. conclusione 20. nu. 11. in priore editione, qui in princip. illius regulæ late probat generaliter cum magis communi opinione, quod proxeneta non potest altera parte inuita testificari: idem testatur Matth. Gribald. lib. 18 commun. opin. in materia testium, vers. proxeneta, vel mediator, & de communi testatur etiã Ferret. vbi supra, d. numero 9. & quod proxeneta à testimonio repellatur Mascard. de probat. 3. tom. conclusione 1233. numero 4. vbi num. 5. cum Crauet. consil. 86. num. 4. & Socin. Ien. consil. 89 num. 18. volumine 1. quod omnes, qui habẽt præsumptã affectionem ad causã à testimonio repellũtur, idẽ loquẽs in proxeneta probat idẽ Mascard. cõclus. 1358. nu. 36. & Ioan. Vincent. consil. 52. n. 10. cũ cõmuni, volu. 1. & n. 11. cũ plurib⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

Authoribus ampliant, vt procedat etiam si proxeneta præmium non sit consequutus; tametsi sint nonnulli Authores tenentes, quod proxeneta, licet alias non sit testis omni exceptione maior, tamē pro matrimonio censetur idoneus testis, quos refert idem Mascard. conclusione 1022. numero 20. sed numero 21. allegat in contrarium, & sic pro primo Barbatium, & remittit se ad dicta in conclusione proxeneta, quæ tamen nulla est, quæ ab hoc verbo incipiat, sed agit de hoc cōclusione 1233. & 1358. vbi tenet, quod prædiximus in fauorem huius partis, & quod proxeneta testis esse non posit in negotio, in quo fuit mediator, tenent plures glossæ, & est magis communis sententia secundū Farinat. de oppositione contra testes, quæstione 60. numero 406. vbi quamplurimos DD. eam tenentes congerit, & numeris sequentibus eam quinque modis ampliat. 19

17 Possunt tamen hæ opiniones contrariæ conciliari, vt per Anton. Gabriel. Ferretum, & Farinat. vbi supra, numero 414. vbi alios allegat: nempe, quod proxeneta, & mediator in causa matrimoniali non sit testis omnino integer, sed quod sit in consideratione iudicis, quanta sit ei fides adhibenda, inspecta qualitate causæ, & personarum, & in causa matrimon. loquens Farinat. vbi supra, numero 444. At hæc omnia inducunt in præsenti causa, vt præd. testibus integra fides non adhibeatur contra prius matrimonium ex nimia affectione, ad secundum igitur nō sunt integri testes in proposito.

18 Alij testes producti ad probandum dissensum mandati, sunt familiares, & domestici constituentis procuratorem ad primum matrimonium celebrandum tempore depositionis, & multo ante; ergo nō sunt testes integri, nec maiores omni exceptione, vt in cap. in literis de testib. & in cap. 1. 2. & 4. & in cap. accusatores, tertia, quæstione 5. & in cap. 1. §. testes quos, & in §. etiam Ciuili, quarta, quæstione 3. & in cap. 1 §. 1. 14. quæstione 2. l. etiā, C. de testib. & latissime per Ant. Gabriel. lib. 1. commun. opin. de testib. conclusione 10. per totam, in priori editione, Mascar. de probat. conclusione 1358. numero 46. & hæc conclusio sine dubio ab omnibus, & passim recepta est, non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, secundum Farinat. de oppos. contra test. quæstione 55. numero 1. cū sequentibus, tom. 2. & testis domesticus nedum nō probat, sed neque facit indicium aliquod, nec præsumptionem secund. Bald. in l. in testimonium in apostil. ff. de testib. vbi allegat ad hoc Speculat. & probatur in d. § testes, ibi, interrogari non potuit, & voluit etiam Abb. in d. cap. in literis, de testib. sequitur Thom. Grammatic. d. consil. criminal. 26. numero 33. vbi num. 34. quod testes domestici regulariter in causa criminali repelluntur, & hoc est verius, vt plures allegans contra alios affirmat Farinat. vbi supra numero 88. & 132. nempe, vt non faciat testis domesticus examinatus parte opponente indicium, neque præsumptionem.

Itē alius testis est intimus amicus eum producentis ex pluribus, & ingentibus beneficijs in eum collatis, & in eius filios: at verò testis multum amicus partis non est omni exceptione maior, vt cum Bart. in repet. l. admonendi, numero 37. ff. de iure iurand. tenet Alexand. consil. 13. incip. ex his, quæ in themate, columna penult. in versic. item non est integer testis, volumine 1. & loquens in causa matrimoniali idē tenet consil. matrim. 70. numero 16. volumine 1. & consil. 35. numero 12. & consil. 48. numero 11. & 18. eodem volumine. Et regulariter, quod maxima, & vehemēs amicitia minuat fidem testis, est communis opinio secundum Ant. Gabriel. lib. 1. de testib. conclusione 11. numero 4. cū sequent. in 1. editione, & late eam probat Rebuffus de reprobatione, & saluatione testium numero 39. cum sequent. & hæc est communis sententia Doctorum, vt plurimos citans affirmat Farinat. vbi supra, de oppos. contra test. quæstione 55. numero 236. quamuis ipse ibidē numero 242. dicat veram, & practicatam apud se, hoc est, Italos, esse opin. quod testes amici indistinctè ad testificandum admittantur, nec vnquam repellantur, siue amicitia sit leuis, siue magna: admissi autem non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, quia illis de fide diminuitur modo plus, & modo minus, iuxta qualitatem amicitiæ arbitrio iudicis.

20 Neque contra hoc quintū fundamētū huius partis oberit, quod testes, qui alias sunt inhabiles admittūtur in ijs, quæ sunt difficilis probationis, & sic in subsidium, vt sunt ea, quæ communiter occulte fieri consueuerunt, vt adulterium, furtum, & huiuscemodi, in quibus, vt plurimum nulli testes interuenire solent, nisi fortasse mulieres, & domestici, l consensu §. super plagijs, C. de repud. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit. cap. veniens, *el segundo*, & ibi notant omnes de testib. ita plures allegans Mascard. de probat. 3. tom. conclusione 1360. numero 1. cum sequentibus. 22

Quando enim veritas aliter haberi nō potest, testes alias minus idonei fidem faciunt, vt in d. cap. veniens, *el segundo*, in fine de testib. & ibi glossa final. & in cap. cū dilecti, versic. & si tres, & ibi glos. d. verb. & si tres, de electione, & in cap. final. de testib. cogendis, glos. 2. in verb. iurare. cap. tertio loco deprob. refert, & sequitur plures allegans Anton. Gabriel vbi supra conclusione 7. numero 1. Ant. Gomez 3. tomo C. de probatione delict. numero 21. vbi exemplificat in his quæ fiunt nocte cāpo, & eremo, & communiter recepta est hæc sententia à Doctoribus, vt plures referens testatur Farinat. vbi supra, de oppos. contra testes, quæstione 62. limitatione 1. numero 28. & 29. cum sequentibus, vbi, quomodo intelligenda sit, & in sequētibus limitationibus, vbi latissime præd. cōmunem sententiam, de qua opposuimus nunc, declarat. 23

21 Similiter domestici testes recipiuntur ad probandum ea, quæ domi facta dicuntur, vt in l. consensu, §. Præterea, C. de repud. & ibi Bald. tex. in d. cap. veniens in fine, de testib. Aret. cōsil. 13. sequitur plures congerens Ant. Gabriel vbi supra, conclusione 10. numero 33. & Vincent. Honded. d. consil. 15. num. 20. volumine 1. vbi numero præcedent. quod frater etiā cum fratre cohabitans est idoneus testis in casibus, in quibus magis per eos veritas sciri potest, & regulariter extraneis non solent innotescere secundum Bald. in l. si parentes numero 6. C. de testib. & Aretin. d. consil. 13. columna penultim. vers. primo, quod illa iura est communis, vt plures allegans affirmat Farinat. de oppos. contra testes, quæstione 62. limitatione 3. numero 50. cum sequentibus, vbi eam ampliat, & limitat pluribus modis, & prius quæstione 55. numero 35. vbi loquitur, quando aliter veritas haberi non potest. 24

Quinimo in ijs, quæ domi fiunt, magis creditur domesticis, quam alijs, Bart. in l. quoties. 11. C. de naufrag. lib 11. Anto. Gabriel d. cōclusione 10. numero 38. vbi numero 43. requirit hoc casu, quod testes sint honestæ, & probatæ vitæ, quia si sunt huiusmodi, non solum domestici, vt diximus, & late Gabriel vbi supra, numero 19. & 20. sed etiam consanguinei probant, vt per Ant. Gabriel. vbi supra, conclusione 13. numero 3. & loquens in vtrisque Mascard. vbi supra, numero 18. & in d. conclusione 1022. num. 28. & conclusione 400. num. 5.

Addens numero 6. cum Felin. quod familiares Episcopi, vel Principis admittuntur in testes pro dominis suis, si sint personæ valde honestæ, & allegat alios plures idem tenēres, & numero 7. & 8. id ex alijs comprobat, & in familiaribus Episcopi, vel Abbatis Ant. Gabriel cum alijs, d. conclusione 10. numero 20. in quibus hæc est communis sententia, vt plures allegans affirmat Farinat. vbi supra, quæstione 55. numero 127. sed in casu præsenti, alij testes, quā prædicti ex natura negotij, quod occulte agebatur ob timorem reuerentialem patrui haberi, nec interesse poterant, ergo fidem faciunt.

Præsertim, quia testes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habili, ita Bald. in l. si quis ex argentarijs, §. cogentur, in princip. ff. de edend. est communis, vt plures allegās testatur Ant. Gabriel vbi supra, conclusione 5. numero 1. & Mascard. d. conclusione 1360. numero 13. 25

Quod procedit etiam in duobus testibus examinatis, quorum vnus esset inhabilis, alius verò plusquam habilis, tunc namque fit inter eos compensatio, & vnius inhabilitas, ac defectus suppletur ex magna fide, & habilitate alterius, vt tradunt communiter DD. in d. §. cogentur per illum tex. in versic. quid enim, &c. vt plurimos allegans testatur esse ità cōmuniter à Doctori-

ctoribus receptum Farinat. de oppos. contra test. quæstione 62. limitatione 14. numero 328. vbi numero 344. quod testis supplens debet esse præstantissimæ fidei, & omni exceptione maior, & sic non sufficit eum esse ordinariæ fidei, secund. Aymon, & alios, quos citat.

Sed in præsenti causa cum famulis, & consanguineis concurrunt alij testes, qui non sunt huiusmodi: ergo omnes hi iuncti faciunt plenam fidem. Item numerus testium supplet defectum iuxta glossam in l. 3. §. 1. verbo numerus, ff. de testib. & ibi Iacobus Butricar. Ias. in auth. si verò, in versic. tertio facit, C. de Iudic. sequitur plures referens Ant. Gabr. vbi supra, conclusione 6. in princip. Mascard. vbi supra, num. 14.

26 Non, inquam, obstant supradicta, quia quantum ad primum respondemus procedere, quando ex natura rei, de qua agitur, probanda, veritas aliàs sciri nō potest, vt in crimine hæresis, conspirationis, & similium: secus verò, si ex accidenti nō possit per alios probari: ita plures citans declarat, & intelligit materiam hanc Anto. Gabriel d. lib. 1. de testib. conclusione 7. numero 5. vbi numero 6. sublimitat, & declarat, vt procedat, quando à communiter accidentibus alij testes haberi nō possunt, nec est necessarium, quod sit impossibile alios testes haberi secund. Zasium consil. 2. numero 60. volumine 2. Quinimo procedit quando sumus in ijs, in quibus nec habitu, nec actu ex communi cursu veritas haberi potest, vt sunt ea, quæ à communiter accidentibus occulte fieri consueuerunt, vt furtum, partus suppositus, simulatio cōtractus, simonia, adulterium, fraus, dolus, & huiusmodi, de quibus per Menoch. de arbitra. iudic. casu 116. secus erit in ijs, in quibus actu, & habitu plures testes interuenire potuerunt, tametsi actu non interuenerint, ita Ant. de Butr. consil. 24. incip. quæstio hæc dubia, & in cap. 3. loco de probat. Ias. in l. cunctos populos, numero 50. C. de Summa Trinit. & Fide Cathol. Carol. Ruyn. consil. 149. numero 33. & consil. 150. numero 18. volumine 5. Imo probandum est ab examinante, veritatem aliter haberi non posse, vt inquit Butrius d. consil. 24. & Thom. Grammat. d. consil. criminal. 26. numero 37. dicens, quod aliàs semper testes non integri sufficerent, quia pars allegaret id factum fuisse in domo, idem Grammatic. consil. crimin. 45. numero 11. refert plurimos Mascard. de probat. tertio tom. conclusione 1360. numero 8. & 9. vbi in fine quod ita sentiūt DD. qui de hac materia loquuntur, & numero 10. probat cum alijs pluribus, quod in casibus, in quibus alij testes inueniri potuerunt à communiter accidentibus, si nō interueniunt, non plene probant, sed faciunt aliqualem probationem, idem Mascard. d. conclusione 1360. numero 10. cū sequentibus, & supra dictam doctrinam sequitur plures allegans, & communē dicens contra Iulium Clarum Farinat. vbi supra, de oppos. contra testes, quæstione 62. numero 62. & 64. vbi etiam exemplificat in ijs, quæ sunt gesta in capitulo, & congregatione Canonicorum, in qua nōnisi Canonici interuenire solent, cap. tertio loco de probat. cum simil. Itē in gestis domi, l. consensus, §. Seruus, C. de repud. in quibus admittuntur testes inhabiles, secus in alijs, vt ibi per eum iuncto num. 50. ista tamen qualitas, scilicet, veritatem aliter haberi non posse, non præsumitur à iure, ideo per producentem est alleganda, articulanda, & probanda, vt prædiximus, & tenet præterea plurimos citās Farinat. d. quæstione 62. numero 57. vbi in fine præd. numeri, quod negari nō potest hāc opin. communiter à Doctoribus receptā esse: quam numero 50. limitat non procedere, quando notorium esset, veritatē aliter haberi non posse: tunc namque talis qualitas nec est articulanda, nec probanda, sed sufficit, quod allegetur, vt in terminis voluit Cephalus consil. 75. num. 46. lib. 1. iudicisque arbitrio remittitur, quando dicatur, notorium esse veritatem aliter haberi non posse, qui iudex inspecta qualitate personarum, negotij, loci, & temporis id optime arbitrabitur, l. si quando, C. vnde vi: l. 3. §. tu magis scire potest, ff. de testib. cum alijs adductis per Plotū de in litem iurand. §. 2. numero 8. vbi cū Socin. consil. 146. præstantissime per totum volumine 1. affirmat iudicem posse ex officio, & à seipso de huiusmodi qualitate se informare, quem referunt, & sequūtur Mas-

Mascard. de probat. lib. 3. conclusione 1403. numero 2. & 4. & Farinat. vbi supra, d. quæstione 62. numero 59. & 60. vbi vtrumque sequitur, & numero 61. inquit, quod per hanc limitationem nūquā vidit in practica seruatum, quod, scilicet, articuletur, & probetur, quod veritas aliter haberi non possit, semper enim iudex id arbitratur ex natura facti, loci, & personarum, vt prædictum est.

Sed sic est quod ad reuocandum dictū mandatum ad contrahendum matrimonium concessum, vel ad dissentiendum ab eo, poterant, imo solent à cōmuniter accidentibus alij testes, extranei scilicet, & omni exceptione maiores, inueniri, & coram fideli Notario, vel Tabellione, & eisdem testibus reuocari præfatum mandatum: ergo prædicti testes consanguinei, & domestici non faciunt integram fidem, quod si in specie nostra ob metum reuerentialem patrui magni oportuit reuocationē mandati vel dissensum occulte fieri, vel præstari, id ex accidenti contigit, non verò ex natura rei, præcipuè, cum occulte etiā potuerit corā Tabellione, & testibus amicis, vel domesticis rogatis reuocari præd. mandatum, prout idem constituens aliàs fecit: imputandum est igitur ei, cur hoc nō fecerit, cum quando agitur de matrimonio, soleant interuenire testes extranei, vt vltra supradicta tenent glossa, & DD. in cap. tertio loco, de probat. Alex. consil. 151. numero tertio, & consil. 152. numero 15. volumine 2. Ferret. consil. 364. numero 8. & Grammatic. d. consil. 26. num. 38. vbi loquitur in actum, ad quem quis deliberate, & ex proposito accedit, seù procedit.

27 Ad secundum, quod testes domestici recipiuntur ad probandum ea, quæ domi facta sunt. imo illis magis credi debet, quā alijs, dummodo sint honestæ, & probatæ vitæ, vt dicebamus: Respōdemus, hoc nō procedere, quādo agitur de matrimonio dissoluendo (vt hic) & interuenit culpa producentis, vt cum Aretin. in cap. in literis, vers. secundo dubitatur, de testib. & cū apostill. addecis. Coloran. 4. in vers. itē admittuntur, resoluit Ant. Gabriel d. conclusione 10. de testib. lib. 1. numero 44. vbi numero 46. limitat etiam cum Ruyno d. consil. 149. numero 35. volumine 5. in præiudicium præcedētis matrimonij, tūc namque testes familiares, & minus idonei non admittūtur, etiam quoad ea, quæ fuit occulte in domo, vt est tex. singularis loquēs in copula illicita, quæ ex sua natura, & communi cursu, actu, & habitu occultè cōmitti solet, in d. c. in literis de testib. vbi notant omnes dicentes, quod isto casu nō habent locum iura contraria: idem Anto. Gabriel de testib. conclusione 9. numero 32. dicens cum Ruyno consil. 150. numero 5. volumine 5. non admitti probationem parentū in causa matrimoniali, quando agitur de infringendo matrimonio, sequitur Thom. Grammatic. consil. crimin. 26. numero 37. & 38. allegans ad hoc Abb. & Felin. in d. cap. in literis, vbi dicunt esse ibi notabilem casum de hoc: & probatur hæc fallentia ex supradictis, dū resoluimus, quod quando agitur de dissolutione matrimonij testes debent esse omni exceptione maiores. Quæ sententia magis cōmuniter à Doctoribus recepta est, & ideo ab ea non est recedendum in iudicando, & cōsulendo, vt cum alijs affirmat Farinat. vbi supra, d. quæstione 62. numero 106. & 107. contra. Ios plures relatos per Ant. Gabriel d. conclusione 8. de testib. numero 3. versic. contrarium. & Mascard. conclusione 1019. numero 8. vbi numero 11. cum sequentibus, quod sine dubio tanto magis hoc procederet, quando pro matrimonio concurreret aliquod aliud adminiculum, vel præsumptio iuxta distinctionem de qua ibi per eum, quem sequitur Farinat. vbi supra, numero 10. Sed testes, de quibus agimus in hac lite, nō sunt maiores omni exceptione, sicut nec coniunctus, vt plurimos citans tenet Ant. Gabriel d. conclusione 13. numero 21. ergo &c.

28 Et quod quando producens testes inhabiles potuit adhibere testes habiles, & non adhibuit, non probent inhabiles, etiāsi factum sit de sui natura difficilis probationis, tenet etiam cum alijs Farinat. de oppositione contra testes d. quæstione 62. num. 30. & 66. & 72.

29 Præterea regula illa quod testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest (licet non conueniat in propo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propoſito, vt prædiximus) procedit tamẽ niſi teſtes patiantur plures defectus; quia tunc hi non admittuntur etiam in ſubſidiũ, vt cum alijs probat Gabriel cõcluſione 7. de teſtib. numero 10. & allegans plures Maſcard. de probat. 3. tom. concluſione 1360. numero 21. Honded. conſil. 106. numero 56. & 57. eſt communis, vt plures citans affirmat Farinat. d. quæſtione 62. num. 80.

Similiter, & ſi teſtes inhabiles admittantur in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt, non tamen ſunt integræ fidei, nec omni exceptione maiores, & propterea, non plenam, ſed qualẽqualẽ faciunt probationem, & indiciũ, vt cum veriori, & magis recepta ſententia affirmat cõtra alios DD. Farinat. vbi ſupra, de oppoſitione contra teſtes d. quæſtione 62. numero 68. 73. & 77. vbi in fine eam tam in iudicando quam in conſulendo omnino amplectendam credit tamquam veriorem, & etiam magis communiter receptam.

30 Non obeſt etiam, quod prædicebamus, teſtes inhabiles admitti, quando concurrunt cum alio habili: quia reſpõdemus, hoc non procedere in cauſa matrimoniali, in qua etiam numerus teſtium non ſupplet, idemque eſt in alia cauſa ciuili graui, vt expreſſe tenet Gabriel de teſtib. concluſione 5. numero 13. & concluſione 6. numero 6. cum Decio conſil. 133. Grammatic. d. conſil. 26. numero 51. & 52. Zaſi. conſil. 3. volumine 2. ſicut nec in cauſa criminali, vt per Gabriel. d. concluſione 6. numero 5. quæ omnia pluribus ad ſingula eorum allegatis tenet etiam Farinat. de oppoſitione contra teſtes d. quæſtione 62. numero 311. cum quatuor ſequentibus: quod præmaxime procedere videtur in noſtro caſu, in quo agitur de infringendo matrimonio prædicto, cum tunc exigantur teſtes omni exceptione maiores, vt prædiximus, imo etiã, quod ſint plures conſanguinei, adhuc eis minor fides adhibenda eſt, propterea quod coniunctus nõ ſit omni exceptione maior, vt probat cũ alijs Gabriel d. concluſione 13. numero 20. & 21. & inquit Carol. Ruyn. d. conſil. 149. numero 37. volumine 5. quod cõtrarium procedit in cauſis ciuilibus nõ arduis, ſed in cauſis criminalibus, & ciuilibus arduis, numerus non ſupplet defectum, præcipue, quando agitur de matrimonio dirimendo (vt in præſenti cauſa) ita probatur in d. cap. in literis, quo in ſpecie ad hoc allegant Moderni, Pariſ. in l. ſi quis ex argentarijs §. 1. ff. de edend. poſt Bald. in cap. ad noſtram de probat. & tenet idẽ Carol. Ruyn. conſil. 150. numero 18. volumin. 5. vbi addit, quod cauſa, in qua tractatur de diſſolutione matrimonij, dicitur ardua, cap. 1. de conſang. & affinit. addo ego cap. final. de procurat. lib. 6. ergo, &c.

Minus obeſt quod in propoſito, quod conſanguinei, & domeſtici ſunt valde honeſti, quia nihilominus non ſunt maiores omni exceptione, vt requiritur ad diſſoluendum matrimonium, vt diximus: & nõ ſufficit, quod conſanguinei ſint aliàs idonei ſecund. Thomam Grãmatic. d. conſil. crimin. 26. num. 48.

Hæc ſunt, quæ pro hac parte adducta fuerũt ab Aduocatis pro primo matrimonio, & in fauorem ipſius.

Secũda pars affirmatiua. Nihilominus tamẽ deciſa fuit hæc cauſa per omnes Iudices Supremos concorditer in fauorem ſecundi matrimonij in facie Eccleſiæ perſonaliter contracti, annullato præcedenti matrimonio etiam ſolenniter celebrato per procuratorem, ratione diſſenſus, & defectu conſenſus, quiquidem defectus conſenſus, & ſic diſſenſus reputatus fuit pro ſufficienter probato, & alijs rationibus, de quibus infra, & ita exequutum fuit.

Primo ob metum reuerentialem erga patruum magnum, quod nepos ex fratre ſumme colebat, ac ſi eſſet proprius pater, cuiuſquidem patrui magni iuſſu, qui ſupradictum primum matrimonium maxime affectabat, nepos mandatum dedit procuratoribus ab eodem patruo nominatis ac deſtinatis ad contrahendum dictum primum matrimonium, vt patruo obtemperaret, licèt inuitus, ſuppoſitis eiuſdem nepotis tenera ætate, animique docilitate, & per contrarium, ſenili ætate, auſteritate, & terribili patrui cõditione, necnon & ipſius minis, ac quod nepotem vt filium domi alebat, vt ſatis probatum exiſtit in proceſſu, quæ ſimul iuncta contractũ matrimonij ſubſequutum, nullum reddidere,

vt ex infra dicendis apparebit deducendo rem à ſuis principijs, vt hic (Deo duce) late faciemus, ſicut materia huius libri poſcit, quamuis ad præſtringendum hoc fundamentum contra primum matrimoniũ pauca ſufficerent.

31 Eſt igitur in re hac primum obſeruandum: matrimonium ex ſolo metu reuerentiali contractum, non eſſe nullum, ſed potius validum, niſi eo caſu, quo cæteri contractus ex hoc metu ſunt reſcindendi, nẽpe præcedentibus minis illatis ab eo, qui ſolet quod minatur, exequi, vel niſi enormis læſio in contractu contingat, ſimul cũ metu reuerentiali, vt late probat, & reſoluit cum cõmuni aduerſus Igneum D. Couar. in quarto de ſponſal ſecunda parte, cap 3. §. 6 numero 4. & 5. dicens ab omnibus eſſe receptum, & Padilla in l. interpoſitas, numero 17. C. de tranſact. Emanuel Soarez in Theſau. receptarum ſententiar. verbo matrimonium metu obſequiali. Nauar. lib. 4. conſil. in 1. editione, in titul. de ſponſal. conſil. 36. numero 10. & in ſecũda editione lib. 1. titul. de his, quæ vi: conſil. 10. numero 10. Ludouic. Lopez in ſecunda parte Inſtructorij, in materia de matrim. cap. 40. fol. 107. in §. igitur pro reſolutione, Thomas Sanchez lib. 4. de matrim. diſputatione 6. numero 2. vbi quod nõ requiritur tam iuſtus, vt requiritur ad alios contractus irritandos, vt docet Præpoſ. in cap. cum locum, numero 6. de ſponſal. Neuizan. conſil. 46. numero 3. & Nauar. vbi ſupra. In matrimonio namque maior libertas deſideratur, quam in reliquis contractibus: tametſi adhuc in matrimonio metus reuerentialis cum enormi læſione non videatur ſufficiens ad illud irritandum, vt dicemus infra.

32 Secundo, quod licèt ſint diuerſæ opiniones inter DD. an ſolus metus reuerentialis viri erga vxorem, parentis erga filium, &c. ſufficiens ſit ad reſcindendum matrimonium, vel alium cõtractum, quarum opin. vna eſt affirmatiua, vt in alijs contractibus à matrimonio late iure probat allegans gloſſam iunctam textui in l. 1. §. quæ onerandæ, verbo metu, ff. quar. rerum act. non detur, & plures alios Authores Thomas Sanchez vbi ſupra, numero 4. & in matrimonio, quod irritetur ſolo metu reuerentiali, docent expreſſe Ioan. Igneus in l. 3 §. eleganter, numero 139 ff. ad Senat. Conſult. Syllan. vbi late eã probat, & in numeris præcedentibus, & Nauar. vbi ſupra, in caſu de quo ibi per eum. Alex. Carrer. de ſponſal lib. 4. cap. 9. ad fin. & Menchac. lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 35. numero 19. dicit ſaltem forte hodie Iure Canonico, & Ciuili C. irritari matrimonium per ſolum metum reuerentialem, quamuis olim Iure Digeſtorum, eo quod facile permittebatur repudium, non irritaretur. Hãc primam ſententiam voluit prius Ant. de Butrio in cap. cum virum, numero 6. de regular. loquens in actibus ſpiritualibus exigentibus omnimodã libertatem, vt hi annullentur per ſolũ metum reuerentialem abſque minis: licet ſecus ſit de alijs actibus, & eam tenet Ferretus conſil. 296. numero 14. eſt communis ſecund. Padill. vbi ſupra numero 16. & hanc primam ſententiam nouiſsime ſequitur, & probat Fr. Baſil. de impedim. matrim. cap. 29 §. 11. pagina 421. in verſiculo mihi tamen.

Secunda ſententia habet metum reuerentialem patris eſſe cadentem in virum conſtantem, & ſufficere ad contractus reſciſionem, non autem metum ſimilem alio rum, quibus etiam reuerentia debetur, quam probat, & tenet Barbat. conſil. 60. numero 1. cum ſequentibus, volumine 1. Idem videtur tenere Ancharr. in cap. ex literis numero 2. de deſponſati. impub. & Montalu. in l 8. glo. 2. tit. 11. lib. 1. For. Alex. poſt alios in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, numero 11. ff. ſolut. matrimonio.

Tertia affirmat, contractum initum, cui debetur reuerentia, vel ad eius vtilitatem reſcindi ob metum reuerentialem, ſecus cum alio, nec in eius vtilitatẽ celebratum, ita Baldus in l. fideiuſſor, *la ſegunda*, §. Pater Sei. ad fin. ff. de pignor. Roman. in d. l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, numero 11. Barbat. in cap. cauſam matrimonij, in principio, de officio delegat. Sarmient. lib. 2. ſelect. interpret. cap. 11. numero 10. & alij.

Nihilominus tamen vera, & magis recepta ſententia ac proinde tenẽda habet, quod prædiximus, nempe, ſolum metum reue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuerentialem, nisi minæ, aut verbera, aut alius metus grauis illi adiungatur, non dici cadere in constantem virum, ac proinde matrimonium non annullare, nec alios cõtractus, vt in cap. cum contingat, de iure iur. & ibi Abb. in princip. est communis secund. Alciat. ibi numero 1. & 2. qui multis modis eam ampliat, & limitat, & latissime Ant. Gomez in secundo tom. var. resol. cap. 14. de restitut. min. numero 27. per totum, & Padill. vbi supra, D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 3. numero 9. cum pluribus sequentibus, & nos de iuramento confirmat. 1. parte cap. 1. numero 15. & in Auth. sacramẽta puberum, num. 94. C. si aduers. vendit. & consil. 16. numero 16. & in terminis matrimonij contracti per metum reuerẽtialem solum, quod sit validum, probauimus supra in prima obseruatione, & loquens tam in matrimonio, quam in cæteris contractibus, hãc sententiam reputans eam multo magis verio rem latissime sex fundament's comprobat Thom. Sanchez lib. 4. de matrimonio disputatione 6. numero 7. vbi nos, & alios infinitos Authores tã Iuristas, quã Theologos in idem congerit, & numero 9 & 33
10. improbat cum alijs secundam, & tertiam sententias supra relatas. Addit tamen ibi numero 11. quod in aliquo casu attentis particularibus circunstantijs occurrentibus posset admitti ea opinio, quæ habet, metum reuerentialem rescindere contractus initos cum ipso, cui reuerentia debetur, nempe, si cum metu reuerentiali con- 34
currat filium esse valde paternis præceptis obtemperantem: & mulierem valde imbecillem, virumque crudelem, & austerum circa vxorem, vel patrem erga filiũ sibi non consentientem, quia tunc, si vir, aut pater præcipiat vxori, aut filio, vt cõtractum celebret in ipsius præcipientis vtilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum, vt optime admittunt Suarez allegatione 24. numero 5. Matienç. in dialog. relat. tertia parte, cap. 20. numero 19. & nos consil. 16. numero 16. 35
Ioan. Garcia, & Salzed. quos ibi citat.

At in proposito minæ, quas patruus fecit nepoti sufficientes non videntur, vt caderent in constantem virum, siquidem nõ fuerunt mortis, nec cruciatus corporis per actus exteriores, vt in cap. veniens, *el segundo*, in princip. & ibi Abb. in quarto notabil. & in cap. consultationi, in fine, iũcta glos. & ibi Cardin. & Butrius de sponsal. in cap. cum dilectus de ijs, qui vi, & caus. Dominic. consil. 15. columna penultim. versic. super secundo dubio, Alex. consil. 156. numero 12. lib. 5. & consil. 99. col. 1. lib. 3. Ferretus consil. 340. numero 5. nec iactura omnium bonorum suorũ, nec maioris partis eorum, iuxta tex. & ibi glos. de his, quæ vi, &c. Et D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 3. §. 4. numero 8. vbi idem probat in amissione magnæ rei: cum igitur hæc deficiant in præsenti causa, solus metus reuerentialis patrui non videbatur sufficiẽs ad annullandum matrimonium, iuxta dictam veriorem, & magis cõmuniter receptam sententiam.

Sed cum in proposito vltra metum reuerentialem patrui magni, eiusque minas concurrat austeritas magna, & terribilitas conditionis eiusdem patrui, insuper & tenera ætas nepotis, eiusque docibilitas, & magna subiectio ad aliud dicendum inducunt.

Vbi enim cum metu reuerentiali simul concurrit nimia crudelitas, & sæuitia eius, cui reuerentia debetur, iustam timoris causam inducit secundum Abb. in cap. causam matrimonij, num. quinto, de officio delegat. vbi Decius num. 5. & alios referens D. Molin. vbi supra, d. numero 9.

Idem si pater erat vir terribilis, vel nimium crudelis, & sęuitiam præseferat, solitusque sæuire sit, vbi suæ non obtemperatur voluntati, etiamsi minæ, & verbera non præcesserint secund. Abb. in d. c. cum virum, numero 8. de regul. qui hoc relinquit arbitrio iudicis varijs circunstantijs consideratis, idem tenet Abb. in cap. nõne numero 1. de præsumpt. vbi Felin. numero 1. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 4. de matrimonio, disputatione 6. num. 12.

Ex quibus notabiliter dixit Bald. in ca. 1. §. iniuria, columna penult. de pace iuramento firmand. prout eum refert, & sequitur cum alijs, quos citat, Thom. Sanch. vbi supra, numero 13. vultum potentis terribilem absque minis incutere iustum metum,

metum, quia virtute claudentur ibi minæ: quæ verba ego non inuenio in meo Baldo: sed tantum in d. columna penulti. numero 19. hæc quæ sequuntur: Sed pone, quidam potens mihi mandauit, quod occidam Titium, aliàs interficiet me, nunquid 37
excusat, cum aliàs vitam meam saluare nõ possum, dicit Petrus quod sic ad l. Aquil. l. scientiam §. qui cum aliter, & ibi per Cyn. & sequitur cum alijs hanc doctrinam Baldi Iulius Clarus in sua practica crimin. §. fin. quæstione 60. in versic. solet dubitari. ibi, hæc autem de plano, &c. & ibi hinc infertur, est cõmunis, vt cum alijs refert, & sequitur Farinat. tertio tomo de delict. titulo de pœnis tẽperand. quæstione 97. numero 19. & tomo 4. titulo de homicid. quæstione 124. num. 94.

36 Vbi quod hæc communis potest procedere, quando quis re vera est constitutus in periculo vitæ suæ, & periculum est instans, illudque aliter euadere nõ potest, 38
quam occidendo eum, quem occidi iubet ille princeps, aut potens vir, secus si aliquo modo tale vitæ suæ periculum effugere valet secund. Cyn. & alios, quos ibi ad hoc citat, & hæc declaratio vera mihi videtur, & tenenda.

Non enim Bald. in d. cap. 1. §. iniuria de pact. iuramẽto firm. loqui videtur in terminis huius causæ matrimonialis de qua agimus, nec tenere id, ad quod eum citauit Thomas Sanchez, nempe, vultum potentis terribilem absque minis incutere iustũ metum, nihilominus tamen hoc verũ reputo eadẽ ratione in viro potente, & seuero erga eos, quibus mandare potest ex Grammatic. voto 38. quem. referunt Iulius Clarus, & Farinat. vbi supra, in quæstione namque Baldi supra relata, etiamsi Princeps, seu vir potens, & seuerus non minetur, modo sit solitus interficere, ac male tractare, non exequentes sua mandata, quamuis iniusta, idem est dicendum, est enim vtroque casu patratio timoris, vt bene consuluit Bertaz. consil. 173. numero 12. cum sequentibus, lib. 1. post Bald. & alios, quos citat, eosque sequitur Farinat. vbi supra, de pœnis temper. d. quæstione 97. num. 22.

Quis igitur potentior, aut seuerior (præter Regem) quam præd. patruus, vt probatum existit in processu? ergo simul cum suis minis: ergo eius vultus iustũ metum incutit in eius nepotem sibi multum obedientem, atque docilem, & timidum erga eum.

Quod & præcipue procedit in proposito, cum sit de iure, quod metus reuerentialis, cum importunis precibus sufficiat ad rescindendum cõtractum secund. Matthæum de Afflictis decisione Neapol. 69. quem refert, & sequitur in proposito matrimonij D. Couar. d. cap. 3 in fine, & probat quamplurib⁹ doctrinis tam in alijs cõtractibus, quam in matrimonio latissime Thom. Sanchez lib. 4. de matrimonio disputatione 7. numero 4. per totum, cum sequentibus, vbi citat hoc tenentes in terminis sponsalium, & matrimonij, & numero 7. hanc reputat probabiliorem sententiam inter alias duas, quas prius retulerat.

Et num. 8. monet non quascũque preces assiduas, importunas dici, sed quæ sunt instantissimæ, & sæpius repetitæ, & inculcatæ: importunum namque dicitur, quasi sine portu, & absque quiete, vt inquit Archidiac. in cap. fin. numero 2. de rescript. & docet Peralt. in l. si quis, in principio, numero 94. ff. delegat. 3. idem probatur ex tex. in Auth. de hæred. & Falcid. in princip. ibi: semper igitur nobis importunæ sunt, vbi glossa, verbo importunæ exponit, ideſt, valde instantes, & in l. 1. C. de petitionibus bonorum subtrah. li. 10. ibi, inter recunda petentium inhiatione, & ibi glos. exponit, ideſt, frequẽter petitione, sed & est optimus tex. Sacræ Paginæ pro hac parte Iudicum cap. 16. vbi importunis Dalilæ preces, sic explicat: cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, &c. vbi Nicolaus de Lyra, super his verbis, inquit, hic consequenter describitur veritatis apertio, quia per molestiã mulieris importune petentis, veritatem rei aperuit ad sui interitum, importunæ igitur preces de quibus in proposito agimus debent esse instantissimæ reperiræ, & inculcatæ ad hoc, vt simul iunctæ cum metu reuerentiali operentur contractus rescisionem, tamquam actum inuolũtarium, ac importunitate assidua, & frequentissima obtentum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, atque extractum.

At in casu nostro hoc contingit, quia interuenerunt multæ, ac importunæ preces, & persuasiones patrui magni, erga nepotē ad hoc, vt prædictum mandatum daret coram Tabellione ad contrahendū matrimonium nominatim cum prima, & non cum altera cum minis præd. ejciendi ea à domo sua, quinimo, & à Curia Regis, quibus omnibus iunctis cum præd. metu reuerentiali potentia, & seueritate patrui satis comprobatur extorsio, & nullitas d. consensus.

39 Quod autem metus reuerentialis simi liter sit respectu patrui, probatur, quia patruelis seu nepos, vel neptis ex fratre patris, illum tāquam patrem veneratur, Ancharran. consil. 339. numero 32. Crauet. consil. 976. numero 16. lib. 5. Capitius de cis. 159. numero 36. Padilla in l. interpositas, numero 21. in fin. C. de transact. nos consil. 16. numero 17. Peralt. in l. Titia cū testamento §. qui in vita, numero 1. ff. delegat. 2. Menoch. consil. 493. volumine 1. Salzedo in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo, in reg. 535. in fin. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. Institut. mai. titulo 12. numero 148. Thom. Sanchez vbi supra, d. disputatione 6. numero 34. addens, quod quamuis aliqui ex his loquantur de nepte ex fratre, *que es sobrina de parte de padre*, vt Anchar. & Peralta, idem dicendum est in nepote ex fratre (hoc est) *en el sobrino varon* 41 *de parte del padre*, & ita Aymon, Capitius, nos, Padilla, & Salazar indistincte de patruo loquuti sumus, & Menoch. loquitur de patruele, quod nomē vtrumque sexum comprehendit: & expresse tenet Ant. Cuchus dicens talem metum irritare matrimonium quando puella, vel masculus est paulo pubertate maior secund. Cuchum vbi supra, sed secund. Sanchez melius limitat Capitius, nempe, vt procedat quando patruelis est in domo patrui, sub eiusque gubernatione remansit, vt in præsenti causa remansit: addit Sanchez, quod quamuis Doctores non loquantur de abunculo, *que es el tio hermano de madre*, credit tamen respectu eius dari etiam metum reuerentialem, quando cum eo nepos ex sorore habitat, ab eoque gubernatur, quia eadem est ratio.

40 Tertio in materia metus reuerentialis erga patruum, illud obseruandum est, nō rectè nouiter censuisse Cuchum d. lib. 5. Instit. maior. titulo 12. numero 133. & 134. ad matrimonium irritandum, non sat esse metum reuerentialem patris cum minis, nisi simul adsint verbera in filio masculo adultæ ætatis: secus in filia puella, & filio impubere, & etiam in alijs, iurisdictioni alterius subiectis, ex rationibus de quibus ibi per eum: omnes namque fere DD. tenētes præfatam veriorem, & receptiorem sententiam cum sua limitatione de minis, & verberibus expresse exemplificant, etiam in filio: & ratio est, quoniam metus reuerentialis patris, cum minis, aut verberibus aufert liberam voluntatem filij, defectus autem liberi consensus in matrimonijs multum operatur, vt vidimus: cautius tamen circunspiciendum est, de paternis minis ad incutiendum metum cadentem in constantem virum, quam aliorum: cum enim necessarium sit, vt minans solitus sit minas suas exequi, eæque debeāt esse mali grauis, vt infra dicemus, minus præsumitur de patre ratione pietatis, suas minas exequuturo: cæterū si pater attrox sit, & solitus eas exequi, idem in illo, ac in alijs dicendum est, vt optime cum alijs cōtra Cuchum vbi supra probat Sanch. ibidem numero 9. dicens oportere ad hoc quod pater graue damnum minetur.

Quia non sufficeret ad irritandum matrimonium, si sub pœna suæ maledictionis illud præciperet; ea enim maledictio non est causa necessaria mali euentus, secundum Palac. in quarto, distinctione 29. disputatione 1. in fine.

42 Quarto obseruandum similiter est, quod si filia matrimonium contrahat, non præcedentibus minis solum eo timore, ne patris indignationem incurrat, erit validū matrimonium huiusmodi, quia is metus non censetur cadens in constantem virū, ita tenet glossa in l. si patre cogente, glossa fina. ff. de ritu nupt. quam sequitur alios allegans Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disputatione 6. numero 14. vbi hoc modificat, vt procedat, quando indignatio illa patris, vel viri non diu permanebit, sed spes est futuræ reconciliationis, quia si timeret probabiliter diuturnam fore indignatio-

gnationem, & semper se habituram patrem, aut virum valde infestum, & indignatum, obiecturumque passim, illam inobedientiam credit esse timorē cadentē in virum cōstantem: ibique hoc late probat.

43 Quinto, quod etsi idē metus per quē cæteri contractus veniunt rescindēdi sufficiat, vt matrimonium ob eum contractū irritum fiat, & ideo solus metus reuerentialis cum enormi læsione in alijs contractibus sufficiens sit ad eos rescindendos, vt supra diximus in prima obseruatione, num. 31. ac proinde idem videbatur dicēdū in matrimonio, veluti, si filia ob patris reuerentiam nubat viro longe disparis cōditionis, cui aliàs nō nuberet, vt tenuit Ludou. Lopez in secunda parte Instructor. noui, in materia de matrimonio, ca. 40. folio 1071. in fine, in §. cuiusquidē opinio. & voluit Couar. in quarto, secunda parte cap. 3. §. 6. num. 4. verius tamen, & tenendum esse censeo in hoc de matrimonio cum Thom. Sanchez vbi supra, num. 15. quod imo matrimonium non irritetur ex solo metu reuerētiali cum enormi læsione ex ratione differentiæ in hoc inter contractum matrimonij, & cæteros contractus, quam ibi assignat.

44 Sexto, quod etsi quamplures teneant, solum metum reuerentialem sufficere ad professionem religionis annullandam, vt sunt glossa per tex. ibi in c. præsens, verbo patrē 20. q. 3. & alij quāplures, sitque cōmunis hæc sententia, vt profitetur Couar. & Padilla statim citādi, eaque tenet Emanuel Rodrig. in sua summa, secundo tom. c. 8. n. 10. & alij quāplures relati à Tho. Sanch. vbi supra, n. 17. verior tamen, & te 46 nēda sententia est cōtraria: nēpe vt sicut solus metus reuerentialis non sufficit ad annullandum matrimoniū, ita neque professionem religionis secund. Abb. in d. ca. cum virum, num. 8. Couar. alios allegantem in 4. 2. parte, §. 6. num. 7. & 8. Padilla in d. l. interpositas, num. 17. Matienç. in Dialog. Relatoris, 3. parte, cap. 20. num. 4. Cuchum lib. 5. Instit. maio. tit. 12. num. 139. Salze. in addit. ad Bernard. de Lug. in regula 532. ampliatione 1. & eā tenet bene probans, & plures alios DD. citans Thom. Sanchez vbi supra, num. 18. vbi numero sequenti respondet fundamentis prioris partis contrariæ: secus est in professione tacita, nam eam bene censentur annullare metus reuerentialis, vt cū Innocent. & alijs probat Thom. Sanch. d. lib. 4. de matrimonio, disputatione 6. nu. 35. in versic. & confert valde, & num. 39.

Septimo est obseruādū, quod etsi non desint, qui cēseāt, non requiri probari, q minās solitus sit suas minas exequi, ad rescindēdos cōtractus celebratos ob metū reuerētialem simul cū minis, vt sunt Carol. Ruy. dicēs esse cōmunē cōsil. 121. n. 6. vol. 4. Roman. in d. l. interpositas, nu. 14. C. de transs. Alciat. in d. c. cū cōtingat, n. 1. de iur. iur. quos refert, & sequitur latissime hoc probās, & defendēs Riminal. in princ. Instit. quibus alien. licet, &c. n. 305. cū sequē tibus: verior tamē, & receptior est opinio cōtraria, ac proinde tenēda, scilicet, etiam cū metu reuerētiali, & minis requiri probari quod minās solitus sit suas minas exequi, ad hoc, vt cōtractus matrim. & cæteri ob eū metū rescindātur, & annullentur, vt probat plurimos citās Tho. San. vbi supra, n. 21. vbi n. 24. addit, quod in dubio quādo vir potēs, vel Magistratus minatus est, & dubiū esset de sua cōditione an attrox esset, & solitus minas exequi, dicēdū est incutere iustū metum, vt late probat Berous in c. 1. de officio deleg. n. 19. quod etiā significauit Padilla sic intelligēdus in d. l. interpositas, n. 20. dū dicit allegāti has minas nō incūbere onus probādi cōsuetudinē minātis, quasi præsumptio sit huius cōsuetudinis, quodquidē sic simpliciter dictū, nisi id verū intelligamus in specie præmissa Beroi. & non aliās, non censeo probandum.

Octauo aduertimus, diuersas esse Doctorū sententias circa eā quæstionē, an solus metus reuerētialis annullet cōsensum præsumptū ex præsentia cum taciturnitate, v. g. Si præsente filio, vel filia, & tacēte cōtrahat pro eo, vel ea pater sponsalia, vel matrimoniū: filius tamē, etsi cōsentiat tacēdo, nō tamē faceret, nisi ob reuerētiā patris? Prima nāque quāpluriū Doctorū sententia habet, solū metū reuerentialem annullare tacitum consensum, & præsumptum, quamuis minæ non intercedāt, quā tenet glossa in cap. vnusquisque, verbo saltātiū 22. q. 4. & in cap. plerūque, verbo & tacent 2. q. 7. & in l. filius familias 8. verbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

non probatur, ff. de procurat. Bart. in l. quæ dotis. nu. 23. ff. solut. matrim. & alios referens D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 3. §. 6. numero 5. Menchac. lib. 1. controuers. illustr. cap. 35. num. 21. Matienç. in Dialog. relat. 3 parte, cap. 10. numero 5. Azeued. in l. 9. numero 28. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Regiæ, Peralta in l. Titia cum testam. §. qui in vita, num. 1. ff. de legat. 2. Cuchus lib. 5. Instit. maior. tit. 12. numero 131. & alij plures, quos pro hac parte citat Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 6. num. 35.

Secunda est sententia tenentium contrarium, nempe non sufficere in hoc metum reuerentialem, nisi adsint minæ: quã tenent Abb. in cap. nõne, numero 1. ad fin. & ibi Felin. numero 22. de præsumption. idem Felin. in cap. causam matrimonij, numero 4. in fin. de officio delegat. dicens in praxi hanc sibi placere, quamuis attento iuris rigore contraria sit verior, hanc etiam secundam sententiam probarunt Francus in cap. 2. de pact. in 6. numero 2. versic. secundo etiam patet, Socin. in l. 2. numero 7. ff. solut. matr. & ibi Vincent. numero 4. Las. in l. quæ dotis, num. 96. ff. solut. matrim.

Tertia sententia verior, & tenenda habet, quod si actus sit præiudicialis, satis est metus reuerentialis, vt non videatur filius consentire tacendo, vt in l. penultima, ff. de furtis: si verò actus sit fauorabilis, vt matrimonium, quod pater contrahit pro filio, filiaue, tunc censetur consentire, neque consensus annullatur per solum metum reuerentialem, & ita procedit secunda sententia supra adducta, quæ in hoc casu est vera, ita Decius in d. cap. causam matrimonij, numero 26. cum sequentibus, de officio delegat. Alex. in d. l quæ dotis, numero 27. in fin ff. solut. matrim. & in d. l. interpositas, numero 5. C. de transact. vbi Alciat. numero 13. & nos de iuramento confirmat. 1. parte, cap. 4. numero 28. Barbosa alios referens in l. 2. §. fina. numero 7. & 8. ff. solut matr. & Thomas Sanchez cum alijs vbi supra, numero 37. vbi citat Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 9. numero 5. dicentem, secus esse in matrimonio, quod contrahit pater, aut tutor pro puella præsenti, & tacenti, quando ipsa nõ est causa contradicere patri, aut tutori truculento pro ea respondenti, quia tunc est nullum matrimonium, non enim dixit absolute patri, aut tutori, sed addidit, truculẽto, quasi requirens vltra reuerentiam, vt tacitè adsint minæ, vt bene obseruat Sanchez vbi supra, truculẽtus enim Latinè dicitur, qui vultu crudelitatẽ præfert, aliosque terret, vt ex Ciceron. & alijs probat, & exponit Calepin. in suo dictionario secunda parte in hoc eodem verbo.

Priorem tamen partẽ præcedentis distinctionis intelligo verã esse, nisi modicũ sit præiudiciũ, parũ nãque pro nihilo reputatur, ita Alex. & nos vbi supra, necnon & Sanchez modo citatus, ibi, intellige autẽ: vbi etiam intelligit, quando est matrimonium præiudiciale, non censeri consentire, quoad præsumptionem in foro exteriori: quia si vere esset consensus, esset matrimonium.

Rursus, & secũda pars præd. distinctionis est intelligẽda, nisi matrimonium esset præiudiciale, tũc nãque filius, vel filia præsens, & tacẽs nõ censetur consentire, quo ad præsumptionem in foro exteriori, nisi vere esset consensus, quia tunc erit matrimoniũ, vt modo dicebamus: nã si matrimoniũ, aut sponsalia essent indigna filio, aut ei præiudicialia, non præsumeretur cõsensus obtacitur nitatem, quãdo filius taceret ob patris reuerentiam, vt tenent Barbosa vbi supra, nu. 9. & Sãchez n. 38. vbi, quod re vera consentiret, nõ credit Sãchez annullari per eũ metum, vt ipse proxime dixit, & tenet secunda sententia supra relata.

47 Nono obseruo, metũ reuerentialẽ nõ solum dari in patre, & patruo, de quibus supra egimus: sed etiam generaliter in eo, qui iure aliquo subiectionis alteri subest, vt in clerico respectu Episcopi: in seculari respectu Magistratus, cui subditur: in vxore respectu viri, vt tenent omnes de hac re agentes: vnde idem est respectu soceri, quia hic parentis locũ obtinet, vt in l. quia parentis 17 ff. solut. matrim. imo nõ minor reuerentia debetur socero, quam patri, vt inquit Las. in l. transactionem, numero secundo, C. de transact. & ita, quod respectu soceri detur metus reuerentialis, tenet Aymon Crauet. consil. 282. numero nono, Aretin. consil. 24. numero sexto, Padilla in d. l. interpositas, numero 21. in fin. C. de transaction. Salzed in addit. ad regul. 532. Bernard. Diaz. & hos referens, & sequens Thom. Sanchez d. lib. 4. de matrimon. disputatione 6. numero 26.

48 Idem est dicendum de auo, quia tanquam pater colitur, vt cum Nauar. in secunda editione titulo de conuersione coniugat. consil. tertio, numero secundo, probat Sanchez vbi supra, numero 27. dicens idem esse eadem ratione de timore aliorum ascendentiũ, quia tanquam parentes habentur, & coluntur, & numero 28. idẽ probat in curatoris timore, quia loco parẽtis habetur, vt in terminis tenet Nauar. lib. 1. titulo de his, quæ vi, in secunda editione, consil. 10. numero 5. dicens irritare matrimonium, & professionem, casu, quo timor parentis irritaret, & de tutore idẽ dicit Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. numero 5.

49 Secus autem esse de timore matris tenet Burgos de Paz, consil. 3. numero 35. nempe, vt non sufficiat ad rescindendum contractum eius timore celebratum, quia fœminæ minus timentur, cum minus audaces sint & imbecilliores, l. quisquis, §. ad filias C. ad l. Iul. mageſt. ibi, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus, l. secunda, ad fin. titulo 2. partita 7. ibi: nõ deue home asmar, &c. idem voluit Hyppolit. consil. 124. numero 13. dicens non præsumi metum si filia contrahat in præsentia matris, sicut quando præsente patre: at secus esset dicendum, quando mater esset crudelis, & austera, solitaque minas exequi, vt supponit Aretin. d. consil. 24. numero sexto, & nos probauimus consil. 16. num. 16. & 19. sequiturque Sanchez vbi supra, num. 30.

50 Idem dicendum est in sorore respectu fratris maioris, in casibus in quibus patris, vel mariti metus reuerentialis sat est ad contractus recisionem, sufficit nãque etiam fratris maioris natu respectu sororis, quia soror minor quandam reuerentiam, & timorem habet respectu fratris maioris, vt cum quãpluribus Authoribus tenet, & probat Sanchez vbi supra, numero 31. vbi bene hoc verum esse intelligit cum plerisque eorum, quando soror minor cum fratre maiore habitat, ab eoque gubernatur, aliàs secus: & numero 32 idẽ in supra modo dictis esse dicendum probat in fratre minore respectu maioris cũ eo habitante, & ab eo gubernato secundũ DD. quos ibi citat. & nume. 33. idem eadem ratione cum Peralta dicendum esse affirmat in sorore minore cohabitante cum sorore maiore, à qua gubernatur, quia tunc soror maior est veluti mater.

51 Ex quibus satis, superque remanet completum, & locupletatum hoc primũ fundamentum contra primum matrimonium, & in fauorem secundi: & materia metus reuerentialis circa matrimonium, quando sufficiat ad id irritandum, & quando non, declarata, & interpretata.

Secundum principale fundamentum huius secundæ partis in fauorem secundi matrimonij constituo ex dissensu prioris matrimonij per mandantem manifestato, antequam id celebraretur in processu præsenti probato magno numero testiũ grauissimorum, nempe postquam fuit concessum dictum mãdatum, vsque ad diem, quo de facto, & sine consensu fuit celebratum dictum matrimonium, & antequam celebraretur, vt patet ex actis processus, & hoc quampluribus vicibus, ita vt circa ipsum dissensum ante celebrationem d. primi matrimonij nullus relictus sit locus ambigendi.

Tertio, & præcipue, quia idem Magnas, qui mandatum concessit ad contrahendum primum matrimonium, paucis diebus ante celebrationem ipsius matrimonij deliberate destinauit, & resoluit, nõ ducendi in vxorem priorem, ad quã mandatum dederat, sed secundam, cum qua paulo post verum matrimonium, & legitimũ contraxit, certum nuncium mittendo ad eam petendam in vxorem, prout fuit petita eius nomine, & commissione, & sæpe ac sæpius de hoc fuit actum, & tractatum cum actoribus secundæ mulieris, ita, vt vicissim multa hincinde super hoc matrimonio efficiendo ante celebrationem primi matrimonij fuerint actitata, quousque conclusum fuit negotium ante celebrationem primi matrimonij: insuper idẽ Magnas tẽpore debito iussit

Universidad de Deusto
Biblioteca

accersiri suum Iurisperitum ad reuocandum dictum mãdatum à se concessum, viso, quod secundum matrimonium erat iam depactum, & concluſum: hocque cõrigit eodem die, quo primum matrimonium postea alibi per procuratorem fuit celebratum, ex quo inducitur prædicti mandati reuocatio, aut saltem dissensus ipsius tempore opportuno, quamuis actu, & verbis formalibus reuocatus non fuerit, nisi duobus horis postea quam primum matrimonium fuit celebratum ob moram Iurisperiti, non tamen ob culpam eiusdem Magnatis: durauit siquidem ipse semper in suo dissensu cum animo expresso reuocandi reipsa præd. mandatum, prout toto illo mane fuit expectans præd. suum Aduocatum ad reuocandum ipsum mandatum: & cum primum matrimonium illamet die post prandiũ in loco valde remoto, & distanti ab eo, in quo degebat idem Magnas, fuerit de facto ignoranter saltem diei celebratũ, non fuit facta prius reuocatio expressa dicti mandati, semper tamen defecit consensus contrahendi matrimonium cum prima, vt patet ex actis: ergo, sicut prius mandatum concessum ad contrahendum matrimonium cum certa quadam persona reuocatur per dationem secundi ad contrahendum cum alia, vt probauimus supra in secundo articulo, ita eadem ratione dicendum est, reuocari etiam per cõmissionem, quamuis verbalem, probatam tamen testibus alteri vere datam tractandi, agendi, & perficiendi matrimonium cum alia diuersa muliere, siquidem hoc est mandatum, quod iure scripturam non requirit, quia per nuncium matrimonium celebrari potest, vt infra dicemus: & ita merito hoc in terminis tenere, & probare videtur Hyppolitus Riminaldus consil. matrimon. 77. numero 32. in primo tomo consil. matrim. vbi inquit, quod coniectura amoris præambuli alterius puellæ, cum qua quidam Martinelus contraxit matrimonium per metum, est parum tuta, propter præsumptionem contrariam, quod ille erat captus amore alterius puellæ, illamque dicebat in vxorem capere velle, iamque amicum elegerat, qui eam à patre suo peteret, vt plures testes dicunt, vnde colligitur (inquit ille) quod amor suus cum priori puella erat vanus, & simulatus, non autem ex corde: & vna præsumptio tollit aliam, l. Diuus, ff. de in integr. restitutione, & inquit Ferretus consil. 281. numero 12. versiculo, concurritur, non esse verisimile, quod qui quæsiuit matrimonium contrahere cum alijs mulieribus, prius cum alia contraxerit, & valet argumentum huiusmodi, cap. quia verisimile, de præsumption. & addit, quod in suo casu pater, & patruus viri habuerunt consilium à peritis, quod nullum extabat matrimonium inter virũ, & priorem mulierem, prout vere in præsenti causa contigit, pro quorum opinione Authorum allegat expressum textum in sæpe d. l. final. ff. de diuort. circa finem, ibi, vbicumque igitur, vel tenuis intellectus videri potest nolentis nuptam, dicendum est, iam incipere libere cum alio esse connubium: proinde, si patronus sibi desponderit aliam, vel destinauerit, vel matrimonium alterius appetierit credendum est, nolle hanc nuptam, etsi concubinam adhibuerit, idem erit dicendum, iunctis his, quæ supra articulo secundo, in vltimo fundamento secundæ partis verioris, adduximus circa interpretationem d. l. final. quibus nunc addimus, quod significatio illius verbi, destinauerit, de quo in d. l. final. desumi potest ex traditis per Rebuff. in l. 203. ff. de verbor. significat. pagina 902. in versic. destinati, ibi, aliquando, vbi quod sumitur pro decernere, deliberare, vt in d. l. is, qui destinauit petere, ff. de rei vendicat. l. cum hi, §. causæ, ibi, aut si destinauerit domicilium transferre, ff. de transactio. cum simil. idem Rebuff. in l. 30. versic destinata, ff. de verbor. signific. pagina 267. vbi etiam, quod destinare puellã, est promittere se daturum, etiam & alicui assignare: & Plautus in Rud. inquit, Minis triginta puellam destinat, &c. Calepinus verbo destino: appetere vero est desiderare Laurentius Valla lib. quinto, cap. septimo, ait, appeto cum expeto cum ratione appeto qualiacumque expeto honesta, planaque bona, idẽ Rebuff. in l. 234. versic. primo appetere, ff. de verb. signifi. pag. 1021.

Quarto, quia patruus inscio eius nepote transactis penè sex mensibus à die dati præd. mandati in scriptis misit illud ad locum, vbi degebat mulier prima, cum qua virtute d. mandati erat contrahendum matrimonium ad Magistratum illius ciuitatis, cui fuit datum, vt eo statim vteretur, timidus, & dubius voluntatis ipsius nepotis, ne illud reuocaret, ideoque eum certiorem non fecit patruus, quamuis sibi fuit dictum à viro confidenti opus esse, vt priusquam mitteret præfatum mandatum ita antiquum, certiorem faceret de prædict. missione nepotem suum, & nihilominus hoc consulto omisit: ergo coniectura, & indicium satis probabile est prædicti dissensu nepotis.

Stãte igitur multiplici, & claro dissensu probato in processu multis modis, de quo non est dubium, etsi præd. mandatum expressis verbis reuocatum non fuerit, animo tamen, & facto contrario manifeste constat de tacita eius reuocatione: vnde quia matrimonium sine consensu celebrari non potest, & de facto aliàs celebratum irritum est, & inane, ac per consequens secundum matrimonium postea vero consensu celebratum fuit, & est validum, vt patet ex supradictis, atque adductis pro hac parte, ex quibus cessant primum, & secundum fundamẽtum prioris partis.

52 Ad tertium, de testibus singularibus, plurimis modis respondetur: primo, testium singularitatem triplicem esse, vnam obstatiuam, quando insurgit repugnantia, aut contrarietas in vno actu, de quo tantum probando agitur, prout contingit in testibus Sanctæ Susannæ, & hæc singularitas nihil probat, cum testes dicantur contrarij, imo ipsi in crimen falsi incidisse dicuntur: ideoque puniti fuerunt de falso, Daniel. cap. 13. tradit Bossius in practica criminal. titulo de fals. numero 23. & nos lib. 3. practic. quæstione 12. numero septimo. Alia singularitas testium est, diuersificatiua, ex qua indicitur diuersitas rei, & effectus in substantia, veluti, quando actor dicit se mutuasse decem, & testes dicunt, quidam se vidisse mutuasse decem in mense Augusti, alij verò in mense Septembri, illi testes dicuntur singulares loco, & tempore, non tamen contrarij, ideoque non probant, nec contesles dicuntur, nec cõiunguntur ad faciendam plenam, nec semiplenam probationem. Tertia singularitas est, commutatiua, aut adminiculatiua, quando videlicet ex ipsis singularibus testibus nulla resultat repugnantia, seu diuersitas factorum: sed imo omnes super ipso facto principali concordant, & ad eundem finem tendunt ad probandam, & coadiuuandam actoris intentionem super eo, quod per ipsum actorẽ petitum fuit, licèt in loco, aut tempore diuersi reperiantur, & tunc coniunguntur ad plenam probationem faciendam: hanc distinctionem, & doctrinam late, & optime probat Aymon Craueta consil. 267. numero 3. cum sequentibus, & iterum in tractatu de antiquit. tempor. quarta parte principal. in argumento testium, triplex singularitas, in capit. incipient. sed enim, folio mihi 89. in paruis, numero 1. cum sequentibus, & Ioseph. Ludouic. decisione 9. Perusina, num. 10. cum sequentibus, parte prima, & nos vbi supra, d. quæstione 12.

In hac tertia specie singularitatis, quæ nostro casui conuenit, quoniam omnes testes dicti Magnatis tendunt ad vnum, eundemque finem, vnumque factum, nẽpe noluntatis, dissensus, & pœnitentiæ d. Magnatis prioris matrimonij, de quo in præd. mandato, concordant in facto principali, licèt in loco, ac tempore diuersi videantur, ac proinde bene probant.

53 Communis namque est sententia Doctorum, sufficere testes conuenire in vnũ & eundem finem rei, licèt in alijs discrepent, vt late probat plures Authores citans Aymon Craueta d. tractatu, & cap. nono, in versic. adducitur, ex quo ibi, in præfatione, numero 11. infert eadem ratione, testes singulares sufficere ad probandum quid in genere, nempe hæresim, iurisdictionem, vsuram, possessionem, famam, & similia: genus enim constat, & perficitur ex pluribus speciebus, & particularibus, vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

licèt testes deponant de diuersis actibus, tamen quia tales actus tendunt ad eundē finem, & ad probationem illius generis, non repelluntur tamquam singulares secundum plures DD. quos ibi ad hoc nuncupatim citat. glossam etiam in l. ob carmen, §. final. ff. de testib. quibus addo Paul. de Castro loquentem in fraternitate probanda consil. 151. volumine 1. numero 1. & hæc est magis communis opinio, secundum eundem Cravetam, consil. 73. numero 34. & consil. 267. numero 4. vbi veriorem, & magis communem eam appellat, & probat numero 5. & Decius plures allegans consil. 650. numero 11. Iaſ. in l. admonendi, n. 212. ibi, videtur ergo, ff. de iur. iur. dicit communē Iacob. Leoniſſa conſ. matrimon. 48. numero 13. volumine 1. qui numero 19. eā ſequitur, & declarat: idem conſil. 51. numero 1. cum ſequentibus, eiuſdē volum. vbi loquitur in actibus ſucceſsiuis, & etiam in momentanei, qui habent aliquem tractū temporis ſucceſsiuum, licèt actus ſit reiterabilis, vt in Miſſa, &c. Eandem ſequitur, & communem, ac magis communem eſſe affirmat plures referens, & bene declarās alia plura huius concluſionis exempla Anton. Gabriel. lib. 1. de teſtib. concluſione 2. numero 18. & 20. cum ſequentibus, in prima editione, idem teſtatur plures referens Franciſcus Viuius lib. 18. commun. opin. verſ. teſtes ſingulares, pagina 393. in prioribus: Emanuel Soarez in ſuo Theſauro receptarum ſententiarum lib. 1. cōmun. opin. pagina 568. col. 2. verſ. teſtes ſingulares, circa fin. & loquens in furore probando in genere, idem cum alijs bene declarans, tenet Maſcard. de probat. ſecundo tom. concluſione 827. numero 7. cum ſequentibus, & in hæreſi idem Maſcard. concluſione 858. & latiſsime omnium plurimos citans, & plura exempla aſsignans, idem probat Hyppolit. Riminal. conſil. ſeptimo, numero 27. cum ſequentibus, lib. primo, & hæc revera meo iudicio eſt magis communis ſententia, vt latè etiam eam probauimus d. quæſtione 12. numero nono, & nouiſsime plures allegans in probatione famæ dicit magis communem bene eam probans Farinatius tomo ſecundo de indicijs, & tortura, quæſtione 47. numero 265. cum ſequent. folio mihi 123. & iterum eadem quæſtione 47. numero 304. & ſequenti. folio 125.

54 Vnde ad probandum diſſenſum, & pœnitentiam tam longi temporis, teſtes ſingulares ſuper eodem facto deponentes bene concludunt, ac probant iuxta præd. magis communem reſolutionem.

55 Sicut etiam bene probant teſtes ſingulares præſumptam voluntatem, vt in ſpecie cum Aymone conſilio 73. & Marian. Socin. Iuni. conſil. 178. volumine 1. reſoluit Ant. Gabriel vbi ſupra, numero 54. cōtra Gratum conſil. 50. volumine 2. & Ruyn. conſil. 51. volumine 1.

56 Nec dicatur, quod ſuprad. modo relata communis ſententia fallit in duobus caſibus, qui ambo contrarij videntur ſpeciei de qua agimus: primo, vt procedat, quando agitur de probando, aliquem eſſe hæreticum in genere: ſecus, quando agitur de probanda aliqua ſpecie hæreſis, tunc enim de qualibet ſpecie, & actu debent ad minus eſſe duo teſtes conteſtes, aliàs, ſi ſint ſingulares non probant, ſecund. Felin. in cap. licèt ex quadam, de teſtib. quem refert, & ſequitur Anton. Gabriel vbi ſupra numero 41. & Maſcard. loquens in actibus furoris particularibus probandis, d. concluſione 827. numero 8. cum ſequentibus, & plures referens Stephan. Lamberteng. de contract. gloſſa 15. numero 16. cum ſequentibus.

57 Secundo, quando agitur de probando aliquo actu, in quo de neceſsitate tempus ſit probandum: vt quia aliquis intendit probare poſſeſsionem alicuius rei aliquo tempore limitato, tunc namque requiruntur teſtes conteſtes, & ſingulares non ſufficiunt, vt colligitur ex gloſſa in d. l. ob carmen, §. final. & Iacobus Leoniſſa vbi ſupra, numero 22. ſequitur expreſſe alios citans Maſcard. vbi ſupra, numero 57. 58. & 61. & hæc eſt cōmunis doctrina, ſecund. eundem d. concluſione 827. num. 10. quam ſequitur etiā Stephan. Lamberteng. vbi ſupra, nu. 32. ex quibus videbatur in propoſito, nō ſufficere teſtes ſingulares ad probādū diſſenſum,

ſum, & pœnitentiam mandati præcedentis ad contrahendum matrimonium, & quod tempus diſſenſus ante celebrationē prioris matrimonij erat neceſſario probandum.

61 Sed revera non obſtant prædictæ limitationes, & quidē non prima, quia ea procedere poſſet, quando hic non ageretur de probādo diſſenſu in genere (prout agitur) ſed ſolum de actibus particularibus 62 eius: at in noſtro caſu agitur de probando diſſenſu in genere ante præſtitum conſenſum virtute præd. mandati: ergo ſufficiūt teſtes ſingulares, præſertim cū etiam reddant rationem, & teſtificent conformiter de aliquibus actibus particularibus loco exempli: exempla autem non arctant re- 63 gulam.

5 Nec alterant ſubſtātiam, & naturam, vt conſtat in ſpecie ex Hyppolit. Riminald. Iun. vbi ſupra, & tenet in terminis Ferret. conſil. 389. numero 24. vbi quod ad probandum actum in genere, qui habet in ſe tractum ſucceſsiuum, & reiterabilem ſufficiunt teſtes ſingulares diuerſorum actuum & temporum, & quod licèt ſit quæſtio diſputabilis pro affirmatiua, eſt gloſſa, & communis opinio Doctorum, & iterum conſil. 390. numero 1. cum ſequētibus, vbi hoc fundat, præcipue in probanda copula.

59 Et quod in ijs, quæ ſecreto fiunt, admittuntur probationes per coniecturas: & numero 2. quod inter opiniones prævalet opinio gloſſæ, quia omnes alias antecellit: & quod qui adhærebit opinioni gloſſæ numquam errabit.

Non obſtat ſecunda præfata limitatio, quia ceſſat in noſtro caſu, in quo omnes teſtes deponunt, & teſtantur de diſſenſu, & pœnitentia Magnatis ſui mandati ad contrahendum cum prima, & hoc ante celebrationem præd. primi matrimonij, & cum his expeditur prima reſponſio ad regulam, quæ habet, quod teſtes ſingu-
60 lares regulariter non faciunt fidem.

Secundo reſpondetur non procedere præd. regulam, ſi iudex ex aliqua iuſta cauſa inducatur ad credendum teſtibus ſingularibus, quia poteſt id facere, ſicut etiam induci poteſt ad non credendum in caſibus, in quibus ipſi probant, vt conſtat ex Gabriele vbi ſupra, num. 60. & 62. vbi plures refert, quia omnis fides teſtiū eſt iudicis arbitraria, & ex Stephan. Lamberteng. vbi ſupra, num. 35.

61 Tertio, quod præd. regula fallit, quando teſtes ſunt valde digni, & deponunt veriſimilia (vt in propoſito contingit) ita tenet cum alijs, quos citat Ant. Gabriel vbi ſupra, numero 71.

62 Quarto limitatur regula præfata, quæ habet, teſtes ſingulares fidem non facere, vt non procedat, quando ratio concordiæ teſtium ſingularium eſt eadem veritas, vt cum Mariano Socin. reſoluit idem Gabriel vbi ſupra, numero 75. vt hic videtur eſſe.

63 Quinto non procedit, quando cum teſtibus ſingularibus concurrunt aliæ coniecturæ, Aymon Craueta de antiquit. tempor. 4. parte nu. 57. & Gabriel vbi ſupra, num. 76. vel alia adminicula, Paulus de Caſtro conſil. 281. num. 10. ad finem, verſic. itē obſtat, quod teſtes ſingulares, &c. lib. 1. & conſil. 250. poſt n. 3. lib. 2. Aymō Craueta conſil. 178. n. 8. Cefalo cōſil. 149. ſub n. 12. verſic. & propterea, Roland. à Valle conſil. 82. num. 47. volumine 2. Petrus Surdus conſil. 93. numero 65. ſed hic concurrunt, vt prædiximus: ergo, &c.

Sexto, & vltimo reſpondetur, quod in præſenti cauſa nō ſolū adſunt teſtes ſingulares prædicti diſſenſus, ſed etiam, vltra eos, adſunt alij teſtes conteſtes, quatuor, vel quinq; actuū diſſenſus, & claræ pœnitētiæ, vt cōſtat ex memoriali deducto fideliter ex proceſſu iuſſu iudicum.

64 Præſertim, quod etiam in cæteris teſtibus, vbi non conſtat de ſingularitate teſtium, loco, & tempore in dubio, præſumuntur conteſtes, licèt ipſi ſe non inuicē allegent, cum poſsint eſſe conteſtes, vt refert plures Authores huius doctrinæ Anton. Gabriel concluſione ſecūda de teſtib. num. 5. & 6. eamque ſequitur Ioan. Vincent. Hondedei conſil. 15. num. 22. volumine 1. vbi n. 23. addit, hoc præcipue locū habere, quando teſtium dicta concordāt, & tendunt ad eundem finem, & præterea ſingulares non ſunt, ſed conteſtes ſecund. Cravetam conſil. 73. num. 34. Burſat. conſil. 118. nu. 22. lib. 1. vbi communē dicit: & in præſenti cauſa hoc contingit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad quartum fundamentum partis cõtrariæ respondemus, quod hic non sumus in dubio, sed in casu claro, siquidem dissensus sufficienter probatur multis modis, vt 68
patet ex supra dictis.

Ad quintum, de verbis enũciatiuis respondemus, quod etsi aliquando actũ fuerit incidenter de dicto dissensu cũ de alijs principaliter ageretur, verumtamen tũc, deliberate, & aliàs cum etiam principaliter ageretur de dicto primo matrimonio, præd. Magnas semper asseruit, & affirmauit, se nõ ducturum primam mulierem in vxorem vllo modo, vt testes affirmant: ergo nõ fuit necessaria alia protestatio, nec reuocatio mandati, siquidem liquido constat de dissensu; & sine consensu, proculdubio matrimonium postea celebrari nequiuit, ac si expresse, & nuncupatim fuisset reuocatũ præd. mãdatũ, vt supra satis probatũ fuit in secũdo articulo principali.

65 Et quãdo adsunt verba dispositiua bene probant, quia ipsa stant de per se, cum emanent principaliter propter se secund. Bald. in l. 1. numero 9. C. de falsa caus. adiecta legat, & sentit quoque Matthæus de 69
Afflict. decis. Neapol. 83. numero 1. & in vtroque casu, nempe in reuocatione verbali mandati ad contrahendum matrimonium, & dissensu expresso præd. matrimonij antequam contraheretur, militat eadẽ ratio defectus consensus, licèt expresse nõ fuerit formaliter reuocatus.

66 Præterea verba enunciatiua probant, quando sunt necessaria ad actum de quo agitur, & eius validitate, quoad illũ actũ, vt tenet Anton. de Butrio in cap. illud de præsumpt. quem sequitur Felin. in ca. per tuas, numero 12. de probat. Decius in Auth. si quis in aliquo documento numero 37. C. de edend. Greg. Lopez in l. 32. titulo 11. partit. 5. in glossa, *Creyda*.

67 Similiter verba enunciatiua inducunt dispositionem, quando illud enunciatum importat dispositionem, & proferuntur ab eo, qui disponere potest, ita additio. Alex. consil. 21. num. 4. litera. D. lib. 1. vt 70
in nostro casu contingit: ergo, &c.

Ad sextum, & vltimum fundamentũ partis cõtrariæ, quod est fortius omnibus, nempe quod in causis matrimonialibus requiruntur testes omni exceptione maiores, præcipue cum agitur de infringendo matrimonio, & de dissolutione ipsius: respondemus probando contrariũ, & quidẽ.

Primo, quia quando agitur de fœdere matrimonij, & sic de eo contrahendo, vel probando, non requiruntur testes omni exceptione maiores, quinimo etiam fœminæ, & consanguinei admittuntur, seruatis seruandis, vt in cap. super eo, *el segundo*, de testib. & ibi communiter DD. & in cap. videtur, qui matrim. accusare possit. Atque recepta opinio, arbitrio tamẽ iudicis, qui caute perpendat quanta fit testibus adhibenda, secundum Couar. in quarto de sponsal. secunda parte cap. 8. §. 12. numero 8. in versic. nam in hac ibi, receptum tamen est, communis, vt plures allegans late probat Mascard. in 2. tomo de probat. conclusione 1022. numero 15. per totũ, & ante eum Ant. Gabriel. lib. 1. de testib. conclusione 9. per totam, in prima editione, & Ioan. Bapt. Ferret. cõsil 383. nu 41. vbi quod sufficit regularis probatio, id, quod etiam constat ex l. 16. tit. 9. partita 4 quæ ita se habet.

Negãdo alguna muger en juyzio, que non fiziera pleyto de casar con aquel, que la demãdasse por esposa. Si aquel que la demandasse quisiesse esto probar, puede adozar en testimonio los sus parientes mismos en vno con los della, ó los della tan solamente, ó otros qualesquier de buena fama: pero si aquel que demãdasse la muger por esposa, non fuesse tan rico ni tan honrado, ni tã poderoso, ni de tan buen linage como ella, non puede adozar sus parientes en testimonio, porque sospecharian contra el, los que quieren acrecer honra, è pro de su pariente, mas si fueren yguales en estas cosas sobredichas, bien pueden adozir aquel que la demanda por esposa en testimonio sus parientes con los della, ó con otros estraños. E si alguna muger demandasse por esposo algun home, è lo el negasse, en essa misma manera podria testimoniar contra el.

Hoc in parentibus, & consanguineis, vel alijs quibuscumque bonæ famæ, vt ibidem cauetur, procedit, non tamen in alijs inhabilibus, qui iure aliàs repelli possunt à testificando, nempe, infames periurij, inimici, excommunicati, & similes: hos namque non reperio iure admissos ad plenam probationem facti ẽdam in causa matrimoniali, nec in alia regulariter: & hoc, quando sponsalia, vel matrimonium fiunt, & celebrantur sine præsentia parochi, & absque instrumento publico, sed tantum coram testibus inhabilibus, vel etiam per instrumentum priuatum, negatur tamen ab vna partium: tunc namque testes inhabiles fidem non faciunt, quamuis sint cõsanguinei, quod si fiant coram parocho, & testibus, vel sponsalia coram Tabellione, vel Notario publico per instrumentum, quicumque testes etiam prædicti inhabiles sufficiunt, vt statim dicemus.

71 Et quod testes inhabiles regulariter ad testificandum non admittantur, tenent cõmuniter vbique DD. & tradit pro regula cum suis ampliationibus Farinatius de oppositione contra testes, quæstione 62. in princip. numero 19. cum sequẽtibus: plus namque est dicere testem omni exceptione maiorem, quam idoneum.

72 Vnde, quod inhabiles in causa matrimonij admittantur, nullus opinatur, vt testatur Farinatius vbi supra, in sexta limitatione numero 102. in fine: addo ego: nisi quãdo fit matrimonium coram parocho, & testibus, vel sponsalia in instrumento publico, vt statim dicemus.

Quando vero agitur de probando matrimonio clãdestino, omissis opinionibus de quibus per Mascard. d. conclusione 1022. numero 9. cum sequentibus, videnda est decisio Rotæ 209. numero 12. nouissim. in prima parte per totam, vbi in materia distinguit tres casus principales: quã citat Farinat. vbi supra, num. 105.

73 Secundo, quia imo vt inquit, & pluribus fundamentis comprobat Thomas Sãchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 41. numero 5. verius est ad matrimonij valorem sufficere quoscumque testes habentes vsum rationis, nec desideratur, quod habeant qualitates à iure requisitas, vt in alijs negotijs, habiles, ac legitimi testes habeãtur, vt in d. l. Regia cauetur, ibi, *ó otros qualesquier de buena fama*, : quare sufficit, licet sint infames, excommunicati, parentes, consanguinei, serui, familiares, fœminæ, imo & infideles, vt ait Alphons. à Veracruce statim citandus.

Vrgentiora autem fundamenta huius opinionis sunt sequẽtia.

74 Primum, quia testes instrumẽtarij appositi in instrumento ex communi cõtrahentium consensu, quamuis aliàs sint illegitimi, & inhabiles faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur, iuxta glossam in Auth. de testib. §. & licèt, verb. & supplicijs, Bald. in l. parentes, numero 1. versic. vel dic. C. de testib. est communis sentẽtia, vt plures allegans testatur Farinat. de oppos. contra testes, quæstione 54. numero 40. & quæstione 62. numero 110. cum sequentibus, vbi pluribus modis eam ampliat, & limitat, & eam sequitur cum alijs Thom. Sanch. vbi supra, d. num. 5.

75 Et procedit generaliter in quocumque actu, in quo testes sunt vocati & rogati à partibus, vt intersint in eo, iuxta eandem glossam, & quamplures alios DD. quos refert, & sequitur Farinat. d. quæst. 62. num. 111. vbi num. 115.

76 Quod procedit non solum in testibus instrumentarijs, & sic adhibitis in publico instrumento, sed etiam in adhibitis in priuata scriptura; secund. Bald. & alios DD. quos ibi ad hoc citat quod verum intelligo, quando priuata scriptura nõ negatur, & numero 116. inquit Farinat. vbi supra, quod multo magis hoc procedit in testibus subscriptis tam in publica, quã in priuata scriptura.

77 Sed sic est, quod testes in matrimonio adhibentur communi consensu contrahentium: ergo sufficiunt quicumque, præsertim cum in libro parochi describendũ sit matrimoniũ cũ nominibus testium, vt præcipitur in cap. 1. in Decreto de reformatione matrim. sessione 24. Concil. Trident.

Secundum fundamentum huius opin. est, quod Concil. Trident. non requirit ad valorem matrimonij, nisi parochum, & duos, vel tres testes simpliciter, non exprimens, quod sint idonei, prout in casu, & specie tex. in cap. cum esses, de testament. exprimitur, ibi, coram presbytero, & tribus, aut duabus alijs personis idoneis: ergo ad valorem matrimonij non requiritur aliqua qualitas præter eam, quæ iure naturæ est necessaria, vt testimoniũ ferre possint, nempe, vt compotes sint vsus rationis. Quibus sit, vt hãc principalem cõclusionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, nempe, quod ad matrimonium probandum, eiusque valorem sufficiat præd. testes aliàs inhabiles, verius tenuerint, & probauerint Alphonsus à Veracruce in suo Speculo coniugiorum, dubio 7. per totum, Marcus Anton. Cuch. lib. 5. instit. maior. titulo 11. numero 61. D. Spino in suo Specul. Testam. glossa 15. numero 46. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 9. Ioan. Segur. in suo Director. Iudicum Eccles. 2. parte cap. 15. numero 60. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ summæ, secunda editione cap. 219. numero 18. Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 45. articulo 5. puncto 3. post quartum dubium, folio 193. columna 2. §. concluso sit: quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, & Zeuall. in practic. quæstion. prima parte, quæstione 604. numero 84. folio 183. columna 2. quæ sententia meo iudicio verissima est, & proculdubio hodie tenenda attento supradicto cap. Concil. Trident. constito de fide matrimonij per parochũ, & testes, qui matrimonio interfuere, licèt aliàs inhabiles sint, nec requiritur, quod testes ad matrimonium contrahendum sint rogati, vt bene cum alijs probat Thom. Sanch. d. lib. 3. disputatione 41. num. 7.

Nec obstat, quod in præsenti causa nõ agitur de probando matrimonio, sed potius de eo dissoluendo ex defectu consensus, qui defectus consensus probandus videtur per testes omni exceptione maiores, siquidem agitur de dissoluendo primo matrimonio, iuxta cap. primum, de consanguinit. & affinitate, & supra adducta circa hoc in præd. sexto fundamẽto prioris partis.

78 Quoniam idem habet locum, & procedit etiam quando agitur de dissolutione matrimonij, & separatione coniugum; non enim tunc requiruntur testes omni exceptione maiores, sed imo parentes, & consanguinei vtriusque sexus sunt testes idonei, & sufficientes ad hoc, verum & meliores sunt, nõ loquor de alijs testibus aliàs inhabilibus, sed de his, quorum modo meminimus, vt habemus textum expressum de hoc Iuris Canonici in cap. videtur, qui matrim. accusar. pos. vbi decidit, quod parentes, fratres, & cognati vtriusque sexus in testificationem suorũ ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quam legibus: ideo enim (inquit tex) maxime parentes, etsi defuerint parentes, proximiores admittuntur; quoniã vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat, qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt si nõ interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum ll. nullum fiat matrimonium, quod vero legitur, pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris, in criminalibus causis, & contractibus verum est, in matrimonio vero coniungendo, & disiungendo ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fouorabilis res est congrue admittuntur, tex. igitur expressus est decidens conclusionem, de qua in hac tertia responsione, & qui refragari, aut cauillari minime potest, idem probat tex. in cap. super eo, *el segundo*, de testib. & ibi glossa, & DD. per quæ iura ita tenẽt communiter DD. Abb. in d. cap super eo in tertio notabili, & Couar. plures referens vbi supra, in versiculo, & locum obtinet, Greg. Lopez in l. 18. in glossa, *tantos testigos*, titulo 9. partita 4. & alij citati ab Anton. Gabriel. vbi supra, d. numero 3. & est communis secundum Mascard. vbi supra, numero 14. & 23. & late Viuius lib. 2. commun. opin. num. 280.

Et per tex. in d. cap. videtur est communis sententia Doctorum, quod in causa matrimoniali parentum testimonium accipitur ad fauorem filiorum, vt plures allegans resoluit Farinat. de oppositione contra testes, quæstione 54. regula 3. numero 191. post Mascard. d. conclusione 1022. numero 23. cum sequenti, & superiora expresse approbantur in l. 15. tit. 9. partita 4. cuius verba sunt hæc.

Testimoniar puede todo home, que sea de buena fama sobre pleyto de accusacion, que sea fecha para departir el casamiento, por razon de parentesco, ò de cuñadez hasta el quarto grado, è porque dudarian algunos sobre tal razon, si podrian ser aduchos los parientes en testimonio, ouo por bien la Santa Iglesia de lo mostrar. E mando, que si la

la muger acusasse al marido, ò el marido à ella, que eran parientes, ò cuñados, fasta el quarto grado sobredicho, que tambien fuessen recibidos por testigos los parientes del marido, como de la muger, para desfazer tal matrimonio, è touò por bien que estos 81 *fuessen ante recibidos que otros: porque mejor saben ellos el parentesco, que otros ningunos: è se trabajan quanto pueden para saber su linage. Y lo mismo determina aquella ley, si la acusacion biniesse algun pariente de los casados, ò otro estraño qualquiera, y lo mismo en los que se quisiessen casar, denunciando alguno, que auia entre ellos tal embargo, como sobredicho es,* & iuxta d. legem intelligenda est d. l. 18. in vers. *Pero si el casamiento*, ibi, *con tantos testigos, è tales quales fueren menester para probar esto*, scilicet, iuxta formã l. 15. præcedẽtis, & similiter domestici admittũtur, quãdo accusatur matrimoniũ propter consanguinitatem, vt cum alijs probat Farinat. de oppositione contra testes, quæst. 55. nu. 26. & num. 108.

80 Vnde minus cautè idem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 2. disputatione 37. sub numero 11. in versiculo, debent autem se habuit; dum indistincte, & generaliter dixit ad probandum impedimentum debere esse testes, non tantum idoneos, sed omni exceptione maiores, idest quibus nihil opponi possit: fissus allegatione 82 Mascard. conclusione 1023. quæ in meo libro est 1022. à numero 4. vsque ad numerum 14. debuit namque Sanchez meminisse tex. in d. cap. videtur, & d. l. 15. quę iura clare, & manifeste decidunt ad dissoluendum matrimonium admittendos esse testes omnes homines bonæ famæ, & etiã parentes, consanguineos, & affines vtriusque sexus, quos pro idoneis, sufficiẽtibus, & melioribus testibus quam extraneos admittendos esse decidunt; non igitur recte dici potest contra præd. iura indistincte, & generaliter testes ad probandum impedimentum contra matrimonium contractum, non solum debere esse idoneos, sed etiam omni exceptione maiores, siquidẽ sufficit, quod sint bonæ famæ, quinimo parentes consanguinei, & affines sunt meliores, quam extranei ex rationibus de quibus in d. iuribus, Mascard. autem citatus in sui fauorem per Sanchez defecit in concordia, quam assignat numero 11. & 12. ad opiniones contrarias in hoc articulo, vt infra statim dicemus in versiculo, nec admitto, num. 82.

Addit tamen Couar. vbi supra, versic. arbitrio tamen, hoc esse intelligendum arbitrio iudicis, qui caute perpendet quanta sit his testibus fides adhibenda ex causæ pendentis qualitate, personarum conditione pari. aut dispari, aut dissimili, secundum Hostiens. in d. cap. super eo, & alios Authores, quos citat, & inquit hoc colligi ex l. 16. tit. 9. partita 4. quæ tamen loquitur quando agitur de probando matrimonio, quod negatur præcessisse, & inquit Mascard. d. conclusione 1022. numero 25. hoc verum esse nisi constaret parentes, & alios coniunctos incredibili ardere desiderio, vt matrimonium, super quo deponunt, optatum finem consequeretur, quia tunc vti suspecti non essent accipiendi in testes, secundum Felin. & alios, quos ibi citat, quod temperat numero 26 vt locum sibi non vendicet si parentes, & coniuncti prædicti sint admodum vita integri, & honestæ personæ, nam ob vitæ probitatem non debent repelli à testimonio perhibendo pro filijs in causa matrimoniali, vt monuit Iaso consil. 2. versic. quod si quispiam, num. 18. volumine 2.

Neque admitto concordiam, & reconciliationem eiusdem Mascard. d. conclusione 1022. numero 11. cum sequentibus inter præd. opiniones contrarias, & inter cap. 1. de consanguinit. & affinit. & c. in literis de testibus, ex vna parte, & tex. in d. cap. videtur, qui matr. accus. pos. ex altera; nempe quod tex. in d. cap. videtur, & communis secunda opinio supra adducta procedat quando matrimonium contractum non habet præsumptiones vrgẽtes pro se, tex. verò in d. cap. 1. & in d. c. in literis cum magis communi opinione, primo loco in contrarium adduct. quando matrimonium contractum habet vrgentes præsumptiones pro se, vt videtur constare ex illis iuribus ex tempore, & copula subsequutis, secundum Beccium consilio 162. numero 3. quia nihilominus cõcordia hæc diuinat ad casum d. cap. videtur, vnde non est tenenda, & præterea est falsa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

falsa, quia tex. in d. cap. 1. & in d. cap. in literis, eorumque dispositio non fundatur principaliter in cõsummatione matrimonij, vt ibi per DD. sed in eius vinculo indissolubili, etiamsi non sit consummatum matrimonium propter magnitudinem sacramenti, & periculum animæ eius dissolutionem prætendentis.

83 Tex. igitur in d. ca. 1. de consanguin. & affinit. requirens testes omni exceptione maiores ad dissoluendum matrimoniũ propter consanguinitatem, vel affinitatẽ non excludit parentes, & consanguineos ad probandam consanguinitatem, vel affinitatem inter coniugatos, nec est præsumendum, eos voluisse excludere, siue matrimonium sit copula consummatum, siue non, in hoc namque nulla vis est, cum indistincte sint admissi per d. cap. videtur, cũ simil. quod minime corrigitur per d. cap. 1. nec d. cap. in literis, sed tantum decidit d. cap. 1. quod si per testes circunspectos omni exceptione maiores constiterit de affinitate coniugum in quarto gradu, diuortium fiat inter eos.

Tex. verò in d. cap. in literis de testib. inquit, quod non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxerit ad probãdum impedimẽtum matrimonij, nec sunt admittendi aliqui, nisi probatæ sint vitæ, & opinionis, de quibus verisimile non sit, quod debeant pro aliquo deierare: at huiusmodi sunt parentes, & consanguinei vtriusque sexus, vt in d. cap. videtur, cum simil. ergo eos non excludit d. cap. 1. nec d. cap. in literis, imo potius declaratur hæc iura per d. cap. videtur; præcipue cum hi melius sciant suam parentelam, & genealogiam, quare sunt meliores, & idoneores testes, quam alij, vt in d. cap. videtur, & in d. l. 15. titulo 9. partita 4. & ita bene concordantur omnia præd. iura, & revera non sunt contraria inter se.

84 Illud autem, quod prædiximus, eos dici testes omni exceptione maiores, contra quos nulla exceptio opponi potest, intelligi debet, non quidem simpliciter contra quos nulla exceptio opponi potest, sed qui non possunt repelli aliqua exceptione legitima, secund. Abb. in cap. 1. numero 32. de iudic. & post eum, & alios Honded. consil. 77. numero 21. volumine 1. & tenuit prius glos. in d. cap. 1. verbo maiores, de consanguinit. & affinitate, sed parentes, & consanguinei bonæ famæ in proposito sunt legitimi testes, vt in d. cap. videtur, & l. Regia 15. ergo repelli non possunt, & sunt omni exceptione maiores in causa matrimoniali, tam quando agitur de probando matrimonio, quam de eo separando, & dissoluendo, vt in d. cap. videtur, & in d. l. Regia.

85 Præterea tex. in d. cap. in literis ideo repellit testes de familia actoris, quia non erant honesti; dicebant enim se interuenisse facto inhoneste perpetrato per dominum secund. Bald. ibi, per l. hæc verba, ff. de adult. & sic vt participes repellebantur secundum eundem, quem sequitur ibi Felin. numero 6. vnde si fuissent honestæ personæ, non processisset illa Decretalis, secund. ipsum, qui ita intelligit l. consensu, C. de repudijs ex Innoc. quem citat, qui ibi, super verb. familia, exponit, seruos, vel in patria potestate cõstitutos, & quod alij familiares possunt licite reddere testimonium, vt in cap. super prudentia 14. quæstione 3. & quod iudex diligenter attẽdat honestatem personæ, vt nisi honestæ sint nullatenus eis credatur, vt ibi. addit Felin. ibidem numero 6. considerandum fortiter pro hoc, quod mater, & similes, testificãtur in talibus, etiã in præiudicium matrimonij consummati, vt in d. cap. videtur, & in d. cap. super eo: vnde non est diuersa ratio in familiaribus honestis, quem intellectum sensit glossa in summa 14 quæstione 2. in fine.

Potest etiam responderi ad d. cap. in literis, loqui nempe de illo, qui ad dissoluẽdum matrimonium allegauit impedimentum affinitatis causatum ab ipso opponente ex copula illicita, & contra quem vrgebant aliæ præsumptiones calumniæ, vnde illo casu grauatur probare impedimentũ per testes probatæ fidei, & opinionis, vt ibidẽ per Abbat. & Felin. post Aret. quos refert, & sequitur Ioan. Baptist. Ferret. consil. 364. numero 7. & insuper ibi, alteri coniugi nulla culpa imputari poterat, & de opponentis malitia apparebat propter habitationem simultaneam septenij, & probationem, quam offerebat ex suis domesticis, & familiaribus, qui non erant per-

personæ honestæ, siquidem copulæ illicitæ asserebant se interfuisse, & numquã antea id manifestauerant: ex quibus iustissime à Summo Pontifice iudicantur suspecti, & non admittendi.

Habemus igitur ex supra dictis plane probatũ, quod testes cõsanguinei, & familiares bonæ famæ admittuntur in testimonium in causa matrimoniali, non solum quãdo agitur defœdere, & valore matrimonij, sed etiam de eo infringendo, & dissoluendo: quod non solum probauimus authoritate grauissimorum virorum, & communis opinionis, sed etiam decisione textuum Iuris Pontificij, & legum Regiarum.

86 Quod si dicatur in præsenti causa non agi de dissoluendo priore matrimonio ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, quo casu loquitur tex. in d. cap. videtur, cum simil. & hoc ratione particulari eorundẽ iurium, sed de dissoluendo matrimonio, ratione dissensus, & tacitæ reuocationis mandati intercedentis, antequam id celebraretur, in qua specie nõ loquũtur præd. iura, nec militat eorũ ratio supra dicta, nẽpe, quod vnusquisque suam parentelam, & generationem scire laborat: nec etiam dicatur quod ratio posita in fine d. cap. videtur, ibi: quod vero dicitur, pater non recipiatur in causa filij, &c. sit generalis, & sic videtur omnes casus comprehendere, iuxta plura à nobis commulata lib. 3. practic. quæstione 17. numero 75. cũ pluribus sequentibus, de quibus supra in secũdo artic. principali mentionem fecimus, quia species præcedens d. cap. videtur, est specialis, nempe cum agitur de dissoluendo matrimonio ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, & species antecedens restringit, & arctat genus subsequens, l. vltima, §. cui dulcia, ff. de tritic. vino, oleoque legat, & ibi glossa Bart. & DD. tex. in ca. sedes, de rescript. & Clementin. non potest, de procurat. cum simil. late Felinus in d. cap. sedes: ergo tex. in d. cap. videtur solum habet locum in sua specie, in qua loquitur: secus vero in alia dissimili.

87 Respondebimus, hæc minime obstare; quia decisio tex. in d. cap. videtur, procedit etiam in probatione cuiusque alij impedimenti matrimonij, in quo militat eadem ratio, & præsertim in probando dissensu ante matrimonium celebratum interueniente, qui est noster casus: & probatur primo, quoniam ratio illius tex. in fine posita prægnans, & generalis est, nempe, quod in matrimonio coniungendo, & dissoluendo parentes, & consanguinei cõgrue admittuntur ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est; ergo vbicumque hæc ratio militat, idem ius est statuendum, l. illud, ff. ad l. Aquil. cum simil.

Secundo, quia quando ratio legis est generalior, & decisio particularis, tunc ratio illa generalior pro lege habetur, & decisio loco exempli habetur iuxta communem omnium Doctorum sententiam, & doctrinam, quam adduximus, d. quæst. 17. num. 101.

Tertio, quia ratio particularis d. cap. videtur, nempe quod parentes, & cõsanguinei admittuntur in testes, quoniam vnusquisque suam genealogiam, &c quæro, cõsanguinitas, & affinitas non potest bene probari per extraneos, vt fit quotidie per eos, & per consanguineos? potest quidẽ, vt patet: quare igitur textus in d. cap. videtur censet, & reputat pro melioribus testibus ad probandam consanguinitatem, & affinitatem parentes, & consanguineos, quam extraneos, nisi quia illi melius hoc sciunt: ergo eadem quoque ratio militat, & procedit in reliquis impedimentis dirimentibus matrimonium, quæ melius per consanguineos, domesticos, & familiares bonæ vitæ, & famæ probari possunt, præcipueque in dissensu, & tacita reuocatione mandati, quando causa aliqua adest seruãdi secretum, prout in præsenti causa adfuit, & quidem maxima, nempe timor reuerentialis patrui cum ipsius minis, & reliquis de quibus supra: & ita Abbas in d. ca. videtur generaliter intelligit eum tex.

88 Quarto, quia etiam generaliter in materia testium traditum est à nostratibus, quod quando agitur de probando aliquo negotio, in quo familiares verisimiliter habent maiorem notitiam, quam alij, tũc admittentur, licèt aliàs regulariter cõtrarium sit à iure inductum, vt cum Ioanne Crito tradit Gigas consil. 29. numero 25. estque glossa expressa in d. cap. videtur, verbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbo legibus,& inquit Stephanus Aufrerius de reprobatione teſtium,numero 36. quod in ijs,quæ veriſimiliter melius ſciuntur per domeſticos, & familiares,quã per alios,admittuntur domeſtici ſecund.Ioan. Andr. & Bart. quos refert,tenet etiã Hyppolit. in l.1.numero 4.C.de quæſtion.Viuius in lib. commun. opinionum, concluſione 8.verſic. teſtes affines,fol.379.quos refert,& ſequitur Rota Genuenſ. 130. numero 5. addens, quod ſecund. Bartol. in l. quoties,de naufrag. lib. 11. & Aretin. conſil.13.numero 17. his caſibus familiares, & domeſtici melius ſcientes præferuntur alijs teſtibus:idem in hoc vltimo cum alijs 91
tenet Ant. Gabriel.ibidem, dico de teſtib. concluſione 10.numero 38. & quod recipiantur,cum Bart. & Ant.de Butrio tenet Ant. Gabriel ibidem,numero 40.& nõ ſolum hæc doctrina poteſt dici communis, ſed ab omnibus recepta eſt, vt plurimos citans affirmat Farinat. de oppoſ. contra teſtes,quæſt.55.nu.37.

89 Quinto,in proprijs terminis diſſenſus, quod ſufficiat teſtes eſſe fama, & conuerſatione præclari,(prout ſunt examinati in propoſito) probatur ex tex. in cap. inſuper,qui matrim. accuſar.poſſ.qui tex.ſubſequitur immediate poſt d. cap. videtur, eſtque eiuſdem Summi Pontificis,nempe Clementis III. dum ibi defectus conſenſus probatur per præd. teſtes,nec requiritur,quod aliàs ſint omni exceptione maiores:quod ſi ibi non fuit diſſolutum matrimonium, id contigit propter conſenſum puellæ,& ratificationem per copulã ſubſequutam:ergo ſi puella illa in copulam non conſenſiſſet, ſed extaret in ſuo priori diſſenſu, recte probatus remaneret diſſenſus per prædictos teſtes.

90 Sextò probatur ex doctrina ſingulari, & extraordinaria magni illius practici, & famoſi Iuriſconſulti Alberici de Roſatis in tractatu de teſtib. titulo, quando teſtes repellantur ratione domeſticitatis,numero 21. volumine 5. tract. diuerſ.Doct. in antiquis, folio mihi 178. vbi loquens in proprijs terminis d. cap. videtur, qui matrim. accuſ. poſſ. de quo agimus,inquit,& docet pro conſtanti, quod non ſolum in impedimento conſanguinitatis, verum in quocumque alio, ex quo matrimonium veniret diſſoluendum,domeſtici admittũtur, & addit, quod hoc de facto ſeruatur, & citat expreſſam gloſſam ad hoc in cap. 1. 14. quæſtione 2. quem refert, & ſequitur Gigas d. conſil. 29. numero 24. idem ſuprad.non allegans, tenet & probat Maſcard. d. concluſione 1022. numero 8. & Farinat. de oppoſ. contra teſtes, quæſtione 55. numero 108. ſi domeſtici admittũtur,ergo & à fortiori conſanguinei bonæ famæ,vitæ, & conuerſationis coram quibus occulte diſſenſus fuit pronunciatus, ex præd. iuſta cauſa metus reuerentialis patrui.

At regula d. cap. ſedes de reſcript. & l. final.§ is, cui dulcia,ff.de tritic.vin.oleo que legat.cum ſimil. non obſtat ſupradictis,quoniam d. cap. ſedes procedit in reſcriptis,in quibus propter eorum odioſitatem ponitur ſpecialis doctrina; ſecus eſt in mandatis procuratorum, & in contractibus,& alijs,in quibus licèt nominẽtur perſonæ minores, veniunt etiam maiores; & negotia maiora,vt cũ Innoc. & alijs probat Felin. in d. cap. ſedes,num.5.in quinta declaratione,& præd. l. final.§.is, cui dulcia loquitur in legatis,quæ non extenduntur vltra mentem teſtantis in præiudiciũ hæredum. Reſpondemus ſecundo, & vrgentius, quod regula dictorum iuriũ loquitur in diſpoſitione hominis:nos vero agimus in diſpoſitione Legislatoris, quæ & ratio generalis comprehendit, & decidit virtualiter omnes caſus, & pro ipſamet lege habetur, & deciſio particularis loco exempli eſt,atque habetur iuxta cõmunem doctrinam ab omnibus ſequutã, quam ſupra adduximus, quæ potius locũ hic habet,quia eſt in próprijs terminis,quã contraria,quæ in alijs diuerſis loquitur, vt paret,& quælibet in ſuo caſu procedit,nec vna alteram corrigit,aut lædit.

Deueniendo nunc ad repulſas ſingulorum teſtium Magnatis diſſentientis, de hoc deponentium:dicimus,teſtes conſanguineos mulieris ſecundi matrimonij non eſſe idoneos teſtes in fauorem eius, eo quod patiuntur ſimul plures defectus cũ conſanguinitate præd. nempe,quod ſua conſanguinea fuit cognita carnaliter à præd. ſuo viro,& ſic agitur de honore familiæ, & ideo ardentiſsime deſiderant, ſecundum matrimonium declarari pro valido,in cuius fauorem deponunt,& primũ pro nullo, & præterea fuerunt mediatores, & authores præd. ſecundi matrimonij,idque vſque ad finem debitum perduxerũt tamquam fautores ipſius Magnatis, eum aſſociando,quamobrem non ſunt legitimi teſtes iuxta ſupra reſolutat nec frater carnalis præd. Magnatis, quia cohabitat cum ipſo, & ab eo in eadem domo, & menſa alitur, cæterũ adſunt alij plures teſtes dicti diſſenſus legitimi & idonei, quibus credendum eſt, licet ſint cõſanguinei, vel domeſtici, vt probauimus.

Alius teſtis, qui fuit mediator, & proxeneta ſecundi matrimonij eſt idoneus, eique fides dari poteſt,propter ipſius magnam qualitatem,vt conſtat ex actis,ſiquidem hoc relinquitur arbitrio iudicis, vt ſupra reſoluimus agendo de eius repulſa. 92

Quod etiã probatur ex l.36.tit.16.partita 3. aſſerẽte,*que el corredor de conſentimiento de partes puede ſer apremiado a teſtificar:pero no cõtra voluntad de vna de las partes, ſi el de ſu grado no quiſiere venir à dezir ſu dicho* : ergo cum præd. teſtis in propoſito ſpõte ſua depoſuerit in hac cauſa admitti debuit, & fidem facit: & ita ibi Gregor. Lopez referens opiniones diuerſas,quæ circa hoc erãt de Iure communi, de quibus ſupra egimus:tandem inquit,cogita,quia cũ iſta lex loquatur ita indiſtincte,& generaliter, fortè indiſtincte eſſet intelligenda, & quia non debet præſumi quod proxeneta propter modicum commodum,vel affectionem deieret: & de Iure Canonico mediatores, ſi nõ agatur criminaliter, ſed ciuiliter,& emolumentum non fuerint aſſecuti,admittuntur in teſtes, vt in cap. 1.de teſtib.lib. 6. qui loquitur in mediatoribus ſimoniæ,in quibus idem cũ alijs probat Farinat. de oppoſ. contra teſtes,quæſtione 60. numero 420. cũ ſequẽ tibus,vbi id declarat. 93

Quinimo fauore matrimonij proxeneta admittitur in teſtem,eique creditur, vt cum alijs probat Farinat. vbi ſupra,numero 442. vbi numeris ſequentibus inquit,quod licèt contrarium teneant Alex. Decius,& alij quos ibi citat,verius tamen eſt,eum admitti,ſed non reputari integræ fidei,& omni exceptione maiorem,ſecũ 95
dum alios quos ibi refert. & tandem addit iudicis arbitrium eſſe remiſſum quanta fides ſit iſto caſu proxeneræ teſti adhibenda:quod ſi proxeneta eſſet perſona multum integra, & legalis(vt hic) bene probaret ſecund. ipſum Farinat.vbi ſupra,numero 436. & hoc procedit ſuppoſita magis cõmuniter à Doctoribus recepta ſententia,quæ habet, quod proxeneta teſtis eſſe non poteſt in negotio, in quo fuit mediator,iuxta gloſſ. in Auth. de inſtrumẽt. caut. & fide,§.in his,in verbo ad numeratorem,& in alijs locis, & quamplures Authores,quos congerit hoc affirmans Farinatius vbi ſupra,numero 406 & 408 quæ communis regula patitur præd. limitationes,quæ faciunt ad propoſitũ, & alias plures, cum nihilominus contraria ſit etiam communis, imo eam veriorem, rationabiliorem, & magis communem credidit Rota Ianuen. 188. numero 7. quã ad hoc refert Farinat. vbi ſupra, numero 407. ad fin. præfatur tamen numero 8. tim ſequẽti in fine regulam negatiuam contrariam primo relatam,ſine dubio magis communiter à Doctoribus receptam eſſe, quod nos quoque cenſemus:de iure tamen noſtro Regio habemus deciſum, quod prædiximus,nempe per l.36.in fine,titulo 16. partita 3.ibi,*ſi el de ſu grado no quiſiere venir à dezirlo*, quæ eſt intelligenda ſecund. Gregor. Lopez vbi ſupra, vt teſtatur Zeuallos primo tom.commun. opin. contra communes.quæſt.75. ad fin.

Teſtis quoque valde amicus præd.Magnatis ob beneficia erga filios ſuos prius collata,admittendus videtur, quoniam ad hoc,vt amicitia repellat teſtem, eumque inhabilitet,debet eſſe tanta,quod propter amicitiam vnius reſultaret odioſitas alterius partis,contra quem teſtificat,vt declarat Bald. in l.ſi quis,columna final. numero 8. C. de teſtib. Alex. conſil.78 num. 1. & 2 lib.1. & conſil.4.numero 9.& conſil. 76. viſo libello, columna final. volumine 6. quem refert,& ſequitur Ferret conſil.392.numero 27 & communem teſtatur plures allegans Farinat. de oppoſit.cõtra teſtes,quæſtione 55. numero 236. vbi à numero 232. late hanc materiam declarat. 94

Similiter non obſtat,quod domeſtici, etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam ad probandum ea, quæ domi facta sunt, non recipiuntur in testes, nec illis magis creditur, quam alijs in præiudiciũ præcedentis matrimonij solemnis, vt supra dicebatur pro priori parte. Quia primo respondemus, contrarium nos probasse in hac secunda parte quando domestici sunt bonæ famæ, & opinionis, etiam, si agatur de dirimendo matrimonio, non solũ quãdo matrimonium est occultum, sed etiam publicum, quia melius per hos, & consanguineos probari potest, quam per extraneos.

95 Secundo, quod in proprijs terminis, in quibus loquutus est Carol. Ruyn. d. consil. 149. & 150. dum tenet, quod matrimonium clandestinum nocte occulte celebratum non probetur testibus domesticis in præiudicium matrimonij publici, & solennis postea celebrati, quia hoc negotiũ est eius naturę, quod actu, & habitu alij testes adesse poterant matrimonio clandestino occulto: in hac, inquam, eadem specie contrarium tenet Aretin. consil. 13. numero 17. vbi concludit, quod non solum admittitur domestici in hoc casu, & sic super ijs, quæ difficiliter per alios probari possunt, sed quod alijs præferũtur, idem tenet Decius consil. 162. numero 14. versic. quarto, ita respondens ad regul. d. cap. 1. de cõsang. & affini. & allegat alios DD. ita tenentes, quos etiam sequitur in proposito Ioan. Baptista Ferret. consilio 364. numero 14. ergo cum in causa præsenti, dissensus fit prius emissus occulte ob metum reuerentialem patrui antequam prius matrimonium solenne celebraretur, potest recte probari testibus domesticis, & consanguineis, vt ita lateret patruum: & confirmatur, quia cum ipse patruus occulte, clausis ianuis coram suis familiaribus fecerit, & induxerit suum nepotem, vt mandatum daret in scriptis ad primum matrimonium contrahendum, nimirum, si nepos eodem secreto, & cautela vsus fuerit ad dissentiẽdum, & contradicendum.

Deniq; testes domestici prædicti, nullum alium defectum patiuntur, quam illũ solum, quod sint domestici, hic autem iam est purgatus ex supra dictis.

97 Non obstat etiã, quod pro priori parte adduximus, nempe, quod in causa matrimoniali testes inhabiles non admittũtur cum alio habili: item quod numerus testium non supplet defectum: respõdemus namque primo: quod in nostra specie domestici nõ sunt inhabiles, vt probauimus: secundo, quod contrarium tenet Decius d. consil. 163. numero 27. scilicet, quod in probando matrimonium, numerus testium supplet defectum personarum cum Aret. consil. 13. & And. Sicul. consil. 11. lib. 3. & consil. 16. lib. 4. & rursus Decius vbi supra, numero 28. probat, quod dato essent probationes imperfectæ, debent cõiungi propter multas præsumptiones, & cõiecturas manifestas, quæ in suo casu cõcurrebant (vt in nostro concurrunt) ex quibus in causa matrimoniali idem esse decendum ibi, probat: de quibus vidẽdus est etiam Farinat. de oppos. cõtra testes, quæstione 55. numero 109. & 110. & quæstione 62. numero 325. & 328. cum sequentibus.

Superest igitur sufficientissime satisfactum fundamentis prioris partis, & hæc secunda bene probata, ita vt semper censuerim recte fuisse iudicatum prius matrimonium prædictum per procuratorem celebratum, fuisse nullum, ob defectum consensus, ac per consequens, secundum validum, vt post decisionẽ præsentis causæ in terminis tenet, & probat Fr. Alphõs. de Vega en su Sum. de casos de conscientia, editione prima, ann. 1594. lib. 4. casu 265. folio mihi 231. cum ann. proxime præcedenti 1593. fuisset prolata prædicta sententia diffinitiua in Regia Curia, & Regali Consilio per septẽ iudices Apostolicos conformiter electos per Regiam Maiestatem Philippi II. Hispaniarum Regis, quorum iudicum vnus nos fuimus ad laudem, & gloriam omnipotentis DEI. Amen.

98 Denique in materia d. cap. final. de procurat. lib. 6. obseruandum est, nullam desiderari ætatem, nec aliam qualitatem in procuratore ad matrimonium celebrãdum, præter eam, quam ius naturale exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum rationis vsum, vt latissime, & recte quampluribus fundamẽtis comprobat Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 41. numero 8. per totum,

totum, respondens fundamentis contrarijs de procuratore ad negotia, prout est, ad matrimonium contrahendum debere cum esse ætatis decem & septem annorum: inter alia autem fundamenta huius partis in fauorem matrimonij, illa duo mihi verisima esse ostendunt, & requirunt primum, de præsentia parochi requisita ad valorem matrimonij iuxta Decretum Concilij Trident. qua suppletur defectus ætatis 17. ann. procuratoris, vsus rationis capacis ad exprimendum consensum sui domini. Secundum, quod sicut consensus puberis, qui habet ætatem 14. annorum completam, sufficiens est ad se obligandum matrimonio, coram parocho, & testibus præditus, vt patet, ita & eodem modo sufficiens esse omnino debet ad præstandum consensum legitimum coram parocho, & testibus pro domino suo, à quo habet speciale, & sufficiens mandatum ad matrimonium valide contrahendum. Durissimum enim, atque absurdum, indignumque creditu esset, asserere contrarium, præterquam, quod nulla ratio differentiæ inter hos casus dari 100
99 potest.

Testes autem ad matrimonium non requiritur, quod sint rogati, quia id nullo iure cauetur: imo ad rei gestæ fidem faciendam, testes non rogati sufficiunt, l. fidem, ff. de testib. & inter casus, quibus requiritur, quod testes sint rogati, vt in auth. rogati, C. de testib. iuncta glossa verbo in testamentis, & in d. l. ad fidem verbo non rogatus, & l. 32. tit. 16. partita 3. matrimonium non numeratur: ergo in eo non requiritur, quod testes sin rogati, & in terminis ita tenet glossa in cap. nostrates, verbo inuitatis 30. quæstione 5. Aret. consil. 14. Decius consil. 169. Socin. in suis reg. iuris regula 420. in fine, litera T. Nauar. lib. quarto consil. in prima editione, titulo de sponsal. consil. 20. numero 1. & in secunda editione, titulo de clan dest. desponsat. consil. 11. numero primo, Gregor. Lopez in l. 1. verbo, *sin testigos*, titulo 3. partit. 4. Segur. in Director. Iudic. Ecclesiast. secunda parte, cap. 15. numero 53. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 9. quos sequitur Thom. Sãchez lib. 3. de matrim. disputatione 41. numero 7. aduersus glossam in ca. testes, verbo audierũt, tertia, quæstione 9. & Barbat. consil. 45. numero 3. volumine 1. qui contrarium sine iure tenebant, & quamuis in hoc articulo referat duas opin. cõmunes contrarias Zeuallos practic. primo tomo, quæst. 484. prima tamen suprad. sententia, quæ habet nõ requiri, quod testes in causa matrimoniali sint rogati, est verior, magis cõmunis, & tenenda, vt censeo absque dubio, maxime attẽto Sacro Concil. Tridẽt. quia id non requirit, sed solum simpliciter & absolute, quod interueniãt duo, vel tres testes coram parocho quãdo celebratur, & contrahitur matrimoniũ cum Decreto irritante si aliter celebretur matrimoniũ, vt patet ex cap. 1. de reformatione matrim. sessione 24. & tamen si requireretur, quod præd. testes sint rogati, id exprimeretur à Concilio, cum in eo forma omnino obseruanda præfigatur, hoc non exprimitur, nec requiritur: igitur, &c. Et ita merito, inquit Zeuallos vbi supra, quod non seruatur contraria opinio de consuetudine.

Nec etiã opus est ad valorẽ matrimonij celebrati per procuratorem, quod parochus, & testes, qui ei intersunt, videant literas in quibus continetur potestas procuratoris, sed tantum quod mandatum sit sufficiens, & quod exprimatur corã eis cõsensus de præsenti, aliàs deberent esse viri docti, vt scirent, an ea potestas sit sufficiens, necne? Imo, si aliud diceretur, censerentur iudices: Præterea nullo iure reperitur requisitum, quod mandatum ad negotia prout est, matrimonium legatur, vel videatur à testibus cõtractus pro valore ipsius; hoc nãque ad partes cõtrahentes attinet, suoque periculo cedit, si enim mãdatũ procuratoriũ sufficiẽs fuerit, valebit cõtractus eius virtute celebratus, sin minus secus, in matrimonio autẽ examẽ mandati ad Ordinariũ expectat tãquã iudicẽ, vel in eius defectũ ad parochũ, cuius assistentia, & præsentia pro valore matrimonij requiritur: cæterũ si mãdatum sit aliàs sufficiẽs, & cõsensus de præsenti in forma debita præstetur, valebit quidẽ matrimoniũ, quãuis ipsi præd. mãdatũ nõ viderint, nec legerint, tametsi Ordinarius ratione contemptus possit procedere cõtra eos, quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc culpabiles inuenerit, præsertim, si absque eius licentia monitiones fuerint omissæ, vel remissæ, sicut valet matrimonium, quod celebratur per ipsosmet contrahentes coram parocho, & testibus sine licentia Ordinarij, & absque monitionibus, vt in præfatò Concilij Tridentini Decreto, in verfic. qui aliter: accedat præterea praxis totius Ecclesiæ, quæ hoc recepit, nempe, vt non sit opus, quod parochus, & testes videant literas, in quibus continetur potestas procuratoris ad celebrandum matrimonium, de qua praxi testatur in proposito Thomas Sanchez lib. 5. de matrimonio, disputatione 8. sub numero 24. ibi, nam quando aliqui, &c.

101 Vltimo addimus, optime facere contrahentes per procuratorem, si post modum ipsimet iterum matrimonium ineât, ad tollendos scrupulos: nam quamuis cætera sacramenta repeti nequeant eadem materia manente, hoc tamen est in matrimonio speciale, quia cum sit contractus, eiusque materiam, & conditiones retineat, potest, ea parte, qua contractus est, cæterorum more, sæpius reiterari, vt volunt DD. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 11. numero 31. vbi quod reiteratur matrimonium, ne forte prior consensus reuocatus sit.

CAPITVLVM XLV.

An hodie post Concilium Tridé tinum, matrimonium possit contrahi valide per literas?

1 MATRIMONIVM ante Concilium Tridētinum, attento Iure Communi, proculdubio poterat celebrari per literas, & per epistolam, validumque erat iuxta glossam in cap. nec illud, verbo vxor 30. quæstione 5 Felin. in cap. ex parte Decani, numero 10. de rescript. refert plures D. Couar. in quarto de sponsalib. secunda parte, cap. 4. in princip. numero 11. sequitur Dominicus à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. versic. at vero quamuis post Scotum ibi, quæst. 2. in fine: Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, consil. 2. numero nono, & in secunda, consil. 6. num. 9. de cognatione spirituali, & plures citans Didacus Perez in l. prima, titulo 1. lib. 5. Ordinament. pagina 2. in versi. quid autē sit in matrimonio, Matiēço in rubrica glossa 1. numero 32. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Molina Theologus secundo tom. de Iustitia, & Iure, disputatione 254. in princip. Vega lib. 4. suæ Summæ casu 264. quorū plures post Concil. Trident. scripserunt, Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 21. in princip. & alij communiter DD.

2 Quod modo sciendum est, & oportet, an hodie stante Sacrosancto Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. de reformatione matrim. ibi, qui aliter, quā præsente parocho, &c. matrimoniū per literas, siue epistolā corā parocho, & testibus valide cōtrahi possit? & pars affirmatiua certa esse videtur, sicut valet celebratū per procuratorē corā parocho, & testibus post Trident. Conc. vt resoluimus sup. c. 43. Primò, quia ratio finalis Conc. Trid. irritantis matrimonia clandestina (vt patet in d. ca. 1. in princip.) est, vt notum sit Ecclesiæ matrimonium, probarique possit, ne aliud publice, & aliud occulte celebretur, sed quando celebratur per procuratorem, vel literas coram parocho, & testibus probari potest, & consequitur finis intentus, ergo, &c. Secundo, quia etiam in nostra specie concurrit alia ratio Concilij Tridentini, ne scilicet celebretur matrimonium ab alio, quam à proprio parocho. Tertio, vt euitemus Iuris Communis correctionem, quæ in dubio euitanda est, iuxta iura vulgaria. Quarto, quia plures DD. qui post Concilium Tridentinum scripsere adhuc docent matrimonium per literas, vel epistolam contrahi, & celebrari posse, si igitur hoc per Concilium Tridentinum censerent esse correctum, hoc simpliciter non dixissent: & in terminis hoc incidenter voluit, dixit ac expressit Ludouicus Lopez in secunda parte Instructorij de matrimonio cap. 35. folio 1027. columna secunda, & tenet expresse Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 2. numero 6. & esse probabilius asserit Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 12. numero 3. exemplificando duos casus, in quibus, celebrato per epistolam matrimonio potest vtriusque consensus coram parocho, & testibus præstari: primus est, quem posuit Enriquez vbi supra, si epistolam mittens scribat se non solum facere sui corporis traditionem, sed ex tunc traditionem per alterum sibi faciendam acceptare: tunc enim, si epistola lecta coram parocho, & testibus, alter consentiat, iam vtriusque traditio, & acceptatio sit coram eodem parocho, & testibus. Secundus casus est, quem dicit in nemine inuenisse, si recipiens epistolam rescribat mittenti, se accepisse literas, in quibus vult ipsum in coniugem, & similiter ipsum velle: tunc enim si hac epistola rescripta lecta coram parocho, & testibus, recipiens coram illis consentiat, iam mutua acceptatio, & traditio constat parocho, & testibus, quia illa epistola continet traditionē rescribentis, & acceptationem traditionis factæ à prio re mittente, & prior mittens se tradit, & acceptat coram parocho, & testibus, quibus fit, vt matrimonium per literas sic solenniter celebratum, sit etiam sacramentum, vt celebratum per procuratorem, ita Sanchez vbi supra, num. 4.

Rursus pro contraria parte, & sic negatiua facit, quia videtur esse magnum discrimen inter matrimonium per procuratorem celebratum, & per literas post Cōcil. Trident. quia quando celebratur per procuratorem, pars mittens eum censetur præsens matrimonio, & consentit per suum procuratorem præsentem, quia, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, iuxta regulā iuris notoriam: & Concilium Tridentinum requirit præsentiā personalem ad cōsensum legitimum præstādum matrimonio, vnde potest præstari per procuratorem coram parocho, & testibus: at, quando matrimonium fit per literas modis de quibus supra, nulla adest persona præsens, quæ tunc pro absente mittente consensum præstet, sed tantum adsunt eius literæ, vel epistola absque persona aliqua pro absente, & matrimonium non efficitur tempore, quo absens consentit in literis, sed tempore, quo coram parocho, & testibus præstatur consensus ab vtroque, vt patet in Concilio Trid. supra citato, ibi, vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: ego vos in matrimonium coniungo, &c. Sed tunc non adest absens, nec eius procurator, qui consentiat eo tempore: ergo nullum est matrimonium per literas, vel epistolam celebratum, iuxta idem Concilium, ibi, qui aliter, &c. Secundo pro hac parte facit, quia hic modus celebrandi matrimonium per literas post Concilium Tridentinum nō est in vsu, nec praxis Ecclesiæ eum recepit, quod sciam: ergo sic contrahens, saltem se exponit dubio, & periculo in re tam graui, an matrimonium sic contractum sit validum, necne? Cum tamen sit expeditum, quod per procuratorem legitimum possit etiam post Concil. Trident. celebrari matrimonium, vt supra resoluimus, dicto cap. hocque medium pro absentibus est facilissimum, & in terminis hanc partem negatiuam tenet; & probat Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 3. dubio vltimo, ad primum, folio mihi 160. & Bartholomæus de Ledesma de matrimonio dubio 18. folio 1286. Manuel Rodriguez in primo tomo suæ Summæ in secunda editione, capit. 216. numero 1. & cap. 220. numero tertio, & in hanc partem magis inclinat, quamuis

SVMMARIVM Cap. XLV.

1 *MATRIMONIVM attēto Iure Communi ante Concilium Tridentinum poterat celebrari per literas, & per epistolam, validumque erat: & quid hodie post Concilium Tridentinum, numero secundo, & sequentibus.*

3 *Consensus simul vtriusque contrahentium ad valorem matrimonij, an sit necessario præstandus, absque temporis interuallo, necne?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubius Alphonsus à Veracruce in appendice ad Speculum coniugiorum, dubio tertio, in fin. prout eos refert Thomas Sanchez vbi supra, numero secundo, quamuis eam non probet, sed affirmatiuam, vt prædiximus: quid tenendum?

3 Mihi videtur, decisionem huius quæstionis dependere ab illa, an necessarium sit ad valorem matrimonij vtriusque contrahentiũ cõsensum simul absque temporis interuallo præstari, necne? In primo namque casu, non valebit matrimonium per literas, siue per epistolam, in secundo vero teneat, siquidem per literas exprimitur consensus scribentis, & acceptatio rescribentis, & coniungitur mutuus consensus vtriusque, & de hac secunda quæstione, ex qua diximus dependere decisionem principalis quæstionis, de qua in hoc cap. agimus, late differit in vtramque partem Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio, disputatione 32. numero secundo, cum sequentibus, vbi d. numero secundo refert fundamenta, & nonnullos Authores partis affirmatiuæ, nempe necessarium esse consensum vtriusque coniugis simul tempore præstari: & numero tertio inquit, quod secunda sententia multo probabilior ait, id non requiri, sed satis esse temporis mora intercedenti consensus ab vtroque præstari, modo consensus prioris coniugis reuocatus nõ sit, idque duobus modis comprobat, & refert Diuus Thomas, & quamplurimos Theologos, & Iuristas hanc sententiam tenentes, estque receptissima, & tenenda pro vera proculdubio, attento Iure Communi, & numero quarto addit quod si altero non statim consentiente, prior, qui consenserat, affirmet, se consensum reuocasse, credendum erit ei, secund. Antonium in cap. si inter, numero quarto, de sponsal. inquit præterea Sanchez vbi supra, numero septimo, cum quampluribus Authoribus contra Maior. & Nauar. exigi simultatem moralem, ita, vt non magnum interuallum inter vnius, & alterius consensum dicat, quod arbitrio prudentis relinquitur attentis particularibus circunstantijs secund. Petrum de Ledesma, quem ibi refert, & sequitur aduersus alios certum tempus ad hoc præfigentes.

4 Quibus sic suppositis reliquum est, vt in priori quæstione principali, de qua in hoc cap. etiam verior, & tenenda videatur Iure Communi saltem attento, quæ habet, quod matrimonium per literas, vel epistolam possit contrahi.

Adhuc tamen remanet dubium, an post Concilium Tridentinum idem sit dicendum? & affirmatiua pars vera quoque & tenenda videtur in duobus casibus supra relatis, ex Thom. Sanchez d. lib. secundo, disputatione 12. numero tertio, nec tunc obstant fundamenta pro contraria parte supra adducta, quoniam eis respondemus, quod per literas lectas, & acceptas simul cum nouo consensu, eas exhibentis coram parocho, & testibus concurrit consensus mutuus vtriusque partis, ac si per procuratorem absentis eius nomine præstaretur, quod idem in effectu esse videtur, siquidẽ hoc Iure Cõmuni licet, & non inuenimus correctum, nec sublatum expresse per Concilium Tridentinum, sicut, nec illud de matrimonio cõtracto per procuratorem, ergo & hoc quoque per literas contractum: modo supra dicto seruato, validum esse debet, & in terminis secundæ quæstionis, nempe quod per Concilium Tridentinum non sit correctum Ius Commune, quod habet, vt necessarium non sit ad valorem matrimonij consensum simul ab vtroque coniuge præstari probat contra nonnullos, saltem in tribus casibus, de quibus ibi per eum, Thomas Sanchez d. lib. 2. disputatione 32. numero 17. ergo & in specie nostræ quæstionis principalis, de qua in titulo huius capitis, in matrimonio per literas, vel epistolam contractum est, idem dicendum venit, nempe vt validum sit, etiam hodie post Sacrum Concilium Tridentinum.

Nihilominus tamen secunda opinio contraria negatiua securior est, & consulenda in praxi, ante factum ob multa, quæ contingere possent, quæ prudentem virum mouere possent ad præd. matrimonium inualidum iudicandum: non enim oportet in re graui, & tanti momenti, relinquere valorem huiusmodi matrimonij arbitrio alterius, sed certiorem, & securiorem partem sequi, in materia opinionabili, & vbi nulla est euidentia, sed potius praxis communis contraria, nempe vt in absentia matrimonium celebratur per procuratorem, & non per literas, nec per epistolam.

SVMMARIVM Cap. XLVI.

1 *Consensvs mutuus contrahentiũ est necessarius ad matrimonium.*

2 *Matrimonium an per aliquam potentiam possit absque proprio consensu constare?*

3 *Nulli humanæ potestatis est concessum coniungere aliquos in matrimonium, sine illorum consensu.*

4 *Consensus matrimonium efficiens, non est explicite in copulam, sed in ius & potestatem ad talem copulam: implicite autem, & virtute ad copulam.*

5 *Bonum matrimonij triplex est, non tamẽ irritatur ob aliquem peruersum finẽ, qui eius substantiæ, & prædictis tribus bonis minime aduersetur.*

6 *Intentio contra bona matrimonij an quãdo non deducitur in pactum, sed in mente retinetur, irritetur matrimonium, necne?*

7 *Finis contrahentium matrimonium qualis esse debeat, vt culpa immunes sint?*

8 *Consensus ad matrimonium nõ satis est, quod sit internus, sed oportet, quod verbis, vel signis exprimatur, & quomodo se habẽt in hoc signa exteriora? numero 9.*

10 *Consensus in valentibus loqui ad matrimonij valorem an requiratur, quod verbis exprimatur, vel sufficiant signa? & num. 11. & 12.*

13 *Interrogatio contrahentium matrimonium, & expressio consensus à quo eorum incipere debeat?*

Consensu ficto, vel metu cadente in constantem virum extorto vnius ex contrahentibus satis est, quod qui minus legitime consensit, denuo consentiat absq; eo, quod vterque consentiat, nisi alter priorem consensum reuocauerit: neque opus est quod de nouo celebretur matrimonium coram parocho, & testibus, si prius coram ipsis fuit celebratum, vt in numero 15. De consilio autem ad maiorem securitatem, & cautelam petita fuit licentia ab Ordinario, vt coram testibus iterum contraheretur occulte matrimonium, nominibus contrahentium non expressis præd. Ordinario, vt in numero 16 & an sit tunc opus aliquid declarare cõtrahentibus prioris matrimonij nullitatis? vide num. 17. & 18. & quid si tẽporis interuallum in medio interceserit? vide numero 19.

CAPITVLVM XLVI.

De consensu ad matrimonium requisito, & qualis esse debeat, & sufficiat.

1 CONSENSVS mutuus contrahentium est necessarius ad matrimonium, estq; eius causa efficiens, cap. sufficit 27. quæstione 2. cap. cum apud, & cap. cũ locũ, & cap. tuæ de sponsal. & in cap. tuas cum alijs de sponsal. duorũ l. nuptias, ff. de regul. iur. estque certissimum, vt in Concilio Florentino in Decreto de reformatione matrim. & in Cõcilio Tridentino sessione 24. in Decreto de reformatione matrimon. cap. primo, & comprobat late post omnes Theologos Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio, disputatione 25. & disputatione 26. numero 5. vbi quod consensus est de essentia matrimonij secundum Supplementum Gabriel. in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo primo, & est indubitatum secundum Adrian. in 4. quæst. 2. de matrim.

2 Adeo, vt secund. eundem Sanchez d. numero quinto, sit probabilis sententia, per nullam potentiam posse matrimonium absque proprio cõsensu cõstare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

prout tenent aliqui ex discipulis Diui Thom. vt refert Petrus de Ledesma de matrimon. quæstione 45. articulo 1. dubio 1. conclusione 3. qui tamen partem contrariam probat, imo, quod hoc vinculum constare possit de potestate Dei absoluta absque coniugum consensu, quia Deus potest supplere vices causæ efficientis, vt calefacere absque igne : consensus autem mutuus, solum est causa efficiens huius vinculi matrimonij : quam sententiam prius probauit, & tenuit Dominicus à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 2. conclusione prima, Victoria in relectione de matrim. prima parte, numero 4. Ledesma in secundam partem 4 quæstione 47. articulo 1. Alphons. à Veracruce in prima parte Specul. coniug. articulo 2. §. Item si non esset, & Cõcanonicus noster Magister Palacio in quarto, distinctione 1. folio 563. cum sequenti, Angles in suis Florib. Theolog. quæstionum prima parte de matrim. quæstione 1. de eius essentia, distinctione 27. articulo 2. in princip. folio 527. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 1. numero 3. Barthol. de Ledesm. de matrim. dubio 16. folio 1265. Ludou. Lopez in secunda parte Instructor. de matrim. cap. 39. versic. circa præd. doctrinam, & Vega lib. 4. suæ summæ casu 73. & sic, hæc opinio affirmatiua est magis communiter recepta.

Sunt nonnulli dicentes, Deum immediate coniunxisse primos parentes absq; illorum consensu, idque Christum significasse in illis verbis Matthæi 19. quos Deus coniũxit, &c. & hoc dicit esse probabile Palud. in quarto, distinctione 26. quæst. 2. art. 2. sed quamuis præfata secunda sententia affirmatiua Soti, & reliquorum satis probabilis sit, hoc tamen vltimum additũ non est verum, secund. Thomam Sãchez d. lib. secundo de matrim. disputatione 26. numero 4. quia ad suauem Dei prouidentiam spectabat, ne matrimonium primum, quod aliorum norma, & exemplar erat, proprio consensu consisteret.

3 Illud autem certissimum est, nulli humanæ potestati esse concessum, coniungendi aliquos in matrimonium, sine illorum consensu, vt vltra alia fundamenta, quibus hæc veritas probari potest, constat ex Concilio Trident. sessione 24. in Decret. de reformatione matrimonij, ca. nono, vbi excommunicat omnes Principes ad matrimonium compellentes, ergo supponit non posse ad id aliquos compellere: hæc est communis sententia Theologorum, vt constat ex congestis per Tho. Sanchez d. lib. 2. disputatione 27. numero 2. vbi eam late probat, & numero 3. cũ Ledesma in secundam partẽ quarti, quæstione 47. articulo 1. in fin. & Enriquez lib. 11. de matrim cap. 6. numero 7. tenet nihilominus posse Principem, quando bono communi valde expediret, aliquem cõpellere, vt alicui nubat, ipso tamen inuito matrimonium constituere nequire.

4 Deinde obseruandum est, vt (quicquid alij dicant) consensus matrimonium efficiens non est explicite in copulam, sed in ius, & potestatem ad talem copulam: implicite autem, & virtute ad copulam, vt ex D. Thom. & communi quamplurium Theologorũ, quos ad hoc refert, probat, & tenet Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrimonio, disputatione 28. numero 3. vbi numero 4. id declarat.

5 Quamuis autem in matrimonio (vt omnes fatentur) reperiatur triplex bonum, nempe, bonum fidei, prolis, & sacramenti, non tamen irritatur ob quemcumque peruersum finem, qui eius substantiæ, & præd. tribus bonis minime aduersetur: cæteri namque contractus, & sacramenta ex pessimo fine adiuncto, seruatis substantialibus, numquam annullantur, vt docent D. Augustin. lib. de bono coniugal. cap. quinto, & habetur in cap. solet 32. quæstione 2. Diuus Thomas in 4. distinctione 30. quæstione 1. articulo 3. quos omnes alij sequuntur secund. Thomam Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 29. numero 8. idque colligit Abb. in cap. tua, num. 4. de sponsal. ex eo tex. vbi matrimoniũ causa libidinis contractum ponitur ac validum.

6 Illa autem quæstio in proposito est satis controuersa inter Authores, an quando intentio contra bona matrimonij non deducitur in pactum, sed mẽte retinetur, matrimonium irritetur, necne? quã DD. varijs in locis examinant, eosque in triplici

plici sententia diuisos refert Thom. Sanchez, d. disputatione 29. numero 9. cum sequentibus. Prima habẽt irritari, vt si cõtrahentes intendunt non educare prolem, & venena procurare ad eam impediendam, vel sibimetipsis debitum negare, secus, si intendant alijs commisceri, quia primum pertinet essentialiter ad fidei bonum: secundum verò accidentaliter, cap. aliquando 32. quæstione 2 ibi, qui contrahunt eo animo, vt vel filios non suscipiant, aut susceptos enecent, non habeant connubium: hanc opin. tenet glossa verb. etsi ab initio in d. cap. aliquando, Turrecremat. in cap. sicut non omnis, § his itaque, art. 1. 32. quæstione 2. Angel. in summa verbo matrimonium secundo, numero 23. & sequẽti, Ricard. in 4. distinctione 31. articulo 2. quæstione 1. Valdens. de sacrament. cap. 131. Petrus de Soto lectione 26. de matrimon. in princip. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 12. num. 7.

Secunda sententia docet, intentionem contrariam matrimonij substantiæ, eiusq; bonis mente retentam, non irritare illud, vt si quis intendat tantum ad tempus inire matrimonium, hãc tenent Ant. de Butrio in cap. de infidelibus, numero de consanguinit. & affinit. Rosel. Sylvest. Lanzelot. & aliqui Theologi, quos refert Thomas Sanch. vbi supra, numero 10. & de proposito non consummandi, dummodo non deducatur in pactum, docent Abb. in cap. commissum, numero 2. de sponsal. & ibi Alexand. de Neuo, numero 5. & Præpositi. num. 4.

Tertia sententia verior, & quæ magis recepta videtur, habet, contrahentem matrimonium debere saltem implicite intendere bonum sacramenti, quod euenit, quãdo non habet intentionem contrariam: non tamen esse opus, vt implicite intendat alia duo matrimonij bona: quare, si haberet animum etiam corde retentum aduersum bono sacramenti, quia scilicet intenderet non contrahere matrimonium, nisi ad tempus, non esset verum matrimonium, si tamen haberet intentionem aduersam alij duobus matrimonij bonis, corde solum retentam, nec in pactum deductam, valeret matrimonium, vt si intenderet vitare prolem, & habitam non educare, debitum negare, & adulterari: hanc late probat, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 11. adducens pro ea D. Thom. in quarto, distinctione 31. quæstione prima, articulo tertio, in corpore: & D. Bonamventuram ibi, articulo primo, quæstione tertia, & alios plures Authores, & mihi quoque magis placet hæc sententia, circa cuius intellectum, & declarationem alia obseruat Thom. Sanchez vbi supra, num 12.

7 Qualis autem debeat esse finis contrahentium matrimoniũ, vt culpa immunes sint, agit late idem Thom. Sanchez, d. lib. 2. disputatione 29. numero 14. cum pluribus sequentibus vbi etiam agit, an contrahere matrimonium ob fines extraneos, vt delicet, ob pulchritudinem, vel diuitias, sit peccatum? & numero 24. cum D. Thoma, & communi resoluit in præd specie, quod si fines indifferentes, matrimonio extranei, sint solum causa secundaria, & applicationis ad contrahendum, nulla est culpa, ex quo communiter excusantur contrahentes matrimonium, ob fines indifferentes matrimonio extraneos, quia communiter non eliguntur, vt fines, sed vt rationem applicationis ad matrimonium, vel ad matrimonium cum tali, & manet finis matrimonij debitus, etiamsi de illo non cogitent, quia eo ipso quod matrimonium contrahere intendunt, nisi finẽ debitum expresse excludant, illum virtute, & implicite intendunt, ita Caietan. in primo tomo, tractatu 12. de matrimonio, quæstione 3. D. Couar. in quarto lib. Decret. secunda parte, cap. 1. §. vnic. numero 7. & Sanchez vbi supra, num. 25.

8 Consensus hic ad matrimonium, non satis est, quod sit internus, sed oportet, quod verbis, vel signis exprimatur, vt cõtra Vvicleph late probat Vvaldens. de Sacrament. cap. 132. neque obstant tex. in cap. tuæ, & cap. cum locum de sponsal. vbi habetur solos consensus efficere matrimonia: & verba necessaria esse, quoad Ecclesiã, quia dupliciter respõdet Sãchez vbi supra, disput. 30. primo satis esse solũ cõsensum, ideſt nõ desiderari verba determinata, sicut in alijs sacramẽtis, sed satis esse quibuscũq; verbis, vel signis consensus interni patefiãt: & exigi verba ad faciliorẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

probationem in foro externo, secundo, & melius, dictionem exclusiuam non excludere comitantia, & ita minime excludere expresionem per signa externa, quæ comitatur ipsum consensum in omni humano contractu, vt patet ex tex. in cap. licet de sponsal. duorum, ibi, ita quod vnus alterum in suo mutuo consensu verbis expresse recipiat, & in Concil. Trident. sessione 24 cap. 1. in Decret. de reformatione matri. ibi, vbi parochus viro & muliere interrogatis, & eorũ mutuo consensu intellecto: vel dicat, &c.

9 Nec externa signa se habent ad constituendum sacramentum, tanquam conditio, sine qua non, quasi per illam innotescant mutui consensus, & ita, si Deus, eos, contrahentibus reuelaret, esset matrimonium absque aliquo signo exteriori, ita Maior. in quarto, distinctione 26. quæst. 1. ad tertium, & est probabile, vt inquit Alphonsi. à Veracruce in prima parte Speculi. cõiug. articulo 3. sed probabilius est, esse de ratione ipsius contractus, & ideo matrimonium non constare Deo reuelante vtrique mutuos consensus, vt cum Almain, Victoria, Soto, Ledesm. Palacio, Angles, & vtroque Ledesma affirmat, & probat Sanch. d. lib. 2. disputat. 30. nu. 2. & 3.

10 Dubium tamen notabile se offert in proposito explicandum, in quo DD. maxime variant, an scilicet, in valentibus loqui requiratur, quod consensus in matrimonio verbis exprimatur, vel sufficiant signa exteriora ad eum exprimendum pro matrimonij valore? in non valentibus loqui clara res est, satis esse signa, tex. in cap. cũ apud & in cap. tuæ de sponsal. sed in valẽtibus loqui, contrarium nuncupatim probari videtur in d. c. tuæ de sponsal. à cõtrario sensu, ibi, matrimoniũ in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris cõsensum, sed necessaria sunt, quantum ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de præsenti, nã surdi, & muti possunt contrahere matrimonium per cõsensum mutuum sine verbis, & pueri ante annos legitimos per verba sola non contrahũt, cum intelligantur minime consentire: secundo ex d. cap. licèt de sponsal. duorum in verbis supra relatis, ibi, ita, vt vnus alterum, verbis consuetis expresse recipiat, &c. Tertio facit ponderario Pontificis in cap. consultationi de sponsal. ibi, cum verba processissent: quare hãc sententiam tenuit glossa in cap. tua nos, verb. nec forma de sponsal. & in l. cũ notissimi C de præscript. 30. vel 40. ann. verbo solam, vbi Bald. numero 7. Innocent. in d. cap. tuæ, paulo post princip. & ibi Calder. & consil. 5. de Sponsal. & alij plures, quos congerit Thomas Sanchez, lib. secundo de matrim. disputatione 31. numero 2. & hanc opin. sequuntur multi grauissimi Canonistæ, quos refert, Henrich. Boic. in d. cap. tuæ, & testantur communem Imol. columna 1. Bald. Nouell. numero fin. in l. prima, §. si quis ita interroget, ff. de verb. oblig. & Brunel. de sponsal. conclusione 14. columna 1. prout eos ad hoc refert Padilla infra statim citandus: & inquit, hanc sententiam esse indubitatam post Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. in Decret. de reformatione matrim. Cephal. consil. 540. numero 39. & 47. volumine 4. & inquit Padilla in l. & in Epistola, numero 13. ad finquod hæc omnia cessabunt iam hodie, cũ certa forma sit ab Ecclesia præscripta, sub qua matrimonium contrahi oporteat in d. cap. Concil. Trident. eandem opinionem refert alios tenentes Zeuallos tertio tom. commun. opin. quæstione 750. numero 21. vbi numeris præcedentibus refert fundamenta huius partis.

Verum his non obstantibus, contraria sententia est verior, communis, & tenenda, nempe satis esse etiam in valentibus loqui, signa cõsensum exprimẽtia pro valore matrimonij, vt melius colligitur ex d. c. tuæ pro contraria parte adducto; dum ibi Pontifex consultus, an verba sint necessaria ad matrimonium? respondet, solum cõsensum legitimum requiri explicitũ verbis, vel signis, vt patet ex vers. Nam surdi, & muti (quæ est ratio præcedentium) possunt contrahere matrimonium per cõsensum mutuum, sine verbis: quia si non intellexisset, solum consensum verbis, vel signis explicitum, sufficere, ille vers. non bene responderet præcedẽtibus, nullius-que rei rationem redderet.

Nec obijciatur, dictum fuisse in præcedentibus, verba esse necessaria, quoad Ecclesiam, quia non est credendũ, statim Pontificem se correxisse: præmaximè, quia non dixit absolutè, verba esse necessaria, sed quoad Ecclesiam (hoc est, quoad faciliorem probationem in foro externo Ecclesiæ) ergo, si alijs modis, scilicet, per signa exteriora, constat de consensu mutuo contrahentium, valebit matrimonium: secundo hæc verior, & cõmunis sententia probatur à contrario sensu in c. ex parte de restit. spoliat. ibi, cum per solam traductionem, quam non præcessere spõsalia, vel consensus legitimus, nullũ introducatur vinculum matrimonij: tertio ex tex. in cap. vnic. §. final. de desponsatione impub. lib. 6. vbi pater sufficientẽ præstat consensum ad matrimoniũ pro puella præsente, & tacente, & est verum matrimonium: quia secund. D. Thomam in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 2. quæstiuncula secunda, ad tertium, verba parentũ reputantur puællæ, & est sufficiens signum, quod sunt eius, ex quo non contradicit, ergo sufficiunt signa exteriora ad valorem matrimonij exprimẽtia, vel potius significantia legitimũ consensum valentis loqui: quarto ex cap. final. de cõiungio seruor. ibi, nec facto, nec verbo consensit: ergo satis est, facto consentire, vel verbis: quinto, quia nihil refert, quod quid ex æquipollentibus fiat, cap. licèt ex quadam de testib. cum factis magis exprimatur voluntas, quam verbis: cap. dilecti de appellat. l. de quibus, ff. de legibus: sexto, quia si verba essent de matrimonij essentia, nõ pateretur pia mater Ecclesia, tandiu ignorantiam esse circa rem grauissimã, sed clare id expresisset, quod tamẽ hactenus nõ explicuit: septimo, quia imo Concilium Florentinum in Decreto de sacrament. cum singula sacramenta sigillatim poneret: ita dixit, consensus per verba regulariter expressus facit matrimonium: non dixit, semper, sed regulariter, id est, communiter, Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 1. in Decret. de reformatione matrimonij, inquit: vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo cõsenso intellecto, vel dicat, &c. Non enim dicit Cõcilium, quod sit necessarium exprimere contrahentes matrimonium cõsensum verbis, sed quod parochus intelligat eum: hoc autem, & verbis, & facto, nempè signis exterioribus, & id aperte significantibus, vt nutu intelligi potest, ergo, &c.

Et in terminis hanc sententiam tenuit glos. in d. cap. tuæ in parte verba, de sponsalib. & ibi Hostiens. Cardinal. numero 1. Anton. de Butrio, numero 8. Anchar. numero 3. dicens opin. hanc esse multum æquam, & testatur communem Abb. ibi, numero 3. Alex. de Neuo numero 15. eã sequutus: probãt etiam pro communi idẽ Cardinal. in cap. si inter numero 4. Abb. numero 6. post glossam ibi, verbo dicente de sponsal. glossa etiam in cap. sufficiat 27. quæstione 2. Abb. in ca. ex parte de restit. spoliat. numero 8. & 28. & ibi, Ant. Francisc. & Sapia. in addit. ad eundem: dicunt communem eam sequuti Aretin. cõsil. 13. columna 2. numero 2. Boerius decis. 1. numero 18. Bellamera, consil. 88. Cagnolus in l. nuptias, num. 7. ff. de regul. iur. Purpurat. in l. 3. numero 93. ff. si cert. pet. D. Couar. in 4. de sponsalib. secunda parte, cap. 4. in princip. numero 1. vbi plures allegat. Villalob. in suo ærario commun. opin. litera. M. numero 54. & sequenti, Anto. Gabriel in priori editione tom. 2. commun. opin. verb. matrim. numero 11. folio 96. Sylvest. in summa verbo matrimonium 2. quæstione 7. vbi testatur communem, Tabien. verbo matrimonium secundo, quæstione 8. §. 9. Sũma Rosel. verbo matrimoniũ tertio, numero 2. Angel. eodem verb. matrimoniũ 2. numero 4. Nauar. in Manuali, c. 22. nu. 20. eandem plures allegans testatur veram, & communem Padilla in l. & in Epistola, numero 13. C. de fideicommis. dum modo signa adsint apta ad significandum consensum, facit l. 5. titulo 2. partita 4. ibi, *conuiene, que lo hagan por palabras, para que se pueda probar*, & ibi Greg. Lopez in glos. *por palabras*: Brunel. vbi supra, cõclusione 14. numero 2. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. instit. mai. titulo 11. num. 32. Mascard. de probat. conclusione 1024. numero 2. Matienç. in rubrica, titulo 1. glos. 1. numero 22. lib. 5. nouæ collect. Reg. D. Spino in Specul. testament. glos. 15. numero 3. & 13. Humada super l. 2. glos. 2. numero 20. titulo 1. partita 1. & alij communiter qumplures Iuristæ, & Theologi, ita

videtur tenere D. Thom. in quarto sententiarum, distinctione 27. quæst. 1. art. 2. quæstiuncul. 2. ad 2. & 3. & tenent Palud. ibidem quæstione 2. articulo 3. numero 17. Maior. quæstione 1. supplementum Gabriel. ibi articulo 2. conclusione 3. & 4. Soto in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 3. conclusione 2. versic. ex huiusmodi. Alphons. à Veracruce in 1. parte specul. coniug. articulo 3. & in appendice ad specul. dubio 3. propositione 2. Palac. in quarto, distinctione 27. disputatione 1. folio 562. columna 1. & 568. columna 1. & 569. columna 1. Enriquez lib. 11. de matrimonio ca. 2. numero 6. Pater Suarez primo tom. de Sacrament. quæst. 60. articulo 8. disputatione 2. sectione prima, & secunda, Candelab. aureum 7. Sacramẽtorum de matrimonio, numero 37. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. de matrim. cap. 35. folio 1020. & cap. 39. folio 1055. columna 2. Manuel Rodrig. in primo tomo suæ Summæ in secũda editione cap. 216. numero 5. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 17. fol. 1271. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 2. dubio secundo, & plures alios tam Canonistas, quam Theologos allegans, hanc sequitur, atque communem, & tenendam profitetur Thom. Sanchez de matrimonio lib. 2. disputatione 31. numero 5. per totum, vbi numero 6. respondet fundamentis contrarijs, reijcio alias duas diuersas quorundam Doctorum opiniones, quas idem Author refert ibi, numero 3. & 4. quæ non sunt communes, nec tenendæ, sed præcedens secunda sententia, quæ proculdubio verior est, magis communis, & tenenda, & hanc sequitur plures allegans dicens esse veriorem, & receptiorem ac tenendam in iudicando, & consulendo sub correctione Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ, Zeuall. vbi supra, num. 22. cum sequentibus.

11 Quinimo licet nonnulli DD. Moderni teneant, saltem verba in proposito esse de necessitate præcepti, attamẽ multo certius est, nullum esse de hoc præceptum, vt cum alijs pluribus probat, & tenet Thom. Sanchez vbi supra, numero 9. vbi fatentur, culpam esse venialem non exprimere verbis consensum ad matrimonium, sed solũ signis, nisi iusta causa excusaret, quod si consensus esset dubius peccatum mortale cõmitteretur, vnde scandala, liteſque oriri possent.

12 Ad essentiam tamen matrimonij requiruntur signa exteriora, si verba non proferantur cum sit sacramentum, vt probat D. Couar. in quarto, secunda parte, c. quarto, in princip. numero 2. at, quod sit sacramentum, tenet cum communi alios citans Thomas Sanchez vbi supra, numero 8.

13 Hæc autem expressio consensus coniugalis, non refert à quo incipiat, à viro, vel à fœmina, quamuis honestum sit, fœminam prius interrogari, iuxta tex. sic passim intellectum in cap. penult. de spõsal. & in cap. licèt de sponsa. duorum: ita tenẽt Cardin. & Ioan. Andr. numero 3. & Anto. de Butr. numero etiam 3. in d. cap. penult. de sponsal. & D. Couar. vbi supra, necnon & Thom. Sanchez vbi supra, numero 12. vltra quos, idem tenet contra glossam in l. prima, ff. de adoptio. & Ioan. Orosc. in l. 2. numero 8. ff. eodem titulo, dicens, quod hodie hoc iure vtimur, vt prius mulier interrogetur, idẽ & nos profitemur, & testamur ex diuturna consuetudine, quãuis Ioan. Andreas, Ant. & Cardinal. atque Sanchez dicant honestius esse à viro initium sumere, quia in præd. textibus prius verba viri proponuntur, & quia vir caput est, & fœminę verecundiæ subiectiores sunt: Concil. autem Trid. sessione 24. cap. 1. de reform. matrim. loquens de parocho, inquit, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, non declarans, quis eorum debeat prius interrogari, quasi nihil referat à quo incipere debeat præd. consensus coniugalis: atque ideo merito præd. cõsuetudini standum est, quod si aliter fiat incipiendo à viro, validum proculdubio erit matrimonium, mutuo consensu vtriusque intellecto à parocho, vt inquit Concil.

14 Quod si consensus vnius ex contrahẽtibus fuit legitimus, alterius vero illegitimus, quia fuit fictus, vel metu cadenti in constantem virum extortus, satis erit, vt ille, qui minus legitime consensit, denuo cõsentiat, absque eo, quod vterque de nouo consentiat, dummodo alter cõsensum non

nõ reuocauerit, vt de ficte cõsentiente docent Ricardus in quarto, distinctione 29. articulo 1. quæstione 3. Petrus de Soto lib. 3. de matrimonio, paulo post princip. §. primum igitur, Ludouic. Lopez in prima parte Instructor. cap. 85. ad fin. & §. penultim. Manuel Rodriguez in prima parte suæ summæ in secunda editione, ca. 208. numero 7. post Hostiens. in cap. dilectus de sponsa. super verb. cõtrario, Ioan. Andr. ibi, numero 7. Anchar. numero 3. Alexand. de Neuo numero 18. in fin. Syluest. in summa, verbo matrimonium 8. quæstione 2. dicto 6. Nauar. in summa c. 22. numero 8. & quando alter metu cadẽti in constantem virum consensit: D. Tho. in quarto, distinctione 29 quęstione vnic. articulo 3. quæstiuncula secunda, ad secũ- 17
dum; quem ibi sequuntur alij DD. communiter, Nauar. in Manual. cap. 22. num. 51. in fine, Gregor. Lopez in l. 15. in glossa, *le plugnieſſe*, in fine, titulo 2. partita 4. & plures vtriusque Scholæ referens probat Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 32. numero 9. aduersus nonnullos, quos numero præced. retulerat, tenentes contrarium.

15 Non tamen est opus, vt iterum corã parocho, & testibus in præmissa specie celebretur hoc matrimonium: id namque fieri debet quando omnino celebratur matrimonium, hic autem iam prius fuit 18
celebratum solemniter coram parocho, & testibus, & nunc suppletur tantum defectus interni consensus, ita in terminis probauit, & tenet Henriquez lib. 11. de 19
matrimonio, c. 12. n. 2. in cõmẽto litera, I. Ludouic. Lopez, & Manuel Rodriguez vbi supra, quos sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 32. numero 13. quæ opinio vera mihi quoque videtur, & potest secure teneri.

16 Nihilominus tamen in praxi consulti in simili specie nos, & quidam grauis Theologus Religiosus, & Prælatus Ordinis Prædicatorum, consuluimus, pro maiori securitate, & cautela, vt cum licentia Ordinarij, & commissione ipsius nobis facta nominibus eorum non expressis ipsi Ordinario, coram testibus iterum contraherent occulte, ob euitandum scãdalum, quia communiter reputabantur pro veris cõiugibus, cũ tamen vnus eorũ nũquã vere, sed ficte tantũ consensisset, cui respõdimus, teneri in cõscientia vere consentire, & sic fuit obseruatum, & exequutum, quia alter, qui vere consenserat, à principio hoc quoque exoptabat. Cæterum si dubitaretur de voluntate perseuerandi matrimonio, illius, qui vere consensit ab initio, si præd. fictus consensus ei manifestaretur, melius est, quod, qui ficte consensit, vere interne consentiat, absque eo, quod iterum ab vtroque matrim. denuo celebretur propter scandalum euitandum, & alia inconuenientia, quæ inde subsequi possent, si defectus cõsensus præcedẽs alteri cõiugi manifestaretur, quod ipse denuo nollet contrahere.

Quando vero matrimonium fuit omnino nullum ob impedimentum occultum, an tunc idem sit dicendum, vel non? agemus infra cap. sequenti, numero 6. nõ enim opus est in specie, de qua hic agimus, aliquid intimari alteri coniugi, nempe matrimonium non valuisse, vt cum Petro de Soto, & Ludouic. Lopez, vbi supra, obseruat Sanchez d. disputatione 32. numero 10. vbi numero 11. cũ alij DD. tenet satis esse in hoc casu, quod prædiximus, nempe, quod ille interne nunc vere in corde suo consentiat: idemque probat in sponsalibus.

Secus autem esse ait, si vterque metu, vel ficte consensit, quia tunc vtriusque consensus innouandus est, de nuoque matrimonium contrahendum.

Et numero 12. probat, & tenet cum Nauar. in Manual. cap. 22. numero 80. satis esse si ficte, vel metu consentiens post vere assensum præbeat, quocumque temporis spacio interiecto, licet plures intercesserint menses.

SVM.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMARIVM Cap. XLVII.

1 CONSENSV *in matrimonium, cum opinione vtriusque coniugis credentis, quod adsit impedimentum, quod re vera non sit, an efficiatur matrimonium? & quid versa vice? vt in num. 2.*

3 *Matrimonium nulliter celebratum ob impedimentum dirimens, impetrata dispensatione, vel eo cessante, vt quia prior vxor viuebat, & iam obijt, non conualescit, & an coniux conscius impedimenti in hac specie sit necessarium, vel oporteat, quod certiorem faciat alterum illius impedimẽti, vel satis sit, hac nullitate tacita postea renouare consensum? num. 4.*

5 *Matrimonium nulliter celebratum coram parocho, & testibus ob aliquod occultum impedimentum, an sublato impedimento sit iterum celebrandum coram parocho, & testibus, vel sufficiat nouus consensus occultus renouãdo priorem consensum absque parocho, & testibus? & hoc attento Sacro Concilio Tridentino? & numeris sequentibus, vbi latissime de hoc agitur.*

7 *Forma data esse videtur, quando lex Regia statuit, quibus in locis, & iurisdictionibus, & corã quibus iudicibus insinuatio fiat, & cum certis modificationibus.*

8 *Forma statuti non obseruata, actus est nullus.*

9 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*

CAPITVLVM XLVII.

De consensu in matrimonio cum opinione vtriusque coniugis credentis, quod adsit impedimentum, quod re vera non sit.

1 CONSENSERVNT duo habiles in matrimonium hodie coram parocho, & testibus, vnus tamen eorum, vel vterque credebat, vel opinabatur esse inter eos canonicum impedimentum, quod re vera non suberat, quæritur an sit matrimonium? & videtur hoc non esse verum matrimonium. Primo ex defectu consensus omnino certi, & indubitabilis, cum tamen certum sit in matrimonio requiri cõsensum liberum, atque certum, vt in quãpluribus capitulis tituli de sponsal. & alibi sæpissime inuenitur decisum, & supra etiam est dictũ, sed hic consensus ab vno, vel vtroque coniuge præstitus, qui credebat, licet falso, subesse impedimentum, nõ est huiusmodi, sed potius contra opinionem, & credulitatem ipsius, & sic culpabilis: ergo non vale: huiusmodi matrimonium, tanquam illusorio, iuxta eius opinionem celebratum: Secundo, quia opinio præfertur veritati, vt in l. is, qui putat, ff. de acquir. hæredit. vbi, quod qui putat, se necessarium hæredem esse, repudiare nõ potest, etsi vere voluntarius hæres sit: ergo, qui putat, non posse dari corporũ mutuam traditionem nec cohabitationẽ propter canonicum aliquod impedimentũ, errat in substantia coniugij, igitur non est matrimonium. Tertio, ex doctrina Abbatis in cap. cum in Apostolica, numero 6. de sponsal. quæ habet, quod credens impedimentum, quod tamen non subest, matrimonium quoad Deum non contrahit, licet protulerit verba apta ad contrahendũ matrimonium. Similiter inquit ibi Vincet. quod quando maritus errat in facto contrahendo secundum matrimonium credens primum matrimonium tenere, quod nullum postea declaratur, non valet secũdum matrimonium, quia defecit consensus, quem ibi sequuntur communiter DD. fatentes, quod poterit cogi, ex quo vxor secunda primum matrimonium ignorabat contrahere cum ista secunda, postquã declaratum fuerit primum matrimonium non tenere, vt in cap. primo de eo, qui duxit, &c. ita affirmat Præpos. in d. cap. cum in Apostolica, numero 3. ad finem: ergo idemprorsus videtur dicendum in proposito: & hanc opin. in terminis tenẽt quamplures Authores, quos refert Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio disputatione 33. numero 1. & inter eos Petrũ à Ledesma dicentẽ esse probabile.

Contrariã tamen sententiã, imo quod in præmissa specie validum sit matrimonium, si contrahentes intendebant, quantum in seipsis erat, consentire, probarunt alij plures Authores, quia hæ personę sunt re vera habiles ad contrahendum, & intẽdunt, quatenus possunt, contrahere: ergo vere contrahunt: qua ratione, & alijs ita tenent glossa in Summa in verbo vtraque quæstio, in fine 34 quæstione 1. & in d. ca. cũ in Apostolica, verb. remanere de spõs. Rosella verbo impedimẽtum, in 12. impedimento in fine: Tabien. eodem verb. in 10. impedimento in fin. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 7. numero 2. Diuus Antonin. in tertia parte suæ Summæ titulo 1. cap. 9. in fin. Petr. de Ledesm. de matrim. quæstione 51. articulo 9 dubio 2. Bartholom. de Ledesm. de matrimonio dubio 52. conclusione 3. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 11. numero 5. Manuel Rodrig. primo tom. suæ summæ, secunda editione, cap. 233. numero 3. qui duo vltimi loquuntur, quando dubitãt cõtrahentes de morte prioris viri, & hæc sententia probabilior est secund. Sanchez vbi supra, numero secundo, in principio, & mihi verior videtur, & tenenda, eo addito, quod his in foro exteriori non est adhibenda fides, si negent se consensisse: secus in foro conscientiæ, vt tenet D. Couar. vbi supra d. §. 7. numero 4. & Sanch. etiam vbi supra, numero 3. qui fundamentis prioris partis respondet.

2 Versa vice, si quis ficte contraheret, & errore ductus, quo putabat illud matrimonium esse validum, verbis, vel facto cõsentiat, non erit matrimonium: nihil enim tam contrarium consensui, quam error, l. si per errorem, ff. de iurisd. omniũ iudic. vt cum alijs pluribus probat Thom. Sanchez lib. secundo de matrim. disputatione 34. numero 2. & disputatione 36. numero 3. per totum, & quamuis aliqui ex præd. Doctoribus hoc temperent, vt non sit matrimonium, quando si denuo consentiens sciret se liberum esse, minime cõsentiret, vnde à contrario sensu Doctores præd. videntur oppositum sentire, quãdo si libertate cognita adhuc assensum præberet, vt sunt Rosella, Syluester, Victoria, Nauar. Ledesma, & Magister Palacius: verius tamen est, etiam in hoc casu non esse matrimonium, quia ea tantum est voluntas habitualis, & quamuis error concomitans non sit causa involuntarij contractus, est tamen causa inuoluntarij negatiue, id est causa, vt ibi non sit actus, & consensus voluntarius positiue, sed tantum est in habitu, & animi præparatione, quia si sciret, haberet actum voluntatis, matrimonium autem requirit actum voluntarium de præsenti, quare, vt esset matrimonium, oporteret, vt cum denuo confirmat, hunc actũ voluntatis eliceret, quamuis primum matrimonium sit nullum, volo ex nunc eo ligari, ita Sanchez d. disputatione 34. numero 3.

3 Quod si matrimonium celebratũ fuit nullum ob impedimentum canonicum, dirimens impetrata dispensatione, vel eo cessante, vt quia prior vxor viuebat, & iã obijt, id matrimonium non cõualescit, nisi nouus consensus vtriusque cõiugis accedat; iuxta glossam in cap. non debet, verb. de cætero, per tex. ibi de consanguin. & affinit. est communis, vt cum alijs affirmat D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte, cap. quarto, in princip. numero 5. tradunt Nauar. in Manual. cap. 22. numero 47. & 80. & in cap. si quis autem, de pœnitentia, distinctione 7. numero 70. & lib. 4. consil. titulo primo, de sponsal. in vtraque editione, consil. 12. Gregor. Lopez in glossa, *le plugueſſe*, in fine, titulo 2. partita 4. Didac. Perez in 4. prima, titulo 1. lib. 5. Ordinam. folio 18. §. ex quibus respondendum; Sarmient. lib. 6. Select. interpret. cap. 17. in fine, Matienç. in rubrica tituli 1. glossa prima, numero 66. lib. 5. nouæ collect. Reg. Segura, Avalos in Directorio Iudic. Eccles. secunda parte, cap. 15. numero 39. cũ sequenti, D. Thom. in quarto Sentent. distinctione 40. quæstione vnic. articulo quarto, ad sextum & communiter eius discipuli, quorum plurimos refert, & sequitur Thom. Sanchez de matrimonio lib. 2. disputatione 35. numero 2. vbi numero 3. docet aduersus Petrum à Veracruce, satis non esse interne consensum renouari inter hos coniuges.

4 Illa tamen quæstio in proposito maxime controuersa est, an ig præmissa specie sit necessarium, vel oporteat, coniugem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gem conscium illius impedimenti, alterũ coniugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij, vel satis sit, hac nullitate tacita, renouare consensum? requireretque lõgum examẽ, nisi tam recte peractum esset à Thom. Sanchez d. lib. 2. disputatione 36. vbi refert, & late fundat duas opiniones in hoc contrarias: prima habet coniugem impedimenti conscium, obtenta dispensatione, vel impedimento cessante, non oportere alteri aperiri, prius matrimonium fuisse nullum, sed satis esse, si cautè curet vtriusque consensum renouari, dissimulanter petendo ab altero, vt pro sua consolatione ipsum habeat in cõiugem, & ipso similiter dicente, ego quoque volo te in coniugem: & hanc tenent quamplures Authores, quos refert cum suis fundamentis ibidem numero secũdo, per totum: secunda sententia ait, necessarium esse, vt id matrimonium conualescat, coniugem impedimenti ignarum, certiorem fieri de prioris matrimonij nullitate, licet causa ei tegatur, vt patet ex concessione Bullæ Cruciatæ facta Commissario in illis verbis: Altero impedimentum ignorante, prius de nullitate prioris consensus certificato, &c. necnon & alijs fundamentis, & quampluribus Authoribus eam tenentibus, vt ibi latissime per eum numero 3. per totum, vbi hanc secundam multo probabiliorem esse affirmat, eamque ponit inter quinque pro prima conclusione tenenda, in secunda conclusione ait, sufficere, si nouus ille consensus procederet ex cognitione æquialenti scientiæ nullitatis prioris matrimonij, licet alter coniux eam ignoraret: vt si coniux impedimenti conscius peteret ab alio sic: me ita diligis, vt, si non esset inter nos matrimonium, denuo contraheres, ac, nunc vis me in coniugem, ac si non fuisset validum inter nos matrimonium prius contractũ? & respõdeat alter, ita volo, interroganſque se quoque idem velle dicat.

In tertia conclusione inquit, sufficere etiam si coniuges scientes impedimentũ cessasse, se affectu maritali cognoscant, vt prius matrimonium irritum conualidetur, iuxta glossam in cap. nõ debet, verbo de cætero, de consang. & affin. & communem opin. plurium DD. quos ibi refert numero 3. in tertia concluſ. vbi quod post Concil. Trid. quo, huiusmodi matrimonia præsumpta cessarunt: ait ad duo prodesse hanc communem sententiam, vnũ est, pro infidelibus, qui inualide cõtraxere, nam si cessante impedimento, vt mortuo priori cõiuge, qui tũc superstes erat, morteque per ipsos scita, cognoscant se, sicut prius, tamquam coniuges, conualidabitur matrimonium, cum illi lege Concilij non astringantur, quod maxime prodesse ait, ad discernendum, quando infideles conuertuntur in quo matrimonio per ipsos inito perseuerare permittendi sunt. Alterum est, quia si nullitas prioris matrimonij occulta sit, illudque coram parocho, & testibus celebratũ sit, conualidabitur per eã copulam affectu maritali habitã, per quã ante Conciliũ conualesceret, vt latius probat cũ alijs, quos citat, idẽ Sanchez d. lib. 2. disputatione 37. num. 14.

Ex quibus deducitur, quod vbi non timetur probabiliter scandali periculum, verbi gratia, fore, vt vir nullitatis cõscius nollet denuo contrahere, & maneret fœmina remedio destituta, cum impedimentum illud probari non possit, & maxime, si esset proles, vel non esset periculum infamiæ, quale scandalum, vel periculum non timetur communiter, cum impedimentũ est ex parte viri, & aliquando, quando est ex parte fœminæ, attẽta viri, & ipsius fœminæ conditione, curandum omnino esse vt vterque coniux, norit, matrimonium non valuisse, vel saltem, vt ignarus nullitatis consentiat, ex tunc in matrimonium casu, quo à principio irritum fuisset: nec in hoc casu potest tuta conscientia amplecti prior opinio, nimirum, vt dissimulanter tecto impedimento conscius coniux, ignoranti persuadeat, vt illum habeat in coniugem: ita Thom. Sanch. vbi supra, num. 7.

Quarta conclusio ipsiusmet Authoris habet, quod vbi esset probabilis timor prędicti scandali, aut infamiæ, nec posset extorqueri consensus ille conditionalis absque præd. periculo, posset amplecti prior opinio, vt omnino tecta prioris matrimonij nullitate persuadeatur ignoranti, vt ex tunc habeat alterum in coniugem, modo quo dictum est supra in proposito priori opinione, vt probat Sanch. vbi supra, n. 8.

Vltima

Vltima conclusio Sanchez vbi supra, numero 9. ita se habet; quando nec hic cõsensus potest extorqueri, quia vir hilaris non est, & ita non vult respondere, & ex alia parte petit debitum ab vxore, ipsaque sine scandalo subter fugere nequit, reddendoque peccaret, cum nondum sit matrimonium; potest absque verbis denuo matrimonium illud consistere copula illa affectu maritali habita ex parte sua, nam ex parte alterius, cum putet esse matrimonium, cõstat eo affectu haberi, & hoc, etiã si alter coniux ignoret prius matrimoniũ fuisse inualidum, vt ibi, & allegat Authores hanc conclusionem tenentes.

5 Supereſt nunc, vt circa præmissa videamus, an matrimonium coram parocho, & testibus celebratum, inualidum tamen ob occultum impedimentũ, sit ablato impedimento iterum coram parocho, & testibus celebrandum, vel sufficiat nouus consensus occultus renouãdo priorem consensum absque parocho, & testibus, & hoc attento Concil. Tridentin. & post ipsum d. sessione 24. cap. 1. in Decreto de reformatione matrimonij?

Hanc quæstionem late examinaui pro & contra in tractatu de iuramento confirmat. prima parte, cap. 51. numero 22. cum sequentibus, & lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 18. per totum, vbi partem affirmatiuam late probauimus, nempe, requiri, vt iterum coram parocho, & testibus denuo celebretur matrimonium, etiã in casu, quo ex hoc graue scandalum oriretur, & infamia aliquorum vitari non posset, nisi per secretã expressionem consensus: & hoc vltimum contra Specul. cõiug. & Antonium de Cordoua: quæ sententia probatur ex eo, quod in diplomate Cruciatæ cõceditur Cõmissario Generali facultas dispensandi in matrimonio occulto impedimento celebrato, vt iterum occulto celebretur: ergo attento Tridentin. Cõcilio id fieri non poterat, quia aliàs frustra esset priuilegium, & deinde ratione probatur ea nostra sententia nempe ex clausula solita apponi in dispensationibus concessis ad reualidandum matrimonium nullum, propter occultum impedimentum, scilicet, si ita est, cum eis, vt inter se publice, & seruata forma Concilij Tridentini contrahant, dispenses: ergo alias matrimonium nullum reualidari nõ potest: & ideo merito præfatam nostram sententiam tenuerunt Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo primo de spõsal. consil. vndecimo, & in secunda editione titulo de despõsatione impub. cõsil. 3. Palacios in quarto, distinctione 27. quæstione 1. folio 566. in fin. & sequenti Mati. in l. 1. tit. 1. glos. 1. nu. 3. lib. 5. nouæ collect. Reg. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio dubio 17. folio 1275. & sequenti, & videtur tenere Didacus Perez in d. l. 1. titulo 1. folio 18. in versic. ex quibus respondendum erit.

Nihilominus tamen contrariam sentẽtiam indistincte probarunt alij plures Authores, inter quos idem Nauar. in Manual. cap. 22. numero 70. & cap. 16. in noua editione, numero 37. & d. lib. 4. consil. titulo de sponsal. in prima editione capit. 35. numero 2. & in secunda editione consil. 14 in fine, Cuchus de instit. maior. lib. 5. titulo 11. numero 65. & alij plures, quos refert, & sequitur, atque late probat contra nos vbi supra, & sequaces nouissime Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 37. per totam: quorum præcipuum fundamentum est, sic declarasse Pium V. & sacræ pœnitentiariæ Prætorium ea declaratione frequenter vti: & ait Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 45. articulo 5. dubio penult. sic declarasse Cardinales. Quinimo Thomas Sanchez vbi supra, numero 7. contra Petrum de Ledesma vbi supra, docet multo probabilius esse, stando in ipso Decreto Concilij, posse clam absque parocho, & testibus celebrari, & ita Pium V. minime dispensasse, sed declarasse Concilium, & numero 4. cum sequẽtibus plura hinc infert. Limitat tamen Thom. Sanchez vbi supra, numero 10. suam suprad. principalẽ sententiam, & sic secundam cum suis corolarijs ex ea illatis, vt procedat, dũmodo parochus, & testes impedimentum illud ignorarent, quia si id nossent, quantũcumque aliàs esset occultum, necessario repetendum esset coram parocho, & testibus, quia cum constet ipsis in foro Ecclesiæ matrimonium esse nullum, non sunt testes valoris, sed nullitatis matrimonij secundum

Enri-

Universidad de Deusto Biblioteca

Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. numero 7. & Petr. de Ledesma de matrim. quæstione 47. articulo 3. dubio vltim. idemque credit Sanchez, quando alter solus ex duobus testibus requisitis, vel solus parochus impedimentum nosset, quia iã desunt necessaria ad valorem matrimonij, cum vel parochus, vel alter testis requisitus non sit testis valoris matrimonij: si autem tempore, quo assiterunt matrimonio, ignorabant impedimentum, licet postea scirent, taliter, quod non esset probabile in foro externo, potest absque parocho, & testibus innouari, vt ibi probat, & similiter credit, posse iterum occulte celebrari, si parochus tempore, quo matrimonio interfuit, nouerat impedimentum intra solam confessionem, quia cum tunc sciat solum, vt Deus, & nullo modo in foro Ecclesiæ, vere testis est illius matrimonij.

Secundo intelligit, & limitat idẽ Author numero 11. præfatam secundam, & suam sententiam, vt procedat, nisi periculum sit, vt detegatur impedimentum, & probetur in foro externo, tali namque periculo existente celebrandum iterum est coram parocho, & testibus secund. Enriquez d. lib. 11. de matrim. cap. tertio, numero 6. Manuel Rodrig. primo tom. Sũmæ in secunda editione cap. 220. num. 2. Imo quamuis id periculum minime sit, si impedimentum sit plene probatum in foro externo, credit Sanch. vbi supra, d. numero 11. necessario iterandum esse corã parocho, & testibus: & quod ad hoc, vt impedimentum dicatur occultum, vt eo sublato, possit matrimonium clam celebrari, occultum accipi debet, vt distinguitur contra plene probabile, quia quando impedimentum plene probari potest in foro externo, tunc proculdubio si matrimoniũ clam ratificatum validum esset, sequerentur ex eo omnia inconueniẽtia, quæ olim ex matrimonio clandestino valido sequebantur: probato namque impedimento posset alter cõiux aliam vxorem ducere, cum qua in perpetuo adulterio viueret, cũ Ecclesiæ minime constet de occulta reuali datione matrimonij illius publici, quod propter impedimentum plene probatur fuisse nullum.

Tunc autem dicetur plene probabile impedimentum in foro externo ad dissoluendum matrimonium publice contractum, quando duobus testibus probari potest, cap. quoties de testib. citat plures Authores hoc tenentes Mascard. de probat. conclusione 410. numero 19. iuncto numero 9. debent tamen hi duo testes esse non tantum idonei, sed omni exceptione maiores, ideſt, quibus nihil opponi possit, vt per plura iura, & DD. docet idem Mascard. conclusione 1023. numero 4. cum pluribus sequentibus, quare secund. Sanchez vbi supra, d. numero 11. ad finem, si sola relatione coniugis scirent impedimẽtum tres, vel quatuor, adhuc diceretur impedimentum occultum, dum non est publica fama, quia testes illi non faciunt plenam fidem ad dissoluendum matrimoniũ, quia tantum deponunt de coniugis confessione, quæ non est sufficiens ad hoc.

Supra dicta omnia in hac secunda sententia ideo retulimus, vt nuncupatim super singulis nostrum iudicium interponamus, an vera nobis videantur, necne? quid igitur est dicendum dubio principali.

6 In primis, & ante omnia doceo, quod si verum est, bonæ memoriæ Pium V. vel alium Summum Pontificem declarasse in præmissa specie, sufficere præstari nouũ consensum occulte, prout Nauar. & alij asserunt, atque affirmant, proculdubio id tenendum est, iuxta tenorem, continentiam, & formam ipsius declarationis: ego autem numquam vidi eam, licet viderim plura breuia sacri Prætorij pœnitentiariæ commissa in suprad. specie confessoribus ad contrahendum de nouo matrimoniũ, absque parocho, & testibus ob occultum impedimentum prioris matrimonij nulli: verum hoc ius speciale continet in casibus illis particularibus, in quibus sic dispensatum reperitur, cum ijs, qui sacram pœnitẽtiariam adierunt pro remedio, non vero quo ad alios deinceps, qui similia breuia non impetrauerint.

Secundo dico, quod secluſa præd. declaratione, & facultate Summi Pontificis, vel sacræ pœnitentiariæ stando tantũ in Iure Communi, prima nostra sententia verior est, & tenenda, non vero secunda ex fundamentis de quibus per nos vbi supra, quæ magis profecto vrgent, quam contraria: nec video, quomodo Epicheia vtendũ sit contra generalitatem, & in distinctionem præfati decreti Tridentini, ibi, qui aliter, quam præsente parocho, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus inhabiles reddit ad sic contrahendum, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, &c. Nec sufficit, quod parochus, & testes interfuerint primo matrimonio, quia id nullum fuit, ac si non contractum, nec celebratum fuisset, quare necessarium est, vt quando de nouo valide renouantur consensus, solennitas requisita à Concilio interueniat, atque obseruetur, Concilium namque parochum, & testes requirit ad valide celebrandum matrimonium, non vero pro inualido: quia tunc etiamsi parochus, & testes ignorantes interueniant, non sustinetur matrimonium, siquidem ipsi postea matrimonio renouato, nec alij testes non interueniant, & præsertim, quia si sacrum pœnitentiariæ Prætorium frequenter vtitur præfata declaratione Pij V. est in foro consciẽtiæ, non vero in externo, vt patet, quia committitur discreto viro cõfessori, &c. & Viuæ vocis oraculo Sũmi Pontificis concessione, non vero virtute declarationis Pij Quinti, & adhuc opus est occurrere ad sacrę pœnitẽtiariæ Prætorium, ergo alias reuocari non potest consensus ad reualidandũ prius matrimoniũ nullũ, absq; parocho, & testibus, & ita tenendum esse censeo, salua in omnibus censura, & iudicio Sedis Apostolicæ. Eandem nostram sententiam tenet nouissime Zambran. in suis Aureis decisionibus, cap. 7. de matrimonio, dubio secundo, folio 342. cum sequẽtibus, nisi graue timeatur incommodum ex tali assistentia, & impedimentum sit occultum, nec timeatur postea publicandum, tunc namque ait secure esse locum contrariæ sententiæ; ego autem teneo indistincte quod prædixi.

Hinc fit, vt (ad illationes contrarias, & cætera relata ex Thoma Sanchez vbi supra, descendẽdo) censeamus, quod sequitur: nempe, suas decem illationes

non esse veras, nec securas ex rationibus supradictis, præcipue illam, quam quinto loco adduximus ex eodem Sanchez dicta disputatione 37. numero nono, nempe, quod non obstante clausula dispensationis: Seruata forma Concilij Tridentini, &c. licet, commissionis virtute, non possit dispensare, vt occulte celebretur matrimonium, at potest dispensare in impedimento; quo per dispensationem cessante, absque aliqua dispensatione, iuxta Decretum Concilij Tridentini, potest illud matrimonium inter ipsos solos contrahentes celebrari: hoc namque est contra mentem, & expressa verba Summi Pontificis, disponẽtis, quod seruetur forma Concilij Tridentini, in qua noluit dispensare: si igitur Cõmissarius hoc non potest, nec partes.

Præterea, quia ipsæ partes debent in totum obseruare, & adimplere prædict. dispensationem, & sic vti forma Concilij, quia non possunt eam diuidere acceptando in partem, & in partem contraueniendo, præd. namque dispensatio continet formam, quæ est indiuidua, & diuisio formam corrumpit, vt plures allegans tenet Francisc. Beccius consil. 12. numero 30. folio mihi 23. columna 3. vbi etiam quod forma est de genere indiuisibilium: at, quod dispensatio præd. contineat formam, patet.

7 Quia quando lex Regia statuit quibus in locis, & iurisdictionibus, & coram quibus iudicibus insinuatio fiat, & ita cum certis modificationibus forma data esse videtur, Ancharan. consil. 242. ex tenore in fin. Decius consil. 262. in causa magnifici, numero quarto, & in pluribus alijs cõsilijs relatis per Beccium cõsil. 66. numero 9. lib. primo, & numero 10. quod in dubio forma data à statuto censetur substantialis. Et num. 11.

8 Quod forma statuti non obseruata actus est nullus, vt per DD. quos ibi ad hoc citat: ergo cũ Sũmus Pontifex, & Legislator supremus præcipiat in his dispẽsationibus, quod seruetur forma Concil. Trid. & in eo caueatur, quod matrimoniũ celebretur corã parocho, & testibus cũ Decreto irritante, vt videmus, profecto nescio, quomodo aliter fieri possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ablatiuus namque absolutus, prout est ille, seruata forma Concilij Trident. importat conditionem iuxta l. à testatore, & ibi notatur, ff. de condict. & demonstrat. est communis hæc regula secund. Iaſ. in rubrica, ff. solut. matr. in secunda lectura, num. 10. cum sequentibus, vbi late ampliat, & limitat. & Roland. à Valle consil. 63. num. 3. lib 4. Padill. in l. prima, numero 16. cum sequentibus, & Becci. consil. 39. numero 18. lib. 1. fol. 63. in fin. allegans alios, & num. 19. quod conditio importat formam l. qui hæredi, & Meuius, ff. de condit. & demonstra. Quibus sic stantibus, non video quomodo præd. opin. singularis contraria tam periculosa persuaderi possit, quare eam prorsus improbo.

Circa aliam opin. eiusdem Thom. Sãchez vbi supra, numero 14.

10 Dum censet, & dicit, matrimonium illud, quod propter impedimẽtum occultum nullum fuit, posse reualidare copula affectu maritali inter coniuges habita: sicut reualidatur nouo consensu occulto, vt ibi nititur probare dicẽs sic docere Enriquez, lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 6. & cap. 9. ad fin. in commento litera, A. & Emanuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ in secunda editione, cap. 220. numero 2. & Ludou. Lopez in secunda parte Instructor. de matrim. cap. 40. ad fin. & cap. 37. ad fin. vbi etiam addit, reualidari quoque per traductionẽ solemnem ad domum, & diuturnam habitationem, quæ signa sunt interni consensus; sicut ante Concilium per hæc transibant sponsalia in matrimonium.

Sed & hanc opinionem suspicor quo que non esse veram, tum ex supradictis, tum etiam, quia Concilium Tridentinum casum comprehendit cum generaliter, & indistincte loquatur; tum, quia nec huiusmodi matrimon. nullum ex impedimento occulto verbis de præsenti conualescit, nisi coram parocho, & testibus iteretur, vt probauimus, tandem quia etiam stando in opinione contraria, quæ est Sanchez, requiritur, secundum ipsum in disputatione præcedenti, num. 3. quod coniux sciens impedimẽtum occultum alterum cõiugẽ certiorẽ eius faciat, ad hoc vt nouus cõsensus occultus reualidet atq; ratificet matrimoniũ nullum. vel saltẽ, quod cõiuges sciãt impedimẽtũ cessasse ad hoc, quod copula postea affectu maritali habita matrim. præcedens nullũ cõualidetur, vt ipsemet censuit ibidem d. n. 3. in tertia cõclusione, & diximus supra, sed nihilominus. & tunc requiri præsentiã parochi, & testium contendimus, vt in terminis quoque d. cap. is, qui fidem de spons sal. supra probauimus.

Et quãuis Authores citati à Sanch. pro sua opin. eam videãtur tenere, loquuntur tamẽ supposita declaratione clara, & formali Pij V. cuius supra meminimus, eiusq; receptione in vsu, vt patet ex Ludo. Lopvbi supra, præcipue d. c. 40. fol. 1073. col. 1. ibi, nihilominus, qua cauetur, secundum Nauar. quod matrim. nullum ob occultũ impedimentũ celebratum corã parocho, & testibus possit postea sublato impedimento, nouo consensu reualidari, sine parocho, & testibus, quod si ita est, nil mirum, vt idem sit dicendum, per copulã maritali animo habitam, sed vt prædiximus, nobis non constat de præd. declaratione, sed potius contrarium ex vsu sacri Prætorij pœnitentiariæ, & præterea nos de iuramento confirmatorio, primæ parte, cap. 51. numero vltimo, probauimus, hodie attento Sacro Concil. Trid. nullo casu per traductionẽ ad domum sponsalia de futuro fieri matrim. de præsenti, nisi seruata omnino forma d. Decreti, quæ de matrimonijs clandestinis loquitur, quia eo attento, etiam intercedente cum effectu copula carnali, non transeunt in matrimonium de præsenti, igitur minus transibunt per traductionem ad domum, quacumque solemnitate traductio fiat, nisi seruetur forma tradita à Sacro Concilio ad matrimonia contrahenda, & tamen Sanchez vbi supra, in fin. d. numeri 14. se remittit ad nos in hoc, in supra d. cap. 51. numero vltim. ergo nostra sententia contra ipsum in supradict. specie tenenda est, nempe in reualidando consensu matrimonij præcedentis nulli ob occultũ impedimentũ, quod non sufficiat copula, affectu coniugali habita, nec etiã nouus consensus absque parocho, & testibus post Concil. Trident.

Circa

Circa primam limitationem eiusdem Authoris, quam assignat in d. disputatione 37. numero 10. de qua supra, concedimus matrimonium nullum ob occultum impedimentum, necessario repetendum esse coram parocho, & testibus, quoties parochus, & testes, vel alter eorum qui ei assiterunt, nouerunt dictum impedimẽtum. Cæterum ex superioribus idem probamus, etiamsi id ignorarent: similiter, idem facimus circa secundam limitationem eiusdem Authoris numero 11. supra relatam, nempe, vt indistincte, siue periculum vt detegatur impedimentũ occultum, & probetur, siue non sit, matrimonium iterandum sit coram parocho, & testibus, in vtroque enim casu militãt rationes, & argumenta pro nostra priori principali sententia supra adducta.

Quod autem obijcitur de scandalo futuro, & infamia ex publicatione coram parocho, & testibus, re vera reparari potest, ex dictis in cap. præcedenti, nempe, quod cessante impedimento, confessarius consulatur, & is quidem suppressis nominibus contrahentium, & impedimento, impetret ab Ordinario loci licentiam, vt coram se, & testibus familiaribus, vel alijs confidentibus iterum contrahant, & præcedens matrimonium nullum ratificent: quod si contingat timeri, aut dubitari, an alter coniux ignarus impedimenti certioreus factus consentiet, tunc potest vti cautela Caietani, & sequatium, iũcta hac nostra, quod consulatur confessarius, &c. ad hoc vt nouus consensus pateat parocho, vel alij sacerdoti de Ordinarij licentia, & testibus, & euitetur scandalum. Probo tamen opinionem Cordubæ in Summa quæstione 51. in verfic. *Veste matrimonio*, & Bartholomæi à Ledesma dubio 17. de matrim. folio 1276. in fine, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez dicto lib. secundo de matrimonio, disputatione 37. numero 13. tenentium, hos, qui sublato impedimento clam reualidarũt matrimonium, non teneri Ecclesiæ benedictiones ante reualidationem præmissas iterum recipere, quia semel receptæ sunt nec possent sine scandalo repeti, nec sunt de matrimonij essentia, non tamen per hoc recedo à mea præmissa sententia, nempe, quod iterum reualidetur matrimoniũ coram parocho, & testibus modo, & cautelis prædictis.

SVMMARIVM. Cap. XLVIII.

1 CAP. *quia circa de consanguinitate, & affinitate: & cap. cum iam dudum de præbend. concordia, & intellectus.*

2 *Confessarius an, & quando teneatur admonere pœnitentem, orta ignorantia inuincibili alicuius rei? & numeris sequentibus? ponuntur duæ regulæ altera affirmatiua, & altera negatiua, cum suis declarationibus.*

5 *Ignorantia triplex est, affectata, supina, & sic vincibilis, & culpabilis; item & inuincibilis, quæ excusat.*

CAPITVLVM XLVIII.

Confessarius, an teneatur admonere coniuges, quos nouit ex ignorantia inualide matrimonium contraxisse?

PRO huius quæstionis decisione solet adduci casus textus in cap. quia circa, de consanguin. & affinit. vbi consultus Innocentius III. de quibusdam, qui subreptitia dispensatione matrimonium contraxerant, sic respondet: Dissimulare poteris, vt remaneãt in copula sic contracta, cum ex separatione magnum videas scandalum imminere: cuius text. communis intellectus est ex glossa ibi in fine, & communiter DD. ibi, quod dissimulatio illa Pontificis dispẽsationem inducat; cuius ratione coniuges illi tuti remanserunt in priori matrimonio, quod aliàs inualidum erat: neque obstat tex. in cap. cum iam dudũ de præbend. vbi probari videtur, dissimulationem Principis non inducere dispensationem, quia ibi Pontifex nõ dixit, esse dissimulãdũ, sed tantũ impunitatẽ, ac factum tole-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tolerat, tunc namque conniuendo, non inducitur dispensatio, quia multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuissent in iudicio, exigente iustitia, non deberent tolerari, vt inquit tex. in d. cap. cum iam dudũ, in fine. At vero Summus Pontifex in d. cap. quia circa, de consanguinit. & affinit. respondendo dixit, talem dissimulare poteris, &c. quod est diuersum: ex quo communi intellectu ad illa iura deduci videtur in quæstione præmissa, de quo in titulo huius cap. confessarium omnino dissimulare debere, & non admonere coniuges de præd. impedimento, & inualiditate matrimonij.

Hic tamen communis intellectus verus non est, ac proinde adduci non potest ad decisionem nostræ quæstionis, vt recte ostendunt D. Couarru. in quarto de sponsal. 2. parte, cap. 6 §. 10. numero 15. & nouissime Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 38. numero 12. vbi similiter alios intellectus illorum iurium refert, atque improbat.

Verus igitur, ac legitimus sensus d. cap. quia circa, cum concordantibus, est: quod ibi coniuges bona fide existimabãt se legitime coniugatos esse, & ex veritatis detectione timebatur graue scandalũ, quapropter Summus Pontifex dicit tacendum, & dissimulandum esse, illosque in matrimonio illo putatiuo, & inuincibili ignorantia excusato, permittendos esse, ita illum tex. intellexerunt Gofredus, quem referũt, & sequũtur Adrian. quodlibet. 5. articulo secundo, litera. E. versic. sed circa hæc dicta, Medina in suo C. de restitutione, tractatu secundo, de confessione dimidiata reiteranda, versic. corollarie, sequitur Nauar. in cap. si quis autem, de pœnitentia, distinctione septima, à numero 67. vsque ad 73. & lib. primo consil. in prima editione de temporib. ordinand. consil. nono, numero primo, Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, cap. 6. §. 10. numero 15. Cordub. in sua Summa, quæstione 189. puncto primo, vers. *a lo qual haze*. Aragon in Secunda Secundæ D. Thom. quæstione 33. articulo 6. conclusione 3. quos sequitur Thomas Sãchez vbi supra, numero 12. vers. legitimus ergo sensus, &c.

2 Ex quo sequi videtur in specie nostræ quæstionis, quod si sit ignorantia inuincibilis facti, vel iuris humani non vero Diuini, nec sit in damnum alicuius, & nõ est spes emendæ, sed timor quod pœnitens scandalizetur, confessarius non teneatur eos coniuges admonere, aliàs teneatur, & in terminis ita tenet Adrianus vbi supra, litera. F. versic. ad quæstionem respondeo, & articulo 4. quæstione 5. de confessione, dubio 7. & videtur tenere Nauar. in Manual. cap. 22. numero 83. & iterum vbi supra, numero 71. & Couar. etiam vbi supra, d. numero 15. & dicit hoc esse probabile Bartholom. à Ledesma de pœnitentia dubio 13.

3 Nihilominus tamen pro resolutione huius quæstionis duæ sunt constituendæ regulæ cum suis declarationibus: vna est affirmatiua, & altera negatiua.

Affirmatiua est: data ignorantia vincibili, & culpabili lethaliter, impedimẽti dirimentis, cuiuscumque iuris, vel facti sit, non potest confessarius dissimulare, quãuis admonitio non sit profutura, & quod cumque scandalum pœnitentis sequatur; ita tenent omnes teste Thom. Sanchez d. disputatione 38. numero 2. qui eam probat, & addit, teneri confessarium admonere in hac specie cum Soto in quarto, distinctione 18. quæstione 2. articulo 4. ad secundum, & Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 8. articulo 4. dubio 8. Aragon vbi supra, conclusione 4. contra Medinam: & nonnulla obseruat Sanchez vbi supra, numero 3. circa modum inuestigandi, an talis ignorantia sit culpabilis, vel non?

Et procedit hæc regula, etiamsi ignorantia cuiuscumque iuris, aut facti inuincibilis sit, si spes probabilis adsit fore, vt monitio prosit, sine graui scandalo, & detrimento: in hac namque specie tenetur etiam confessarius admonere pœnitẽte, veluti, si norit confessarius matrimonium esse nullũ, & potest facile pœnitẽs dispensationem impetrare, & credit adhibendam esse diligentiam ad eam impetrandam, nec est periculum, vt interim accedat ad vxorem sciens iam nõ esse suã licet raro hoc contingat, cũ dispensatio Sũmi Põtificis impetranda est, & longe distet Roma,

Roma, quia saltem est periculum magnum incontinentiæ cum vxore dum impetratur dispensatio, ita tenet, & probat Thomas Sanchez vbi supra, numero quinto, obseruans, quod in casu quo teneatur confessarius admonere, non tenetur ante absolutionem, sed satis est post, nisi confessarius probabiliter credat, ante absolutionem profuturam monitionem, postea vero minime, vt tenent Metymna C. de confession. tractatu 2. in quæstione de confessione dimediata iterand. Cordub. in sua Summa, quæst. 189. puncto secundo.

4 Secunda regula, & sic negatiua est, quod quoties ignorantia præd. impedimenti est inuincibilis iuris humani, vel facti absque tertij præiudicio non tenetur confessarius admonere, nec quilibet alius, quando nulla inde speratur vtilitas, quia sequeretur perplexitas, vel scandalum ex separatione, vel difficultas, ita tenent omnes Doctores supra citati ante has regulas, & alij plures, quos refero, & sequitur late id probans, & exemplificans Thomas Sanchez lib. secũdo de matrimonio, disputatione 36. numero sexto, vbi idem verum esse credit, non tantum vbi iam est contractum matrimonium, sed etiam ante illum contractum: & numero septimo docet, quod imo tenetur confessarius tacere in casu huius regulæ, ne sequantur inconuenientia prædicta, præbeatque peccandi ansam his, qui in bono statu sunt secund. Adrian. Metymnam, Sotum, Canum, Angles, Nauar. & Cordub. quos refert, & numero octauo, cum Ledesm. Cordub. & Enriquez bene probat contra Sotum, quod in hac specie, coniugi neganti debitum ex alia causa existenti in præd. specie inuincibili valoris matrimonij possit confessarius præcipere, vt debitum reddat.

Ampliatur præfata regula negatiua, vt procedat, etiamsi ignorantia illa sit circa ius Diuinum, & naturale, quia si confessarius probabiliter credat, consilium suum non profuturum, tenetur non admonere, quando ea ignorantia inuincibilis est, quia rationes præcedentis regulæ æque probant, siue ignorantia sit circa ius humanum, siue circa Diuinum, & in terminis ita tenẽt Ioãnes à Metymna, Sotus, Cano, Ledesma, Enriquez, Bartholom. à Ledesma, Aragon, & Corduba, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 9. & hoc est probabilius cõtra Adrian. Nauar. Couar. & Ledesmam supra citatos ante dictam primam regul. rarius tamen dabitur ignorantia inuincibilis iuris Diuini, & naturalis, quam iuris humani, vel facti, præsertim, circa præcepta Decalogi, in quibus ignorantia excusans non datur, quia lumine naturali nota sunt, vt cum communi sententia Doctorum tenet Ludouic. Lopez in prima parte Instruct. conscientiæ, cap. 3. pagina 12. in versic. an circa præcepta, & Vega lib. 4. suæ Summæ casu 260.

Ampliatur 2 secundo præd. regula negatiua, vt procedat, quamuis peccatum illud per ignorantiam inuincibilem excusatum, sit in detrimentum proximi: verbi gratia, pœnitens bona fide possidet primogenium, aliamve rem, quod confessarius nouit iniuste possidere, & credit, nihil profuturam monitionem, quia est difficillimum relinquere illud: vel videt pœnitentem teneri restituere, & ignorantia inuincibili excusari, monitumque non restituturum: tunc namque confessarius tenetur tacere, ita cum alijs tenet, & probat Thomas Sanchez vbi supra, numero decimo, vbi cum Metymna idem probat, etiamsi peccatum illud in proximi detrimentum sit continuatum; vt si quis exerceat vsuras, laborans ignorantia inuincibili, quia alios consuluit, & videat confessarius, se monendo nihil profuturum, vt restituat acquisita, nec, vt abstineat in futurum, tenetur namque tacere propter præfatas rationes: imo inquit ibi, prædict. omnia circa hanc regulam procedere, & vera esse, quando credit confessarius fore, vt pœnitens libenter recipiat monitionem: at videt remedium esse difficillimum, vt si scandalum, & notabilis infamia inde sequantur: ex quo ipse infert ibi, numero vndecimo, quod à fortiori, quando pœnitens sub mortali culpa tenetur ad aliquid adeo difficile, vt confessarius credat, illum tunc cæco animo

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo minime recepturum, & alia vice melius susceпturum, excusaturque ignorantia inuincibili, poterit tunc tacere, & in opportunius tempus differre: Imo prudenter agere confessarios, dum non omnia ad quæ pœnitens tenetur, simul, & prima vice aperiunt, ne deterritus omnino abstineat à confesione, sed paulatim debent eum docere, ad ea, quæ tenetur.

Nunc vero dicta in hac regula negatiua limitantur, vt non procedant, quando pœnitens dubius interrogaret confessarium, vel virum doctum de re illa, tunc namque tenetur ei veritatem aperire, quamuis profutura non sit, quia iam conscientia pœnitentis læsa est illo dubio, & taciturnitatem confessoris, vel viri docti prudenter posset pœnitens in suum fauorem interpretari, quare taciturnitas illa esset erroris approbatio, vt cum Soto, & alijs quāpluribus Theologis tenet Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrim. disputatione 38. num. 14. vbi quod aliqui ex his, idem dicunt, si pœnitens tāquā scrupulum, quo agitatur id fassus fuerit: sed nihilominus verius esse, quando solus est scrupulus posse confessarium tacere, vel respondere, vt deponat scrupulum, quia scrupulus non aufert bonam fidem, & ignorantiam inuincibilem, sed solum quando conscientia dubia est, ex sufficienti fundamento secund. Cordub. & Enriquez. Ego autem contrarium verius esse censeo, & probo, quia stante scrupulo, vere non cadit, nec datur ignorantia inuincibilis, siquidem ideo tunc consulitur confessarius, vel alius vir doctus, vt submoueat scrupulum, & consulentis cōscientia quieta maneat, ergo consultus veritatem aperire debet, & tenetur consulenti, nec adimplet, dicendo, quod deponat scrupulum, si re vera scrupulus veritati accedat, imo confessarius, vel vir doctus consultus, hoc respondendo, cum tamen verum sit impedimentum illud, & legitimum onerabit conscientiam suam scienter, licet exonerauerit conscientiam consulentis, & ita merito hanc nostram sententiam plures sequuntur, nempe Soto, Aragon, Bartholom. à Ledesma vbi supra, & præterea Angles, & Ludouicus Lopez relati à Sanchez vbi supra, quamuis minus bene ab eorum iusta, & secura sententia discedat sequutus priorem, quā modo retulimus.

Secundo limitantur, vt non procedāt superius dicta circa præfatam regulā negatiuam quando ex præd. ignorantia inuincibili timeatur malum boni communis. Tunc namque tenetur cōfessarius admonere, quia præfertur bonum cōmune priuato, ita Enriquez vbi supra, & Thom. Sanchez vbi supra, numero 15. vbi exemplificat, & idem esse dicit, si esset scandalum, publicaque fama nullitatis matrimonij, teneretur cōfessarius admonere, quia talis ignorantia est contra bonum commune, & Adrian. quodlibet. 5. articulo 2. litera. I. & 4. quæstione quinta, de confessione dubio septimo, Zambran. Hispalen. in suis Aureis decisionibus, capit. 7. de matrimonio, dubio quarto, numero tertio, pag. 349.

Tertio limitantur, nisi scandalum pœnitenti sequutū ex admonitione momentaneum sit, & tunc præstabit, quod post absolutionem admoneatur, ne turbatione gratia, & fructus sacramenti impediatur, ita cum alijs probat Sanchez vbi supra, numero 16. qui numero 17. & 18. alias duas limitationes quorundam refert, sed eas improbat. Sed quia actum est de ignorantia vincibili culpabili, & de ignorantia inuincibili, pro intelligentia necessaria, & præcisa supradictorum, oportet scire, quæ sit illa, item & hæc.

5 In quo asserendum est; quod ignorantia triplex est in proposito, affectata, supina, & sic vincibilis, atque culpabilis, & inuincibilis, quæ excusat.

Affectata ignorantia est, qua quis, quæ tenetur scire, non vult, quo liberius sine morsu peccat, quæquidem solita est culpam augere, vt docet Ludouicus Lopez statim citandus, & Vega lib. 11. casu 365. & latius lib. 5. casu. 256.

Supina autem ignorantia est, qua quis ignorat id, quod communiter omnes sui ordinis, & conditionis homines sciunt, quæ ignorantia crassa quoque appellari solet, quæ contingit per latam culpam, quæ excusat à tanto, sed non à toto secundum Ludouic. Lopez in

prima parte sui Instructorij Conscientiæ cap. 136. pagina mihi 297. columna 2. sed hanc non excusare non adhibentem debitam diligentiam, inquirēdo, quod tenetur inquirere, probat tex. in cap. penultim. ad fin. & cap. final. 37. distinctione, & l. regula. §. sed facti, ibi, verū eius, qui eam rē inquirendo diligenter notam habere possunt, ff. de iur. & fact. ignorant. l. si auiam in fine, C. de ingenuis manumiss. glossa optima in proposito in cap. innotuit, verbo ignorantiam de elect. talis enim ignorantia est indirecte volūtaria, vt docet Diuus Thom. 1. 2. quæstione 6. articulo 8. in corpore, & quæstione 19. articulo 6. & cum eo omnes communiter DD. Theologi: id quod satis explicuit tex. in cap. final. de clandest. desponsat. ibi: cum illi taliter contrahendo, affectatores ignorantiæ videantur, quasi dicat, eam ignorantiā fuisse affectatam, ac indirecte voluntariā, eo quod debitæ diligentiæ ad inquirendū omissæ sunt, ergo non excusat, vt ex prædictis probat Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 42. numero 1. & tenet Vega d. lib. 5. casu 256. & lib. 4. casu 197.

Ignorantia autem inuincibilis secundum Theologos, quæ secundum Iuristas probabilis nuncupatur, est illa, qua communiter homines adhibita diligentia laborant, qualis est hominis consulentis viros scientia, & conscientia sufficienti ad id præditos, & pro talibus habitos, qui falsē illi consuluerunt; argumento cap. Capellanos iuncta glossa 3. de ferijs, & hæc omnino excusat, quando est causa actus, scilicet, quando actus non fieret, nisi ignoraret, ita Ludouic. Lopez vbi supra, & Vega d. lib. 5. casu 256. & prius lib. 4. casu 197. qui d. casu 256. exemplificat in eo, *Que no pudo alcançar loque deue, o por falta de entendimiento, o porque no tiene a quien preguntar quien se lo enseñe bien.*

Iuxta supra proxime igitur dicta circa modos ignorantiæ discreti confessarij discernant, quando teneantur monere pœnitentem, vel non de nullitate matrimonij.

SVMMARIVM Cap. XLIX.

1 CONIVX *impedimenti cōscius, an possit reddere debitum, dum ab Ecclesia ad id compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet, nisi reddat? & numeris sequentibus.*

2 *Coniux conscius impedimenti, illo cessante per dispensationem, vel si propria voluntate tolli possit, an teneatur obedire denuo consentiens?*

3 *Coniugi conscio impedimenti, quæ remedia competant? & numeris sequētibus.*

5 *Episcopus an possit dispensare cum coniuge conscio impedimenti occulti sui matrimonij, & numeris sequētibus.*

6 *Episcopus non potest dispensare in lege superioris, fallit in casu vrgētis necessitatis, vt in nu. 7. & 8. quando ratione impedimēti nō est recursus ad Papam, & quæ requirantur ad hoc, numero 9. & 10.*

11 *Episcopus an aliquādo possit dispensare in impedimēto matrimonij dirimēte, antequam matrimonium contrahatur?*

12 *Episcopus an possit dispensare in prædictis casibus, quando facile recurri potest ad Nuncium Apostolicum habentem potestatem ad dispensandū, vel ad quēcumque alium habentem potestatem dispensandi, vt est Commissarius Cruciatæ.*

13 *Vicarius generalis Episcopi non potest dispensare in impedimento occulto matrimonij.*

14 *Episcopus an possit delegare alteri facultatem dispensandi in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus, in casibus in quibus ipse potest dispensare? & numeris sequentibus.*

15 *Iurisdictio voluntaria cōmissa ex priuilegio Principis delegari non potest.*

16 *Iurisdictio Principis priuilegio competens non personæ, sed perpetuo dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria, & potestatis ordinariæ iura habet.*

17 *Cap. vltim. §. final. de officio delegat. intellectus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *Decreti Sancti Concil. Trident. sessione 24. cap. 6. de reformatione intellectus.*

19 *Delegari potest quælibet potestas ordinaria.*

20 *Episcopus potest generaliter delegare casus sibi ratione necessitatis vrgentis competentes, antequam contingant, vt impedimento occulto dirimẽte matrimonium, & num. 21.*

22 *Episcopus an possit specialiter delegare Vicario casum Hæresis, attẽto Concil. Trident. sessione 24. cap. 6. de reformatione?*

23 *Coniux, matrimonio bona fide vtriusq; contracto, dubitans tamen postea de ipsius valore, an possit debitum petere, & reddere? & an liceat tunc deponere hoc dubium speculatiuũ, nec practice dubitare ratione possessionis? & numeris sequentibus, præcipue numero 24. 28. & 29.*

25 *Scientia esse potest speculatiua, & practica, & quæ sit vnaquæque harum?*

26 *Scientia, opinio, seu dubitatio speculatiua, quando adest licitum est aliquã do contrarium operari, vt hic.*

27 *In dubijs est amplectendum, quod tutius est, & in quo nullum peccati periculum versatur, & quomodo hoc intelligatur?*

30 *Coniux, dato, quod suus coniux illicite debitum petat, an reddere teneatur?*

31 *Coniux, an quando conscientia pulsat animum ex credulitate probabili & discreta, quamuis non euidente, nec manifesta, reddere, & postulare debitum possit? & numeris sequentibus, & an vnus testis impedimenti, vel iuramentum alterius coniugis sufficiat? num 32. & 34.*

35 *Coniux, qui primo dixit esse impedimẽtum fuit matrimonij si postea se retractet, tenetur alter coniux tunc ei reddere debitum: sed si ei credat non potest petere, nec reddere, vt in numero 36. & an teneatur credere? numero 37.*

38 *Coniux dubitans probabiliter de matrimonij valore propter assertionem alterius coniugis nequit petere, nec reddere, donec deponat dubium.*

39 *Coniugi asserenti ficte consensisse quãdo credatur, & quid si protestatio ficti consensus præcessit? & an sufficiat testimonium dicentis adfuisse impedimentum, vt coniux credat, vel dubitet, & abstineatur, & qualis probatio impedimenti dirimentis sufficiat ad matrimonium dissoluendũ? & numeris sequentibus.*

40 *Viro dicenti adesse impedimentum in suo matrimonio, an sit adhibenda fides respectu sui ipsius? & numero 41. quid respectu vxoris? & quæ certitudo requiratur in hoc? numero 42. & quæ coniecturæ sufficiant iudicis arbitrio committitur, numero 43. & est sufficiens coniectura reuocatio consensus incontinenti facta, vt in numero 44. & in numeris sequentibus aliæ plures coniecturæ referuntur: & numero 48. quid si puella neget, se verum consensum præstitisse?*

49 *Authoritas Ecclesiæ requiritur etiã si antibus sufficientibus coniecturis ficti consensus ad celebrandum aliud matrimonium priori spreto.*

50 *Vxor non tenetur credere viro neganti verum consensum præstitisse, quando coniecturæ prioris consensus sunt vehementes, & cætera, vt hic.*

51 *Dissensus in matrimonio, an probetur vtriusque coniugis confessione?*

52 *Protestatio coniugis ante matrimoniũ affirmantis se nolle, per quæcumque verba postea à se proferenda matrimonium contrahere, an sit sufficiens dissensus indicium?*

CAPITVLVM XLIX.

An coniux impedimenti conscius excusetur à culpa reddendo debitum ad vitanda maiora mala, & quo remedio ei succurratur?

QVOAD

1 QVOAD primum, an coniux impedimenti conscius possit reddere debitũ, dũ ab Ecclesia ad id compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet, nisi reddat? Miror profecto quomodo DD. nostri ausi sint in dubium reuocari, hanc quæstionem, & in diuersas sententias ire, cum habeamus expressam decisionem Pontificiam eam aperientem, nempe in cap. Inquisitioni 44. in ordine de sententia excommunic. in Decretalibus, quæ est huiusmodi: Inquisitioni tuę respondẽtes, credimus distinguendum: vtrum alter coniugum pro certo sciat impedimentũ coniugij propter quod sine mortali peccato non valeat carnale commertium exercere, quamuis illud apud Ecclesiam probare non possit, an non sciat pro certo, sed credat: in priori casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commertiũ peccatum operari mortale. In secundo distinguimus, vtrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate vi, & temeraria, an probabili, & discreta: & quidem ad sui pastoris consilium (conscientia leuis, & temerariæ credulitatis explosa) licite potest, non solum reddere, sed exigere debitum coniugale: verum cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili, & discreta, quamuis non euidenti, & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, nè in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientiæ committat offensam. Ergo tamquam certissima est prædicta membris dictio, quæ in primo casu negatiuo probatur etiam in cap. literas de restitutione spoliat. in versic. porro cum muliere, &c. vbi glossa verb. tolerare, & in d. cap. Inquisitioni, verb. humiliter, & ibi Hostiens. super verb. verum, Ioan. Andr. numero 6. Ant. de Butr. numero 17. Cardinal. quæst. penultim. Anchar. numero 3. Couar. late in 4. Decret. secunda parte cap. 7. §. 2. numero 7. Summistæ Rosela verbo impedimentum, impedimẽto 1. nu. 8. Angel. verbo debitum, numero 18. & verb. matrimonium secundo, numero 15. Syluester verbo matrimonium secũdo, quæstione 15. & verb. matrimonium quarto, quæstione 8. & matrimoniũ 6. quæstione 4. & verb. debitum, in fin. & eodem verb. Armill. in fine, Tabiena verbo matrimonium 4 quæstione 11. numero 12. Nauar. in Manuali Latin. cap. 16. numero 39. & ex Theologis ita tenent D. Thom. in quarto, distinctione 27 quæstione 1. articulo secundo, quæstiuncul. 4. in fin. & distinctione 38. in fin. & D. Bonauent. ibidem distinctione 38. in expositione literæ Magistri in fine, Durand. distinctione 38. in princip. in expositione literæ Magistri, Ricard. eadem distinctione in fine, Palud. in 4. distinctione 36. quæstione 2. articulo 2. numero 15. quos, & alios plures refert, & sequitur Thom. Sãchez de matrimonio lib. 2. disputatione 39. numero 5. estque communis, & receptissima omnium sententia, vt ex supradictis patet, & probatur expresse in d. cap. Inquisitioni cum reliquis supra relatis ex litera illius tex.

Vnde falsissima est, & valde in fide periculosa contraria sententia nõnullorum, quæ habet, in priori casu illius tex. nẽpe, coniugem conscium certi impedimenti occulti posse reddere debitum, dum ab Ecclesia compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet, nisi reddat, secundum Thomam Sanchez, vbi supra, numero 5. quam prius retulerat, numero 1. & 2. cum suis fundamentis, & Authoribus.

Similiter ex eodem constat, falsam esse aliam opin. quorundam, quam probat Henriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 3. numero 2. in commento litera, X. distinguẽtium inter impedimentum dirimens iure naturali, vt tunc nullo modo possit coniux impedimenti conscius reddere debitum, quantumcumque per Ecclesiã ob probationis defectum ad id compellatur: & impedimentum dirimens Iure Ecclesiastico, & tunc possit: siquidem in d. cap. Inquisitioni, & in d. cap. literas de restitutione spoliato. indistincte cauetur, nullo modo impedimenti conscium posse debitum reddere: imo in d. cap. literas dicitur, conscium cõsanguinitatis, præsertim in gradibus Diuina Lege prohibitis, non posse debitum reddere: ergo idem clare sentit, & insinuat esse tex. ille in gradibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

humana lege prohibitis: dictiones nãque implicatiuæ, prout illa, præsertim, & similes, etiam implicant in casu contrario, vt cum alijs resoluimus lib. primo Canonic. quæstionum cap. 20. numero 5. & dictio, præsertim, significat, quod idem sit in casu cõtrario iuxta glossam in l. illud, verb. existimari, in fine, ff. ad legẽ Aquil. sequitur alios allegans Octauian. Vulpe. de præpositiõn. aduerb. & coniunctionis significat. in dictione præsertim, ante numerum primum, pag. 80. colũna 2. & ideo præd. distinctionem late, & quidem merito ex pluribus improbat Thomas Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatione 39. numero 6. vbi numero 7. aliam tertiã opin. Philiarc. falsissimam etiam dicit: & numero 8. tamquam certissimum tenendum esse inquit, quod prædiximus, nempe, coniugem nullitatis matrimonij conscium ob impedimentum dirimẽs, siue Diuino, siue humano iure, nullo euentu posse reddere debitum conĩugi ignoranti, licet excommunicetur ab Ecclesia, vitæq; periculum subeat, grauissimaque scandala, vt probat ibi, numero 5. & 6. & in hac specie probabilius est secundum ipsum ibi, numero nono, eam excommunicationem coram Deo non obligare, vt tenent in proprijs terminis glossa in d. cap. literas, verbo tollerare de restitutione spoliat. & Victoria in Summa de matrimonio, numero 264. Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 48. articulo secũdo, aduersus Abulens. super Matthæũ cap. 19. quæstione 72. & Paludan. in quarto, distinctione 27. quæstione 2. articulo 37. sed prior opinio negatiua verior, & tenenda videtur, quia excommunicatio minime incurritur, nisi ob inobedientiam lethalem, quæ in hac specie nõ adest: quinimo rigidissimum esset asserere, vere eũ excommunicatum esse, qui Dei timore ductus, Ecclesiæ falsæ præsumptioni innitenti non accedit: & præterea probatur: quia quoties homo certus est, non peccasse mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, non incurrit excommunicationem iuris apud Deum, nec est priuatus Ecclesiæ suffragijs: & quamuis secus sit in sentẽtia hominis, quia interdum tenet, etiamsi irretiat innocentem, puta, quando error non exprimitur in sententia, quia tunc ligat quoad Ecclesiam, non tamen quoad Deum, vt cum Soto, & alijs Theologis probauimus lib. primo Canonic. quæstionum cap. 7. num. 30.

Alia minuscula in proposito quærit Thom. Sanchez vbi supra, numero 10. & 11. quæ apud ipsum sunt videnda.

2 Nempe, vtrum si impedimentum dirimens iam cessaret dispensatione illius obtenta, vel propria voluntate tolli posset, teneatur obedire denuo consentiens coniux ille? & verius esse censet, & probat adhuc nõ teneri obedire: nec in præd. casibus tenetur obedire, quoad cohabitationem, etiamsi id possit facere citra incõtinentiæ periculum, nisi sequatur scandalum, & copia adesset fugiendi in locũ vbi cessaret, & hoc non ratione præcepti, sed ratione scandali secundum Petrum à Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 4. dubio secundo, ad secundum, in fine, & Thom. Sanchez vbi supra, numero 11. contra alios.

3 Plura remedia assignant DD. varijs in locis, quibus succurrunt huic coniugi anxio nimis propter excommunicationẽ Ecclesiæ ex vna parte: & ex altera, quod non possit consentire, & obedire, cum certo sciat adesse impedimentum dirimens, & illud non posse probare: quæ congerit Thomas Sanchez vbi supra, numero 13. omnia tamen difficilia sunt, & raro prodesse poterunt, vt videre licet apud ipsum.

4 Mihi autem illud facilius, & melius videtur, nempe, vt coniux impedimenti occulti conscius occurrat ad sacræ pœnitentiæ Prætorium, casum insinuet, & breue dispensationis impetret, vt iterum denuo absque testibus matrimonium contrahatur occulte, hocque insinuet alteri coniugi impedimenti occulti ignaro, aliquo opportuniori modo iuxta casus cõtingentiam, de quibus supra egimus, vt matrimonium reintegretur, quod si ambo coniuges sint impedimenti conscij, facilior erit medicina, & cura de communi consensu.

5 Dubitant tamen DD. an in casu magnæ necessitatis (vt in specie præmissa) possit Episcopus dispensare in impedimentis occultis, matrimonium dirimentibus, vt iterum matrimoniũ celebrari possit, nec coniux illius conscius destitutus remedio maneat, cum excommunicatur ab Ecclesia, & difficilis sit aditus ad Romam?

Et non posse dispensare in hac specie Episcopum tenet, & probat Dominicus à Soto lib. 1. de Iustitia, & Iure, quæstione 7. articulo tertio, in versic. at vero scisciteris, idẽ voluit in quarto distinct. 37. quæstione vnic. articulo 2. & Cordoua lib. 1. sui quæstionarij quæstione 11. in versic. hæc igitur secunda opinio: & in sua Summa, quæstione 45. in versic. *El segundo pũto desta primera opinion es.* Alphons. à Veracruce in tertia parte sui Specul. coniug. art. 18. in fine, & Medina 1. 2. quæstione 97. articulo 4. Fundamentum huius opinionis est.

6 Quod Episcopus non potest dispensare in lege superioris, hoc est Summi Põtificis, cuius Decreto, vel Concilij generalis omnia impedimenta dirimentia matrimonij statuta sunt, vt omnes fatentur, præcipue Archidiacon. in cap. licet Canõ, de elect. lib. 6. Abbas in cap. cum dilecti, numero 10. de electione, communis in cap. at si Clerici §. final. de iudic. vbi Felin. numero 5. Rebuf. in tractatu nominat. quæstione 5. numero 32. D. Couar. in quarto, secunda parte, ca. 6. in principio, numero 15. & §. 10. numero 11. & nos lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 5. numero 10. & Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 40. num. 1.

Nihilominus tamen verior, & receptior est contraria sentẽtia, imo quod Episcopus possit in hac specie dispensare concurrentibus his circũstantijs. Prima quod matrimonium sit publicum, impedimentum autem occultum. Secunda quod futurum sit scandalum in separatione. Tertia quod ad Summum Pontificem aditus nõ pateat in opia, aut alia iusta causa impedimenti, & hoc.

7 Primo, quia quamuis regulariter Episcopus non possit in lege Summi Pontificis, aut Concilij dispensare, potest tamen in casu vrgentis necessitatis, quando ad Summum Pontificem non patet aditus, vt docent Abb. in cap. at si Clerici, §. de adulterijs, numero nono, de iudic. Bald. in l. omnes populi, numero 8. ff. de Iustitia, & Iur. Roman. singul. 486. Rebuf. in praxi benef. titulo de dispensatione ad plura beneficia, numero 30. & 31. Petrus Duenas in regula 248. limitatione 2. & prius Bernard. Diaz in regula 238. & Gratian. in regula 433. numero 8. & nos lib. primo Canonic. quæstionum, cap. 23. numero 18. Marcus Anton. Cuchus lib. secundo institut. titulo 6. numero 334. & alios referens Thom. Sanchez vbi supra, sub numero 3. Sed in hoc casu concurrit grauissima necessitas in ijs, qui Summum Põtificem consulere nequeunt, destitutique remedio manerent, cum absque scandalo separari nequeant, præcipue si proles ex matrimonio adsit, vel alter solus impedimentum nouit, nec cum occultum sit, probari possit, vel illud absq; famæ iactura detegere non potest, vel si vterque sciat impedimentum, cũ probari nequeat, absque scandalo separari non possunt: ergo poterit Episcopus dispensare ratione huius necessitatis, & scandali vitandi.

8 Secundo, quia quando Summus Põtifex reseruat sibi absolutionem alicuius criminis, præterquã in mortis articulo (quod quidem fortius est) potest Episcopus absoluere, quando ratione impedimenti nõ est recursus ad Papam, vt tenent Doctores, quos refert Enriquez lib. 6. de pœnitentia cap. 16. numero 1. & cap. 9. numero 7. & cap 10. numero primo, & secundo, vbi idem affirmat de casibus reseruatis in Motibus proprijs Sixti V. non obstãte rigidissima reseruatione, cum derogatione Bullæ, & Concilij Trident. & superior doctrina tradita in hoc versiculo est probabilissima secundum Thom. Sanchez vbi supra in versic. tertio: ergo idem dicendum est à fortiori in nostro casu, vbi non tam rigida, & stricta reseruatio est.

Quare merito hanc partem in articulo principali, de quo agimus, tenẽt Selua, Rebuf. & alij, quos refert, & sequitur D. Sahagũ in d. cap. at si Clerici, § de adulterijs, numero 79. & 80. de iudic. Nauar. in Manual. Latin cap. 22. numero 85. Summistæ, Angel. verbo dispensatio, numero 5. versic. secundo, & ibi Sylvest. quæstione §. 15. Tabiena, quæstione 14. in fin. Armilla verbo dispẽsare, numero 20. idẽ Nauar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nauar. consil. 84. numero 7. de conuers. coniug. D. Spino in suo Specul. Testament. glossa 15. numero 86. Candelab. aureum 7. Sacrament. prima parte de matrimon. numero 248. Enriquez lib. 6. de pœnitentia, cap. 10. numero 1. & lib. 12. de matrim. cap. 3. numero 2. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 50. ad finem, folio 1521. Capua lib. 2. decis. 80. numero 14. Manuel Rodriguez in Explicatione Bullæ Cruciat. §. 13. numero 6. in fine, & ibi Anton. Gomez clausula 10. numero 58. Ludouic. Lopez, dicens forte ita esse in secunda parte sui Instructorij conscientiæ, §. vltim. ad finem, in §. porro hic etiam illa quæstio, Vega lib. 6. suæ Summæ casu 143. in fine, & lib. primo, casu 232. & viri doctissimi Neotherici idem tenent, praxisque ita recepit secundũ Nauar. & Manuel. Rodriguez vbi supra; & Thom. Sanchez d. lib. secundo de matrimon. disputatione 40. numero 3. ad fin. qui eos sequitur dicens hanc opin. esse multo veriorem, eamque voluit Soto sibi contrarius in quarto sentent. distinctione 41. quæstione vnic. articul. tertio, in fine.

9 Vbi inquit, quod si cõtra iustitiam publicæ honestatis aliqui contrahant, & expedientissimus non sit ad Papam accessus, nullum esset periculum, quamuis Episcopus dispensaret, requiritur tamen ad hoc bona fides contrahentium, & quod seruẽtur, vel seruatæ fuerint in contrahendo præd. matrimonium solemnitates ad id requisitæ, vel si per Ordinarium fuisset remissæ, aliàs namque data mala fide in contrahendo vtriusque coniugis, vel propria authoritate neglectis solennijs minime posset dispensare Episcopus, vt cum alijs post Concilium Trident. probat, & tenet late contra Enriquez, Thomas Sanchez vbi supra, numero 4. & credit, data mala fide vnius posse Episcopum dispensare contra Ludouic. Lopez, addit insuper nõ satis esse scientiam speculatiuam, qua coniux nouit se accessisse ad consanguineam eius, cum qua contrahere vult ad inducendam malam fidem in proposito, nisi coniugantur scientia practica, qua sciat inde oriri impedimentum ad matrimonium contrahendum: & quod non excluderetur bona fides, quamuis procedat ex lata culpa, sed dolus requiritur, vt ibi latissime probat, & limitat quãdo ignorãtia esset adeo crassa, vt esset ingens temeritas, tunc nam que æquiparatur dolo.

Insuper numero quinto addit Sanchez idem dicendum esse, nempe, quod Episcopus possit dispensare, quando contrahentes non essent pauperes, sed expensas necessarias haberent ad dispensationẽ Pontificis obtinendam, propter vrgentem necessitatem: quia, vel Roma latissime distat, esseque magnum incontinentiæ periculum tandiu expectare: similiter si impedimentum esset ex parte fœminæ, quæ consanguinea viri antea matrimonij contractum copulata est, non posset impedimẽtum viro detegere, quia famæ, & forte vitæ iacturam patietur; nec potest à viro sine scãdalo separari, nec ei negare debitum: & num. 6. probat in casibus prædictis, quibus Episcopus potest dispensare in impedimento occulto dirimẽte, posse etiam in duobus impedimentis occultis idem facere: cuius opinio ex supradictis non displicet.

11 Illud autẽ non audeo affirmare, quod ille enixe probare contendit, numero septimo, nullius tamen Authoris patrocinio fretus: posse nempe Episcopum dispensare aliquando in impedimento matrimonium dirimente, antequam matrimoniũ contrahatur, quando scilicet, vrgentissima necessitas id postularet, & tentatis omnibus medijs nulla euadendi via aperitur, sed suspitio vehemens oriretur alicuius criminis detecti in confessione, si fœmina abstinere velit à nuptijs, aut differre, dum Pontificia dispensatio obtinetur: veluti, si accedit mulier manesatura, & aperitur habens impedimentum dirimens, cuius detectio infamiam notabilem produceret, & sunt omnia iã parata ad nuptias vespere celebrandas: secus, si aliqua euadendi via aperiretur, vt in exemplo voti de quo ibi per eum: nõ enim video aliquo iure, vel solido fundamento hanc opin. muniri, aut defendi posse absque maximo periculo, ideoque eam nõ firmo, nec consulo in præd. specie posse Episcopum dispensare, nec quorsum Episcopus hoc facere debeat.

Laudo tamen remedium, quod ibi assignat

signat ad euadendam suspitionem malam alicuius criminis, quæ aliàs oriri posset: nẽpe, quod fœmina illa voueat castitatem ad tempus, nempe per mensem consulente confessario, & dicatur consanguineis se voto castitatis obligatam esse, iussumque sibi esse à confessario, vt à nuptijs abstineat, donec voti dispensatio impetretur à Summo Pontifice (tacere enim debet votum fuisse ad tempus, ne Episcopi dispensatio petatur) & dum pro illa dispẽsatione obtinenda Romam mittitur, potest occulte dispensatio veri impedimenti obtineri: non tamen debet hoc remedio vti, nisi quando cõmoda via vti possit, & ea succurri periculo præd. imminenti speretur.

12 Melius autem ibidem Sanchez numero 8. contra Enriquez lib. 6. de pœnitentia, cap. 10. numero primo, in commento litera. D. & lib. 12. de matrim. cap. tertio, numero 1. in commento litera. H. tenet, & probat, Episcopum non posse dispensare in præd. casibus, quando facile recurri potest ad Nuncium Apostolicum habentem potestatem ad dispensandum in simili casu, vel ad quẽcumque alium simili facultate præditum, vt est Commissarius Generalis Cruciatæ, qui potestatem habet dispensandi in impedimento dirimenti occulto post contractum matrimoniũ bona fide ex parte saltem vnius coniugis, prout tenent Anton. Cuchus, Ludouic. Lopez, & Manuel Rodriguez vbi supra, & Vega lib. 6. suæ Summæ casu 143. in fine. Commissarius tamen Cruciatæ Generalis non habet potestatem dispensandi, nisi detecta nullitate prioris matrimonij alteri coniugi, quare, si ea non detecta expediret celebrari matrimonium, vrgenti necessitate posset occurri pro dispensatione ad Episcopum, vt admonet Sãchez vbi supra, numero 8. ad finem, vbi numero nono obseruandum esse dicit, habentem priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus, etiã matrimonialibus, minime posse dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopo, secundũ Enriquez, & Manuel. Rodrig. quos ibi refert, & sequitur, quia hi non dicuntur casus Episcopalis, sed vere ad Episcopum pertinent, & ex quadam iuris interpretatione Episcopo censentur permissi: non igitur confessarius, qui ab Episcopo habet suos casus, poterit in supradictis dispensare ratione prædicta.

13 Quinimo non poterit Generalis Vicarius Episcopi dispensare in hoc matrimonij occulto impedimento: quia ex generali cõmissione, & facultate Vicariatus non habet potestatem dispensandi, nisi sibi specialiter concedatur, iuxta glossam in cap. quæ de causa, verbo quicquid 2. quæstione 5. Rebuf. in praxi benef. in forma Vicariat. numero 44. Anton. Cuch. lib. 2. institut. Maio. titulo 8. numero 111. & nos lib. primo Canonic. quæstionum, capit. 19. numero 15. congerit alios plures Thomas Sanchez dicto lib. secundo de matrimonio, disputatione 40. numero 12. & in terminis nostris tenet ipse ibi post Enriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 3. numero 2. vbi etiam obseruat, hanc potestatem Episcopi dispensandi in dictis impedimentis occultis esse pro solo foro cõscientiæ, quod verum est, & probat etiam Sanchez vbi supra, num. 10.

14 Illa autem quæstio hic in proposito se offert examinanda, an Episcopus possit delegare alteri facultatem dispensandi in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus in casibus, in quibus ipse ratione imminentis necessitatis, & aliàs dispensare potest, & idẽ generaliter in casibus, qui iure Summo Pontifici reseruantur, & solum competunt Episcopo, vel Episcopis ratione imminentis necessitatis, quia non est ad Summum Pontificem facilis recursus; vt dispensare in lege superioris, vt ieiunij festorum, &c.

Et quidem pars negatiua astrui videtur ex cap. vltim. §. final. de officio delegat. vbi dicitur, quod nulli, cui cõmissum fuerit excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, licet hæc alijs demandare, quia non sibi iurisdictio sed certum potius ministerium committitur.

15 Hinc est, quod iurisdictio voluntaria commissa ex priuilegio Principis delegari non potest secundum Bald. in l. 3. numero 6. C. quando prouocar. non est necess. refert plures Gratian. in regula 44. numero

Universidad de Deusto
Biblioteca

mero 13. sequitur Thom. Sanchez, vbi supra, numero etiam 13.

Secundo ex Decret. Concilij Tridēt. sessione 24. cap. 6. de reformatione ibi, & in quibuscumque casibus, &c. vbi concedens Episcopis casus occultos Summo Pontifici reseruatos explicat, quod delinquentes, quoscumque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum in foro cōscientiæ gratis absoluere possint, impositā salutari pœnitentia, ergo non potest delegare.

17 Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod in præd. casibus possit Episcopus alteri delegare facultatem dispensandi, ex sequentibus.

16 Primo, quia iurisdictio Principis priuilegio competens non personæ, sed perpetuo dignati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria, & potestatis ordinariæ iura habet Bart. in l. ambitiosa, numero 34. ff. de decret. ab Ordin. faciend. D. Couarru. alios referens lib. 3. var. resol. cap. 20. numero 6. in vers. etenim, & numero nono, in fine. & numero 10. in princip. & plures citat Sanchez vbi supra, numero 14. ergo poterit delegari, iuxta glossam in ca. final. verb. casibus de officio Ordin. Couar. vbi supra, numero 6. in princip. & Sāchez plurimos allegantem, & probatur in casu speciali in quo ratione vrgentis necessitatis competit Episcopis absoluere, & impeditos ire Romam, vt absolutionē obtineant ab excommunicatione incursa propter clerici percussionem in d. cap. final. de officio Ordin. & in proprijs terminis nostræ quæstionis hanc partem tenet Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. numero 2. dicens posse Episcopū delegare potestatem, quam habet dispēsandi in impedimentis matrimonium dirimētibus, quādo bona fide contractum est, & contrahentes non habent recursum ad Summū Pontificem, sequitur Thom. Sanchez vbi supra, id amplians numero 15. vt procedat etiamsi certum sit, reseruata specialiter Principi in supremæ iurisdictionis signum delegari non posse: fallit namque hoc, nisi quis ex officio, aut dignitate habeat ius ea exercēdi, licet id contingat cau- 19
sa priuilegij cōcessi eidem dignitati, tunc enim poterit delegari secund. Couar. d. lib. 3. var. resol. cap. 20. num. 10. in principio, qui id limitat, quando res committa tanti momenti esset, vt per alium expediri nequeat, qualis est potestas conferendi beneficia; quam solo Vicario suo generali potest Episcopus delegare iuxta glossam in cap. deliberatione, verb. cuicumq; de officio delegat. lib. 6. & alios, quos refert, & sequitur Couar. numero 6. in princip. vbi eam dicit communem Doctorū sententiam.

Superest nunc, vt respondeamus fundamentis contrarijs supradictis: ad primū ex cap. vltim. §. fin. de officio delegat. dicimus procedere, & debere intelligi quādo nudum ministerium committitur personæ: secus, quando ex priuilegio perpetuo dignitati concesso, quia tunc non dicitur nudum ministerium, sed potestas ordinaria iuxta glossam in cap. vltim. de officio Ordin. verbo casibus, Nauar. lib. 5. cōsil. in prima editione, titulo de sententia excommunic & consil. 15. in fine, Angel. in Summa verb. excommunicatio. 5 casu primo, numero 39. Sylvest. verb. absolutio quarto. quæstione 2 §. 6. Thom. Sanchez d. disputatione 40. num. 17.

18 Ad secundum, ex Decret. Concil. Trident. supra allegat. respondet Sanchez ibidem cum Nauar. quem citat intelligendum esse, vt velit, Vicarium Episcopi non habere ex generali commissione Vicarius hos casus, nisi specialiter committantur: non autem, vt velit negare Episcopo potestatem delegandi hos casus, hoc namque potest facere quia non eligitur industria certæ personæ: si enim hæc eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare: & quia quoties aliquid conceditur Prælatis præsentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electa industria certæ personæ, cum personæ incognitæ delegetur, vt docent Ias. in l. more, numero 65. ff. de iurisdictione omnium iudic. Greg. Lopez in l. 47. in fi. titulo 18. partita 3. cū alijs, quos citat Menoch. lib. 1. de arbitrar. iudic. quæst 64 num. 17.

19 Item, quia cum hæc sit potestas ordinaria, vt probauimus, poterit generaliter delegari, sicut alia quælibet ordinaria potestas, ita tenet Nauar. lib. 5. consil. in prima editione, titulo de sententia excommunic. consilio 15. numero 3. & in secunda editione, titulo de priuileg. cōsilio 11. numero 4. quem refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, d. nu. 17. ante fin.

20 Vbi hinc infert idem dicendum esse in proposito in impedimento occulto dirimente matrimonium, & reliquis casibus, qui ratione necessitatis vrgentis sibi competunt, quia potest hos casus Episcopus generaliter delegare, cum sit iurisdictio ordinaria, scilicet antequam contingant.

21 Vnde non est audiendus Enriquez lib. 14. de irregularit. cap. 19. in fi. & lib 6. de pœnitentia, cap. 14. numero 7. iuncto commento litera, O. tenens non posse Episcopum generaliter Vicario, vel alij delegare hos casus, vt habeant facultatem generalē absoluendi, vel dispensandi pro suo arbitrio, sed tantū posse delegare Vicarijs specialiter deputatis, idest, vt quando casus occurrerit hoc possit facere, & dare facultatem, vt de mandato, & nomine ipsius hoc faciat, quod prius videtur tenuisse Cordub. in sua Summa, quæstione 8. Verior tamen est sententia præcedens, nempe, vt Episcopus possit generaliter hoc casus Vicario suo generali, vel alteri delegare antequam eueniant, dummodo de ipsismet casibus occultis, de quibus in Concil. Trident. & alias sibi iure competentibus in mandato, & delegatione generali, mentio fiat.

Hoc namque addo opinioni Nauar. & Sanchez vbi supra: non tamen diffiteor securius esse, quod specialiter delegentur cum euenerint Vicario generali, vel alij: contendimus tamen, validam, & securam etiam esse generalem delegationem præ-
22 cedentem eo modo, vt prædiximus.

Imo multi dicūt casum hæresis in Decreto præfato Concil. Trident. Episcopis concessum, & commissum, posse delegare Vicario specialiter deputato, vt refert Sanch. vbi supra, in fin. cum hoc tran siens, nec obstant Concilij verba: ibi: Nō eorum Vicarijs sit permissum: quia intelligenda videntur, vt sonant de Vicarijs generalibus simpliciter, non verò de his, qui ad hoc specialiter per Episcopos deputabuntur.

Sed adhuc in hoc subsisto, & contrarium teneo ex eisdem verbis Concilij, ibi: Eis tantum, nō eorum Vicarijs sit permissum, quæ Vicarium specialiter ad hoc deputatum comprehendere videntur: siquidem in præcedenti parte: Concilio hoc committit Episcopis in quibuscūque alijs casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, per se ipsos, aut Vicariū ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ, & idem in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ tantum, non eorum Vicarijs, quæ restrictio, & exceptio comprehendere videtur etiam Vicarium specialem, tanquam facta à regula præcedenti affirmatiua, vt probauimus lib. 1. Canonic. quæstionum, cap 13. numero 29. aduersus Nauar. d. consilio 15. lib. 5. de sententia excomm. numero 3. cum sequentibus; alias consilio 11. lib. 5. de priuileg & contra Ant. de Cordu. & Emanuel. Rodriguez, quidquid ipse iterum in summa prima parte, cap. 28. numero 3. sequatur opin. Cordub. contrariam quæquidem vera non est ex supradictis, sed potius nostra præfata sententia in d. numero 29. verior, & probabilior est, vt ibi affirmauimus. Quam etiam tenet Suar. de censur. disputatione 21. sectione 3. versic. vtrum tamen nec ob hanc rationem, pagina mihi 387. columna 2. & intelligit eam esse voluntatem Pontificum & praxim Romanam, vt Episcopi non possint, nec debeant amplius virtute Concilij absoluere occultos hæreticos in foro conscientiæ, & quod ita in supremo Inquisitionis Prætorio S. & R. Generalis Inquisitionis sæpe pronunciatum est secundum Francisc. Pennam (quem refert) in tertia parte Directorij in Scholio ad quæstionem 92. quam opinionem sequitur Tolet. in Summa lib. 1. cap. 30. versic. 2.

Quinimo declaratio Cardinal. super d. Decreto Concil. respondit Episcopū, aut Inquisitorem absoluere non posse hominem hæreticum, etiam in foro conscientiæ; licèt hæc facultas à Concilio sit ipsis tradita, quam refert Nauar. d. consil. 11. numero 1. vbi supplicat cuidam Illustrissimo Cardinal. qui eum fecit certiorem de ea, ob quasdam rationes, quas ibi exprimit, vt aliquando si ei videbitur, & occurrerit

rerit opportunitas, aliquid eorũ, quæ ibi dicit, insinuetur. S. D. N. interim tamẽ dũ non reuocatur præfata declaratio, vel suspenditur, obseruanda erit.

Hactenus de primo casu tex. in cap. Inquisitioni, de sententia excommunic. nempe de coniuge de certo sciente impedimentum coniugis propter quod sine peccato nõ valeat carnale commercium exercere.

23 Nunc autem circa secundam partem eiusdem textus, quando coniux non scit pro certo impedimẽtum, sed credit illud, primo loco dubitatur, vtrum matrimonio bona fide vtriusque coniugis celebrato, alter dubitans de eius valore possit debitum petere, & reddere? & in hac quæstione, vt certum ab incerto separemus, obseruandum est, quod quando scrupulus est ex leui, & temeraria credulitate ortus, potest deposito scrupulo consilio sui pastoris petere, & reddere debitum, ita decidit textus in d. cap. Inquisitioni, in secunda parte, & casu illius textus, vbi glossa verb. leui, inquit, vt quia audiuit à leuibus, quibus credere non tenebatur: & quamuis textus ille dicat, consilio proprij pastoris deponendum esse scrupulum: idem dicendum est de consilio cuiuscumque viri docti, secundum Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 41. numero 42. vbi quod si coniux practice dubitet, manifestum est manente eo dubio practico, nec reddere, nec petere posse.

24 Quod autem adhuc sub iudice est, an licitum sit deponere hoc dubium speculatiuum, nec practice dubitare ratione possessionis, quæ est pro matrimonio, & ita reddere, & petere debitum?

25 Pro cuius rei clariori intelligentia supponendum est primo, scientiam, fidem opinionem, & dubium, esse posse speculatiue, vel practice. Scientia speculatiua est, quæ in communi dictat certo, & euidenter aliquid esse faciendum, vel esse peccatum; verbi gratia, contractum esse vsurarium, vel illicitum accedere ad nõ suam. Opinio speculatiua est, quæ in communi dictat non certo, sed sub formidine: dubium autem quando in communi dubitatur, dicitur autem dubium rei, aut opinio rei secũdum se. Sciẽtia autem practica est, quæ in singulari, & perpensis omnibus circunstantijs rei dictat aliquid hic, & nunc esse licitum, vel illicitum: & opinio, quãdo quis opinatur: & dubium, quãdo dubitat, an hic, & nunc sit licitum: appellatur autem scientia, vel opinio, vel dubium rei in particulari respectu operantis, & dicitur hæc scientia, opinio, vel dubitatio practica: prior dicitur speculatiua, quoad modum vniuersalitatis, & respectu posterioris particularis, quæ practica dicitur; ita distinguit Caietan. opusculo 17. responsione 13. dubio 7. & Prima secundæ, quæstione 57. articulo quinto, ad secũdum, & alij, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 4. & 8. Breuius autem id comprehendit Nauar. in cap. si quis autem, de pœnitentia, distinctione 7. numero 69. & in Manuali Latino præiud. 9. numero nono, vbi vocat dubium speculatiuum, dubium in generali: practicum vero, hic, & nunc.

26 Secundo supponẽdum est, quod quãdo est scientia, opinio, seu dubitatio speculatiua licitum est, aliquando, contrarium operari, quia adest opposita cognitio practica, propter aliquam specialem circunstantiam, vt sciens speculatiue non licere in festis seruilia exercere, potest practicè formare cõsciẽtiam, sibi licere, quia egestate premitur: similiter dubitans speculatiue, an hæc res sit sua, potest practice non dubitare, licere sibi retinere, eo quod possideat: vnde scientia, opinio, aut dubitatio speculatiua non excludit bonam fidem, quando iusta causa suadet oppositũ iudicium practicum: quia actus humani circa singularia versantur, & quod in cõmuni illicitum est, potest ex aliqua circunstantia respectu huius licitum fieri, vt quãplures Authores referẽs tenet eos sequutus Thom. Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatione 41. num. 8.

27 Ex quibus ipse numero 9. infert intellectum ad cap. iuuenis, & cap. si quis auté de pœnitentia distinctione 7 quibus cauetur, in dubijs esse amplectendum, quod tutius est, & in quo nullum peccati periculũ versatur: id enim intelligi debet de dubio practico, & tunc non est consilium, sed vere præceptum, vt docet Syluest. in Sũma verb. dubium, quæstione 2. §. quarto, Nauarr. ind. capit. si quis autem, numero 42. Cordub. lib. secundo, quæstionar. quæstione tertia, propositione tertia, verbi gratia: dubitas practice, an hic, & nunc tenearis ieiunare, teneris, dum id dubium non deponitur: quia alias actus fieret cum conscientia practice dubia: dicitur autem in dubijs, quando scilicet, vere dubium est, intellectu neutri parti adhærenti: secus namque est, quando probabiliter opinatur, alteram partem minus tutam, tunc enim potest eam amplecti, & in hoc sensu tantum, consilium est amplecti id, quod tutius est, vt resoluimus lib. primo Canonicarum quæstionum, cap. 31. num. 41. & alios referens Thomas Sanchez vbi supra, d. numero nono, afferens conferre ad hoc opinionem probabiliſsimam multorum, quæ habet, ex duabus opinionibus probabilibus, fas esse minus probabilem eligere.

28 Hoc sic præhabito, in dubio principali quatuor opiniones diuersas refert, & fundat cum suis Authoribus Thomas Sãchez lib. secundo de matrimonio, disputatione 41. in quarta quæstione, numero 42. cum sequentibus.

Prima habet in præmissa specie coniugem dubitantem de valore matrimonij bona fide vtriusque celebrati, nec reddere, nec petere posse debitum, quam tenet Scotus in quarto Sentent. distinctione 30. quæstione prima, §. sed de facto est: quem sequuntur Altidorensis, Adrianus, Metymna, Petrus Soto, & Brunelus.

Secunda sententia docet, posse petere, & reddere: quam tenent Ledesma, Angles, Vega, & alij.

Tertia autem concedit, teneri reddere debitum, negat tamen eius petitionem, quæ est. Diui Thomæ in quarto, distinctione 38. in fine, in expositione literæ Magistri, & alij quamplures Authores, quos refert Sanchez vbi supra, numero 45. quorum aliqui afferunt etiam impensa sufficienti diligentia manente eodem dubio non posse petere.

Quarta sententia asserit, ante diligentiam adhibitam ad assequendam veritatem, teneri coniugem dubitantem reddere, non tamen posse petere: ea tamen sufficienter adhibita posse reddere, & petere: quam sententiam ibi late probat Thomas Sanchez numero 46. & refert Sotum, Ledesmam, Veracruz. Victoriã, Enriquez, Manuel. Rodriguez, Bañes, Tabien. & alios eam tenentes, è quibus opinionibus primam, & secundam dicit improbabiles Thomas Sanchez vbi supra, numero 47. tertiam autem valde probabilem: quartam cæteris probabiliorem, & procedere etiam, quando moraliter est improbabile adhibita diligentia, posse vinci dubium, quia tunc potest coniux dubitans reddere, & petere.

Ego autem omnio probo opinionem Diui Thomæ vbi supra, quæ est tertia, quia communior, & magis recepta, & verior mihi videtur, atque securior: quartam autem cum præd. declaratione probabilem sentio, & secundum eam posse consuli secure. Primam autem, & secundam omnino improbo. Procedit autem præd. quarta sententia infra priori bimestre, vt recte obseruat Sanchez vbi supra, numero 48. & numero 49. alio etiam modo declarat, & ampliat eam ibidem.

29 Quod si matrimonio bona fide ab vtroque contracto, vterque dubitet de eius valore, constat, neutrum posse petere iuxta opinionem tertiam D. Thom. supra relatam, & idem iuxta quartam, ante præmissum debitum examen: postea vero manente eodem dubio posse.

30 Sed, quod habet difficultatem est: an dato, quod alter illicite petat teneatur eidem reddere? & teneri existimant Antonius à Corduba in Summa, quæstione 45. puncto secundo, Enriquez, vterque Ledesma, & Ludouicus Lopez, quos citat Thomas Sanchez vbi supra, quæstione quinta, numero 54. qui tamen numero 55. & 56. duabus conclusionibus veris (meo iudicio) hoc dubium resoluit: prima est, quod cum vterque coniux dubitat de valore matrimonij bona fide contracti, illicitèque petit, nõ tenetur nec potest alter reddere, quando nõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit petentem esse dubium de valore matrimonij, & nondum adhibitam esse diligentiam ad illud dubium vincendum, vt patet ex supradictis. Secunda conclusio est; quod si alter tantum dubius sit, petatque à non dubitante, ante præmissum debitum examen, potest coniux non dubitans conscius dubij alterius negare debitum, quia dubitans non habet ius ad petendum: potest etiam reddere: quia cum ipse sit in possessione pacifica, nec dubitet de matrimonij valore, nec tenetur credere alteri asserenti, nedum dubitanti, ergo potest vti bene sua possessione petendo, & reddendo.

31 Tertius casus principalis decisus in d. capit. Inquisitioni est, quando cum cõscientia pulsat animum ex credulitate probabili, & discreta, quamuis non euidenti, nec manifesta, vt tunc quidem 35 reddere possit, sed postulare non debeat, vbi glossa verb. probabili, & discreta, inquit, puta, quia vidit virum cum consanguinea sua in locis suspectis, & hora suspecta solum cum sola ante matrimonium, quia huiusmodi præsumptiones probabilem inducunt credulitatem, vel quia publice dicitur ab hominibus.

32 Vnus autem testis etiam fidedignus, & iuratus, & amicus, & proprius parochus asserens coniugi adesse impedimentum non sufficeret ad hoc, vt teneatur ei credere, sed ad id oportet esse duos testes, iuxta tex. in cap. cum & à nobis, de testib. vt arbitratur Nauar. in Manual. Latin. capit. 22. numero 82. vbi quod minus tenetur credere coniugi affirmanti etiam cum iuramento, se numquam in illam consensisse, quando cum illa contraxit: præsumere namque potest, mentiri nunc eum, qui se nunc mentitum fatetur.

33 Si tamen leuiter credit, nec petere, 37 nec reddere debitum potest durante illa credulitate, quam tamen leuiter concepram leuiter deponere potest, reuocante coniuge suum dictum, vel habito illo pro mendacio, pro quali habet Ecclesia, vel ob alia indicia iuxta mentem Ricardi, Angeli, & Syluestr. quos refert.

34 Et vt plenius examinemus hanc quæstionem, & doctrinam Nauar.

Obseruandum est primo, coniugi id affirmanti non teneri alterum reddere, nisi de nouo consentiat, quia stante illa assertione coniux ille nullum ius petendi habet, videturque iuri matrimonij renunciare: negando enim consensum concedit, nihil sibi deberi, secundum Adrianum, & alios plures Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio, disputatione 41. numero 52. vbi idem esse dicendum asserit, si alter coniux asserat se habere impedimentum occultum, ob quod matrimonium est nullum, non enim tenetur alter ei reddere, donec impedimentum tollat, quia tunc similiter asserit, nihil sibi deberi, secundum Enriquez, quem ibi ad hoc citat.

Secundo, quod si coniux se retractet, tenetur alter ei reddere cum Rosella, & Angel. quod etiam probat Nauar. vbi supra: hoc tamen intelligit Sanchez, quando temerarie credidit alter coniux, quia si probabiliter credidit, non tenetur reuocanti fidem adhibere, donec prima indicia euacuentur, secundum Sylueſtr. & intelligit etiam teneri reddere quando reuocatio est tam grauis, & verisimilis, vt alter coniux teneatur credere; quod si adhuc dubitet, non tenetur reddere, donec de nouo alter consentiat.

36 Tertio inquit Thomas Sãchez, quod si coniux credat alteri, in hac specie non potest petere, nec reddere, secundum Victoriam in Summa de matrimonio numero 248. & 250. Petrum de Soto lectione tertia de matrim. paulo post principium, & Manuel Rodriguez in sua Sũma primo tom. in secunda editione, cap. 243. num. 6.

Quarto probat, non teneri coniugem credere, nisi tales sint coniecturæ, vt credere conuincant, sicque dum credere non conuincitur potest petere, & reddere, secundum Sotum, Enriquez, & Manuel. quos refert: addo Nauar. vbi supra, hoc etiam tenentem, vt diximus.

38 Quinto affirmat Sanchez, quod si propter alterius coniugis assertionem, dubitat alter probabiliter de matrimonij valore, nequit petere, nec reddere, donec dubium deponat; non petere, quia est dubius de valore matrimonij: non reddere, quia alter non est in possessione, nec ius petendi habet donec se retractet secundum Victoriam vbi supra: si tamen sufficienti adhibita diligentia adhuc perseueret illud dubium, credit Sanchez posse petere, & reddere, quia est in possessione bona fide à se incœpta, & proinde potest ea vti: quæ autem coniecturæ esse debeant, vt credere conuincant, late agit idem Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 45.

39 Dubium tamen opportune se offert 42 in proposito. Primo, quando credatur cõiugi asserenti ficte consensisse? Secundo, quando protestatio præmissa matrimonio ficti consensus præstandi, id probet? Tertio an sufficiat testimonium dicentis adfuisse impedimentum (si sit fidedignus) vt coniux credat, vel dubitet, & abstineatur? Quarto, qualis probatio impedimenti dirimentis sufficiat ad matrimonium dissoluendum? has 4. quæstiones late declarat Thomas Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatione 45. numero primo, cum pluribus sequentibus, & quamuis eius remissione contenti 43 esse possemus, quia late, & exacte eas declarat, nihilominus tamen, vt interim, quo ipse videatur, habeas breuem resolutionem, & satisfiat his dubijs breuiter, & summarie.

40 Prima conclusio, circa primum dubium, hæc est: si agatur de fide adhibenda viro, respectu sui ipsius: in foro conscientiæ credetur ei, secus in foro exteriori, nisi probet; ita fatentur omnes, & plures referens D. Couar. de sponsalib. prima parte, cap. quarto, §. primo, numero 9. & secunda parte, cap. secundo, numero se- 44 cundo, Menoch. de præsumption. lib primo, præsumptione 77. numero 16. & lib. tertio, præsumptione 1. numero 29. & 37. cum sequentibus, & consil. 385. à numero 21. volumine 4. & probat late Sanchez vbi supra, num. 2.

41 Secunda conclusio, si agatur de fide adhibenda viro respectu mulieris, vt ipsa teneatur, vel possit ei credere asserenti se ficte consensisse, & sic nequeat vti eo matrimonio, & alij nubere, non tenetur regulariter, ei neganti se vere consensisse fidem adhibere, ex tex. in cap. per tuas de probat. ibi, nimis indignum est, &c. Et quia verisimilius est modo mentiri, quam in contractu principali, vt tenent quamplurimi Theologi, & Iurisperiti, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 3. id amplians, vt verum sit regulariter, etiamsi iuret vir fictum illum consensum: nam nisi aliæ circunstantiæ concurrant, de quibus statim agemus, nõ est ei credendum, vt per DD. quos ibi ad hoc citat Sanch. d. num. 3. in fine.

Tertia conclusio, ea certitudo requiritur, & sufficit, vt possit cedere mulier, & aliud celebrare matrimoniũ, quæ virum prudentem certum moraliter redderet ficti consensus alterius, Couar. cum alijs in quarto Decretal. secunda parte, cap. secundo, numero 4. post Sylvest. in Summa verbo matrimonium 4. quæstione 9. dicto 3. Nauar. in Manuali Latin. cap. 22. numero 76. vers. tertio, Petr. de Ledesma de matrim. quæstione 45. articulo 4. in fine, & Thom. Sanchez vbi supra, numero 4. qui numeris sequentibus plura hinc infert.

Et quidem primo, num. 5. iudicis arbitrio cõmitti, quæ coniecturæ sufficiant, certitudinemque moralem faciant: quia licet vir statim reclamet, & iuret se nõ cõsensisse, possunt esse ea indicia, vt iure optimo fides ei non sit adhibenda, vt si dignius matrimonium se offerat, secundum Sylvest. verbo matrimonium 4. quæstione 1. credetur tamen dicenti se non consensisse, quando testibus probat verisimilia signa ficti consensus secund. Palud. in 4. distinct. 27. quæst. 2. art. 2. conclusione 4. num. 14.

Secũdo infert Sanchez vbi supra, numero 6. esse sufficiẽtẽ coniecturã, si cũ vir protulit verba cõsensus, incontinenti reuocat, vt ibi late probat cum alijs.

Tertio esse sufficiẽtẽ coniecturam, vt 45 posset vxor alij nubere, si vir statim se ficte consensisse aperiat, aliudque matrimonium ineat, vt cum alijs pluribus ibi late quoque probat numero 7. asserens idem dicendum esse, si vir statim declaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

claret fictum consensum, & transeat ad religionem.

46 Quarto infert cum alijs numero 8. esse similiter sufficiens indicium, si vir asserens se ficte consensisse sit longe dispar, ita, vt prudentis arbitrio vix credi possit illam eam duxisse: aiūt namque esse probabiles coniecturas ficti consensus, vt possit mulier tute alij nubere, generis, diuitiarum, statusque conditionem valde disparem: idemque erit, si vir ad religionem transeat, vel si ordine sacro initietur: viro autem non promoto ad alium statum, non est tutum fœminæ ad alias transire nuptias, cum passim exempla virorum suppetant, qui cæco amore capti, nuptias valde impares celebrant, nec merito est eis credendum, quod fictum consensum præstiterint, ne hoc asylo conficto postquam desiderium, seu appetitum suum venereum consequuti fuerint, refutent verum consensum à se præstitum.

47 Quinto infert numero nono, esto, quod non inueniatur præfata disparitas, & post temporis interuallum fictus consensus detegatur à viro, si id iuramento affirmet, & ex vitæ eius qualitate probabile sit, eum non peierare, quia solitus est quotannis sacramenta recipere, bonorumque familiaritate vti, & simul aliā vxorem duxerit, vel religionem profitetur, vel (vt addit Nauar.) ordinem sacrum assumat, erit sufficiens indicium ficti consensus, quia non est verisimile eum velle, sibique & vxori adeo perniciosa mentiri: secundum Rosel. Sylvest. & Nauar. quos ad hoc ibi refert, & sequitur, sed in hoc subsisto, & credo non esse tutum nec verum in foro exteriori, maxime consummato præd. matrimonio per copulam.

48 Sexto infert Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatione 45. numero 12. quod si puella neget verum consensum se præstitisse, verisimilibus coniecturis metum patris comprobans, sitque honestæ vitæ, & alij nubit, sufficiens sit coniectura, vt possit vir aliam ducere, vt tenet Sotus in quarto, distinctione 27. quæstione prima, articulo tertio, propositione prima, versic. quo ergo gra-

datim, Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 19. cōclusione tertia, quod intelligit Sanchez ibidem, non de metu cadenti in virum constantem, quia tunc, frustra aliæ cōiecturæ exigerentur, cùm matrimonium esset irritum tunc, quamuis fœmina vere consensisset, sed & hanc illationem veram esse non credo in foro externo.

49 Quare merito Manuel Rodriguez in Summa primo tomo secunda editione, cap. 243. numero sexto, inquit, & tenet, quod hodie concurrentibus etiam prædictis coniecturis, vel circunstantijs ficti consensus licitum non est absque iudicis authoritate, matrimonio priori spreto, ad aliud transire, vixque contigere casum, vt id liceat: quia cum debeat matrimonia coram parocho, & testibus celebrari (attento Sacro Concilio Tridentino) & parochus contrahentium teneatur nomina in libro ad id destinato scribere, scandalum sequeretur, nisi prius matrimonium publica Ecclesiæ authoritate irritum declaretur: quod si prius matrimonium probari nequeat, quia parochus, & testes mortui sint, nec præd liber compareat, poterit tuto in loco longinquo, vbi scandalum non esset, concurrentibus prædictis ficti consensus circunstantijs, alter coniux aliud contrahere matrimonium, vt recte probauit Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 11. numero 4. & Barthol. à Ledesma de matrimonio dubio 19 in fine, quod tandem sequitur Sanchez vbi supra, numero 18. addens, quod poterunt etiam hodie præd. cōiecturæ deseruire, vt ex eis iudex Ecclesiasticus, corā quo lis exagitanda est, possit deprehendere fictum consensum.

50 Septimo infert Sanchez ibidem numero 14. quod si coniecturæ prioris consensus sint vehementes, quia non est notabilis disparitas, nec tam verisimilis metus adfuit, & talibus verbis, & modo vir consentiat, vt arbitrio prudentis non possit vxor non credere, vere maritum consensisse, nec tenetur, nec potest credere, licet vir iuramēto neget cōsensum, vt cum alijs ibi resoluit: vbi etiā quod similiter si non tantū neget verū cōsensum, sed etiam verba consensum exprimentia, alter

alter coniux certus de verbis prolatis, non poterit aliud matrimonium inire, quia sicut alter mentitur negando verba, potest præsumi veritatem consensus negando eum mentiri, vt tenent Veracruz tertia parte Specul. coniugat. articulo 13. conclusione 4. & Bartholom. à Ledesma de matrimonio, dubio 19. conclusione 1. in fine.

51 An autem dissensus in matrimonio probetur vtriusque coniugis confessione afferentium se ficte consensisse? Partem affirmatiuam tenet Bald. in l. final, numero 21. C. de hæred. instit. quod forte procederet nisi collusionis præsumptio adesset secund. Gregor. Lopez in l. quinta, verbo, *la Iglesia*, titulo secundo, partita quarta, quem refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 15. ego vero contrarium opin. hoc est negatiuam, prorsus sequor, & teneo, cum hæc confessio sit in prioris matrimonij, in forma Ecclesiæ consueta solenniter celebrati, præiudicium, præcipue hodie attento Concilio Tridentino, vt modo dicebamus in sexta illatione ad fin. quinimo, & fortius ante Concilium hanc opinionem probauit Paludan. in quarto, distinctione 27. quæstione secunda, articulo quinto, numero 28. & D. Antonin. in tertia parte, cap. 19. paulo post princip.

52 De protestatione vero coniugis ante matrimonium affirmantis se nolle per quæcumque verba postea à se proferenda matrimonium contrahere, an sit sufficiens dissensus indicium? sunt duæ opiniones contrariæ, vna affirmat, altera negat, quas cum suis Authoribus refert Thomas Sanchez vbi supra, dicta disputatione 4. numero 17. & 18. ipse vero ibi numero 19. ita distinguit, vt siquidem ea protestatio fiat altero coniuge sciente, & consentiente valeat, & per eam videatur recessum à consensu sequenti, nec præsumatur matrimonium: si vero fiat altero ignorante, aut si sciuit, dissensit protestationi, nihil prodest, sed per sequentem consensum videtur ab ea recessum, & hanc tenent quamplures DD. quos ibi congerit, quam numeris sequentibus bene declarat, & intelligit, vt ibi per eum, quem sequor: & numero 25. cum sequentibus late agit, an ob testimonium alicuius testificantis de impedimento dirimenti, teneatur coniux à matrimonio contracto abstinere, impedimentumque credere, vel de eo dubitare? & resoluit non teneri credere, licet audierit à fidedigno iurante, licet sit amicus, vel proprius parochus, sed teneri diligentiam adhibere ad assequendam veritatem: & interim teneri dubitare de matrimonij valore, & sic gerere se tamquam coniugem dubium, qui iuxta supradicta, quandiu diligentiam non adhibet, tenetur reddere, non tamen potest petere, nisi, diligentia sufficiente adhibita, nihil inuenerit, quia tunc potest tute conscientiam deponere, & sic potest suam possessionem tueri, sicut quando audiuit à personis non fidedignis, tunc namque potest conscientiam deponere, nec ea est sufficiens dubitandi ratio.

Qualis autem probatio impedimenti dirimentis requiratur ad matrimonium legitime contractum dissoluendū, late agit idem Sanchez d. lib. 2. de matrimonio d. disputatione 45. numero 30. cum sequentibus.

SVMMARIVM Cap. L.

1 *CONIVX, qui dubia fide contraxit matrimonium, nullo pacto potest exigere debitum, reddere tamen tenetur.*

2 *Coniux vterque, quando mala fide contraxit matrimonium dubitans de impedimento, non potest petere, nec reddere debitum.*

3 *Coniux dubitans de valore matrimonij à se bona fide contracti, quia dubitat de seruitute alterius, an possit teneaturque reddere debitum, etiam Ecclesia id præcipiente?*

4 *Coniux, qui bona fide contraxit matrimonium, non tamen dubitat sed opinatur matrimonium esse nullum, an possit petere, & reddere debitum?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM L.

Licitum an sit petere, aut reddere debitum, cum vterque coniux, vel alter contraxit mala fide, dubius de morte prioris coniugis: aut alio impedimento dirimenti?

1 VANDO alter cõiux dubia fide contraxit, nullo pacto potest exigere debitum, tenetur tamẽ reddere bona fide possidenti, tex. est expressus in capit. Dominus de secund. nupt. vbi expresse cauetur, quod coniux, qui nondũ de prioris obitu certus contraxit, non potest petere, tenetur tamen reddere: & ibi communiter DD. glossa in Sũma, verbo vtraque quæstio. 34. quæstione 1. Innocent. in d. cap. Dominus: Summistæ, Syluest. verbo matrimonium 4. quæstione 9. dicto 3. Rosel. verbo impedimentum, impedimento 12. numero 1. Tabiena eodẽ verbo impedimentum. 10. quæstione 1. numero 2. Armill. verbo matrimonium, numero 45. Nauar. in Manuali Hispan. cap. 22. numero 77. Pauinus de visitatione, quæstione 8. secunda parte, num 59. & plures alij Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. secundo de matrimonio, disputatione 42. numero 2. contra Sotum, Ludouic. Lopez, & Vegam tenentes non posse petere nec reddere, nec coniugi mala fide contrahenti debitum de facto petenti alterum coniugem, nisi is, qui bona fide contraxit, non dubiret de matrimonio, qui tunc reddere, & petere potest, vt ibi bene probat Thom. Sanch. n. 3. & 4. aduersus alios.

2 Quod si vterque coniux mala fide cõtraxit dubitans de impedimento, proculdubio non potest petere nec reddere debitum, quia neutri suffragatur possessio cum mala fide incepta, ita tenet Alphons. à Veracruz in tertia parte Speculi cõiug. articulo tertio, in fine; Angles in suis Floribus Theologicar. quæstionum in prima parte de matrim. quæstione 11. de impedimento Ordinis, articulo, dubio 4. Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 11. numero 5. in fine, & cap. 15. numero 13. & lib. 12. cap. 6. numero 5 quos refert, & sequitur Thom. Sanchez dicens esse certissimum contra Syluestr. & Ledesmam vbi supra, dict. disputatione 42. numero 8. vbi numero 9. limitat quando causa subsit, vt id dubiũ practice deponant, & probabilius esse, valere matrimonium reputent secundum Enriquez d. cap. 11. numero 5. in fine: at rectius credit Sanchez, satis esse, si arbitrio prudentis rationes ita probabiles sint ad persuadendum matrimonium valere, vt efficiant probabilem opin. quamuis probabilius sit, matrimonium non tenere, cum satis sit in moralibus sententiam probabilem amplecti, iuxta veriorem opinionẽ: ergo hac opinione probabili valoris matrimonij existenti, potest vterque petere, & reddere.

3 De eo autem, qui dubitat de valore matrimonij à se bona fide contracti, quia dubitat de seruitute alterius, an possit, teneaturque reddere, etiam Ecclesia id præcipiente, latissime agit ibi Thomas Sanchez disputatione sequenti, nempe 43. per totam, duasque sententias principales quamplures Authores citans, refert in hoc puncto: Primam D. Thomæ in quarto, distinctione 36. in fine, in expositione literæ, & aliorum quamplurium tenentium, non teneri eum reddere, quamuis Ecclesia id præcipiat, quam tenent communiter Canonistæ in cap. proposuit, de coniug. seruorum, vt testatur eam sequutus D. Couar. in quarto, secunda parte, cap. 7. §. 2. numero 11. quam etiam tenent Nauar. in cap. si quis autem de pœnitẽtia, distinctione 7. numero 48. & Gregor. Lopez in l. 4. titulo 5. partita 4. verb. departir.

Secunda opinio habet in eo dubio teneri reddere debitum, quam tenet glossa in capit. cuius rei 29. quæstione secunda, verb. remouisse, & in capit. secundo, de coniugio. seruo. verbo audiuit, & ibi Hostiens. & alij plures, quos citat Sanchez vbi supra, numero 5. qui numero 8. resoluit, quod quamuis sententia probabilis sit, quã supra primo loco retulimus, at multo probabilior est secunda, nempe, coniugẽ in hoc dubio teneri reddere debitũ, etiam iudice

iudice non præcipiente, nec sibi præiudicium inferre: additque, quod si adhibita diligentia sufficienti nequeat vincere dubium, posse vtendo sua possessione etiam petere, neque in hoc sibi parare præiudicium; quin possit seruitute detecta ab illo matrimonio recedere, cum inualidum fuerit, nec illa copula ratificatũ: & quod posset coniux rutissime amplecti priorem sententiam probabilem, & nolle reddere, etiam mandante iudice: quia forte iudex erit primæ sententiæ, & coget postea cum ea manere: ego idem censeo propter Authores, & fundamenta vtriusque sententiæ, & ratione dubij posse coniugem, quam maluerit harum opinionem sequi secure: securius tamen faciet, si priorem sequatur, non tamen cum detrimento manendi excommunicatum.

4 Sed quid erit quæso, si coniux, qui bona fide contraxit, postea non dubitet, sed opinetur matrimonium esse nullum, an possit petere, & reddere? in hoc vera, & communis est resolutio Sancti Thomæ in quarto, distinctione 41. quæstione vnic. articulo quinto, quæstiuncula prima. ad tertium, & distinctione 38. in fine, in expositione literæ & aliorum quamplurimorum, quos refert, sequitur, & probat Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio disputatione 44. per totam, quod aut hic coniux habet certam scientiam impedimenti matrimonij, aut opinionem: in primo casu nec exigere, nec reddere debet: in secundo vero, debet reddere, sed non exigere: illud autem de opinione intelligit Sanchez vbi supra, numero secundo, si probabiliter opinetur, nullum esse matrimonium, quia tunc non potest petere: addit insuper Sanchez numero quarto, quod si coniux habet probabilem assensum impedimenti matrimonij, vt quia habet probabilem opinionem vitæ prioris viri, & similiter probabilem assensum mortis, & ita valere matrimonium, potest reddere, & petere debitum, quia licitum est amplecti opinionem probabilem valoris matrimonij, secundum vtrũque Ledesmam, quos citat, addens, idem esse, quamuis probabilius crederet, non valere matrimonium, quia nihilominus probabilem habet opinionem valoris, & ideo potest petere, & reddere: vnde se declarat, vt dum dixit, habentem opinionem nulliratis matrimonij teneri reddere, non tamen posse petere; intelligendum esse, quando non habet assensum opinatiuum vtriusque partis, sed solum nullitatis matrimonij, cum dubio, & formidine valoris: quæquidem declaratio, & distinctio difficilis, & penè intelligibilis quidem in actu practico est, ad discernendum, quando sit vnum, & quando aliud: ideo plus mihi placet prior communis resolutio, nisi adeo in æquilibrio vtraque opinio contraria esset, vt posset merito sine scrupulo coniux sequi quamlibet, eamque amplecti: tunc namque si opinaretur, æque, vel quasi, mortuum esse priorem coniugem, crederem, hunc posse reddere, & petere.

Quando autem coniux merito possit esse securus de matrimonij nullitate, & quando probabiliter dubitare agit latissime idem Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatione 45. per totam.

SVMMARIVM Cap. LI.

1 *MORS coniugis absentis quomodo sit probanda ad hoc, vt superstes aliud matrimonium contrahere possit? & per totum caput.*

Capitis in præsentia 19. in ordine de sponsalib. intellectus, per totum caput.

2 *Testis vnus affirmans coniugis absentis mortem an sufficiat ad hoc vt superstes aliud iniri valeat matrimonium?*

3 *Fama de morte coniugis absentis, an sufficiat ad hoc, vt alter coniux possit aliud matrimonium celebrare?*

4 *Fama prædicta adiuuata alijs adminiculis sufficit ad id, eotamen modo, vt hic declaratur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM LI.

De probatione mortis coniugis absentis requisita ad hoc, vt superstes possit licite aliud matrimonium inire.

1 HABEMVS in hoc determinationem Ecclesiæ in c. in præsentia 19. de sponsal. vbi deciditur, & respondet Clemens III. huiusmodi consultationi Cæsarauguſt. Episcopo, quod quantocumque annorum numero ita mulieres remaneant viuentibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonice conuolare, nec authoritate Ecclesiæ permittat contrahere, donec certũ nuncium recipiant de morte virorum, l. 5. titulo 17. partita 7. egimus latissime de hac materia lib. 2. practic. quæstione 8. per totam, ex qua omnia ibi dicta ad hunc locum accõmodãda sunt: postea Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 46. per totam latissime quoque de eadem agit nos citans, & sequens, & tandẽ quærit primo numero 5. Vtrum desideretur certum nuncium de alterius coniugis morte haberi, vt superstes possit aliud matrimonium inire: vel satis sit probabilitas moralis, ideſt, vt sit probabilis causa ad credendum, iudicio sapientium? & refert in hoc duas opiniones, primam affirmatiuam, quã fundat ex adductis per nos vbi supra, numero 2. & 3. aliqua alia addẽdo, aliosque citando, & eam esse probabilem affirmat: Secundam sentẽtiam refert numero 6. quam probat nobiscum vbi supra, numero 9. & cum alijs pluribus, quos citat, dicens esse probabiliorem; nempe eandem certitudinem requiri, vt Ecclesia det contrahendi facultatem, & vt possit aliquis propria authoritate hoc facere: & sic requiri tantã certitudinẽ, aut certũ nũcium, aut per testes, vt iudicio prudentis non tantum probabilis, sed certa iudicetur mors. & profecto hæc verior, & magis recepta & tenenda sententia in praxi.

2 Secundo quærit Sãchez vbi supra, numero 10. an sufficiat vnus testis affirmãs cõiugis mortem ad hoc, vt liceat alteri ad secundas nuptias transire? & refert etiam in hoc alias duas opiniones, vnam affirmatiuam, dum tamen attendatur persona nũcij, seu testis, eiusq; qualitas, & an per verba verisimilia deponat, & quod in hoc iudicis arbitrium versatur, ex d. cap. in præsentia, & ibi Hostiens. ad finem, & Abbas numero 6. idem Hostiens. in Summa titulo de spõsa. duorum, numero 6. Angel. in Summa verb. matrimonium tertio, in pedimento 13. numero 4. Veracruz in prima parte Specul. coniug. articulo 42. conclusione 1. Rursus refert contrariam sententiam negatiuam ex Bart. in l. secũda, §. si dubitetur, numero 1. ff. quemadm. testament. aperiantur: non tamẽ meminit rex. in d. cap. in præsentia, & in hanc magis inclinare videtur Greg. Lopez in l. 8. titulo 9. partita quarta, in glos. *algunos*, & eam tenet Manuel Rodriguez in primo tomo suæ Summæ in secunda editione, ca. 233. numero 2. vbi, vltra certum nunciũ, alias mortis coniecturas postulat, & inquit Sãchez vbi supra, quod hæc sentẽtia sibi magis placet, quia fortissimis munitur rationibus.

Mihi vero prior sentẽtia lõge verior, & receptior videtur, quam tenui, & probaui d. quæstione 8. numero 4. per totum, in quam etiam reincidit Greg. Lopez vbi supra, & Sanchez quoque eam admittit, casu, quo coniux obierit in loco distanti, vt facile nequeant aliæ probationes haberi, quia tunc (inquit) satis erit nuncius, & ita vnus testis considerata qualitate personæ, & vt verisimilia dicat, quod iudicis arbitrio committitur: sed extra hunc casum tenet præd. secundam sententiam, nempe, quod requiratur integra, & plena probatio: idem meo iudicio est de mente prioris sententiæ, siquidem fundatur in d. cap. in præsentia, qui rex. loquitur in maritis causa captiuitatis, vel peregrinationis absentibus vltra septẽnium, quorum vxores certificari non possunt de vita, vel morte ipsorum, licet super hoc solicitudinem adhibuerint diligentem, & tunc decidit certum nũcium de morte viri sufficere, qui certus nuncius intelligitur, de vno teste considerata persona, & qualitate ipsius, & an per verba verisimilia deponat arbitrio iudicis, vel prudẽtis viri, vt haber

prior òpinio, quæ approbata videtur in d. l. 5. titulo 17. partita 7. ibi, *otrosi dezimos, que siendo el marido de alguna muger captiuo, o yendo en Romeria, ò por otra à algun lugar estraño, si a la muger vinnessen nuevas del, ò mandado que era muerto è la persona q̃ selo dize fuesse home de creer, si despues se casasse ella con otro, maguerno fuesse muerto el marido primero, è tornasse a ella no la podria accusar de adulterio, por quanto ella se casò, cuydando que lo podia fazer con derecho*: vbi Gregor. Lopez glossa final. allegat d. cap. in præsentia, de sponsalibus.

3 Ex quibus patet satis non esse famam ad probandam mortem viri absentis, ad hoc, vt eius vxor possit aliud inire matrimonium: quia fama procedit ex incerto Authore, & plerumque fallaci, vt notatur in cap. vestra de cohabit. Cleric. & mul. & in terminis ita tenet Abbas in d. capit. in præsentia numero 6. & probauimus d. quæstione 8. numero 4. Alphonsus à Veracruce in suo Specul. coniug. prima part. articul. 42. cõclusione 1. Manuel Rodrig. in primo tomo suæ Summæ in secunda editione, cap. 233. numero 2. & alij plures Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 15. licet contrarium minus bene teneant Anton. Gomez in l. 80. Tuar. numero 31. in vers. hodie tamen: & Iulius Clarus lib. quinto receptar. sentent. §. fornicatio, in fine, & Didac. Perez in l. 3. ad fin. titulo 1. lib. 5. Ordinamenti, quos improbauimus d. quæstione 8. num. 4.

4 Limitatur tamen hæc nostra sententia secundum plures Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, nisi fama alijs admiscuis adiuuetur, tunc enim satis erit, quia certa moraliter probatio dici potest iuxta glossam in cap. quoniam frequenter, verb. præsumitur, vt lite non contest. & refert ibi Sanchez adminicula, quibus debeat adiuuari fama: & numero 7. requisita ad famam probandam. Ego vero in hoc potius teneo quod ex sententia Dominici à Soto probaui d. quæstione 8. numero 4. nempe, quod ad hoc, vt sit bona fides in hoc, & à culpa liberetur coniux exigitur moralis certitudo secundum arbitrium, & iudicium prudentium, nempe per nuncium, aut æquipollens testimonium, & non sufficere tenuem opinionem de morte coniugis, sed requiri tantam, aut per nuncium, aut saltẽ per testes, vt iudicio prudentium non solum probabile, sed certum iudicetur: & quod neque cõiectura, nec fama sufficiat, nisi forsan re diligenter exquisita, longitudo absentiæ, vel vniuersalis fama, vbi cõiux commorabatur, obitum eius cõtestetur, simul cum alijs requisitis, vt probat late Thom. Sanchez vbi supra, numero 16. per totum, qui omnino est videndus quoties casus contigerit. Nec probo distinctionem Antonij de Butrio, & sequatiũ: nempe quod ille certus nuncius de quo in d. cap. in præsentia, requiratur quantũ ad Ecclesiæ certificationem, vt licentiam præster contrahendi, non vero quoad ipsam mulierem, quæ aliter certificata est de morte viri, nempe per famam, & cæteras præsumptiones: quoniam, vt cum Soto diximus vbi supra, illa verba, certum nunciũ receperit, vtrumque casum comprehendunt: vt ibi latius probauimus.

Ex quibus fit posse mulierem in præmissa specie, & casu d. cap. in præsentia per certum nunciũ certioratam de morte viri, vel aliàs sufficienter informata iuxta supradicta ad alias nuptias conuolare absque licentia Ordinarij, vt late probauimus d. quæstione 8. numero nono, & cõstat ex Authoribus, præcipue Ant. de Butrio, & alijs in d. cap in præsentia, & Syluest. in Summa verbo matrimonium 8. quæstione 13. dicto 4.

SVMMARIVM. Cap. LII.

1 PROTESTATIO *præcedẽs alterius coniugis nullitatis consensus per quæcumque verba à se præstandi, an sufficiat ad irritandum matrimonium postea subsequutum? late hic agitur, & per totum ea put. num tamen secũdo ponitur vera, & communis resolutio atque concordia inter opiniones contrarias, atque diuersas, & numeris sequentibus, quædam limitationes atque declarationes referuntur, & assignantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 *Protestatio metus clam facta ad hoc vt valeat, debet esse cadentis in constantē virum, alias secus quod procedit non solum, quando protestatio sit aduersus eum qui metum illaturum timetur ad matrimonium contrahendum, sed etiam aduersus tertium, qui metū nō infert: & hoc fauore matrimonij, quia summam libertatē requirit, vt in numero 7.*

8 *Timens coactionem potentis, timere quo que necesse est, protestari coram eo, & ideo sufficit protestatio clam facta coram testibus.*

9 *Protestatione facta in ipso actu matrimonij aduersa, parte præsente, & non contradicente, probatur metus ex ea.*

10 *Copula subsequta post protestationem contra matrimonium, videtur ab ipsa protestatione recessum.*

11 *Consensu deficiente in matrimonio, in foro animæ non efficitur matrimonium, etiam absque præuia protestatione.*

11 *Protestatio dissensus ad matrimonium contrahendum ad forum exterius est necessaria: secus quoad forum animæ.*

CAPITVLVM LII.

De protestatione ficti consensus ad matrimonium præstandi.

1 CELEBRIS est illa quæstio in matrimoniali causa, an protestatio alterius coniugis, qui ante matrimonium corā pluribus professus est, se nolle per quæcumque verba à se dicta, vel dicenda matrimonium contrahere, sit sufficiens indicium dissensus, ita, vt matrimonium subsequutum publice in facie Ecclesiæ celebratum, nullum sit, & irritum? & videtur quidem eam protestationem non prodesse, sed ab ea præsumi esse recessum per factum contrarium, & sic matrimonium sequutum postea esse validum: hanc rēnent glossa in cap. tua de sponsal. verb. mulierem: ibi, sed pone, quod aliqui: communiter ibi approbata per DD. secundum D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, cap. secundo, in princip. numero 3. ad fin. & Nauar. in Manual. cap. 22. numero 78. eamque sequntur D. Antonin. in tertia parte suæ Summæ, titulo 1. c. 19 §. 1. Sūma Tabien. verb. matrimonium secundo, quæstione 7. numero 8. & illam glossam dixit notabilem, & ordinariam Mascard. de probat. conclusione 1243. numero 10. 11. & 12.

Rursus contrarium, nempe, quod nō sit matrimoniū affirmant, & tenent Ioan. Andreas in d. cap. tua, numero 13. Calderin. consil. 1. de ijs, quæ vi, &c. Barbat. cōsil. 60. numero 8. ad finem, lib. primo, & habetur secūdo tom. communium opin. lib. 14. verb. protestatio vnius: Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 4. in fine, Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ secunda editione, cap. 243. num. 6.

2 Sed in hoc articulo vera, & communis resolutio, atque concordia est inter præd opiniones contrarias, quod si prad. protestatio fiat altero coniuge sciente, & consentiente valeat, & teneat, ac per eam videatur recessum à consensu sequenti, nec erit matrimonium: & in hac specie procedat secunda opinio negatiua supra dicta: si vero fiat altero ignorante, aut si sciuit dissensisset protestationi, nihil ea prodest, sed per sequētem consensum cēsetur ab illa recessum: & in hoc casu procedat, & intelligenda sit prima opinio affirmatiua: fundamenta huius distinctionis, & concordiæ sunt clara, eaque referuntur à Thoma Sanchez statim citando: quapropter eam tenent, & sequuntur Innocent. in cap. veniens, *el segundo*, de sponsal. Vincentius, & Anton. de Butrio in d. cap. tua nos, numero 16. & ibi Anchar. numero 8. Abbas numero 9. Alex. de Neuo numero 15. Præposit. numero 2. in fine, Felin. in d. cap. cum M. numero 78. & ibi Ripa, numero 86 Brunel. de spōsal. conclusione 10. numero 11. D. Couar. vbi supra, in princip. d. numeri 3. Matienç. in rubrica glossa 1. numero 66. titulo primo, lib. 5. nouæ collect. Reg & consuluit latissime Augustin. Berous consil. 35. per totum, volumine 1. Mascard. de probat. conclusione 1243. numero 12. vbi alios citat, necnon & Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 45. numero 19. & ita proculdubio est tenendum, & practicandū. Et quidquid sit in alijs, in matrimonio tamen consensus expressus est necessarius, nec sufficit quod altero præsente, & tacente fiat protestatio, vt per eā videatur à futuro consensu recessum, ne tantum sacramentum illusione, & leuitate contrahentium tractetur, secundum Couar. & Matienç. vbi supra, & Thom. Sanchez numero 20. vbi merito increpat Anton. Cuchū. lib. 5. institut. Maio. titulo 12. numero 163. dicentem, satis esse in matrimonio altero præsente, & tacente protestationem fieri.

3 Limitanda tamē est prima pars præd. distinctionis, vt protestatio altero cōsentiente valeat, nisi postea copula subsequta sit, tunc enim videtur omnino à protestatione recessum, & præsumitur matrimonium iuxta glossam in capit. per tuas verb. præsumendum de condition. apposit. per tex. ibi, & Innocent. in d. cap. veniēs, *el segundo*, numero vnico, de spōsal. & tenent plures alij ex supra relatis, necnon & Gregor. Lopez in l. 3. titulo 1. partita 4. in glossa, verb. *concella*, Menoch. plures referens lib. 3. de præsumpt. præsumptione 1. nu. 15. Couar. Matienç. Nauar. vbi supra, & Sanchez num. 21. alios citans, & late iure communi eam probans aduersus Præpositum in d. cap. tua, numero 2. de sponsal. addens, quod hodie attē to Concilio Tridentino sessione 24. cap. primo, de reformatione matri. n. verisima est opinio contraria huic limitationi Præpositi, vbi supra, nisi nullitas matrimonij coram parocho, & testibus celebrati, ita occulta fuerit, vt in foro externo probari non possit: tunc namque habebit locum præd. doctrina communis: quia hodie potest ratificari matrimonium illud, copula affectu maritali habita sicut iure antiquo ea conualescebat, vt probauit ipse Sanchez d. lib. secundo, disputatione 37 numero 14. de cuius opinione egimus supra, cap. 47. numero 5. cum sequentibus, quod ibi diximus circa eam, hic iterū probamus.

4 Limitari etiam debet secunda pars præd. distinctionis communis, quæ habet, vt non valeat protestatio, altero non consentiente, præmissa, vt intelligatur, quando dolo se facta fuit, hoc est, citra iustam causam: secus vero si iusta causa adesset; vt si quis metu cogatur matrimonium inire, & clam coram testibus protestetur, se minime consentire, valebit protestatio, nec ab ea videbitur recessum per sequens matrimonium, vt colligitur ex textu in c. Lotharius 31. quæstione 2. & cap. 1. de his, quæ vi, metusve cauſ. fiunt, & ibi docet glossa verb. proposuit, & communis opinio, quam refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 2. de matrim. disputatione 45. numero 22. plures citans post Nauar. d. cap. 22. numero 78. & Mascard. conclusione 1243. num. 13.

5 Quæ limitatio comprobatur ex elegāti doctrina Dyni in l. qui in aliena, § fi. ff. de acquir. hæred. docentis, cautelā esse vt timens fore, vt cogatur per Potentem ei vendere fundum, vt clam coram testibus protestetur dissensum: hæc namque protestatio efficiet, vt venditio nulla sit: & quamuis Bart. ibi, ad fi. numero 6. reprehendat in hoc Dynum, eo quod cum venditio pendeat à duorum voluntate, debeat protestatio notificari alteri: nihilominus Bald. Ang. & Imola ibi sequuntur Dynum & respondent fundamento contrario Bartoli, nempe ita fallere, vbi iusta causa protestandi cōcurreret, & sequitur dicens esse receptam traditionē Natha cō sil. 451. numero 22. lib. 2. Rhminald. consil. 362. numero 86. lib. 4 Socin. Decius, Anton. Gabriel, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 22. & Cuchus lib. 5. instit. Maior. titulo 12. numero 165.

6 Debet tamen hic metus esse cadens in constantem virum, alias protestatio illa clancula non iuuabit, vt tenet Innocent. in ca. 1. numero 3. de his, quæ vi, Cardinal. in fine, Abbas numero 14. & cum eis Thomas Sanchez vbi supra, d. numero 22. in versic. debet tamen: inde inferens, metū reuerentialem non esse sufficientē, vt iuuet protestatio, nisi minæ, aut verbera accedant, quia aliter non est cadens in constantem virum, vt tenent DD. quos ibi ad hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc refert: addens, quod similiter erit iusta causa protestandi clandestine, vitatio scandali imminentis.

7 Nec obstat si dicatur, superiora de metu vera esse, quando protestatio sit aduersus eum, quem metum illaturum timetur: secus, quando aduersus tertium, qui metũ non infert, tunc nãque cum culpa careat, ei notificanda est protestatio, ne culpæ immunis damnum patiatur, vt alias declarant DD. de hac re loquentes, quos citat Sanchez d. numero 22. ad fin. hoc namq; vt ibi bene obseruauit idem Author, non habet locum in matrimonio, quia cum summam libertatem requirat, & petat. c. cum locum de sponsal. irritatur metu graui à quocumque illato.

8 Obseruandum præterea est in proposito, quod timens coactionem potentis, timere quoque necesse est, protestari corã eo, eadem ratione: ergo sufficit protestatio clam facta coram testibus ex præd. iusta causa metus: quæquidem protestatio, etsi fateamur, quod non sit necessaria ad ipsius actus metu facti recisionem, quia sufficit metus ipse solus sufficienter probatus absque præuia eius protestatione iuxta glossam verb. timore, & ibi Abb. & communiter Doctores, de his, quę vi, &c. & glossam in d. cap. Lotharius verb. innotuit, & sequuntur plures, quos refert, & sequitur D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 5. numero 12. est tamen vtilis, si fiat ex causa tamen legitima, etiam ex interuallo, quia tunc actus gestus præsumitur metu expeditus secũd. Abbatem in d. cap. 1. Decium in cap. final. de appell. optime Rip. in cap. cum M. numero 101. de constitut. Couar. vbi supra, vbi quod debet fieri coram viris honestis, & publice: quod si hoc fieri publice non possit, quia non audet publice protestari, secreto id fiant secundũ Bald. & alios, quos citat: & quod si nec secreto valeat protestari, sat erit postea probare metũ iuxta glossam, & Abbatem in d. cap. 1. etiamsi nulla fuerit præmissa protestatio, quæ si præcesserit, vtilis erit, vt videmus, ratione præsumptionis metus, etsi is stricte non probetur.

9 Quod si protestatio fiat in ipso actu aduersa parte præsente, & non contradicente probatur metus, ex præmissa protestatione metus, iuxta glossam, & tex. in d. cap. Lotharius, & notat post alios Ripa, in d. cap. cum M. num. 91. & Couar. vbi supra.

Prædicta autem secunda limitatio intelligenda est, nisi quando protestatione ex iusta causa præmissa, sequatur copula, tunc namque videbitur à protestatione recessum, vt cum alij communiter resoluit Sanchez vbi supra, numero 23. post Nauar. d. cap. 22. numero 78. & Gregor. Lopez in l. 3. verbo, *carnalmente*, titulo 4 partita 4. quod an procedat hodie post Sacrum Concil. Trid. agit Sanchez vbi supra, nu. 21. ad finem.

10 Denique obseruandum est hæc omnia de protestatione tradita procedere in foro exteriori: nam in foro animæ, deficiente vero consensu, non erit matrimonium: excusabitur tamen hic fictus contrahẽs ratione præfatæ protestationis ab habendo vero consensu in casibus, in quibus ficte consentiens tenebatur consentire, vt obseruat Thom. Sanchez vbi supra, num. 24. Pro cuius rei intelligentia sciendum est, quod quando aliquis, vt à fœmina carnalem copulã extorqueat, verbis, non animo matrimonium contraxit, ac semper animo, & affectu fornicario eam cognouerit ita, vt coniugium effectũ nõ sit, seductor hic tenetur de nouo cõsentire, & matrimoniũ contrahere sub pœna peccati mortalis, si nondum aliam vxorẽ duxit: si vero aliam duxerit, tenetur eirestituere damnum, quod stupro intulit: & insuper pœna stupri Iure Canonico, & Ciuili erit puniendus, iuxta capit. 1. & 2. de adulter. ita cum D. Thom. in 4. distinctione 28. articulo 2. ad quartum, tenet, & probat dicens esse communiter receptum Syluest. in Summa, verbo matrimonium quarto, quæstione 8. Adrianus in quarto, in tractatu de matrimonio, quæstione 2. versic. dico igitur ad quæstionem, & Couarruuias in quarto de sponsalib. secunda parte, cap. secundo, in princip. numero secundo. & Soto in quarto, distinctione 27. articulo 3. quæstione 1. versic. alia præcipua, pagina mihi 110. & Angles in suis Flor. ib. Theologic. quæstionum, in quæstione de essentia

tialibus matrim. pag. 368. in conclusione fructus, &c. & plurimos citans Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, disputatione 10. num. 3.

Et post hæc scripta multis annis iam elapsis præcedentem quæstionem principalem de qua in principio huius cap. late examinat Zeuallos lib. 3. Comm. opini. contra Comm. quæstione 825. per totã, qui cum supradictis cõcordat, & insuper addit, nos & alios citans, quod metus carceris in quo quis detinetur iniuste, vt aliquid ab eo extorqueatur, est iustus. vt matrimonium non solum ibi contractum sit nullum, sed etiam si extra carcerem quando fuit à custodibus detentus, & hoc maxime præcedente protestatione dissensus matrimonij contrahendi, vt ibi per eum.

CAPITVLVM LIII.

De indissolubilitate matrimonij, & an Papa dispenset in matrimonio rato tantum?

1 QVOAD primum, cum matrimonium (vt patet ex eius definitione, de qua supra cap. 39. numero primo,) indiuiduam vitæ consuetudinem retineat: & hoc distet inter matrimonium ratem tantum, & ratum, & consummatum quoad significationem: quod ratum significat vnionem dissolubilem Christi cum anima existente in gratia: cõsummatum autem significat indissolubilẽ vnionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam: quia solum per matrimonium consummatum fiunt coniuges vna caro, cap. 2. de conuersione coniugat. & cap. lex 27. quæstione 2. probat late Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 13. numero 1. vbi numero 2. certum esse inquit in omni sententia saltem Iure Diuino indissolubile esse matrimonium consummatum, vt ibi bene probat.

2 Superest videndum an ea indissolubilitas matrimonij proueniat ex iure ipso naturali, & ex matrimonij natura, vel tantum ex Iure Diuino, positiuo (ex ratione ipsa sacramenti, vel significationis) vel Ecclesiastico: & similiter, an idem dicendum sit de matrimonio rato?

Qua in re, quatuor opiniones refert cum suis fundamentis Thom. Sanchez vbi supra, numero 4. cum sequentibus: prima est, vtrumque matrimonium esse indissolubile de Iure Diuino naturali, quã tenent Lyra, Abulens. Soto, Couar. Cordub. Bartholom. à Ledesma, Petrus de Ledesm. Ludouic. Lopez, quos ibi refert, & nos quoque eam probauimus lib. primo Canonic. quæstionum, cap. 17. numero 13. & 35. & nouissime Zeuallos in suis Practicis quæstion. quæst. 343. numero 5.

Secunda opinio habet, prouenire ex præcepto Dei positiuo: quam tenet Abulen. primo Regum, cap. 8. quæstione 97. in princip. & quæstione 103. & 113.

Tertia, indissolubilitatem matrimonij rati prouenire ex iure humano Pontificio iuxta glos. in cap. ex publico, verbo consummatũ, de conuers. coniug. & alios Authores, quos ibi refert pro ea numero 96.

Quarta sententia, quam cæteris probabiliorem existimat, & latissime cõprobat, numero 7. habet duo capita: primum est: aliqualem inseparabilitatẽ esse de natura matrimonij, & ita competere etiam matrimonio rato, de Iure Diuino, & naturali: vt vltra Authores ab eodẽ prius allegatos, tenent etiam D. Thom. in quarto, distinctione 33. quæstione 2. articulo 1. in corpore, & Bellamer. lib. primo de matrim. cap. 4. paulo post princip. & Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. numero 2. secundum caput huius sententiæ est: omnimodam indissolubilitatem non competere matrimonio ex iure naturæ, nec ex ratione sacramenti, sed ex significatione qua Christus euexit illud ad significandã vnionem indissolubilem Christi cũ Ecclesia, per carnem assumptam: quæ significatio tantum conuenit matrimonio cõsummato: & ideo secundum hanc sententiã, matrimonium consummatum solum est omnino indissolubile, non vero ratum tãtum, licet habeat aliqualem indissolubilitatem: & allegat huius sententiæ Authores. D. Thomam in 4. distinctione 27.

quæstio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstione 1. articulo 3. quæstiuncula 2. ad primum, & tertium, & quamplures alios Theologos, necnon & gloſſam in cap. quapropter 27. quæſtione 2. in princip. & plures alios ex iuriſperitis: & hæc diſtinctio receptior, verior, & tenenda videtur, quæ in primo membro concurrit cum noſtra priori ſententia, & in ſecũdo mihi quoque placet ex eius fundamentis, & authoritate eam tenentium: ex quo infert Thomas Sanchez numero 8. hanc indiſſolubilitatem omnimodam non cõpetere matrimonio conſummato ex naturæ iure, ſed ex Chriſti Diuino præcepto poſitiuo impoſito, Matthæi 19. ibi, Quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet, vbi eleuauit matrimonium ad eſſe ſacramenti, & vt repræſentaret indiſſolubilitatem Chriſti cum Eccleſia per carnis vnionem, vt cum alijs ibi probat.

3 Quoad ſecundum, vtrum poſsit Papa diſpenſare in matrimonio rato tantum, vt ſoluto eius vinculo poſsint libere cõiuges aliud matrimonium inire? iam hanc grauiſsimam quæſtionẽ latiſsime abſoluimus d. lib. 1. Canonic. quæſtionum, cap. 12. per totũ, vbi adduximus duas opiniones contrarias, primam affirmatiuam Canoniſtarum, ſecundam negatiuam Theologorũ, cui adhæſimus, ſalua ſemper correctione Sanctæ matris Eccleſiæ, & poteſtate Sedis Apoſtolicæ: item adduximus cõcordiam communiter approbatam, nẽpe, vt cum cauſa legitima poſsit Papa in matrimonio non conſummato diſpenſare etiã de ordinaria poteſtate, & ita procedat prima opinio affirmatiua: abſque cauſa vero legitima, minime, & ita procedat ſecunda opinio negatiua: & tandem in fine d. cap. 17 non ſum inficiatus, quin prima opinio affirmatiua probabilis ſit, ideoque ſi Romanus Pontifex eam ſequẽdo ex cauſa legitima diſpenſauerit, prout plores diſpenſarunt, factum tenebit.

Poſtea tamen eaſdem duas communes ſententias contrarias cum alijs Authoribus retulit nos citãs Zeuallos vbi ſupra, tota illa quæſtione, & tandem in fine ſequitur præfatam concordiam inter eas: & numero finali inquit, quod in dubio ſemper in Pontifice præſumitur in huiuſmodi diſpenſatione iuſta cauſa, quod mihi nõ diſplicet: eaſdem duas communes ſententias contrarias, cum alijs quampluribus Authoribus, & ſuis fundamentis noviſsime refert, & nos ſimul Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. diſputatione 14. per totam, & noſtram negatiuam affirmat probabiliſsimam, & quod eam teneãt communiter Theologi, ipſe tamen numero 2. probat affirmatiuam dicens eſſe probabiliorem, & numero 5. reſpondet fundamẽtis contrariæ opinioni: & poſtea diſputatione 15. numero 5. inquit, probabile eſſe valere diſpenſationem Pontificis in matrimonio rato abſque cauſa iuſta conceſſam: ſed num 6. reſoluit verius eſſe non tenere diſpenſationem abſque cauſa iuſta factam: in dubio autem, vt prædiximus, præſumere debemus huiuſmodi diſpenſationem Pontificis ex iuſta cauſa fuiſſe factam: ad hoc tamen, vt Pontifex diſpenſet in matrimonio rato, non conſideratur mutuus conſenſus coniugũ, ſed exiſtente iuſta cauſa poteſt Pontifex diſpenſare altero eorum inuito, vt cum alijs probat, & reſoluit Sanchez d. lib. 2. de matrimonio diſputatione 15. numero 7. quod ipſe quoque probo.

4 Inſuper Thom. Sanch. d. lib. 2. de matrimonio, diſputatione 14. numero 3. agit, an poſsit Papa ſtatuere, vt matrimonium ratum dirimatur per ſubſequens copula conſummatum, contra deciſionem tex. in cap. licet de ſponſ. duorum in fine? & refert duas opiniones, in hoc contrarias, & reſidet in negatiua, reſpondens tex. in d. cap. licet, qui videbatur contrarius, & ſic probat noſtram ſententiam, quam docuimus d. cap. 17. numero 22 & Couar. in 4. de ſponſal. ſecunda parte, cap 7. §. 4. numero 15. & Matienç in rubrica gloſſa 1. numero 76. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & Veracruz in ſuo Specul. coniug. in ſecunda parte, articulo 28. concluſione 4. in ſecunda ratione.

5 In matrimonio autem iam conſummato proculdubio cum veriori, & magis recepta ſententia tenendum eſt, Pontificem ex cauſa diſpenſare non poſſe, vt reſoluimus d. ca. 17. numero 21. & poſt nos docet Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio diſputatione 13. num. 11.

SVM.

SVMMARIVM Cap. LIIII.

1 *Matrimonii vinculum ratι, & non conſummati omnino diſſoluitur profeſſione ſolemni alterius coniugis, & alter manens in ſeculo poteſt ad alias nuptias tranſire, ſed non dirimitur per vota emiſſa à quibuſdam fœminis religioſis Diui Dominici, quas Beatas vocant, & à quibuſdam viris Tertij Ordinis Diui Franciſci, vt in numero ſecundo, & in alijs, de quibus hîc: & quid in Eremitis: & numero quarto, quid in profeſsione triũ, vel quatuor votorum in Societate Ieſu: & numero quinto, quod dirimitur per profeſsionem Monialiũ, & Clericorum Ordinum Militarium ſub clauſura viuẽtium, & quid de Equitibus Militarium Ordinum, qui non viuũt in communi? numero ſeptimo, & de aſcendentibus ad Ordinem Sacrum, numero ſexto.*

8 *Matrimonium ratum, & non conſummatum, quo iure dirimatur per profeſsionem ſolemnem?*

9 *Matrimonium ratum, & non conſummatum, non ſolum profeſsione vnius coniugis dirimitur, ſed etiam amborum de communi conſenſu.*

10 *Cap. ex publico, de conuerſ. coniugat. litera refertur, & de eius intellectu, & materia agitur numeris ſequentibus, & an bimeſtre, de quo ibi, ſit ad deliberandum de religionis ingreſſum, vel ad profitendum conceſſum, numero 11. & in numero 14. & 15. agitur proprius de eius ſenſu.*

12 *Sponſa duodennis ſi tranſeat ad religionem, quo tẽpore expectari debeat ad profitendum?*

13 *Sponſus ſi prætextu religionis nimis differat matrimonium conſummare vagando de vna religione ad aliam intra annum probationis poteſt compelli dato termino peremptorio, vt maneat in vna religione, in qua impleto anno nouitiatus profiteatur, vel ad coniugem redeat, & matrimonium conſummet.*

16 *Iudex cauſa cognita, an poſsit reſtringere, vel prorogare bimeſtre, de quo in d. cap. ex publico de conuerſ. coniugator. quod poteſt facere regulariter in alijs cauſis, vt in numero 17.*

18 *Coniuges intra bimeſtre à contractu matrimonij, non tenentur ſibi inuicẽ reddere debitum, ſed poſſunt gaudere illo termino ad deliberandum de religionis ingreſſu.*

19 *Coniux biennio tranſacto, vel alio termino à iudice præſcripto ad conſummandum matrimonium, ipſo non cõſummato, licet negando debitum peccet, poterit nihilominus ad religionem tranſire.*

20 *Matrimonium ratum, & conſummatum non dirimitur profeſsione ſolenni religionis.*

21 *Matrimonium conſummatur, quacũque arte ſemẽ recipiatur intra vas naturale abſque illius penetratione, itẽ, etiam ſi ſolus vir intra vas naturale fœminæ ſeminat, vt in numero 22 nõ tamen ſi non ſeminat, licet vas fœminæ penetret, vt in numero 24.*

23 *Semen fœmineum, an ſit neceſſarium ad generandum?*

25 *Matrimonium non conſummatur per copulam præcedentem, ſed per ſubſequentem matrimonialem.*

26 *Matrimonium an conſummetur per copulam vi extortam?*

27 *Matrimonium, an conſummetur per copulam vi extortam intra bimeſtre? & an tunc poſsit ſponſa ingredi religionem? num. 28.*

29 *Sponſa ab ſponſo non vi cognita, ſed metu cadente in conſtantẽ virum, an poſsit ingredi religionem?*

30 *Sponſus vi, vel timore graui extorquens copulam ab ſponſa de præſenti poſt bimeſtre conceſſum à iure ad deliberandum de religionis ingreſſu, an peccet?*

31 *Sponſo, & ſponſæ dicentibus, matrimonium non conſummaſſe, an danda ſit fides?*

CA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM LIIII.

Matrimonium ratum, an, & quo iure, & intra quod tempus dissoluatur professione solemni?

1 VMMI Pontifices definierunt, estque omnino de fide tenendum, vinculum matrimonij rati non consummati omnino dirimi professione solemni alterius coniugis, & alter manens in seculo est omnino à vinculo absolutus, potestque ad alias nuptias transire, vt in cap. desponsatam 27. quæstione 2. & in cap. decreta legalia eadem causa, & quæstione, & in Extrauaganti antiq. Ioannis XXII. de voto, & in cap. 2. & in cap. ex publico de conuers. coniug. & in cap. ex parte tua, eodem titulo, Concil. Trident. sessione 24. de matrimonio, Canone 6. ibi, si quis dixerit matrimonium ratum non cõsummatum per solemnem religionis professionem alterius coniugis non dirimi, anathema sit. Vnde alij textus & l. 4. ad finem, & l. 21. in princip. titulo 1. partita 4. decidentes per ingressum religionis matrimonium ratum non consummatum dirimi, intelligi debent de ingressu cum esse actu, nempe professione sequuta, vt tenet Abb. in cap. ex publico, numero 11. & cæteri communiter Doctores, & ex professo cauetur, & declaratur in d. Extrauaganti, & in d. Canone 6. Concilij Triden. & in l. 1. ad fi. ibi: *è despues que fueße este tal entrado en Orden è ouieße fecho profession, &c.* titulo 2. partita 4. idemque probat pluribus exemplis ex vsu Ecclesiæ & Apostolorum traditione à Christo deriuata Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 18. num. 3.

2 Vbi numero 4. cum pluribus Authoribus infert non dirimi matrimonium ratum non consummatum per vota emissa à quibusdam fœminis religiosis Diui Dominici, quas Beatas vocant, & à quibusdã viris Tertij Ordinis D. Francisci, quia nõ solemniter profitentur, sed votis simplicibus se obligant, & secus esse probat in quibusdam Beatis D. Francisci Tertij Ordinis, quæ in communi viuunt, profitẽturque, & sunt religiosæ, vt declarauit Sixtus Quintus, & in quibusdam Beatis D. Dominici clausuram seruãtibus ex Soto, quẽ citat; vnde harum professione dirimitur matrimonium ratum.

3 Similiter, quamuis olim dirimeretur professione vitæ Eremiticæ in manu Episcopi, vel alterius Prælati facta, eo quod solemnis esset, iam tamẽ hodie nõ est huiusmodi: sed Eremitæ aut nulla, aut simplicia vota emittunt, quibus matrimonium ratum non dirimitur, secundum Sotum lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæstione 5. articulo 3. ante solutionem argumentorum, & alios, quos refert, & sequitur Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 8. numero 7. & Thomas Sanchez vbi supra, numero quinto.

4 Vbi numero 6. quod quamuis dirimatur per solemnem professionem trium, vel quatuor votorum in Societate Iesu, non tamen dirimitur per vota coadiutorum formatorum in ea emissa; quia simplicia, quamuis publice emittantur, vt testatur Gregor. XIII. in Bulla eidem concessa in cap. ascendente Domino: & habetur in parte quinta constitu. eiusdẽ Societat. cap. 4. in princip. secundum Enriquez vbi supra.

5 Dirimitur tamen per professionem Monialium, & Clericorum Ordinũ Militarium sub clausura viuentium, quia solẽnis est illa professio, in quo conueniunt omnes, secund. Sotum in 4. distinctione 27. quæstione 1. articulo 4. in versic. hinc fit, & Thom. Sanchez vbi supra, numero septimo.

6 Non tamen dissoluitur matrimonium ratum, & non consummatum per ascensum ad Ordinem sacrum, vt in Extrauag. antiqua Ioan. XXII. de voto: nec per Episcopatum quamuis perfectior sit status, vt constat ex vsu Ecclesiæ, fatenturq; omnes: quia ius de sola professione hoc statuit, vt bene probat, & fatetur Sanchez vbi supra, numero 9. vbi quod votũ Ordini Sacro annexum, est per accidens solemne; nec status Episcopalis, quamuis perfectior sit, cum mors spiritualis non sit, repugnat ex natura rei coniugio, sed ex solo Ecclesiæ statuto: vitæ autem Monasticæ repugnat ex natura rei matrimonium postea contractum.

7 De professione autem Equitum Militarium Ordinum, qui non viuunt in communi, nec vxores ducere possunt, vt sunt Equites D. Ioannis, magna dubitatio est inter Doctores, an per eam dirimatur matrimonium ratum, non consummatum? ratio dubitandi est, quia hi non vere, & proprie sunt religiosi, cum proprium retineant, moreque secularium extra claustra viuant, ita Dominic. à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 4. versiculo, quo circa si mea, &c. & lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæstione 5. articulo 3. ad 3. versic. quod si contra.

Nihilominus tamen contrarium est verius, & tenendum, imo, quod matrimonium ratum, non consummatum dirimatur per solemnem professionem dictorũ Ordinum Militarium, qui non viuunt in communi, nec vxores ducere possunt, vt sunt Ordinis Diui Ioannis Equites, quia alias non dirimeretur matrimonium contrahendũ, iuxta cap. vnic. de voto in Sexto, & hi Equites vere, & proprie religiosi sunt, vt constat ex allegatis per Castillo de Bouadilla in sua Polytica de Corregidores lib. 2. cap. 19. numero 11. & ita hãc opinionem principalem tenet Nauar. lib. 3. consil. titulo de conuers. coniugat. consilio primo, in prima editione, & in secunda, consil. 2. Corduba in Summa quæstione 178. in fine, Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 8. numero 6. vbi refert casum ita practicatũ in Duce Metymnæ, & ita caueri in statutis horum Equitum à Sũmo Pontifice approbatis, tenet etiam Manuel Rodriguez in primo tom. suæ Summæ in secunda editione, cap. 239. numero 2. & in Bulla Cruciatæ, §. 9. numero 123. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 61. articulo 2. ad quartum, Barbos. in rubrica, ff. solut. matrim. secunda parte, numero 82. Vega lib. 6. suæ Summæ casu 17. quos sequitur Thomas Sanchez d. lib. 2. de matrim. disputatione 18. num. 8.

8 Quo autem iure professio solemnis dirimat matrimonium ratum, & non consummatum? sunt tres opiniones probabiles, quas refert Thom. Sãchez d. lib. 2. disputatione 19. per totam: vna habet, ex natura rei id professioni cõpetere, & subinde ex iure naturali Diuino, vt ibi probat citãs D. Tho. & alios Authores eã tenentes. Secũda sentẽtia docet, dissolui solum Iure Põtificio, cuius Authores, & fundamẽta refert n. 2. Tertia sentẽtia habet, hoc cõpetere professioni ex solo iure Diuino positiuo, cõcedẽte Christo id priuilegiũ illi: cuius fundamẽta, & quãplures Authores refert, & sequitur ibi n. 3. per totũ reputãs eã probabiliorẽ, licet duæ præcedẽtes probabiles sint, & hæc tertia sententia est Scoti, & cõmunis Theologorũ, eamq; probauimus lib. 1. Canonic. quæstionũ, c. 17. nu. 26. 35. & 43. ex d. c. ex publico de cõuers. cõiug. ibi, secũdũ interpretationẽ sacri Eloquij, & ibi Abb. in fine, necnõ & Marc. Anto. Cuchus lib. 5. instit. Maio. tit. 12. n. 277. & nos refert Sãchez vbi supra.

9 Sed nõ solũ professio vnius coniugis, sed etiã amborũ de cõmuni cõsensu dissoluitur matrimoniũ ratũ, & nõ consummatũ, secundũ cõmuniorẽ, & probabiliorem sententiã, vt testatur Ledesma in 2. partẽ 4. q. 63. art. 3. fol. 517. Enriquez vbi supra, in cõmento litera, D. & Thom. Sãchez d. lib. 2. disput. 20. n. 3. quãuis cõtraria sit etiã probabilis, vt constat ex eodẽ num. præcedenti, & alijs, quos ibi citat, eã tenentibus.

10 In proposito tamẽ illud opportune & necessario est inquirẽdũ vtrũ liceat quãdo cũque ante matrimonij cõsummationem spõsis ad religionẽ trãsire, vel sit tẽpus ad hoc præscriptũ? Respõdemus hoc pẽdere ab intellectu d. c. ex publico de cõuers. cõiug. ibi: mãdamus quatenus, si præd. vir eã carnaliter non cognouerit, & eadẽ ad religionẽ transire voluerit, recepta ab ea sufficiẽti cautione, quod ad religionẽ trãsire, vel ad virũ sui redire intra duorũ mẽsium spatium debeat, ipsam absoluas.

11 Dubitatur tamen primo, vtrũ bimestre, de quo ibi, sit ad deliberãdũ de religionis ingressu, vel ad profitendũ: in quo Innocent. ibi n. vnic. tenet, hoc bimestre dari ad profitendũ. ita, vt cõiux teneatur religionẽ ingrediẽs intra bimestre profiteri vel matrimoniũ cõsummare, sequitur ibi Abb. n. 11. Præpos. in c. fin. 55. distin. Nauar. in Manual. Latin. c. 16. n. 27. Tabien. verb. matrim. 3. q. 3. n. 4. & est probabilis secund. Thom. Sanchez lib. secundo de

matrim. disputatione 24. numero quarto, in princip. vbi numero sexto dubitat an retenta hac opinione sit hoc correctũ per Concil. Trident sessione 25. de regul. ca. 15. statuẽs nullũ ad professionẽ admittendũ esse, nisi trãsacto integro nouitiat⁹ anno? Et primo ex pluribus fundat, non esse correctũ, sed seruandã esse adhuc dispositio. d. c. ex publico, vt detur illud bimestre ad profitendũ: sed tandem n. 7. probat, & resoluit, nihilominus corrigi per dictum cap. Concilij, & ita non posse coarctari annum probationis in casu d. cap. ex publico, & inquit hanc esse probabiliorem sententiam, quam tenet Enriquez dicens sic fuisse pronunciatum, & confirmatum in Regia Cancellaria Vallisolet. lib. 12. de matrimonio, cap. 5. numero 8. & in cõmento litera, F. & quod ita tenuerunt multi Iurisperiti, ac Theologi: idem probarunt Bartholom. à Ledesma, Palacio, Manuel Rodriguez, & Vega relati per Sanchez d. numero 7. eamque verisimam esse credo, & profiteor.

12 Ex qua inferũt Enriquez, & Sanchez vbi supra, numero 8. quod si sponsa duodenis transeat ad religionem, eam expectare debere sponsum quadriennium, cum profiteri nequeat ante decimũ sextum annum expletum, iuxta d. cap. 15. Decreti Concilij Tridentin. sessione 25.

13 Quod si alter sponsus prætextu religionis nimis differat matrimonium consummare vagando de vna religione in alteram intra nouitiatus annum potest iudex eum compellere, dato termino peremptorio, vt maneat in vna religione, in qua implero nouitiatus anno profiteatur, vel ad coniugem redeat, & consummet matrimonium secund. Paludan. in 4. distinctione 27. quæstione 3. articulo secundo, conclusione secunda, numero 14. Enriquez d. lib. 12. de matrimonio, cap. 5. numero 8 in fin. & lib. 11. cap. 14 numero 3. & alios referens Thom. Sachez vbi supra, numero 9. & hæc de primo intellecto d. cap. ex publico.

14 Secundus habet, esse distinguendum, vt siquidem alter coniux ex alterius consentu ingrediatur religionem, detur ei annus ad profitendum: si autem sine alterius consensu ingrediatur religionem habebit bimestre, iuxta decisionem tex. in d. cap. ex publico, quem sic intelligit glossa in cap. desponsaram 27. quæstione secunda, in princip. & docent post glos. sam in d. cap. ex publico, verbo intra duorum, Ioann. Andr. ibi numero octauo, Cardinal. quæstione sexta, Anchar. numero 10. & Brunelus de sponsal. conclusione 30. numero secundo, & dicit hanc sententiam esse probabilem Sanchez d. disputatione 24. numero quarto, & tunc dictum bimestre curret à die, qua iudex præfixit terminum, vt colligitur ex d. cap. ex publico, & ibi notat glos. supradicta, & tenet Sanch. vbi supra numero 3. ad fin.

15 Nihilominus tamen verior, & tenendus intellectus ad illum tex. est ibi, bimestre dari ad deliberandũ de religionis ingressu; ad profitendum vero dari integrum annum, qui annus coarctari à iudice non potest, ita tenet Hostiens. in Summa de conuers. coniugat. nu. 11. & in d. cap. ex publico, super verbo intra duorũ, & ibi Anton. de Butrio numero 12. & alij plures, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero quarto, vbi limitat cum Hostiens. & Butrio, nisi magna interueniat causa, vt iudex annum nouitiatus coarctet, quia tunc id facere poterit, quod verum minime esse credo ex supradictis, & præcipue ex d. Decreto Concilij Trident.

16 Supradictum tamen bimestre datum in hoc casu ad deliberandum est arbitrarium, vnde poterit iudex causa cognita id restringere, vel prorogare: quia licet quando datur terminus à lege absque iudicis ministerio, nequeat iudex eum restringere, vel prorogare, quia ipse non est super legem, secus tamen est, quando datur ministerio iudicis, vt contingit in specie d. cap. ex publico, vbi non signatur bimestre, sed mandatur iudici, vt designet: ita in terminis tenet glossa in d. cap. ex publico, verb. intra duorum, & ibi Cardinal. quæstione quinta, & Abb numero 11. Nauar. in Manual. Latin. cap. 16. numero 27. Manuel Rodrig in Sũma 2. editione, 1. tom. cap. 242 num. 1. & alij quãplures, quos refert, & sequitur Tho. San-

Sanchez vbi supra, numero 12. addens ex alijs, non debere iudicẽ à bimestri facile discedere; & bene meo iudicio, cum re vera illud bimestre sit à iure assignatum, siquidem mandatur iudici, vt id assignet.

17 Et quamuis ex causa possit iudex terminum à lege præscriptum restringere, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. numero 4. ff. de sententia, & re iudicat. quẽ ibi communiter DD. sequũtur, secund. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. c. 14. nu. 19 hoc tamẽ nõ procedit quãdo lapso termino ponitur pœna priuationis, vel alia similis, vt cũ alijs probat Molina vbi supra; sed hoc bimestre ponitur à iure, vt prædiximus, & eo trãsacto priuatur sponsus iure amplius deliberãdi, & excommunicandus est, si neget debitũ: igitur, &c. Nihilominus tamẽ ex iusta causa eaque cognita dummodo prudẽter, & mature id fiat, non vero leuiter, & cũ facilitate, nec passim, sed raro, & cũ vrgenti causa, non recederem à prædicta communi sentẽtia, quæ habet terminum illum bimestrẽ concessum ad deliberãdum posse iudicẽ restringere, vel prorogare: quot autem dies continere debeat illud bimestre nouissime agit Thomas Sanchez vbi supra, nu. 14. cũ pluribus sequentibus, qui est vidẽdus in proposito quoties casus occurrerit, late namq; hoc examinat, raroque continget de hoc dubitari, præcipue cum iudex ex causa ita, vt prædiximus, possit illud bimestre restringere, vel prorogare.

18 Nec tenentur cõiuges intra bimestre præd. à contracto matrimonio sibi inuicem reddere debitũ, etiamsi tunc temporis nõ intẽdant ingredi religionẽ; cũ tamẽ intra illud tempus possint propositum in melius commutare, sicque eo animo bimestri illo gaudere ad deliberandum, iuxta glossam in cap. coniuges 27. quæst. 2. verb. primum, Summistæ Rosolla verbo debitum nu. 1. Syluest. eodem verbo, q. 1. causa 4. Tabien. verb. matrimonium 3. q. 3. nu. 4. Ledesm. in 2. partem 4 q. 66. art. 1. fol. 524. col. 4. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 71. conclusione 3. Armilla verbo debitum, num. 5. & alios plures referens Thom. Sanch. dicta disputatione 24. nu. 25. lib. 2. aduersus Angel. verb. debitu, mnumero 14.

19 Post bimestre autem transactum, vel aliud tẽpus à iudice ad cõsummãdũ matrimoniũ præscriptũ, si matrimoniũ cõsummatũ nõ sit, licet cõiux negando debitum peccet, poterit nihilominus ad religionẽ trãsire, iux. glos. in d. c. ex publico, verb. intra duorum, de cõuers. cõiugat. & ibi Hostiens. super eodẽ verb. Innocent. num 1. Ant. de Butrio nu. 13. Cardinal. q. 8. Anchar. n. 10. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. Instit. maior. tit. 12. n. 20. Syluest. in Sũma verb. votũ 5 q. 3. dicto 1. Sanch. vbi supra, n. 27.

20 Matrimoniũ vero ratũ, & cõsummatũ, minime professione solẽni religionis dirimitur, nec dissoluitur, vt probãt aperte iura supra allegata, & cõueniũt omnes.

Non tamen consummatur matrimoniũ quacumque seminis effusione extra vas naturale.

21 Cõsummatur autẽ quacũque arte semen recipiatur intra vas naturale absque illius penetratione, quia ea copula sufficiens est generationi, & per eã vna caro spõsi efficiũtur, vt post D. Anton. in 3. parte suæ Summæ tit. 1. c. 11. ante §. 1. probat Domin. à Soto in 4. distinct. 27. q. 1. art. 4. vers. causæ dirimendi: Summistæ, Rosella verb. impedimẽtũ 14. impedimẽto 8. Syluest. verb. matrim. q 15. dicto 2. Tabiena verbo impedimẽtũ, impedimẽto 4. q. 2. n. 3. Alex. de Neuo in c. fraternitati nu. 11. de eo, qui cognouit cõsang. vx. suæ. Greg. Lop. in l. 5. verb. *carnalmẽte*, tit. 6. partita 4. & alios referẽs Tho. Sanch. lib. 2. de matrim. disput. 21. n. 2. vbi quod hoc verũ est, quamuis dæmonij ministerio semẽ viri in vase debito recipiatur secũdũ Rosellam, Sylueſtrum, & Tabien. vbi supra.

22 Quod si solus vir intra vas naturale fœminæ seminat, cõsummatur matrimoniũ.

23 Quoniam semen fœmineum ad generandũ necessariũ non est, teste Aristotele lib. 2. de generat. anim. cap. 2. Galen. sibi contrario lib. de sanitat. tuend. cap. 1. & lib. 2. de natural. facult. cap. 3. Auicen. lib. 9. animal. cap. 1. refert plures alios, eos sequutus Hugo Senenen. super lib. Tegn. Galen. lib. 2. super §. frigidum vero, & siccum, & Felt. lib. octauo Metaphysic. quæstione 2. D. Thom. in 3. parte quæst. 31. art. 5. ad tertium, quem fere omnes Theologi sequũtur secũdũ Tho. San-

Universidad de Deusto
Biblioteca

d lib. 2. de matrim. disputat. 21. n. 10. & in terminis ex hoc fundamẽto hæc sentẽtia in principali dicto, nẽpe, quod per semen solius viri in vase fœminæ consummetur matrimoniũ, est probabilior, communis, & magis communis, quam tenent Cardinal. & Abbas in fin. in d. cap. fraternitati, & Alex. de Neuo num. 10. de eo, qui cognouit consang. vxor. suæ: & ibi Anchar. Archidia. in cap. extraordinaria 35. quæstione 3. in fine, Marcus Anton. Cuchus lib. 5. Institut. Maio. tit. 12. num. 243. Summistæ Sylvest. verbo matrimoniũ 8. quæstione 15. dicto 2. dicens esse omnium, Rosela verbo impedimentum, impedimẽto 14. numero 8. Tabiena eodem verbo: impedimento 4. q. 2. nu. 3. in fine. Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentin. in 3. parte suæ Sũmæ tit. 1. c. 11. ante §. 1. Dominic. à Soto in 4. dist. in 27. q. 1. art. 4. versic. hoc autẽ perplexũ, Ledesma de matrim. dubio 40. conclusione 5. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 8. in commento litera, N. & cap. 15. num. 3. Vega lib. 3. suæ Summæ casu 157. & cæteri cõmuniter, ita, vt ex eis constet esse communiorem sententiam, vt ore pleno fatetur Thom. Sanchez vbi supra dict. lib. secundo de matrimonio, disputatione 21. numero 10. & 11. vbi probabiliorem quoque eam appellat.

Nihilominus tamen ipse ibi inquit, nõ esse adeo certam, quin probari possit contrarium: prout etiam contra communẽ tenent Vincent. & Hostiens. necnon & alij relati per Sanchez vbi supra, qui inter alia mouentur eo quod multi satis probabiliter tenent contra communem, semen fœmineum ad generationem necessarium esse, prout sunt Hypocrates, Galenus sibi contrarius, Valles, Vega, & alij Philosophi, atque Theologi, quos ibi refert numero 11.

Adhuc tamen prior sententia principalis est verior, & magis communiter recepta atque proinde tenenda: nec obstat fundamentum modo relatum in contrarium, quoniam in eo, etiã communis sententia Philosophorum, & Theologorũ habet contrarium. Secũdo respondemus Aristotel. primo de natur. animal. c. 20. & lib. 2. cap. 4. in vniuersum negare, fœminam emittere semen, aut ex illo formari fœtum, sed solum ex sanguine: tertio quia, etsi fateamur, fœminam conficere posse semen, illudque esse posse partem materiæ, ex qua formatur fœtus, non tamen hoc nos cogit ad dicendum, illud esse simpliciter necessarium ad formationem prolis: quia cum sanguis, & semen parum in substantia differant, & ex sanguine facile possit elaborari semen, cur non poterit etiam naturali modo fieri, vt quamuis interdum fœmina non emittat semen, si sufficientem sanguinis copiam ministret, & virile semen sit efficax, ac etiam copiosum, hoc ad naturalem generationem sufficiat, vt late probat doctissimus Franciscus Suarez ex Societate IESV in tertiam partem Diui Thomæ, secundo tom. de Vita Christ. quæstione 32. articulo primo, sectione 1. disputatione 10. folio mihi 182. columna 1. ad finem, & columna sequenti.

24 Non tamen censebitur matrimonium consummatum dum sponsus vas fœminæ penetrauit, si intra id semen nõ effundat: quia copula carnalis, per quam cõsummatur matrimonium, est ea, per quam coniuges efficiuntur vna caro, vt constat ex significatione: cõsummatio nãque matrimonij significat per eã carnis vnitatẽ, mysteriũ Incarnationis, per quod Christus per vnitatem carnis est Ecclesiæ coniunctus: patet etiam ex cap. 2. de conuers. coniugat. ibi: quia cum non fuissent vna caro simul effecti: ergo sentit, talem esse debere copulam, per quã vna caro efficiãtur; sed quando semẽ viri nõ recipitur intra claustrũ fœminæ, non efficiũtur vna caro, vt colligitur ex c. lex, quod ex Benedicti Papæ. 27. q. 2. ibi: propinquitas enim sanguinis: iunctis verbis præcedentibus, ibi: neque oſculum parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionem: dixerat enim non aliter fieri vnam carnem, quam si carnali copula sibi cohæreant: & ideo hanc principalem sententiã tenent, & probant quamplures Canonistæ, & Theologi, quos refert, & sequitur, & late probat, & fundat dicens esse longe veriorẽ Tho. Sanch. lib. 2. de matrim. disputatione 21. nu. 5. ex quibus constat hãc esse cõmunẽ, & magis receptã sententiam aduersus alios nonnullos Doctores, quos refert Petrus de Ledesma de matrimonio, q. 61. art. 1. à folio 581. Metymn. lib. 5. de sacro. homin. cõtinẽtia, c. 76. & 79. & Manuel Rodrig. in sua Summa 1. tom. in 2. editione, c. 239. n. 2. addit nõnulla Sãch. vbi supra, n. 6. 7. & 8. circa declarationẽ præd. cõmunis sententiæ, quæ apud ipsum sunt videnda.

25 Similiter nõ cõsummatur matrimoniũ per copulã præcedẽtẽ, sed subsequẽtem matrimonialẽ, illa namque fornicaria est: igitur, &c. ita cũ Paulo de Castro, Socino & Ioan. Boscheo cõtra Hippolyt. & Neuizan. bene probat D. Couar. in 4. de sponsa. 1. parte, c. 4. §. 1. n. 15. & 16. Acosta in l. cũ tale, §. si arbitratu, ampliat. vltim. nu. 19. ff. de cõditio. & demõstrat. Menoc. lib. 3. præsumpt. 1. n. 44. & 45. Sylue. in Sũma verb. diuortiũ n. 3. & verb. religio. 2. q. 9. Naua. in Manual. Lati. c. 22. n. 84. & alios plures referens Tho. Sanch. vbi supra, num. 13.

26 De copula autem per vim extorta, an per eã cõsummetur matrimonium? plura differit Tho. Sanch. vbi supra, disput. 22. per totã, & primũ resoluit n. 1. proculdubio, copula vi extorta post bimestre à iure cõcessum vxori ad deliberãdũ de ingressu religionis cõsummari matrimoniũ vere, & neutri licere ad religionẽ transire, prout tenẽt Ioan. Andreas, Præpositus Sylvest. Greg. Lopez, Didac. Perez, & Petr. de Ledesma, quos ibi refert, quæ opinio mihi etiam vera videtur, & tenenda.

27 Secũdo examinat eã quæstionẽ, an copula vi intra bimestre extorta cõsummetur matrimoniũ? & refert aliquos censentes, nõ cõsumari: & resoluit n. 4. tãquã certũ tenẽdũ esse, matrimoniũ cõsummari, & effici prorsus indissolubile, quã sententiã tenẽt quãplures alij Doctores ab eo citati, ex quibus ea cõmunis, & vera redditur.

28 Tertio posse in specie præmissa sponsam per vim cognitam intra bimestre ingredi religionẽ, iuxta probabiliorem sententiã, quã refert, probat, & sequitur nu. 6. cum pluribus Authoribus aduersus alios plures, quos retulerat nu. 5. vbi dixit hanc vltimam esse satis probabilẽ, vtraque igitur probabilis est: mihi vero vltima probabilior videtur, & tenenda.

29 Quarto num. 12. resoluit, probabilius esse, sponsam ab sponso nõ vi cognita, sed metu cadẽte in cõstãtẽ virũ, posse ingredi religionẽ, non ratione defectus volũtatis, sed iniuriæ, & iniustitiæ illatæ sponsæ cũ Ledesma in 2. 4. quæst. 63. art. 3. ad fin. & Petr. de Ledesm. de matrim. q. 61. art. 1. fol. 585. ego autẽ cõtrariũ probo in vtraque specie in vi cognita, dixi versic. præcedẽti: in metu oppressa, de qua nũc agimus à fortiori: quia volũtas coacta volũtas est, l. si mulier, §. si metu cũ simil. ff. quod met. caus. deinde, quia licet vis omnimoda volũtate priuet, nõ tamẽ coactio, aut met⁹, l. 1. & 2. ff. q⁹ met. caus. & in terminis hanc opin. vt veriorẽ tenent, & probant Ioan. Andr. in regula, quæ contra ius, de regul. iur. in 6. Cardinal. in cap. 2. quæst. 2. de cõuers. coniugat. Præpos. in cap. final. 55. distinct. Sylvest. in Summa verb. diuortium, quæst. 5. & ibi Armil. aur. num. 6. Greg. Lopez in d. l. 4. in fin. tit. 1. partita 4. Didac. Perez, & Palacio, quos refert Thom. Sanch. vbi supra, num. 11. vbi quod est satis probabile, mihi autẽ verius, probabilius, & omnino tenendũ videtur.

30 Quinto idem Author vbi supra, n. 13. resoluit, nõ peccare spõsum vi vel timore graui extorquẽtẽ copulam ab sponsa de præsenti post bimestre concessum à iure ad deliberandum de religionis ingressu, quando tentatis alijs mediis pacifice nollet sponsa: secus, si his intentatis, violentia vteretur sponsus, quia tunc peccaret ratione modi. D Thom. Secunda Secundæ, quæstione 154. articulo 7. ad quartũ, quod verissimum est: sed si hoc faciat spõsus intra bimestre prædictum, peccabit leuiter, vt probant, & tenent Dominic. à Soto in 4. distinct. 27. quæstione 1. articulo 4. versic. quid autem iuris, Petrus de Ledesma de matrim. q. 61. art. 1. fol. 583. sequitur Thom. Sanch. d. lib. 2. de matrimonio disput. 22. n. 15. aduersus Manuel. Rodrig. in sua Sũma 1. tom. in 2. editione, cap. 239. nu. 2. dicentem, sponsum in præd. specie non peccare lethaliter, sed præcedens sententia est verior, & tenenda, imo potest sponsus in hoc casu in foro exteriore puniri, vt cum alijs probat Couar. in quarto de sponsalib. secunda parte, cap. 7. §. 4. num. 11. & Ant. Gomez in l. 80. Taur. n. 39. & Sanchez vbi supra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui hoc verum intelligit, quando sponsa præmeditabatur ingressum religionis, secus alias, quia tunc non punitur, vt docent cum Baldo, & Salicet. Couar. & Sanchez numero 16. vbi supra, qui quoad culpam lethalem melius credit, vtroque casu culpam committi, cũ Petro de Ledesma aduersus Sotum vbi supra, an autem sponsa vi cognita ante biennium possit semen expellere agit ibi Sanchez nu. 17.

Vltimo pro complemento huius capit. obseruandum erit, fidem esse adhibendam iuramento sponsi, & sponsæ dicentium, matrimoniu n non consummasse, si sponsa non erat virgo, nec ad domum sponsi traducta, secus si erat traducta in matrimonij præiudicium: ca. super eo, de eo, qui cognouit consanguin. vxo. &c. ita in terminis tenent Hostiens. in Summa titulo de conuers. coniugat. numero nono versic quod si quis: Bald. in l. Deo nobis, in princip. numero 7. C. de Episcopis, & Cleric. Anchar. in ca. ex publico, numero tertio, de conuers. coniugat. vbi quod si erat virgo, & talis post aspectum appareat, licet ad domum sponsi traducta sit, creditur, quia omnis probatio vincitur aspectu, contrarium testificante: vtrumque sequitur Thom. Sãchez d. lib. 2. disputatione 23. num. 1. & 2.

SVMMARIVM Cap. LV.

1 CLandestini *matrimonij duæ sunt species, de quibus hic.*

2 *Exhæredationis pœna filij, vel filiæ contrahentis matrimonium clandestinum, an hodie per Concilium Tridentinum sublata sit? & numeris sequentibus, vbi numero tertio, quando matrimoniũ clandestinũ est nullum, & num 4 quando est valiatũ.*

5 *Clandestinum matrimoniũ an dicatur, quãdo illicite monitionis omittũtur?*

6 *Clandestinum matrimoniũ an dicatur, quando omittũtur, celebratum tamẽ fuit publicè coram maiori parte vicinię quoad pœnas incurrendas?*

7 *Clã fieri dicitur quod omissis iuris requisitis efficitur, & filij nati ex huiusmodi matrimonio non sunt legitimi.*

Clandestinum matrimonium non dicitur, quando celebratur corã parocho, & testibus, licet hi non sint rogati.

Matrimonium clandestinum vide litera, Clandestini, clandestinum.

CAPITVLVM LV.

De matrimonio clandestino.

1 DVae tantũ sunt species matrimonij clandestini secundũ veriorem, & tenendam sententiam, quicquid alij sentiant. Primo nãque dicitur matrimonium clandestinum, quod clam fit, hoc est, sine testibus: secundo quando omittuntur eius denunciationes ad perfectam matrimonij publicationem ab Ecclesia requisitæ: cæteris namque solennitatibus omissis, non clandestinum, sed minus solenne appellabitur & ita has duas species clandestinitatis constituimus lib. 2. practic. quæst. 4. num. 13 post Gofred. in Summa, titulo de clandestin. desponsat. nu. 1. Didac. Perez in l. 11. tit. 1. lib. 5. Ordinam. fol. 38. col. 2. §. plura tamẽ: docet etiã Salzed. in practic. criminal. Canonic ca. 73. in princip. necnõ & Cajet. in Sũma verb. matrimoniũ tit. cõtractus matrimonij potest ex septem capitibus reddi vitiosus §§ & scito peccatũ esse, vers. tertiũ caput, Soto in 4. distinct. 28. q. 1. art. 1. paulo post principiũ, verb. clandestinũ, Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ Sũmæ in 2. editione. c. 217. n. 1. & alios refert Thom. Sanch. lib. 3. de matrim. disputatione 1. nu. 3. vbi quod hoc est multo rationi cõformius, quod procedit etiam stante Decreto Concil. Trid. de hoc loquẽte, vt cũ alijs probauimus vbi supra, n. 13. & alios plures allegans post nos Zeuallos in suis Practic. quæstionibus. q 5. n. 8. 9. & sequẽtibus cõtra Azeued. in l. 6. tit. 1. lib. 5. nou. colle. Reg. n. 51. in fi. tenẽ

2 tem. ¶ Quod pœna exhæredationis est hodie sublata per Concil. quod verum nõ est iuxta supradicta, & contrariũ tenet etiã, & probat Grati. in reg. 83. nu. 11. & regula 194. nu 9. Greg. Lop. in l. 10. tit. 1. in glos. *puedela desheredar*. & in l. vltim. tit. 3. partita 4. & Zeuallos vbi supra, n. 15.

3 Circa primũ modum clandestinitatis matrimonij supradictæ, nempe quando matri-

matrimonium est irritũ omnino, & nullũ hodie stãte Decreto Concil. Trid. propter defectũ testiũ, vel parochi, vel omniũ: illa quæstio apud nostrates maxime controuertitur, an tũc incurrantur pœnæ matrimonijs clãdestinis à iure impositæ tam à l. 49. Tauri, quam excõmunicationis à Synodalibus constitutionibus?

Hanc quæstionem latissime examinaui pro vtraque parte cũ suis fundamẽtis, & Authoribus lib. 2. practic. quæst. 4 num. 1. cum sequentibus vsq; ad numerũ 8. & resolui, quod licet in puncto iuris verior videatur opinio D. Molinæ affirmatiua, cõtraria tamẽ, & sic negatiua in praxi tenenda sit, tãquã æquitati, & rationi magis cõsona cũ Veracruce, & Segura, quos retuli: idem nunc censeo tenendum, tametsi adhuc opinionem Molinæ defendat Zeuallos in suis Practic. quæst. 5. nu. 13. cum sequentibus, dicit tamẽ nouã se nunc amplecti nostrã sentẽtiã, quæ nec aduersatur Molinæ, nec aliorũ opinioni, imo vtramque opinionem verisimilem existimat, & quod quælibet est practicanda, & tenenda cum casus contingat, vt nullo modo euitetur pœna d. l. 49. Taur. stante Concil. Trid. sed re vera præd. opiniones sunt sibi inuicem contrariæ, & non potest vtraque teneri quicquid hic Author dicat, & nihil omnino ipse magis inclinat in opinionẽ affirmatiuam Molinæ, & Gratian. eius sequacis: superuenit nouissime Thomas Sãchez qui d. lib. 3. disputatione 2. per totã hanc quæstionem latissime quoque examinat, & tandem relatis tribus opinionibus in hoc, primam Molinæ cum alijs, secũdam distinguentem inter excommunicationem Synodalem, vt ipsa incurratur, etiamsi matrimonium clãdestinum sit nullum, & pœnam exhæredationis, de qua in d. l. 49. Tauri, & hæc non incurratur, & tertiam negatiuam omnium pœnarum: & hanc amplectitur ipse, & probabiliorẽ affirmat nos sequutus, & Didac. Perez in l. prima, titulo 1. lib. 5. Ordinam. fol. 30 §. item solent: & ad fin. §. dubitatur vlterius: & Seguram, quem nos retulimus, Palac. Rub. in d. l. 49. Tauri numero 3. & 4. & ibi Castell numero 17. Matienç. in d. l. 1. titulo 1. lib. 5. glossa 7. in fine, & ibi Azeued. num. 46. & Barbos. in l. 1. in 4 parte, num. 39. ff. solut. matrim. Palacius, Ledesma, Albornoz, Cordoua, necnõ & Pater Molin. in 1. tom. de Iustitia, & Iure tractatu 2. disputatione 179. columna mihi 1040. §. obseruan: & ita est tenendum, reiecta limitatione Barbosæ vbi supra, & Segur. in 2. parte sui Directorij Iudic. Ecclesiast. cap. 15. num. 29. dicent iũ præd. opin. negatiuam limitari debere quoad pœnam exhæredationis, nisi matrimoniũ illud clandestinum irritum consummaretur, quia tunc poterit filia exhæredari: sed non est vera hæc limitatio, vt optime eam improbat Sanchez vbi supra num. 6.

4 Circa secundum modum matrimonij clandestini addit Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 1. numero 5. non sibi placere id, quod nos asserit dixisse d. quæstione 4. in fine: nẽpe, quod ita demum, quando denunciationes omissæ sunt ex licentia Ordinarij, non est matrimonium clandestinum, ac per consequens non incurritur pœna legis Tauri, quando præmittuntur ante eius consummationem, nisi Ordinarius ipse prorsus remiserit iuxta Concil. Tridentinum: sed re vera mihi hoc tribui non potest, quia id non dixi, sed sequentia verba formalia: Quando autem ex iusta causa, vna tantùm monitio præcesserit, vel omnes remissæ fuerunt arbitrio, & licentia Ordinarij, dum tamen postea fiant, existimo, non esse matrimonium clandestinum, & per consequens, non habere locũ hoc casu nostrã legẽ illa nãque verba, dũ tamen postea fiãt, ad tenorẽ licẽtiæ Ordinarij referuntur ad differẽtiã alterius casꝰ Cõc. ibi: nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt præd. denũciationes remittantur, quod illius prudẽtiæ, & iudicio Sãcta Synodus reliquit: tunc autem, cum omnino remittuntur denũciationes arbitrio Ordinarij, eas præmitti ante consummationem non est necesse: non ergo protuli præd. verba ad intelligendum, nec requirendum, quod prædictæ denunciationes fiant, cũ omnino non remittuntur ad excusandũ cõtrahentes à pœnis d. l. Regiæ, siquidẽ sufficit ad hoc, quod sint remissæ ante cõtractum matrimonij per Ordinarium, quamuis præmittendas esse ipse dicat postea ante cõsummationem cum iã matri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

monium licite contractum sit: potuit tamen Sanchez decipi ad tribuendum mihi, quod nec dixi, nec vnquam in mente habui, mala punctuatio Impressoris in meo libro facta, ponendo comma vnum, post verba illa, & licentia Ordinarij; & alterum post illa, dum tamen postea fiant; cum tamen primũ apponi nõ deberet, nec secundũ, sed loco secundi duo puncta: prout in originali manu propria conscripto apposui: non igitur sumus contrarij in substantia.

5 Illa autem quæstio in proposito est satis controuersa, an quando propria authoritate, & sic illicite denunciationes præd. omittuntur, dicatur, & sit matrimonium sine eis, coram parocho, & testibus celebratum clandestinum, ad incurrẽdas pœnas clãdestinis matrimonijs appositis? Et in hoc quamuis non desint, qui teneant in hac specie matrimonium non esse clandestinum: verior imo verisima, & cõmunior sententia est contraria, quod sit huiusmodi matrimonium clandestinũ, & incurrantur per id præd. pœnæ, vt late resoluimus, probauimus, & tenuimus cũ alijs d. lib. 2. practic. quæstione 4. numero 8. cum pluribus sequentibus, quæ sentẽtia probatur etiam in cap. fi. §. si quis vero, de clandest. desponſ. vbi appellatur matrimonium clandestinum cui monitiones non præmittuntur, & ibi glossa verbo clandestina 2. Tandem ex dict. Decreto Concil. Trident. cap. primo de reformatione matrim. ibi, Sacri Concilij Lateranen. vestigijs inhærendo præcipit Sancta Synodus, vt antequã matrimoniũ cõtrahatur ter à proprio parocho denunciationes fiant, insuper & cap. 5. cauetur, quod si quis intra gradus prohibitos matrimonium ignoranter contraxerit siquidem solemnitates requisitas in contrahẽdo matrimonio neglexerit, pœnis subijciatur de quibus ibi: si vero solẽnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilẽ ignorantiam habuerit, tũc facile cum eo & gratis dispensari poterit; ergo cum solemnitates requisitæ, & sic monitiones omittuntur huiusmodi matrim. pœnas meretur, & ita non dicetur publicum, sed potius clandestinum: quare merito hanc eandem nostram sententiam quamplures alij DD. sequuntur & approbant, quos nuncupatim refert Thom. Sanchez vbi supra, dicta disputatione 1. numero 7. lib. 3. qui eam quoque probat.

6 Ex quibus probanda quoque erit illa Doctorum sentẽtia, quæ habet, quod matrimonium, cui denũciationes desunt, publice tamen sciente maiore viciniæ parte celebratur, adhuc clandestinum dicatur, quoad illius pœnas incurrendas, quia, vt prædiximus, attento cap. final. de clandestin. desponsat. id matrimonium dicitur clandestinum, cui denunciationes nõ præmittuntur, nec ea publicitas illud clandestinitatis vitium purgat, cum non æquipolleat denunciationibus: quibus factis, vtpote authoritate, & præcepto Ecclesiæ facilius deteguntur impedimenta, quam quãdo celebratur matrimonium absque denunciationibus, licet publice id fiat. Tunc namque quilibet se à denunciando impedimenta retrahit, quasi sua non interſit.

7 Tandẽ, quia id dicitur clam fieri, quod omissis iure requisitis in actu efficitur, iuxta doctrin. Bart. in l. final. in princip. vers. fic. qualiter, ff. de ritu nupt. & in terminis ita tenet glossa in d. cap. final. verbo clandestina primo, & secundo, de clandestin. desponſ. & Clarius in cap. secundo, verbo publice, qui fil. sint legitim. & probauimus lib. 2. pract. quæstione 4. sub numero 3. & hæc opinio est magis communis, & verior, & sic.

8 Quod filij nati ex huiusmodi matrimonio non sint legitimi, vt plures allegãs affirmat, eam sequutus ex tex. expresso in cap. cum inhibitio, §. si quis vero de clãdestin. desponsat. Zeuallos in suis practicis, quæstione 697. numero 4. cum sequẽtibus, vbi plures Authores allegat; & resoluit procedere, etiam hodie post Cõcil. Trident. in Decret. de reformat. matrim. cap. 1. sessione 24. & ante eum Ioan. Vincentius Hondedei consil. 87. numero 23. volumine 1. eamque sequitur plures alios referens Thom. Sanch. d. disputatione 1. numero 12. lib. 3. de matrim. aduersus Abbatem, & alios, quos citat tenentes cõtrarium num. 9.

9 Non autem erit, nec dicetur matrimonium clandestinum, sed publicum, quando coram parocho, & testibus præmissis denunciationibus fit, etiamsi testes non sint rogati, quia hoc, nempe, quod sint rogati, non requiritur, vt in terminis censet Greg. Lopez in l. prima, titulo 3. partita 4. in glossa, *sin testigos*, quem sequitur Sãchez vbi supra, numero 11. aduersus Zephal. consil 503. numero 15. iuncto numero 16. & 17. in fine, volumine 4. & Mascard. de probat. conclusione 1036. in fine, dicentes, matrimonium esse clandestinum celebratum coram parocho, & testibus, denunciationibus præmissis, si testes rogati non sint, sed minime hoc est verum.

SVMMARIVM Cap. LVI.

1 DENVNCIATIONES *ad matrimonium celebrandum requisitæ à Sacro Concilio Trident. quomodo, & quando fieri debent?*

2 *Denunciationibus præd. omissis, an validum sit matrimonium coram parocho & testibus celebratum, quando ab Ordinario non sunt remissæ?*

3 *Speciale est in matrimonio ne ex simplici prohibitione absque clausula irritãte irritetur.*

4 *Denunciationes requisitæ ad matrimonium omittere, est peccatum mortale.*

5 *Denunciationes prædictæ fieri debent in vtroque contrahentium parochijs, quando diuersorum parochiarum sunt.*

6 *Denunciationes ad matrimonium fieri debent in vtriusque contrahentiũ parochijs vbi diu versati sunt, & principaliorem habẽt larem, & verisimilius est quod sciantur impedimenta, & an extra Ecclesiam fieri possint in locis competentibus, vt in prædicationibus, in quibus magna copia populi conflueret, in numero septimo, & 8.*

9 *Episcopus, & alij habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt dispensare in denunciationibus alias requisitis ad matrimonium, ante, & post ipsum*

10 *Dispensare qui possunt in denunciationibus ad matrimonium, possunt similiter etiam ex iusta causa breuiare, & prolongare eas.*

11 *Vicarius Generalis Episcopi potest dispensare in monitionibus requisitis ad matrimonium à Sancto Concilio Trident. etiam si nõ habeat ad id specialem delegationem Episcopi.*

12 *Parochus non potest dispensare in monitionibus requisitis ad matrimoniũ celebrandum, etiamsi constitutio Synodalis, vel Episcopus id sibi non reseruauerit.*

13 *Episcopus an possit alicui delegare facultatem dispensandi in denunciationibus requisitis ad matrimonium celebrandum?*

14 *Episcopi licentia alicui clerico concessa, vt assistat matrimonium, dummodo moneat cõtrahentes, ne matrimonium consummant antequam monitiones fiant, at is assistat, & non moneat, an sit validum matrimonium?*

CAPITVLVM LVI.

De denunciationibus ad matrimonium requisitis.

1 SACRVM Concilium Tridentinum sessione 24. in Decreto de reformatione matrim. cap. primo, præcipit, vt imposterum antequam matrimonium cõtrahator ter à proprio parocho tribus cõtinuis diebus festicis in Ecclesia inter missarum solennia publice denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum: quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ, procedatur, & quod si aliquando probabilis suspitio fuerit, matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denunciationes, tunc, vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur; deinde ante illius cõsummationem denũciationes in Ecclesia

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiant, vt si aliqua subsint impedimenta facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit quod præd. denunciationes remittantur, quod illius prudentię, & iudicio Sancta Synodus reliquit.

2 Circa hanc conciliarem decisionem, eiusque praxim, & intellectum plura nobis se offerunt declaranda: Primum, an omissis præd. denunciationibus, non tamen remissis ab Ordinario, matrimonium celebratum coram parocho, & testibus sit validum? Hanc quæstionem late examinauimus in nostro tractatu de Iuramẽto confirmatorio, prima parte, cap. 51. numero 25. & resoluimus contra plures cũ veriori, & receptiore, & in praxi obtenta sententia præd. matrimonium esse validum: quia præd. denunciationes, etsi sint de præcepto, non tamen sunt de essentia, & substantia matrimonij, vt patet ex verbis Concilij statim sequentibus ibi: qui aliter, quam præsente parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, &c. vbi ad valorem formalẽ matrimonij non requirit illud de denunciationibus, quod præmiserat: probatur etiam, quia olim validũ erat huiusmodi matrimonium omissis denunciationibus, vt definitur in d. Sancto Concilio Tridentino: ergo & hodie, quia nihil innouatur circa hoc, sed id, quod statutum erat in Concilio Lateranen. quia in desuetudinem passim abibat, in priſtinam obligationem, & statum Cõcilium Tridentinum restituit, vt patet ex eius verbis modo relatis, ibi: Sacri Concilij Lateranensis vestigijs inhærendo.

3 Deinde speciale est in matrimonio, ne ex simplici prohibitione absque clausula irritante annulletur, Decius in cap. secundo, de testib. numero 17. in versic. secus si temporalis sit: Rota nouissima diuersorũ tomo 1. decisione 750. numero 3. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. disputatione 5. sub numero 3. sed Decretum irritãs super hoc non ponitur in Concil. Tridentino: ergo validum proculdubio est matrimonium corã parocho, & testibus omissis denunciationibus celebratum: quã etiã sententiam probauimus de Iuramento cõfirmat. prima parte, cap. 51. numero 25. & lib. 2. practic. quæstione 4. numero 13. & plures alios citans, & nos sequitur nouissime Thom. Sanchez d. numero 3. nec non plurimos idem tenentes congerens contra Menoch. & alios Zeuallos practic. quæstionum Comm. contra Commun. quæstione 604. num. 48.

4 Secundo est obseruandum peccatum esse mortale, denunciationes prædictas absque debita dispensatione omittere, vt docuimus de Iuramento confirmat. prima parte cap. 51. numero 29. & tenet Alphons. à Veracruce in appendic. ad Specul. coniugio. dubio 11. & Salzed. in addit. ad practic. crimin. Bernardi Diaz de Lugo, cap. 73. additione 2. versic. quintus est, in suo Specul. testam. glosia 15. numero 26. Didac. Perez in l. prima, titulo 1. lib. 5. Ordinam. columna 26. ad fin. Petr. de Ledesma de matrim. quæstione 45. articulo 5. pagina 186. versic. sed aliud est dubium, Doctor Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. numero 20. vbi etiam loquitur, quando contraxerunt inualide, quos refert, & sequitur Zeuall. in d. conclusione 604. numero 85. & alios plures referens Thomas Sanchez d. disputatione 5. numero 6. aduersus Sotum, & numero septimo limitat, quando certum esset moraliter nullum subesse impedimentũ, & parochus omitteret aliquam ex tribus denunciationibus, vel ante matrimoniũ, vel postea ante eius consummationem cũ Veracruce, & Petro de Ledesma, quos refert: ex iusta namque causa contrahendi sine denunciationibus non est peccatum eas omittere, vt cum Didac. Perez, & Spino vbi supra tenet Zeuallos etiam vbi supra, numero 87. Addit similiter Sanchez vbi supra esse mortale, si non fierent denunciationes in parochia vtriusque contrahentis: improbatque Enriquez dicentẽ esse peccatum mortale, nisi fiant tribus festis continuis, licet fiant ter interpollate, quia contrauenitur præcepto Concilij Tridentini: sed hoc rigidum videtur, vt bene inquit Sanchez, quia materia non adeo grauis apponet, nisi magnum intercederet spatium inter vnam, & alteram denunciationem.

5 Tertio obseruandum est, omissis alijs opinionibus: denunciationes præd. faciẽdas

das esse in vtriusque contrahentis parochia, quando diuersarum parochiarum sunt, vt patet ex d. Decreto Concilij in illis verbis: ter à proprio contrahentium parocho, quod etiã postulat finis ob quẽ præd. denunciationes præcipiuntur fieri, nempe, vt scientes contrahentium impedimenta, illa detegant: & in terminis ita tenet Segura de Aualos dicens, sic declarasse Cardinales in secunda parte sui Directorij, cap. 16. numero 19. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 7. numero 1. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. puncto 3. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ in secunda editione, cap. 217. numero 6. & ita fit quotidie, vt videmus, & praxis ipsa testatur secund. Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 6 numero 4. debentq; fieri à proprio contrahentium parocho, vel alio Clerico de ipsius licentia, vt tenent DD. in cap. final. de clandestin. desponsat. & probatur à fortiori in dicto Decreto Concilij, ibi, vel alio Sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia, & ita se quoque habet praxis communis, & tenent vbi supra Manuel, & Sanchez numero 5.

6 Quarto, quod debent hæ denunciationes fieri in vtriusque parochijs, vbi diutius versari sunt contrahere volentes, & principaliorem habent larem, & verisimilius est fore, quod sciantur impedimenta, & ita merito Innocentius, & communiter Scribentes in d. cap. final. & Greg. Lopez in l. 1. verb. *en la Iglesia*, titulo 3. partita 4. affirmant faciendas esse in Ecclesia vbi est parentum vtriusque antiqua habitatio, quia ibi melius scientur impedimenta, & ita etiam tenet Segur. vbi supra, cap. 16. numero 19. dicens sic declarasse Cardinales, quem refert, & sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 6 num. 7.

Addit Segura vbi supra, numero 20. & 21. & Sanchez numero 8. quod tres dies continui festiui, quibus monitiones fieri debent iuxta præceptum Concilij Trident. non debeant ita immediate subsequi, quin aliquod dierũ interuallum intercedat, vt decretum fuit in Concilio Colonien. & in Concilio Prouincial. Moguntin. & vt supperatat tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta, vt cõsequi possit finis intentus ex præd. denunciationibus: & præterea eadem ratione probant, quod si vna tantum denunciatio facienda sit, omissis alijs duabus, non statim matrimonium celebrandum est, sed aliquod temporis spatium expectandum est, alias videtur nullius momenti illa denunciatio, & quod hoc prudentis arbitrio attenta notitia quæ communiter habetur contrahentium, & impedimentorum periculo relinquendum est: idem referunt Petr. Cened. in sua collectan. 58. ad Decretales numero 11. & Zeuallos vbi supra, numero 43. & inquit Sanchez d. numero 8. in fine, quod communiter satis videtur, si duo dies intercedant inter vnã, & alteram monitionem: credo tamen in praxi hoc non seruari ea ratione, quia Concilium Tridentinum id non præcepit, neque declarat: Ordinarius tamen, quando remittit vnam, vel alteram denunciationem, recte faciet, si post primam aliquod temporis spatium, breue tamen suo arbitrio, iubeat expectari, antequam matrimonium celebretur, licèt nec hoc videã iubere nec obseruari.

7 Et quamuis præd. denunciationes regulariter debeant fieri in Ecclesia inter Missarum solennia, si tamen extra Ecclesiam, in locis competentibus, vt in prædicationibus, magna populi copia consluente, fierent, idem credit esse dicendũ Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio disputatione 6. numero 9. vt in terminis eisdẽ Iuris communis, nempe d. cap. final. de clandest. desponsatione posse fieri extra Ecclesiam, in hoc casu docent ibi Hostiens. super verb. in Ecclesijs, Ioan. Andr. numero 5. Ant de Butrio numero 16. Anchar. Abb. numero 7. Alex. de Neuo numero 16. Præpos. numero 7. in princip. Summa Rosel. verbo impedimentum, in primo impedimento, numero 15. contra Gardin. in d. cap. fina. numero 3. versic. quid si: quæ merito potest appellari communis sententia, & vera etiam post Concil. Trid. siquidem adhæret in hoc vestigijs Concilij Lateranen. de quo in d. cap. fi. & tamen ei non contradicit, imo militat eadem ratio respectu finis intenti, ex eo quod denũciationes fiunt in Ecclesijs,

hoc

hoc est, vt facilius detegantur impedimẽ-
ta, si quæ sunt, ad impedienda matrimonia
contrahenda, & dirimenda iam contra-
cta.

8 Imo eadem ratione infert Sanchez
ibi numero 10. idem dicendum esse, quã-
do non esset dies festiua, sed ex aliqua cau
sa adesset magnus concursus populi ad
Ecclesiam, vt quia esset festus vocationis
dies illius Ecclesiæ, vel quia insignis con-
cionator habet concionem, quia satisfit
Concilij fini, & eadem prorsus militatra
tio; & nihil aliud allegat: sed nihilominus
probari, & teneri potest hæc opinio, quã-
uis adhuc subsisto, nec video, aut scio eã
opin. practicari cum excedat literam, &
verba Sacri Concilij Tridentini, & sit præ
terea, valebit tamen matrimonium hac in
specie celebratum coram parocho, & te-
stibus si nullum adsit dirimens impedimẽ-
tum.

9 Quinto principaliter est obseruandũ
Episcopum posse hodie post Concilium
Trident. dispensare, vt omittantur prædi
ctæ tres denunciationes, vel aliqua earum
ante, & post matrimonij consummatio-
nem, vt cauetur in eodem Decreto San-
cti Concilij supra citato: diximus lib. pri-
mo Canonic. quæ tionum, cap. 10. num.
10. & 11. & Segura in suo Directorio iu-
dicum Eccles. secunda parte, cap. 16. nu-
mero 5. affirmans id ita declarasse Illu-
strissimos Cardinales, & sequitur Zeua-
llos practicarum quæstionum Cõmun.
contra Communes, quæstione 604. nu-
mero 90. idem poterũt habentes iurisdi-
ctionem quasi Episcopalẽ, nullique Dioe-
cesano subditi, vt tenet Nauar. lib. 4. con-
sil. in prima editione, titulo de sponsal. cõ-
sil. 5. in secunda, titulo de clandest. despõ
satione, consil. 2. Enriquez lib. 11. de ma-
trim. cap. 5. num. 5. Manuel Rodriguez
in primo tom. suæ Summæ in secunda edi
tione, cap. 217. numero 4. vbi idem asse-
rit de Magistro Scholæ Salmantin. respe-
ctu Scholasticorum, qui in matricula de-
scripti sunt; quod verum esse dicit Thom.
Sanch. d. lib. 3. de matrimonio, disputatio-
ne 7. numero 4. ad finem, si priuilegium
habeat: addens idem posse eadem ratione
omnes Prælatos habentes iurisdictionem
quasi Episcopalem.

10 Et, qui possint dispensare in hoc, pote
runt similiter ex iusta causa breuiare, vel
prolongare denunciationum tempora se
cundum Secur. Daualos vbi supra, nume-
ro 3. & Sanchez numero 9. imo poterunt
etiam cum iusta causa dispensare, ne de-
nunciationes fiãt diebus festiuis, sed in fe-
rialibus, quia hoc minus est, quam remit-
tere; & cui licet, quod est plus, licet etiam,
quod est maius, vt in regula iuris vulgari
ita tenet Barthol. à Ledesma de matrimo-
nio, dubio 21. folio 1338. quem sequitur
Sanchez vbi supra, numero 6. aduersus Se
guram in secunda parte sui Instructo. ca.
16. numero 17. dicentem sic esse declara-
tum à Cardinalibus, sed forte illa declara-
tio fuit, non posse hoc ordinarie Episco-
pum facere, secus in casu speciali ob iustas
causas, non enim videtur ex causa hoc de-
negatum Episcopo, siquidem, quod plus
est, sibi conceditur, Ordinarius præterea
alterius contrahentis potest cum vtro-
que dispensare in denunciationibus, sicut
potest alter Prælatus ratione connexio-
nis, vtrumque copulare matrimonio, vt
suo loco dicemus, & in terminis ita tenet
Sanch. vbi supra, numero 7. quod præma
xime procedit in Prælato illius, in cuius
parochia celebratur matrimoniũ; & quã-
uis idem posset alter Prælatus, nihilomi-
nus tamen, si ille nollet stare huiusmodi
remissioni, non sineret matrimonium si-
ne denunciationibus celebrari.

11 Sexto est obseruãdum, Vicarium Ge-
neralem Episcopi posse absque speciali
delegatione dispensare in his denuncia-
tionibus, quia hic est Ordinarius, siquidẽ
habet vices Episcopi, vt probat late Tho-
mas Sanchez lib. 3. de matrimonio dispu-
tatione 29. numero 3. & 5. & Concilium
de Ordinario loquitur, & quando voluit
excludere Vicarium, id expressit, vt in ea-
dem sessione 24. cap. 6. de reformatione
ibi, & non eorum Vicarijs, & in terminis
ita probaui, & tenui lib. 1. Canonic. quæ-
stionum, cap. 19. numero 15. & Segura
cap. 16. numero 2. & 3. Salzedo dicens
quod praxis totius Orbis sic recepit, in
practica criminali Canonica. cap. 73. in
princip. Iacob. Sbrotius de Vicario Epis-
copi lib. 2. quæstione 201. numero 1. cum
sequẽtibus, & quæstione 43. numero 28.
& 29.

& 29. Veracrúz in appendic. ad Specul.
coniug. dubio primo, folio 4. columna 2.
in fin. Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ Sũ-
mæ in secunda editione, cap. 217. num. 4.
vbi quod Vicarij Ordinis Diui Ioannis
possunt dispensare in his denunciationi-
bus, quia sunt Ordinarij Ecclesiarum suis
Vicarijs subditarum: vtrumque sequitur,
& probat Thomas Sanchez vbi supra, nu
mero 10. & 11. Vicarij tamen Episcopi
Foranei dispensare non poterũt in his de-
nunciationibus absque speciali commis-
sione, quia sunt delegati ad speciales cau-
sas secund. Verãcruc. vbi supra, dubio 1.
in fine, Manuel Rodrig. vbi supra, & Ze-
uallos etiam vbi supra, numero 398. Tho.
Sanchez numero 12. vbi numero 13. no-
biscum vbi supra numero 15. quod est in-
telligenda præd. sententia affirmatiua de
Vicario Episcopi Generali, quod possit
dispensare in his denunciationibus, nisi
Episcopus facultatem dispensandi in eis
sibi reseruaret, quia tunc Vicarius Gene-
ralis Episcopi non posset dispensare: quia
sicut potest Episcopus totum officium re
uocare, ita & partem.

Ex quibus fit, vt minime sint audiendi,
qui tenuerunt partem negatiuam, nempe
Vicarium Generalem Episcopi, minime
posse dispensare in præd. denunciationi-
bus matrimonij, prout fuerunt Patres cõ-
gregati in Concilio Prouinciali Toletan.
Ann. 1583. quos refert Segur. vbi supra,
quam etiam opinionem tenuerunt Meno
ch. consilio 69. numero 55. cum sequen-
ti, volumine 1. & lib. 2. de arbitr. iud. cen-
turia 5. casu 453. numero 5. Cephal. con-
silio 421. à numero 72. vsque ad 75. volu-
mine 3. Paz in sua practic. 2. tom. prælud.
3. in fi. Spino in Specul. testam. glos. 15.
numero 29. Henriquez dicens, sic decla-
rasse Cardinales lib. 11. de matrimonio, ca
pit. 5. numero 5. & Anton. Gom. in ex-
positione Bullæ Cruciatæ, cap. 4. num. 19.
& 21. non enim est probabile, nec verum
ex supradictis, licet aliud dicat Scilicet,
quod est probabile, Thom. Sanchez d. dis
putatione 7. numero 9. Sed prior opinio
vsu, & moribus recepta est, vt diximus
vbi supra, & in iure potissima habet funda
menta, secundum Zeuall. d. quæstione
604. num. 92. ad fi.

12 Ex quibus sit non posse parochum re
mittere præd. denunciationes, seu dispen
sare, vt matrimonium celebretur eis non
præmissis propter matrimonij impedimẽ
ti suspitionem, etiamsi constitutio Syno-
dalis, vel Episcopus sibi hoc non reserua-
uerit, vt late probauimus lib. 1. Canonic.
quæstionum, cap. 19. numero 6. Segur.
vbi supra, numero 5. Nauar. lib. 4. consil.
titulo de clandestin. dispens. consilio 1.
Menoch. d. consilio 69. numero 61. volu
mine 1. Cephal. etiam vbi supra, numero
72. vsque ad numerum 75. Veracruz sibi
contrarius in appendic. ad Specul. cõiug.
lib. 1. propositione 6. versic. ex quo appa
ret, Henriquez lib. 11. de matrimonio, ca.
5. & dicit esse probabilem Petr. de Ledes-
ma de matrimonio, quæstione 45. articu-
lo 5. circa tertium pũctum, dubio primo,
licet aliud ibi ipse teneat, sequitur etiam
alios referens Zeuall. d. q. 604. Thom.
Sanch. vbi sup. nu. 17. contra Petrum de
Ledes. & alios, quos prius citauerat nu-
mero præcedenti, & d. numero 17. in fi.
inquit nos bene docere vbi supra, nume-
ro 3. & de iuramento confirmatorio pri-
ma parte, cap 51. numero 25. parochum
propria authoritate omittentem præd. de
nunciationes in casu suspitionis malitiosi
impedimenti posse arbitrio Ordinarij pu-
niri.

13 An autem Episcopus possit alicui dele
gare facultatem dispensandi in his denun
ciationibus, negant Menoch. vbi supra; d.
consilio 69. à numero 55. volumine 1. &
Cephal. d. cõsilio 421. à numero 72. volu-
mine 1. quia dum eligitur personæ indu-
stria ad aliquod munus subeundum, id de
legari non potest, cap. fi. §. is autẽ de offi
cio delegat. & cap. is cui, eodem titulo, in
6. Sed in hac dispensatione eligitur indu-
stria Episcopi, cuius iudicio, & prudẽtiæ,
hoc est Ordinarij, Concil. Trident. hoc
remittit, vt patet ex eo in d. sessione 24.
cap. primo, in Decret. de reformatione
matrim. igitur, &c. Præterea, hoc nego-
tium tanquam tangens causam matrimo-
nialem est arduum: ergo censetur electa
ad id industria certæ personæ, vt tenent
plures DD. quos refert, & sequitur idem
Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæstione
54. numero 11. & 12. & quæstione 68.
num.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. 15. & constat ex d. cap. is cui, de officio delegat. in 6.

Rursus Henriquez lib. 1. de matrimonio, cap. 5. nu. 5. censet posse Episcopũ Generali eius Vicario delegare facultatẽ dispẽsandi in præd. denũciationibus, alijs vero non, nisi in vna vel altera causa.

Verius tamen est posse Episcopũ Generaliter hanc facultatem delegare, quia iure ordinario sibi competit, cum concedatur indistincte à Sacro Concil. Trident. omnibus Ordinarijs in perpetuum, vt bene probat, & tenet hanc opinionem in terminis Thom. Sanchez d. lib. 3. disputatione 7. numero 20. & ante eum Spino glos. 15. numero 29. Paz, & Ledesm. quos refert, & sequitur Zeuall. vbi supra, numero 93. & 99. Non enim vniuersaliter verum est eligi personæ industriam, vbi negotium est arduum, & committitur prudentiæ alicuius: quia fallit quando delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatę, vt Prælatis præsentibus, & futuris, vt hic contingit, & docent plures, quos ad hoc ibi citat, & randem numero 21. bene probat posse Generalẽ Episcopi Vicariũ, hanc facultatem dispensandi in denunciationibus delegare, quia est Ordinarius, & licet non possit alium Vicarium instituere, vt in cap. Clericos de officio Vicar. potest tamen vnam vel alteram causam delegare secundum plures DD. & glossas, quas ibi refert.

14 Denique in calce huius capitis illud obseruandum est, quod concessa licentia Sacerdoti, vt assistat matrimonio dummodo sponsis præcipiat, ne consumment matrimonium ante denunciationes, si ille assistat, id non monendo, validum erit matrimonium: sicut similiter valebit cõmissione facta Sacerdoti, vt intersit matrimonio præmissis denũciationibus, vel si spõsandi impedimẽto careant, si ille his omissis nec præmissa indagine impedimẽti interfit, si re vera nullum erat impedimentum dirimens, vt late probat Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 33. numero 2. & 3. vbi numero 4. agit, quid dicendum sit, quando in commissione dicitur; cõiunge in matrim. illos, si per solertem indaginem inueneris non esse impedimentum inter eos.

SVMMARIVM Cap. LVII.

CAVSA *iusta requiritur ad dispensandum in denunciationibus ad matrimonium à Sacro Concilio Tridentino requisitis: non tamen requiritur cognitio iudicialis eius, sed satis est, quod Ordinarius ali qua causa rationabili sibi tantũ cognita, has denunciationes remittat, vt in numero 2.*

2 *Causæ iustæ remittendi denunciationes ad matrimonium requisitas multæ sunt, & sufficit quæcumque arbitrio Ordinarij iusta.*

4 *Ordinarius an teneatur dispẽsare in denunciationibus ad matrimonium stãte iusta causa, vel an potius remaneat in sua mera voluntate? vel an ab eius denegatione, quando dispensare tenetur, possit appellari, numero quinto, & an interim si sit graue periculum in mora expediendi dispensationem, nec possit haberi copia iudicis Ordinarij, vt dispenset, possit denunciationibus omissis matrimonium contrahi coram parocho, & testibus, numero 6. & quid quando dispensare non tenetur Ordinarius, vide numero 7.*

8 *Parochus assistens matrimonio absque monitionibus, an & quando excusetur?*

CAPITVLVM LVII.

De dispensatione in denunciationibus ad contrahendum matrimonium.

1 CAVSA iusta proculdubio requiritur ad dispensandum in denunciationibus ad matrimonium contrahendum, de quibus in Sacrosancto Concil. Tridentin. sessione 4. cap. 1. in Decret. de reformatione matrim. cũ hoc non liberæ voluntati, sed iudicio, & prudentiæ Episcopi remittat, quæ verba arbitrium prudenciale, & ratione regulatum important, vt cum alijs probat Menoch. lib. primo de arbitr. quæstione 8. numero 26 cum sequentibus: requiritur ergo iusta causa, & ita in terminis tenet Menoch. consilio 69. numero 62. & 63. & nos docuimus lib. 1. Canonic. quæstionum, cap. 19. numero 6. cum sequentibus, Paz in sua Practica secundo tom. Præludio 3. numero 11. D. Spino in suo Specul. testament. glossa 15. numero 18. Segur. Daualos in suo Direct. Iud. Eccles. secunda parte, cap. 16. numero 17. Salzed. in Practic. crimin. cap. 73. § dispenset, Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 5. numero 5. Manuel Rodriguez in primo tom. suæ Sũmæ in secunda editione, cap. 217. numero 3. Anton. Gomez super Bull. Cruciat. cap. 4. quæstione 4. numero 26. id quod constat inter omnes iustam, scilicet desiderari, causam, vt eos referẽs sequitur Zeuall. Practic. quæstionum Commun. contra Com. quæstione 604. numero 103. & post nos lib. primo Canonic. quæstiõnũ, cap. 19. numero 4. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. disputatione 8. numero primo, addens numero 2. delinquere lethaliter Episcopum absque legitima causa dispensantem, quia materia est grauis, secũdum Paz, & Spinum vbi supra, & alios quos refert, & sequitur Zeuall. vbi supra, folio 105. quod sic indistincte, & generaliter dictum non credo verum absolute loquendo, quia si Prælatus sine causa dispensaret in hoc quando certum esset moraliter, nullum subesse impedimentum, cũ materia sit leuis, non peccaret mortaliter sicut idem Sanchez eodem lib. 3. disputatione quinta, numero 7 credit, parochum omittentem aliquam ex tribus denunciationibus non peccare mortaliter in prædicta specie, & probatur etiam ex traditis per ipsum Thom. Sanchez d. lib. 3. disputatione 10. numero 6. & 7. inquit enim, & probat d. numero 6. cum pluribus alijs Authoribus, quos citat contra nonnullos inter magnates posse licite remitti denunciationes, quia horum matrimonia sunt valde publica, quia sunt valde nota, quare si aliquod impedimentum inter ipsos esset, statim sciretur, & d. numero 7. inquit, idem esse dicendum generaliter, quando nullius impedimenti timor subest, secundum Palud. Sotum, Ledesm. Nauar. & Veg quos ad hoc citat.

2 Nec requiritur cognitio iudicialis causæ huiusmodi, sed satis est, quod Ordinarius ex aliqua causa rationabili sibi tantum cognita has denũciationes remittat, siquidem eas iudicio, & prudentiæ, & sic suæ conscientiæ remittitur per Concilij Tridentin. vt nos iam in praxi obseruauimus, & docuimus vbi supra, numero 12. Zeuallos quæstione 604. numero 104. & latissime cõprobat nos sequutus Thomas Sanchez dicta disputatione 8. numero 4 per totum, aduersus Enriquez, Segurã, & alios, quorũ fundamẽtis late satisfacit ibi numero 3. & numero 5. bene hinc infert, & probat, hãc causæ cognitionem posse fieri sine ordine, & figura iudicij, & testibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus, & etiam extra diœcesim, quia est actus iurisdictionis voluntariæ.

3 Causæ autem legitimæ, atque sufficiẽtes ad dispensandum in præd. denunciationibus multæ sunt: imo sufficit quæcũque arbitrio Ordinarij iusta: quãuis enim Concilium Tridentin. eam solam expresserit, nempe, probabilem suspitionem matitiosi impedimenti, quapropter ex ea sola, & non alia posse Ordinarium in hoc dispensare, nititur probare Cephalus consilio 421. numero 59. 60. & 87. volumine 3. attamen cum totum hoc negotium Concilium remiserit Ordinarij iudicio, & prudentiæ: verius, & pro certo tenendum est, quod modo supra prædiximus, nempe sufficere quamcumque causam iustam pro arbitrio Ordinarij, vt probauimus d. ca. 19. à numero 6. & Segur. Daualos in secũda parte Director. Iudic. Eccle siastic. cap. 16. numero 5. dicens, sic declarasse Cardinales, & Manuel Rodrig. vbi supra, numero 3. & Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 9. numero 2. debet autem Ordinarius ad hoc informari, an aliqua impedimenta subsint inter volentes contrahere matrimoniũ, ne periculo exponatur coniungendi eos, qui sunt impediti, & pro securitate suæ cõscientiæ, secundum Paludan. in quarto, distinctione 28. quæstione 2. articulo 3. conclusione 2. numero 20. & Sanchez vbi supra, numero etiam 29. qui numero 3. cũ sequen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequentibus, per totam illam disputationē duodecim causas congerit cum suis fundamentis, & Authoribus ob quas licet remittere præfatas denunciationes, de quibus etiam agit Zeuallos vbi supra, num. 106. cum sequentibus, & nos quoque de pluribus egimus lib. primo Canonic. quæstionum, cap. 20.

4 Illa autem quæstio in proposito difficilis est, an existenti iusta causa dispensandi in denunciationibus, teneatur Ordinarius ad petitionem partis dispēsare sub pœna peccati mortalis? in quo articulo generaliter loquendo in quacumque dispensatione duas opiniones cum suis Authoribus, & fundamentis refert Thomas Sanchez lib. tertio de matrimonio, disputatione 10. numero 2. & 3. Primam affirmatiuam, quam dicit esse probabilem: secundam, cui adhæret, quæ habet, non semper existente iusta causa dispensationem esse debitam, sed quandoque: quandoque vero esse gratiam: debitam, quando ius disponit, Prælatum in aliquo casu debere dispensare, prout in specie nostræ quæstionis de denunciationibus omittendis velle videtur Concilium Tridentin. vbi supra, dum agit de dispensatione facienda per Ordinarium in præd. denunciationibus ob expressam illā causam suspitionis malitiosi impedimenti inuens, vt si sit illa dispenset: ergo tenetur Episcopus id facere, vt resoluimus lib. primo Canonic. quæstionum, cap. 20. numero 23. vers. præterea Ordinarij, vel quoties in dispensatione vtilitas publica versatur, vt quia vitatur scandalum, aut Ecclesiæ multo vtilior est: Gratiam, quoties solum dispensatio necessaria est cōpetentis vtilitate, vt asserit Sanchez dict. disputatione 10. num 4. & 5.

Quare secundum ipsum ibi numero 6. in proposito nostræ quæstionis distinguendum est, vt Ordinarius dispensare teneatur in casibus, in quibus scandalum sequeretur, vel est suspitio malitiosi impedimēti, vt nos prius tenuimus: expedit enim bono publico ne matrimonia malitiose, vi, aut fraudibus impediantur: & quando subditis expedit valde ad bonum animæ, aut corporis dispensatio, vt quando vir de florauit fœminā, & est periculū mutationis volūtatis viri, vel contrahentes sunt in peccato cōcubinatus, & illo pacto, animæ suæ saluti consulent, periculumque est in mora, vel morti vicinus ducere vult concubinam, quo legitimat prolem, vel, vt in bono statu decedat: quare, si citra iustam causam maioris doni Prælatus dispensationem tunc negat, reus erit culpæ: secus quando nullum publicum, aut priuatum notabile damnum sequitur, vt quando senex cum iuuencula, vel duo senes contrahere volunt, vel quando nullus est timor impedimenti inter contrahētes, vel sunt magnates, & in similibus causis; tunc enim licet Ordinarius possit dispensare, non tamen tenetur, vt ibi late probat vtrumque distinctionis membrum.

5 Ex qua resolutione verissima primo deducitur, quod nolente Ordinario dispensare, existente iusta causa dispensationis, impedimenti malitiosi, vel alia ex qua tenebatur dispensare iuxta primum mēbrum præd. distinctionis, poterit ab eo appellari de denegatione dispensationis saltem, quoad effectum deuolutiuum, si vero subsit causa ex qua Ordinarius poterat dispensare, non vero tenebatur, & ita denegauit, quoad neutrum effectum habebit locum appellatio, sed poterit misericorditer officium superioris implorari, vt si ex misericordia velit dispensare, dispenset, vel cogat inferiorem, vt dispenset, vt post longam discusionem, & opinionum varietatem concludit bene Thomas Sanchez d. lib. 3. de matrimonio, disputatione 10. numero 22. 23. & 24.

6 Secundo infertur, quod in casibus primi membri distinctionis prædictæ, hoc est, quoties Episcopus tenetur dispensare, si sit graue periculum in mora expectandi dispensationem, nec possit haberi copia iudicis Ordinarij, vt dispenset, potest illis omissis contrahi matrimonium, intelligecorā parocho, & testibus, vt late probat Sanchez vbi supra, numero 27. & 28. qui numero 29. idem tenet, quando in eisdem casibus, quibus tenetur Episcopus dispensare absque legitima causa dispensationem deneget, quia cum sit debita, iniusteque denegetur, perinde est ac si concederetur, vt tenent plures Authores, quos ipsemet refert: hoc tamen vltimū quoad

forum conscientiæ tantum, verum esse credo, secus quoad iudicialem, quia propter contemptum, & contrauentionem denegationis Ordinarij poterunt sic contrahentes arbitrarie puniri, licet matrimonium validum sit, nisi aliud obstat.

7 Si vero concurrant aliæ causæ iustæ dispensandi, ex quibus non tenetur Episcopus dispensare, quamuis possit, vt in secundo membro præfatæ distinctionis, nempe, quando contrahentes sunt magnates, aut non est timor impedimenti, aut ob verecundiam, quia sunt notabiliter dispares, nolunt publice contrahere; nequeunt, si Episcopi copia desit, vel dispensationem absque causa neget, absque denunciationibus inire matrimonium, vt etiam probat Sanchez vbi supra, num. 30.

8 Parochus autem assistens matrimonio omissis denunciationibus timore mortis sibi comminatæ non peccat, ac proinde puniri non poterit, quia præcepta Ecclesiæ non obligant eo cum rigore, secund. Petrum de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo quinto, puncto tertio, dubio secundo, in fine: Vega in summa lib. sexto, casu 116. quod verum intelligit Sanchez vbi supra, numero 31. nisi Tyrānus in contemptum denūciationum mortem comminetur, tunc namque tenetur parochus potius illam subire, vt in omnibus præceptis Ecclesiasticis fatentur vniuersi: secundo ipse verum intelligit præcedens dictum, nisi mortis comminatio esset commentitia, fraudulenta, vel simulata, ipseque parochus fraudis, simulationisque prædictæ particeps, vt hoc figmēto à punitione Ordinarij liberaretur, tunc grauius esset puniendus arbitrio ipsius propter dolum, & fraudem admissam constito de hoc.

SVMMARIVM Cap. LVIII.

1 *SPONSI cognoscentes se carnaliter remissis denunciationibus ab Ordinario ante celebrationem matrimonij, dummodo postea fiant, & interim se non cognoscant sub pœna excommunicationis, procul dubio contrafacientes peccabunt mortaliter, & quid si nulla pœna adijciatur contra facientibus? numero secundo.*

3 *Matrimonium consummare, ante benedictiones Ecclesiæ, an sit peccatū, & quod? & an tunc negare debitum sit peccatum? numero quarto.*

CAPITVLVM LVIII.

An licitum sit matrimonium cōsummare ante monitiones, vel post, ante benedictiones tamē Ecclesiæ, hoc est, velationes?

1 QVANDO Ordinarius non dispensat, vt omnino denunciationes matrimonij contrahendi remittantur, sed tantum ne matrimonio præmittantur, dummodo postea fiant, & interim se non cognoscant carnaliter coniuges sub pœna excommunicationis, procul dubio est, contra facientes peccare mortaliter, vt bene probat Petrus de Ledesma de matrimon. quæstione 45. articulo quinto, puncto tertio, dubio primo, §. sed nos dicimus folio 186.

2 Quod si Ordinarius tantū absque vlla pœna præcipiat, quod monitiones fiant cōtracto iā matrimonio, dubiū est, an tūc, vel quoties contrahentes id contrahunt licite, aut illicite cōsummando matrimoniū ante denunciationes, peccent mortaliter, necne? In hoc articulo duæ sunt opiniones, vna negatiua, quando ex parte parochi, vel contrahentium adhibita est diligētia sufficiēs ad cognoscendū, an esset aliquod impedimentum matrimonium dirimens, & non reperitur esse tale, & præcipue, quando contrahentes breui tempore vellent sic manere, animo postea publicandi, ita tenēt nōnulli Authores: altera opinio est affirmatiua, tam ante Concilium Tridentinum, quā postea, & hæc est verior meo iudicio, & tenent eam alij, quos refert, & sequitur bene eā probans Thom. Sanch. de matrim. lib. 3. disputatione 11. nu. 3. qui num. præcedenti refert fundamēta, & Authores primæ opinionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

negatiuæ, & numero 4. idem recte probat in copulis subsequutibus non solum in prima eadem ratione.

3 Circa secundum, de quo in titulo huius capitis, an licitum sit, necne post contractum matrimonium de præsenti, & monitiones factas, ipsum matrimonium consummare ante benedictiones Ecclesiæ? in quo articulo quatuor opiniones principales cum suis Authoribus, & fundamentis refert Thomas Sanchez lib. tertio de matrimonio, disputatione 12. per totam: prima ait esse peccatum mortale: secunda habet esse mortale pro prima vice tantum: tertia asserit, tantum esse prohibitum petere ante benedictiones, non autem reddere: quarta verior, & magis communis, atque tenenda affirmat non esse peccatum mortale consummare matrimonium, siue petendo, siue reddendo ante benedictiones Ecclesiæ, si desit contemptus: quia Concilium Tridentinum de hac re loquens sessione 24. capit. primo, in Decreto de reformatione matrimonij, non præcipit, sed hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent: si ergo iudicaret esse mortale, non hortaretur, sed præciperet, & ideo hanc sententiam tenent plurimi Authores, quos refert Thomas Sanchez d. disputatione 12. numero quarto, qui numero quinto, & sexto refert alios plures Authores tenentes, esse saltem peccatum veniale: & alios plures hoc negantes: eandem quartam sententiam probare videtur Zeualios in suis Communib. contra Commun. quæst. 604. num. 133.

Ipse vero Sanchez rem hanc quibusdam conclusionibus recte absoluit: Primum certum reputat, non esse peccatum mortale consummare matrimonium ante benedictiones Ecclesiæ, quinimo & probabilius reputat, non esse etiam peccatum veniale: imo cum nonnullis Authoribus reputat, esse sanum consilium aliquando consummare ante benedictiones, nempe, quando ex aliqua iusta causa benedictiones Ecclesiæ differuntur, estque periculum incontinentiæ: limitatque hanc conclusionem numero octauo, nisi adsit contemptus: non tamen esse huiusmodi contemptum, licet aliquis scienter ante benedictiones consummet non curans de hoc, quia tunc credit, vel nullam esse culpam, vel ad summum venialem: limitat præterea numero nono, nisi scandalum sequatur. Item numero decimo, nisi excommunicatio lata sit in ea diœcesi aduersus eos, qui non præmissis benedictionibus matrimonium consummant, quia tunc esset culpa lethalis. pro qua sola infligi excommunicatio potest: ita refert tenere Petrum de Ledesma, Manuel. Rodriguez, & Enriquez: ipse tamen Sanchez vbi supra late probat contrarium, existimans talem excommunicationem, minime ligare, nec efficere esse culpam mortalem consummare matrimonium ante benedictiones. Ego vero etsi probem libenter cætera omnia à præd. Thoma Sanchez in hac sua prima conclusione tradita: hoc vltimum de excommunicatione, quod non liget in præmissa specie, minime teneo, sed potius contrariam sententiam cum supra relatis Authoribus eam tenentibus: quoniam etsi diceremus præd. excommunicationem iniustam esse, quod nondum affirmo; sententia tamen Pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est, vt ait Diuus Gregorius, nullam vero esse prædict. excommunicationis sententiam, dicere non auderem: quare veram esse credo hanc, de qua agimus, opinionem contra Thom. Sanchez.

Secundo, principalis in hac materia conclusio Thom. Sanchez est: quod quãuis esset peccatum consummare matrimonium ante Ecclesiæ benedictiones, id tamen esset verum de priori copula, non tamen de vlterioribus: quia ea exhortatio eo tendere videtur, vt debitus ordo seruetur, & reuerentia benedictionibus debita præmittendo eas priori copulæ, qua matrimoniũ legitime cõsummatur, qua habita, seruari amplius non potest: secus est, vt prædiximus hoc eodem capite in primo dubio, quãdo cõsummatur matrimoniũ ante denũciationes, quia ea prohibitio est propter impedimẽti timorem, quod per denũciationes detegi potest; quæ ratio militat etiam in sequentibus copulis. Ter-

4 Tertio, numero 12. concludit Sãchez vbi supra, & bene, quod si esset culpa consummare matrimonium ante benedictiones Ecclesiæ tam petens, quam reddens peccaret: addit numero 13. hinc inferri, quod si esset culpa consummare ante benedictiones Ecclesiæ, neuter coniugum teneretur tunc alteri reddere, quia non petit debito tempore, vt docent plures Authores, quos ibi refert: quare cum sit opinio probabilis esse veniale, poterit coniux huic sententiæ adhærere, sicque nega re debitum ante Ecclesiæ benedictiones, etiam transacto bimestri ad deliberandũ de religionis ingressu, vt docet Victoria ab eo citatus, & colligitur ex reliquis Doctoribus: ante bimestre autem, etiam benedictionibus adhibitis neuter coniugum reddere tenetur iuxta supra resolata, sed tenendo esse solum consilium, præmittere benedictiones consummationi matrimonij non erit vllum peccatum, nec veniale: transacto bimestri à contractu matrimonij, tenetur vterque coniux debitũ petenti reddere, quamuis benedictiones adhibitæ non sint, vt tenet Sanchez vbi supra, numero 13. ad fin. quomodo autẽ procedat, & intelligatur illud, quod intra biennium coniux non teneatur alteri coniugi debitum reddere diximus vbi supra, quod nunc iterum subintelligendum esse censeo.

SVMMARIVM Cap. LIX.

1 DENVNCIARE *quis non teneatur impedimentum, quod testibus probare non potest, sed contrarium probatur numero secundo, in versic. nihilominus tamen, limitatur numero quarto, ampliatur numero 5. cum sequentibus.*

2 *Denunciare nemo tenet, quod probare nõ potest.*

3 *Correctio fraterna præcedere debet, ante quam impedimentum occultum denuncietur, si probabilis spes sit, quod proderit.*

6 *Manifestanda sunt commissa alij secreto, vbi vergunt in damnũ publicũ, aut tertiæ personæ imminẽs in futurum.*

7 *Secreta tenetur manifestare quis, quando petuntur tantum ad peccati cognitionem; & quid quando quis ea accepit sub confessionis secreto naturali, no vero in confessione sacramentali, vt in numero 8.*

10 *Conscius impedimenti ex solo audita, an teneatur id denunciare? & numeris sequentibus.*

13 *Conscius impedimenti occulti, si nouit contrahentes impetrasse dispensationem pro foro conscientiæ, an teneatur id denunciare?*

14 *Dispensationis Apostolicæ index Cõmissarius, an possit interrogare cõtrahere volẽtes matrimoniũ, an se carnaliter cognouerint quãdo in dispensatione mentio facta non sit copulæ.*

CAPITVLVM LIX.

An teneatur quis denunciare impedimentum occultum?

1 IS qui impedimentum testibus probare non potest, nõ tenetur id denunciare, vt tenẽt nõnulli Authores, quos refert, & sequitur supplementum Gabriel. distinctione 28. quæstione 2. articulo 3. dubio penultimo, idẽ probat Maior. in quarto distinctione 21. quæstione 2. argumento 3. quando impedimentum oritur ex peccato occulto.

2 Nemo enim denũciare tenetur, quod probare non potest, vt docuimus lib. 1. Canonic quæstionum, cap. 11. numero 21. in principio, cum Nauar. & tenet Sũmistæ, Rosel. verbo confessionis celatio, numero 13. in fin. Angel. verbo confessio 8. numero 22. Enriquez lib. 13. de excommunicatione, cap. 18. numero 13. vbi alios citat: & Nauar. de restitutione lib. 3. cap. 1. in secunda editione num. 358.

Nihilominus tamen in proposita specie contraria sententia verior est, & tenenda, imo quod quilibet teneatur sub culpa mortali denunciare impedimentã à se notum inter volentes inter se contrahere matrimonium, etiamsi occultum sit, & illud probare non possit, vt probauimus vbi supra, d. numero 21.

& 27. & Couar. in quarto lib. de sponsal. secunda parte, cap.68.§.10. numero 21. & sequitur plurimos referens, eamque bene probans Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 13. numero 2.

3 Ex quibus obseruandum est, hoc procedere præmissa correctione fraterna, si impedimentum occultum ortum habuit ex peccato occulto, si probabilis spes sit, quod præfata correctio fraterna proderit: alias namque frustranea esset, vt obseruat ex alijs Sanchez vbi supra, nu.3. vbi etiam, quod non satis erit ad hoc, monitionem præd. semel fieri, & non prodesse, sed opportere iterum, atque iterũ eam adhibere, quandiu prudẽtis arbitrio speratur correctio per illam secund. D. Thomam Secunda Secundæ, quæstione 33. articulo 8. ad primum, & alios plures, quos refert, nisi periculum sit in mora, vt ibi declarat.

4 Limitatur tamen primo præfata sententia affirmatiua, nisi impedimenti conscius timeat probabiliter magnum scandalum ex denunciatione, quia tunc licet probare posit, & mandatum denunciandi sub pœna excommunicationis factum sit, denũciare nõ tenetur secund. Adrian. in confessione, quæstione 5. dubio 7.§. de secũdo, & §. tertio dico, Nauar. n Manual. cap. 22. numero 83. & nos vbi supra, numero 29. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ in secũda editione, cap. 217. numero 8. & Sanchez vbi supra, numero 5. cum sequenti.

5 Secundo hoc limitant, quando impedimenti conscius accepit illud sub secreto, quia tunc ius naturę obligat seruare secretum, vt cum Paludan. probauimus à contrario sensu vbi supra, numero 27.

Superuenit Thomas Sanchez, qui d. lib. 3. de matrimonio, disputatione 13. numero 6. probat contrarium, nempe teneri quem denunciare, quamuis sub secreto sibi committatur extra confessionis sigillum, vt ait optime docere eundem Paludanum in quarto, distinctione 28. quæstione 2. articul. 5. in tertia pœna, numero 31. in principio. Primo, quia hic non agitur de punitione, nec de alicuius dãno, sed de peccato vitando, & eripiendo denunciatum à morte spirituali sibi imminenti, & cùm vita animæ omnibus rebus præferenda sit, vincit hæc lex tamquam fortior legem de seruãdo naturali secreto, famaque proximi.

6 Secundo, quia commissa alij secreto manifestanda sunt, vbi vergunt in damnũ publicum, aut tertiæ personæ imminens in futurum, secundum D. Thomam communiter receptum 2.2. quæstione 70. articulo primo, ad secundum: diximus vbi supra, numero 48. sed hoc secretum est huiusmodi, quia si est impedimentũ dirimẽs, tendit in præiudiciũ alterius cõiugis bona fide contrahentis, quod si mala vterque contrahat, in præiudicium matrimonij, quod irritum est, & prolis, quæ est illegitima, & in vtriusque æternam damnationẽ, quia permanebũt in concubinatu: si vero impedimentum sit tantum impediens, non vero dirimens, tendit in irreuerentiã sacramenti, & damnationem contrahentis cum eo impedimento, & sæpe in damnum tertij, cui frangitur fides: vt si impedimentum sit priorum sponsalium.

7 Tertio, quia accipiẽs fidẽ secreti, tenetur manifestare, quando petitur tantũ ad peccati remedium, vt inquit Cordub. lib. primo sui quæstion. quæstione 43. dubio secundo, §. secundo, si autem illa reuelatio.

8 Ex quibus omnibus idem dicendum esse infert Sanchez vbi supra, d.num.6. in vers. hinc infertur, quamuis impedimenti conscius illud acceperit sub confessionis secreto, verbi gratia, si ipsi dicatur, hoc tibi detego in confessione, cum tamẽ re vera nõ sit confessio, sed secretum naturale, vt tenent Innocẽtius in cap. omnis vtriusque sexus n.7. & ibi Abb. nu.25. de pœnitent. & remission. & infiniti alij, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, dicẽtes, hũc nõ teneri celare vinculo sigilli sacramẽtalis, teneri tamẽ vi promissionis, si cut si esset confessio sacramentalis, & nõ obligare hoc secretũ plusquã iuramentũ secreti seruãdi, nec quãdo cedit in alicuius dãnũ, nec maiori vinculo, quam alia secreta naturalia: idque procedere ait ex Caietan. & alijs, licet genu flexo, factoq; Crucis signo, & cõfessione dicta hoc secretũ cõmittatur, adhuc enim cõfessionis sigillũ non

non est, quando non detegitur animo verè fatendi, sed tantum gratia dandi, aut petendi consilium, item, necesse confessionis sigillum, quando committens sub illo secreto non intendit omnia peccata fateri, sed illud vnum: intelligitur tamen quando non dicit accusans se tamquam iudici.

9 Quid tenendum circa præd. secundã limitationem principalem? Ego difficilẽ cẽseo articulũ hũc propter hinc inde adducta, & quia graue est secretũ naturale frangere: nihilominus tamen ex supradictis hæc secunda sententia probabilior videtur eo tantum casu, quo denunciatio hæc à conscio impedimenti occulti accepti in secreto facienda, sufficiens esset iux 13
ta iuris dispositionem ad impediendum matrimonium celebrandum, seu id dirimendum; alias secus, quoties præd. denunciatio non prodesset, quo casu procedat limitatio prædicta.

10 Hinc infero primo, quod conscius impedimenti ex solo auditu, si audierat à persona fidedigna teneatur ea non denunciãte, manifestare, quia notitia ex auditu habita à persona fidedigna, est vera notitia fidem faciens, quia potest Prælatus personam fidedignam, à qua denunciator audiuit, citare, eiusque testimonium recipere, Nauar. in cap. inter verba, in secunda editione corolar. 66. numero 290. cum sequentibus 11. quæstione 3. & in Manuali Latino, cap. 25. numero 46. Manuel Rodrig in Summa, primo tom. in secunda editione, cap. 217. numero 9. & de ordine iudiciorum, cap. 4. conclusione 10 numero 12. Sanchez vbi supra, numero 7.

11 Secundo infero secus esse dicendum, si persona, à qua audiuit, nõ sit fidedigna, leuisque reputaretur, eius dicto denuntiãs secundum Nauar. dicto corolar. 66. num. 14
292. & d. cap. 25. num. 46. Cordub. lib. 1. quæstionar. q. 43. dubio 2.§. sexto quando, fol. 348. col. 2. & in Summa, quæstione 64. ad finem, §. *el sexto caso*, diximus lib. 1. Canonic. quæstione 11. numero 71. Nauarra de restitutione lib. 2. in 2. editione, cap. 4. parte 2. dubio 10. num. 108. Manuel Rodrig. d. cap. 4 del orden Iudicial, num. 12. & Sanchez vbi supra.

12 Ex quo idem probo in eo, qui audiuit, & non meminit à quo audierit, vel si audiuit à persona nihil certo scienti, quod tenet Nauar. d. corolar. 66. numero 291. vbi numero sequenti, & Curdub. vbi supra docent esse consulendum huic audiẽti à non fidedignis personis, vt faciat illas testificari; quod reprobat Nauar. d. numero 108. eo quod si personæ non sint fidedignæ, reus exponitur manifesto periculo iniustæ iniuriæ; sed quando impedimentum non est infamatorium, præd. consilium est bonum, quia tunc nullum est periculum in ea manifestatione, forteque proderit, vt impedimentum detegatur, ita & recte Sanchez vbi supra, numero septimo, ad finem.

Vltimo in proposito obseruandũ est, quod si conscius impedimenti occulti nouit contrahentes impetrasse dispensationem occultam pro foro conscientiæ, non tenetur denunciare secund. Thom. Sanchez vbi supra, qui aliud censet, si impedimentum publicum esset: eademque distinctio seruanda est respectu ipsius contrahentis, nam si interrogetur in præd. specie de impedimẽto occulto, nõ tenetur illud fateri, si dispensationem impetrasset pro foro conscientiæ: secus, si esset publica vox de illo impedimento, aut concurrerent alia requisita, ex quibus iudex iuridice roget, idque constaret volenti contrahere, tunc namque tenetur fateri veritatem, vt bene probat idem Sanchez d. lib. 3. de matrimonio, disputatione 14. numero 4. per totum.

Quid autem dicendum erit in præmissa specie, si parochus, aut Ordinarius nouit impedimentum, & impedites obtinuisse dispẽsationem pro solo foro conscientiæ? dicemus capit. statim sequenti.

Vltimo hic differendum est, an in matrimonialibus dispensationibus possint cõtrahere volentes interrogari iuste à iudice, cui commissa est dispensatio, si preces veritate nitantur, an se carnaliter cognouerint, de quo ipsi non sunt infamati, nec de eo aliter constet? in quo Salzedo in practic. criminal. cap. 126.§. vnde merito, inquit, relegandam, & exterminandam quandam consuetudinẽ, quæ potius corruptela est appellãda, recepta in aliqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus tribunalibus, quæ habet, hoc faciendi, quod præmiſimus. Sed inquit Manuel Rodriguez de ordin. iudic. concluſione quarta, numero quarto, ad finem, ibi: *ni por lo dicho, &c.* non eſſe iniquam, & malam præfatam conſuetudinem aliquorum tribunalium, quia diſpẽſatio ſubreptitia eſt tacita copula, iuxta veriorem ſententiã: ergo dũ interrogat iudex de copula, vt diſpenſationis valorem norit, licet occulta ſit, iuridice rogat, tenenturque contrahere volentes fateri, vel non vti diſpenſatione, ſiquidem interrogatio non ideo tendit, vt illi puniantur, ſed vt impediantur vti diſpẽſatione ſubreptitia, & inualide contrahere: quam ſententiam aduerſus Salzed. cum Emanuele Rodrig. tenet etiam Thomas Sãchez lib. 3. de matrimonio diſputatione 14. numero 3. vbi quod eſſet tamen vera doctrina illa, ſi interrogatio copulæ minime ad diſpenſationis valorem conduceret: ego vero ceſſante præd. conſuetudine interrogandi de copula occulta, minime de ea interrogarem, quandoquidem Summus Pontifex id non præcipit in diſpenſatione, & praxis huius Epiſcopatus Ciuitat. ita ſe habet, vt in præmiſſa ſpecie occultæ copulæ dum aliud non noſcitur, præd. interrogatio non fiat: ſed verificatis precibus fit diſpenſatio iuxta tenorem Bullæ diſpenſationis.

SVMMARIVM Cap. LX.

1 PAROCHVS *regulariter, factis denunciationibus in Eccleſia iuxta formam Concilij Tridentini, ſi nullum opponatur impedimentum, poteſt, nulla exquiſita Ordinarij licentia, matrimonio aſſiſtere, contrahenteſque matrimonio copulare.*

2 *Parochus oppoſito impedimento poteſt interdicere matrimonium, non autem de impedimento cognoſcere, ſed debet rem Ordinario remittere.*

3 *Parochus non poteſt aſſiſtere matrimonio frangentis aliorum ſponſalium fidem, ſed tenetur remittere ad Ordinarium.*

4 *Parochus aſſiſtere non debet matrimonio eorum, quorum alter faſſus eſt, votum emiſiſſe, ſed eo non teneri, quia ficte vouit, ampliatur numero quinto, vbi numero ſexto, quid, quando parocho vel iudici Ordinario denunciatur impedimentum?*

7 *Notarius, aut iudex, cui contrahere volens fatetur ſe aliquo impedimento laborare, obtinuiſſe tamen eius diſpenſationem pro foro conſcientiæ, an poſſit id non ſcribere, ſed admonere illum vt taceat, &c.*

8 *Contrahentes matrimonium, an ſcire debeãt prius Doctrinam Chriſtianam?*

9 *Parochus tenetur habere librum, & in eo ſcribere coniugum, & teſtium nomina, & cætera, vt hic.*

10 *Parochus, vel Ordinarius, qui nouit impedimentum inter volentes contrahere matrimonium, quid facere debeat?*

11 *Sigillum confeſſionis ſacramentalis obligat, non ſolum reſpectu aliorum, ſed etiam ipſius pœnitentis.*

CAPITVLVM LX.

Ordinarius, vel parochus conſcius impedimenti, an teneatur, vel poſſit contrahere volentes, matrimonio copulare?

1 PRO huius quæſtionis planiori intelligentia ſupponimus primo regulariter, parochũ factis denũciationibus in Eccleſia iuxta formã Concil. Trident. cõtrahere volẽtiũ matrimoniũ, ſi nullũ opponatur impedimentũ, poſſe nulla requiſita Ordinarij licẽtia matrimonio aſſiſtere, cõtrahẽteſq; matrimonio copulare, vt patet ex eodem Concilio Trident. ſeſſione 24. in Decreto de reformatione matrim. cap. 1. ibi: Quibus denũciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationẽ matrimonij in facie Eccleſiæ, procedatur: quatenus ibi loquitur de officio parochi, & nullam deſiderat ad hoc licentiam Ordinarij, ita probauimus late lib. 2. practic. quæſtione 8. numero 9. verſ. ego autem, & Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 7. nu. 1. Manuel Rodrig. in 1. tom. ſuæ Summæ in 2. editione, cap. 217. nu. 11. & Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputatione 15. n. 2. & 20. quod praxis communis obtinet: vt autem dicatur matrimonium celebrari in facie Eccleſiæ, opus non eſt, vt in ipſa Eccleſia materiali, vel in eius limine celebretur: ſed ſatis eſt corã fideliũ multitudine hodie per Concilium corã parocho & duobus, vel tribus teſtibus celebrari, vt cũ alijs probat Sanchez vbi ſupra, d. num. 20.

2 Secundo, quod oppoſito impedimento, poteſt parochus interdicere matrimonium, non autem de impedimẽto cognoſcere: ſed debet rem Ordinario remittere, vt de impedimento cognoſcat ex tex. in cap. final. in fine principij de clandeſtin. deſponſatione, iuncto cap. 1. de conſanguinit. & affinit. & tenent Hoſtienſ. & communiter DD. in d. cap. finali, & nos vbi ſupra, necnon & Greg. Lopez in l. 1. in gloſ. *deuen vedar*, tit. 3. partita 4. Segura Daualos in Director. iudic. Eccleſiaſtic. 2. parte, cap. 16. nu. 4. & alios citans Manuel vbi ſupra, num. 10. & Thomas Sanchez n. 3. Zeuallos in practic q 604. n. 49. & in praxi hoc etiam obſeruatur.

3 Non tamen licebit parocho aſſiſtere matrimonio frangentis aliorum ſponſaliorum fidẽ, ſed tenetur remittere ad Ordinarium, vt bene aduerſus Seguram vbi ſupra, c. 15. n. 12. probat Thom. Sanchez vbi ſupra, nu. 5. vbi nu. 6. idem tenet cõtra Philliarcum, quando contrahentes, qui prius affirmarunt impedimentum, & poſtea id negarunt, etiamſi aliter probari nõ poſſit, niſi in caſu de quo ibi per eum, Ordinarius tamen poſſet credere oppoſito priorum ſponſalium cum alia, impedimẽto fatenti illa, dicentique ficte promiſiſſe, ſi notabilis ſit diſparitas inter promittentem, & recipientem promiſsionem, quod ibi num. 7 late probat.

4 Similiter parochus aſſiſtere non debet matrimonio eorum, cuius alter faſſus eſt votum emiſiſſe, ſed eo nõ teneri, quia ficte vouit, quamuis enim confeſſarius in foro conſcientiæ fidem pœnitenti adhibere debeat, non tamen in foro exteriori ad quem matrimonium pertinet, & etiã in iuramento meru coacto non credi, niſi in foro pœnitentiæ dicenti ſe caruiſſe animo ſe obligandi, niſi nullo alio pacto conſter de voto emiſſo, præterquã ex confeſſione volentis contrahere, tunc enim ſi votum fateatur, & ſimul defectum animi obligandi, eſt ei fides adhibenda, prout hanc opinionem eſſe tenendam, reiecta longa diſtinctione aliorum, late & bene probat Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, diſputatione 15. numero. 8. 9. & 10.

5 Qui numero 12. recte etiam probat non poſſe parochum, dum ei conſtat extra confeſsionem de impedimento occulto, vt voto publice petenti matrimonium miniſtrare: ſecus in Ordinario, vbi nulla alia via probari poſſet impedimentum.

Quod ſi Ordinarius, vel parochus ſciat impedimentum, & impeditos obtinuiſſe diſpenſationem pro ſolo conſcientiæ foro, ſi nemo denunciat impedimentum, poſſunt diſsimulare, eoſque matrimonio coniungere, vt poſt longam diſputationem concludit Thomas Sãchez vbi ſupra, num. 14.

6 Qui numero 15. contrarium probat, ſi aliquis denuncier impedimentum illud parocho, vel Ordinario, quia eo caſu neuter poteſt diſsimulare, ſed tenetur non admittere diſpenſationem, nec illos coniungere debet, donec diſpenſationem in foro exteriori afferant ſecund. Nauarrum, Manuel. Rodrig. & Vegam, quos ad hoc citat.

7 Quod ſi notario ex iudicis commiſſione, vel ipſo iudice confeſsiones contrahentium recipiente ex officio, nullo opponente impedimentum, contrahens affirmet ſe aliquo impedimento impedienti, vel dirimenti laborare, obtinuiſſeque diſpenſationẽ occultam in foro cõſcientiæ, poterit notarius, vel iudex id nõ ſcribere, ſed admonere illum, vt taceat, & ſe corrigat id negando, vt poteſt, vtendo æquiuocatione, verbi gratia, dicendo ſe non vouiſſe, intelligendo ita, vt modo impediat matrimonium, cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam dispensationem obtinuerit impedimenti, vt probat Thom. Sanchez vbi supra, num. 16.

8 Inter alia impedimenta contrahendi matrimonium, illud adijcitur, quo solent Prælati præcipere, ne parochus rusticos in matrimonium coniungat, vsquequo sciant Doctrinam Christianam, ipsosque subditos compellere ad hoc, & parochos, vt eam interrogent: quod fieri posse affirmat Didac. Perez in l. 1. titulo 1. lib. 1. Ordinament. folio 19. columna secunda, in versic. aliud etiam se offert dubium, dicens, ita sententia lata à Metropolitano Salmantino pronunciatum fuisse, & sequitur Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ Summæ in secunda editione, cap. 88. numero 3. sed hæc sententia dubia est, siquidem à iure non inuenitur statutum simile impedimentum, & Episcopi non sit noua impedimẽta statuere, sed Ecclesiæ: posset tamen prædicta facere suauiter, & bono modo, quando contrahentes non instarent breui tempore eos detinere, donec Doctrinam Christianam addiscãt, vt recte obseruat Sanchez vbi supra, numero 19. addens non esse curandum, vt sciãt peccata mortalia, & potius rudibus valde nocere ea edoceri, putant enim quamcũque superbiam, gulam, & cætera esse peccata lethalia.

9 Parochus autem tenetur habere librũ in eoque scribere coniugum, & testium nomina, locum, & tempus contracti matrimonij sub culpa mortali, quia hoc tendit in finem vitandi lites, & vt Ecclesiæ constet de matrimonio, & licet Conciliũ Trident. in hoc non vtatur verbis adeo rigidis; quia dicit: habeat parochus apud se librum, &c. ex fine tamen, quem intendit, colligitur velle obligare ad mortalẽ culpam, & ita tenent Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 7. numero 4. & Manuel Rodriguez vbi supra, d. cap. 217. in fin. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 21. folio 1331. versic. & adnotare, quos refert Sanch. vbi supra, d. lib. 3. de matrimonio, disputatione 15. numero 22. vbi, quod quando aliquis de licentia Ordinarij assistit matrimonio, tenetur parochum admonere, vt scribat in libro, vt seruetur præd. Decretum Concilij Triden. nõ autem opus est authentica notarij subscriptione, sed satis esse simplice parochi, secũdum Veramcrucem in Appendice ad Specul. coniug. dubio 12. conclusione secunda.

Quid autem dicendum sit de Ordinario, vel parocho, qui in sacramento confessionis nouit impedimentum dirimens matrimonium volentium contrahere, an possit, vel teneatur illis denegare matrimonium? agit latissime idem Sanchez d. lib. 3. de matrimonio, disputatione 16. per totam: vbi triplicem examinat quæstionem: Primam, an sacerdos possit, vel ei liceat vti scientia confessionis ad externam gubernationem, vt faciat, vel omittat aliquã, quæ alias non esset facturus, vel omissurus: Secundam, an teneatur? Tertiã qualiter se habere debeat vbi in confessione nouit impedimentum matrimonij, quæ est propria nostra quæstio. Primam igitur suprad. quæstionem pro vtraque parte late examinans refert duas opiniones, primam affirmatiuam docentem, id licere, quando effici potest absque periculo detectionis cõfessionis: quare cum in gratuitis, vti sacerdos liberam facultatem habet, nulla denegãdi causa requiratur, sed mera voluntas sufficiat, potest sacerdos omnino iuuari ex confessionis scientia, & facere, quæ aliter factus non esset, aut denegare, quæ alias concederet, vt in gratuita electione non eligere, quem in confessione nouit indignum, & amouere ob eandem notitiam ab officio ad nutũ amouibili: quando autem res non est gratuita, sed alius habet ius, cum requiratur aliqua causa, non potest ex sola confessionis notitia, nisi alias causas allegare possit, amouere ab officio, aut denegare suffragium, vt si officium non est ad nutum amouibile: vel si quis præsentetur à patrono, & ex sola confessione norit Prælatus eum esse indignum: quia in priori casu, cum causa non desideretur, nulla potest esse rationabilis suspitio peccati detecti in confessione: in posteriori vero, cum exigatur causa iusta, nullaque alia allegari possit, potest esse rationabilis suspitio alicuius indignitatis illius, quæ tamen ex sola confessione cognita est, quamquidem primam sententiam, & distinctionem sequuntur com-

communiter DD. estque receptissima, vt constat ex allegatis per Sanch. ibi numero 2. vbi numero 4. inquit negari nõ posse esse probabilissimã, quæ sine vllo scrupulo meo iudicio sequi, & teneri potest. Secũda opinio in præd. prima quæstione negatiue indistincte docet: non licere vti extra confessionem scientia per confessionem habita, sed se habere debere confessarium ac si nihil in confessione sciret, quam tenent Armill. Aurea in sua Summa verb. confessor, num. 7. & Bañes in 2 2. quæstione 33. articulo 8. ad finem: §. ad confirmationem respondetur, & eam latissime comprobat Sanchez vbi supra, numero 3. & multo magis placer eidem numero 4. sed prior est receptissima, vt prædiximus in secunda quæstione principali: Thomas Sanchez vbi supra, numero 6. refert communem sententiam Doctorum tenentium, non solum sacerdotem posse vti scientia confessionis ad externum regimẽ, vt habet præfata prima receptissima sententia in præcedẽti quæstione, sed etiam teneri ea vti, & negare suffragium, &c. indigno noto per confessionem casu, quo teneretur, si extra confessionem conscius esset indignitatis illius: quam sententiam ipsemet Sanchez numero septimo probabilem esse affirmat, quamuis sibi magis placere dicat contrariam cum Diuo Thoma, Palud. Sylvest. & Ludoui. Lopez, quos refert: sed retenta priori, eã intellige in suo proprio casu, nẽpe in gratuitis, & quando id fieri potest absque periculo detectionis confessionis, & non alias.

In tertia quæstione principali, quæ ad nostrum tractatum de matrimonio pertinet, Sanchez vbi supra, numero 8. cum sequentibus refert quinque dicendi modos Doctorum: posteaque numero 14. cum sequentibus tribus conclusionibus quæstionem hanc resoluit: cuius dicta breuiter reassumam, & in quolibet meum sensum insinuabo, vt claritate solita procedẽdo, vnusquisque facile, quod certius sibi videbitur, desumat.

Primus dicendi modus est, debere parochum occulte monere contrahentes, quod si nolint desistere, nec possit suum ministerium negare absque sigilli periculo, teneri eos matrimonio coniugere: ita tenere affirmat Alens. Diuum Bonauent. Altis. Driedum, Palacio, Philiarc. Manuel. Rodrig. Herich. Angel. Sylvest. Tabien. & Maiol. quos citat: sed illud de monitione præuia, securum non videtur.

11 Quia sigillum confessionis obligat nõ solum respectu aliorum, sed etiam ipsius pœnitentis: non enim solũ tenetur sacerdos non detegere alijs peccatum auditum in confessione, sed etiam tenetur nullo modo loqui de ipso cum pœnitente extra confessionem, nec exprobrare, nec conijcere illi crimen, nec in memoriã reducere, vel reuocare, quia quamuis aliud facere non sit proprie fractio sigilli, est tamen quoddã genus, quasi reuelationis, & offenditur sigillum, vt cum alijs plurimis docet Sanchez vbi supra, d. disputatione 16. numero 3. in vers. 3. quia sigillum cõfessionis.

Secundus modus est in propria specie, quando volentes contrahere matrimonium publice petunt, an teneatur parochus eos coniungere? & teneri probatur, quia ob peccatum cognitum in occulto pœnitentiæ foro, non potest contrahentes priuare iure, quod habent petendi matrimonium in foro Ecclesiæ, dum in eo latet impedimentum, ita tenent Adria. Soto, Nauar. Medina, & alij Doctores in materia Eucharistiæ loquentes, quos refert Sanchez vbi supra, numero 9. sentiẽtes, aliud esse, si occulte id petant.

Tertius est, absolute non debere parochum abstinere à tali matrimonio ministrando, vt ex Metymna, & Enriquez cũ quadam moderatione refert Sãchez vbi supra, numero 10.

Quartus, si minister non tenetur ex officio, quia non est proprius parochus, licet ab eo habeat licentiam assistendi matrimonio, potest, & debet negare, quia est volũtarius minister, vt vitet proximi peccatum: si vero tenetur ex officio, non potest negare sacramenta etiam occulte petita, quamuis cesset periculum fractionis sigilli: quia scita in confessione, & sic in conscientiæ foro non tribuunt ius negandi ministerium alias debitum, ita tenet Paludan. in quarto, distinctione 21. quæst. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

articulo 3. numero 60. & in simili, quãdo peccator occultus per solam confessionẽ notus petit Eucharistiam, parochus non potest ei denegare tempore quo tenetur ministrare, secus alias quando non est parochus, vel etiamsi sit parochus, & petitur quando non tenetur ministrare, tenẽt plures DD. quos citat Sanchez vbi supra, numero 11. vbi declarat, quomodo hoc procedat.

Vltimus dicendi modus est, vt si sit parochus, possitque citra confessionis suspitionem se eximere; bene faciet se eximendo: si vero nequeat, tenetur ministrare matrimonium: si autẽ parochus non sit, quãuis habeat licentiam ministrandi, debet se excusare, ita tenent Soto, Cordoua, Ledesma, Veracruz, quos refert Sanchez dicta disputatione 16. numero 2. vbi quod hi Doctores non distingunt, an peccator ille publice petat matrimonium, an occulte, licet distinguãt in simili de Eucharistia, & hic modus placet præ alijs eidẽ Authori ibi numero 13. reiecta prima opinione receptissima, de qua supra: nempe occulte petenti, posse etiam parochum negare, vt docent Doctores in secundo dicendi modo relati: publice autem petenti, non posse parochum negare, secus in alijs sacerdotibus, qui licet ex licentia ministrare possunt, credit tamen nec parochum, nec alios sacerdotes teneri negare, siue alter publice, siue occulte petat sequendo prædictam priorem sententiam principalem.

Ego autem, qui prædictam receptissimam sententiam, vt veriorem, & receptiorem amplexus sum, hunc quintum dicendi modum, & distinctionem, vt supra factam, atque relatam sequor, & omnino probo: Sanchez vero sequendo suam, & sic secundam opin. quæ habet, vt vidimus: non licere sacerdoti vti scientia confessionis ad externos actus extra confessionem, aliud censet, statuendo tres conclusiones, primam numero 14. quod parochus, siue quicumque alius sacerdos habens licentiam assistendi matrimonio, vel ministrandi quodcumque aliud sacramentum non possit expellere peccatorẽ etiã occulte petentem, ob solum peccatum in cõfessione notum: sed vt dixi illa opinio, cui Sanchez in hoc innititur, est contra receptiorem, & tenendam licet videatur probabilis, ideo proculdubio in actu publico sequor primam, & sic vltimum dicẽdi modum supra relatum.

Secundam conclusionem statuit iuxta suam sententiam Sanchez vbi supra, numero 15. in hunc modũ, quod si talis peccator occulte petat, potest confessor ipsum secreto monere, vt desistat, prout inquit fateri vniuersos Doctores citatos pro omnibus sententijs, sed hoc videtur non esse securum, vt prædiximus, nisi ea monitio fiat prius obtenta licentia ab ipso pœnitente, vel intra confessionem, vt hoc vltimum docet vterque Ledesma, vnus in quarto, in secunda parte, quæstione 10. articulo 5. dubio quarto §. Præterea si Prouincialis, alter de pœnitentia dubio 32. cõclusione 7. & vtrumque probat Sanchez d. numero 15. post principium, ibi: dicendum tamen est.

Tertiam conclusionem ipse statuit numero 16. credens non teneri confessorẽ petere licentiam à pœnitente, vt eum moneat de peccato, quod vult admittere: sed tantum in confessione teneri, eum monere, vt ibi bene probat: transeat.

SVMMARIVM Cap. LXI.

1 *MATRIMONIVM post Sanctum Concilium Tridentinum non aliter contrahi potest, quam coram parocho, & testibus, vt in ipso Concilio decernitur, quod etiam procedit in foro conscientiæ.*

2 *Matrimonio nulliter de facto clandestine contracto absque parocho, etiã eo cõsummato possunt ijdem contrahentes absque dispensatione (si nullũ aliud impedimentum proponatur) de nouo inter se matrimonium celebrare seruata forma Concilij.*

3 *Matrimonio contracto coram parocho, & testibus nulliter tamen ob impedimentum occultum, an postea obtenta eius dispensatione sit iterum coram parocho, & testibus celebrandum, vel ratificandum? remissiue.*

4 *Matrimonium in mortis articulo, deficiente copia parochi, an possit valide sine parochi assistentia celebrari, quãdo matrimonium valde necessarium est? & numeris sequentibus.*

5 *Forma inducitur ex Decreto irritante: & etiam, quando statutum aliquid exprimit iuxta actum conficiendum, aliter quam iure communi sit dispositum, vt in numero 6.*

7 *Forma tradita à lege, vel statuto est omnino seruanda, alias actus est nullus.*

8 *Matrimonium publice contractum coram maiore parte vicinię absque parocho non valet.*

9 *Matrimonium ob inuincibilẽ ignorantiam Concilij Tridentini, vbi illud obligat, celebratum sine parocho, & testibus, non valet.*

10 *Lex etsi non afficiat ignorantes quoad pœnam extrinsecam; secus tamẽ est quoad pœnam intrinsecam annullationis actus & num. 11.*

12 *Matrimonium celebratum absque parocho, & testibus in locis, vbi nũquã fuit publicatum, vel receptum Concilium, valet.*

CAPITVLVM LXI.

An ex aliqua causa possit valide contrahi matrimonium absq; parocho, & testibus?

1 SACRVM Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 1. in Decret. de reformatione matrim. decreuit, vt non aliter, quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahatur, cũ Decreto irritante cõtractus aliter factos: quod etiam procedit in foro conscientiæ, vt tenet Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. vers. est tertium dubium, pagina 178. columna 2. & Zeuallos practic. quæstionum Commun. contra Commun. quæstione 604. numero 76. quod quidem proculdubio est.

2 Et qui matrimonium sine parocho clandestine contraxerunt, & consummauerunt, possunt, si nullum aliud impedimẽtum adest, sine dispensatione de nouo in facie Ecclesiæ matrimonium contrahere, vt cũ declaratione Cardinal. ad hoc expressa tradit Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz de Lug. in Practic. crimin. Canonica. cap. 73. de clandestin. nuptijs interessentibus, folio 237. vers. quarto, vbi hoc probat aduersus Maiolum: in nonnullis tamen casibus dubitant, & agunt DD. an excipi debeant ab hac regula?

3 Inter quos ille præcipuus est, quando matrimonium semel legitime contractũ est, posteaque inuenitur nullum, ob occultum impedimentum, an postea obtẽta dispensatione satis sit sine parocho, & testibus iterum contrahere, vel primum matrimonium contractum ratificare? de quo late egimus supra alio capite.

4 Secundus casus est, quando contrahere volens est in mortis articulo constitutus, & matrimonium valde necessarium est, & præterea non adest parochi copia, an possit valide absque eo contrahi? & posse, tenet tãquam probabile Veracruz in Appendi. ad Speculum coniug. dubio quinto, solutione secunda ad obiectionẽ positam post septimam conclusionem: sequitur Vega lib. tertio suæ Summæ, casu 361. & Capua lib. 2. decisione 85. numero 8. & sub dubio Azeuedo in l. prima, numero 38. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & sex fundamenta huius opinionis refert Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 17. numero 3. idemque probat Capua vbi supra, quando tutores indigno matrimonio volunt collocare puellam, prout eum refert Sanchez vbi supra.

Sed contrarium omnino, & proculdubio tenendum est, nempe irritum, ac nullum esse matrimonium in articulo mortis, & in quacumque alia necesitate contractũ sine parocho, & testibus ex dicto cap. & Decreto Concilij Tridentini, vbi generaliter, & indistincte semper, & vbiq; præcipitur, quod fiat coram parocho, & testibus, & cõtractus aliter facti irriti, & nulli iudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicantur, & declarantur.

5 Ex quibus verbis forma inducitur, ex sententia Baldi, & aliorum. in l. prima, ff. deliberis, & posthumis Alexan. consil. 212. ponderatis in 1. dubio lib. 6. Felin. in cap. cum dilecta de rescript numero 6. signo quinto, Beccij consil. 66. numero 14. lib. primo, Ioan. Vincent. Honded. consil. 27. numero 28. volumine primo.

6 Denique, quia forma etiam videtur inducta, quando statutum aliquid exprimit circa actum conficiendum aliter, quam iure communi sit dispositum, Anchar. cõsil. 35. visa quadã, & alios allegans Beccius consil. 12. numero 23. & consil. 62. numero 43. sed iure communi matrimonia clãdestina erant valida, vt per totum de clandest. desponsat. & Concilio ea irritat, præcipiẽdo ne aliter fiat, quã corã parocho, & testibus, vt in d. cap. 1. sesion. 24. in Decreto de reformatio. matrim. & sic aliter, quam iure communi erat dispositum: ergo inducitur forma.

7 Sed forma tradita à lege, vel statuto est omnino, & præcise obseruanda, alias ea non seruata actus est nullus, vt in d. ca. cum dilecta, cum simil. Beccius d. consil. 66. numero 11. & vbi deficit forma, non sufficit causa etiam iustissima, vt cum Baldo, & alijs tradit Beccius consil. 58. numero 18. Quare merito hanc partem tenent Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo de sponsal. consil. 44. & in secũda editione titulo de clandestin. desponsatione, consil. 6. Didac. Perez in l. prima, paulo post princip. folio 29. titulo 1. lib. 5. Ordinament. Sarmiento lib. primo selectar. interpret. cap. 6. numero 7. D. Spino in Specul. testam. glossa 15. numero 44. 45. & 86. Aualos de Segura in suo Director. Iudic. Ecclesiast. secunda parte, cap. 15. numero 44. Manuel Rodrig. in Summa in secunda editione, primo tom. cap. 219. numero 17. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 21. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. numero 5. circa tertium punctum, dubio 3 fol. 192. columna 1. §. ex præd. sequitur: Ludouic. Lopez in prima parte Instructor. cap. 86. Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. numero 5. & 8. & Zeuallos in suis Practic. quæstionibus Communium contra Commun. quæstione 604. numero 63. & 73. vbi alios citat, Azeued. in l. 1. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Regiæ, numero 38. & ibi Matienço glossa 6. verb. clandestino, numero 3. in fine, & glossa 7. numero 2. sequitur, & bene probat aliquos ex supra dictis referens Thom. Sanchez dicto lib. 3. de matrimonio d. disputatione 17. numero 4. vbi numero 5. respondet fundamentis contrarijs, & nouissimo nos citans Zambran. Hispalen. in suis Aureis decisionibus, cap. 7. de matrimonio, dubio 3. num. 2. folio 347. Itaque hæc est certa, & communis sententia, & omnino tenenda, tametsi Dominicus consil. 66. colum. penultim. & final. & D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, cap. 6. in princip. numero 12. ad fin. & alios referens Cuchus in Instit. maior. lib. 5. titulo 11. numero 87. necnon & relati per Thom. Sanchez vbi supra, numero 3. aliud sentiant, & velint. Et communis præfata tenẽda sententia adeo procedit, vt neque Episcopus, vt in casu magnæ necessitatis, quãdo non potest consuli Summus Põtifex, dispensare in hoc possit, vt constat ex verbis præcedentibus Concilij, vbi concedit facultatem Episcopo dispensandi in dispẽsationibus, nõ vero in præsentia parochi, & testium: ergo manifeste videtur eam in hoc denegare, & ita docuimus de Iuramento confirmat. prima parte, cap. 51. numero 23. post Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 70. & Thom. Sanchez vbi supra, numero 6. vbi bene eam alijs rationibus comprobat: sequitur alios allegans Zeuallos d. quæstione 604. numero 100.

8 Ex dictis supra similiter deducitur, nõ valere matrimonium publice contractũ scientemaiori viciniæ parte, si parochus deficit, vt tenet Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. numero 144. Enriquez vbi supra, cap. 3. numero 5. Ludouic. Lopez, & Sanchez vbi supra, numero 7. licet immerito dubiter idem Nauar. d. Manual. cap. 22. num. 69 in fine.

9 Infertur etiam ex eisdem, quod ignorantia inuincibilis Concilij Tridentini in præd. casu, in locis vbi illud obligat non excusat, ac proinde, si contraheres huiusmodi illud inuincibiliter ignorantes, contrahant absque parocho, & testibus, huiusmodi prætensum matrimonium erit nullum, duobus præcipuis fundamentis.

10 Primum est, quoniam etsi lex non afficiat ignorantes quoad pœnam extrinsecam, bene tamen afficit quoad intrinsecam annullationis actus: argumento tex. in cap. 1. de concessione præb. in 6. siue ignorauerint, siue non, vt ibidem probatur ibi, siue ignorauerit, siue nõ, non valebat: per quem tex. ita tenent quamplures Authores, quos refert, & sequitur Thom. Sãchez vbi supra d. lib. 3. disputatione 17. numero 10.

11 Secundum fundamentũ est, quia quoties constitutio exprimit, à quo tempore debeat obligare, afficit ignorantesquoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias pœnas, vt si dicat ex nunc, iuxta glossam in Clementina secunda de Hæretic. verbo ex nunc, & ibi communiter DD. & alibi sæpissime, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, d. numero 10. sed Decretum Concilij Trident. de quo supra, assignat tempus à quo incipit obligare, nẽpe transactis triginta diebus à publicatione in qualibet parochia: ergo ab illo tempore obligat, quoad annullationem matrimonij, etiam ignorantes: & ita in terminis merito tenent hanc opin. Metymn. Enriquez, Petrus de Ledesma, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 10. ad fin.

12 Si tamen matrimonium clam contractum sit absque parocho, & testibus in locis, vbi numquam fuit publicatum Concilium Trident. vel vbi numquam fuit receptum, vt in quibusdam Galliæ partibus, & in Polonia incolis illorum dum ibi habitant, validũ erit, quia Concilium Trident. vbi supra decernit, illud Decretum robur non habere in vnaquaque parochia, nisi post triginta dies à die primæ publicationis, in eadem parochia numerandos, & quia si in illa receptum non sit, quamuis legitime publicatum, saltem, quando decẽ anni transierunt, non obligat.

Sicut nec alia quælibet lex, vt cũ alijs probauimus alibi, & tenent DD. communiter in cap. primo de treg. & pace: & in terminis ita tenẽt Doctores, quos ad hoc refert, & sequitur Zeuallos practic. quæstionum Commun. contra Cõmun. quæstione 604. numero 143. necnon & Tho. Sanch. d. lib. 3. de matrimonio, disputatione 18. numero primo, dicens, quod peccabunt hi, si omnino clandestine contrahãt, sicut peccarent ante Concilium Trident. & numeris sequentibus late agit de peregrinis locorum vbi Concilium obligat, diuertentibus ad alia loca, vbi non obligat, & ibi contrahentibus matrimonium, vel è contra, quod hic consulto omittimus, quia est de raro contingentibus.

SVMMARIVM Cap. LXII.

1 PAROCHI *proprij assistentia exigitur de necessitate sacramenti ad valorem matrimonij.*

2 *Parochus proprius vtriusque contrahentium matrimonium est Episcopus, & eius Vicarius Generalis.*

3 *Parochus alienus, virtute Bullæ Cruciatæ, non potest eligi ad assistẽdum matrimonio.*

4 *Parochus proprius alterius contrahentis sufficit, quod assistat matrimonio pro eius valore saltem, si sit parochus illius contrahentis, in cuius parochia celebratur: imo etiãsi extra parochiã, vel diœcesim celebretur matrimoniũ, vt in numero quinto; & an ad hoc requiratur licentia Ordinarij, vel parochi loci in quo matrimonium celebratur? numero sexto, vbi an peccet, puniendusque sit parochus proprius assistens matrimonio absque præd. licentia?*

7 *Matrimonium illorum, cui assistit sacerdos ex commissione proprij parochi extra prouinciam committentis, an sit validum? & numero nono, 12. & 13.*

8 *Episcopus tamquam Ordinarius potest conferre beneficia extra diœcesim, non tamẽ eius Vicarius, cui hoc Episcopus delegauerit.*

9 *Confessores ordinarij possunt excipere confessiones subditorum extra diœcesim, non tamen hoc possunt confessores delegati, sed cõtra, & num. 11.*

10 *Iu-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 *Iurisdictio ordinaria voluntaria, & etiam delegata potest exerceri extra territorium.*

14 *Religiosi habentes licentiam audiendi confessiones, an, & quando possint eas audire extra diœcesim, licentiam concedentis.*

15 *Parochus proprius assistens matrimonio, an debet esse sacerdos, necne?*

16 *Dictio, alius, est repetitiua similiū, & quomodo hoc intelligatur.*

17 *Episcopus non consecratus potest exercere omnia Episcopi munera, demptis illis, quæ ab ordine dependent.*

18 *Parochus, etiamsi non sit sacerdos, potest licentiam concedere suis parochianus confitendi alieno parocho: sicut eam quoque concedere potest recipiēdi Eucharistiam à religioso, vt in numero 19.*

20 *Absoluere potest proprius parochus, etiam non sacerdos ab excommunicatione non reseruata.*

21 *Parochus non sacerdos potest concedere licentiam sacerdoti ad assistendū matrimonio, non tamen non sacerdoti, nec etiam Ordinarius, vt in numero 22.*

23 *Matrimonium celebratum coram parocho excommunicato, suspenso, vel irregulari non tolerato, an sit validum? & an huiusmodi parochus possit alio sacerdoti dare licentiam assistendi matrimonio? numero 24.*

25 *Parochus generaliter, vel specialiter interdictus à sacramentorum administratione an valide matrimonio assistatur?*

26 *Parochus absque vero titulo, stante cōmuni errore, an valide assistere possit matrimonio?*

27 *Parochus ipso iure priuatus beneficio, an valide assistat matrimonio, vt in exemplis hic positis?*

28 *Matrimonium contractum coram sacerdote de licentia proprij parochi concessa solis verbis externis absque tamen vera intentione occulta, an sit valida?*

29 *Domicilium originis non sufficit pro matrimonio eius, qui alibi habet domicilium habitationis.*

30 *Parochia propria, & diœcesis, quæ dicatur?*

31 *Domicilium iuris fictione; vt originis propriæ, vel paternæ, aut beneficij an sufficiat pro matrimonio contrahendo.*

32 *Parochus delegatus ab Episcopo ad nutum, an valide assistat matrimonio?*

CAPITVLVM LXII.

De Parocho ministro sacramenti matrimonij.

1 ASSISTENTIA parochi proprij contrahentium exigitur de necessitate sacramenti ad valorem matrimonij, vt patet ex cap. primo, in Decreto de reformatione matrim. sessione 24. Sacri Concilij Tridentin. in versic. idcirco Sacri Lateranen. Concilij: ibi: Antequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahēntium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solennia publice denuncietur, &c. & iterū inferius, ibi: quod si quis parochus vel alius sacerdos regularis, siue secularis sit, &c. alterius parochiæ sponsos, sine illorum parochiæ licentia, matrimonio coniūgere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspēsus maneat, quandiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur: verba igitur illius eiusdem capituli in medio posita, ibi, qui aliter quam præsente parocho, &c. de proprio parocho contrahentium intelligenda sunt præcise, iuxta præcedētia, & subsequētia; quod etiam probatur ex cap. 13. in fin. de reformatione: eiusdem session. 24. ibi, & à quo solo (scilicet proprio parocho) licite sacramenta suscipiant: & in terminis ita tenent, & docent Menoch. plures referens consil. 398. volumine 4. Nauar. lib. quarto consil. in prima editione, titulo de clandestin. desponsat. consil. secundo, numero primo, & in Manual. Latin. cap. 25. numero fina. in fine, & ita fuit decisum Rotæ sen-

sententia, vt patet ex decisione nouissimorum 643. & 656. & sequenti, tom. primo, & sequitur Spino in Specul. Testament. glossa 15. numero 37. Salzedo in Practic. Criminal. Canonica, cap. 37. in noua editione, versic. decimoquarto, Segura Daualos in Director. Iudic. Ecclesiastic. secunda parte, cap. 15. numero 46. Manuel Rodriguez in sua Summa in secūda editione primo tom. cap. 219. numero 4 Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 45. articulo 5. puncto 3. dubio 3. conclusione 1. Cordoua in Summa, quæstione 43. in fine: & quæstione 44. & 46. in fin. Alphonsi à Veracruz, Enriquez, Bartholo. à Ledesma, Vega, & Ludouic. Lopez, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez, lib. 3. de matrimonio, disputatione 19 numero secundo, estque vera procul omni dubio hæc sententia.

2 Proprius autem parochus vtriusque contrahentis in proposito est Episcopus, & eius Vicarius Generalis, vt tenet Salzed. ad Practic. crimin. Bernardi Diaz de Lugo, cap. 7. additione 2. versic. 14. Spino d. glossa 15. numero 28. 33. 38. & 41. Segura d. cap. 15. numero 47. & alios referens Zeuallos in Practic. quæstionibus Commun. contra Commun. quæstione 604. numero 54. vbi ex Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. versic. dubium quartum, pagina 192. columna 2. quod etiam Summus Pontifex, & ex commissione cæteri alij.

3 Ex quibus deducitur, quod licet virtute Bullæ Cruciatæ possit eligi quilibet sacerdos approbatus ab Ordinario ad recipienda sacramenta, non tamen poterit eligi alienus parochus, vel alius sacerdos ad celebrationem huius sancti Sacramenti matrimonij: non enim in Bulla hoc confertur concessum nisi de licētia Ordinarij, vel parochi, vt tam in benedictionibus nuptialibus, quam in coniunctione matrimonij expresse cautum est in d. cap. primo, de reformatione matrim. sessione 24. in vers. statuitque vt benedictionem, ibi, vel priuilegio: & statim infra, ibi, etiamsi id sibi ex priuilegio, &c. & in terminis ita tenent Spino d. glossa 15. numero 43. Alphonsi à Veracruz in Appendice ad Speculum coniugiorum dubio 5. conclusione 7. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 21. folio 1320. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. puncto tertio, dubio tertio, ad fin. §. ex dictis, sequitur Zeuallos vbi supra, num. 62. vbi citat idem tenētes Sotum de Iustitia, & Iure lib. 5. quæstione 2. articulo 5. Nauar. in Manua. Latino, cap. 27. numero 194. & probat Thom. Sanchez vbi supra, numero 3.

4 Sufficit autem parochus alterius contrahentium assistens matrimonio ad ipsius valorem, saltem si sit parochus illius contrahentis, in cuius parochia celebratur: quia cum hoc sacramentum proprio parocho sit commissum per Concilium Tridentinum, cēsetur etiam commissum alienum parochianum cum suo coniungere, cum hæc necessario connexa sint, & indiuidua, quia matrimonium nonnisi inter duos consistere potest, & Concilium de assistentia proprij parochi in numero singulari loquitur, non vero in numero plurali, scilicet parochorum, ita docet Nauar. in Manual. Latin. cap. 25. in fine, in posteriori editione dicens, sic declarasse Cardinales, quamuis in antiqua editione asseruerit, solum sponsæ parochum esse legitimum: idem Nauar. consil. primo, & consilio 52. de sponsalib. lib. 4. consil. Salzedo in Practic. criminal. Canonica, cap. 73. in noua editione, in vers. decimoquarto, Spino in Speculo Testament. glos. 15. numero 41. Segura Daualos vbi supra, numero 47. Caualcan. decisione 12. numero 21. in secunda parte, Zeuallos vbi supra, d. quæstione 604. num. 6. & Thom. Sanchez vbi supra, numero 4. vbi alios ita tenentes citat, & numero 11. cum alijs pluribus recte probat, & resoluit, tenendum prorsus esse, sufficere proprium alterius contrahentis parochum, etiamsi in parochia alterius sibi non subditi, matrimoniū celebretur.

5 Sufficit etiam ad valorem matrimonij præsentia parochi alterius, vel vtriusque contrahentis, quamuis in neutrius parochia, nec diœcesi celebretur matrimonium, non enim hoc requirit Concilium, scilicet, quod in parochia alterius, nec vtriusque contrahentis, vel diœcesi celebretur matrimonium, sed tantum, quod

fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat coram parocho, & testibus: deinde quia præcipuus Concilij Tridentin. finis, dum petit assistentiam parochi matrimonio celebrãdo fuit, vt clandestinitas vitaretur, Ecclesiæque constaret matrimonium: sed hic finis satis consequitur, atque obtinetur, parocho vbicumque assistente matrimonio, vt patet: ergo hoc sufficit: & quia authoritas, quam præstat parochus matrimonio, non pertinet ad iurisdictionem cõtentiosam, nec requirit causæ cognitionem, ergo vbique assistere potest matrimonio suorum parochianorum; ex doctrinis vulgaribus, & cõmunibus, quas congerit Sanchez d. disputatione 19. numero 8. & 14. & in terminis hoc ibi tenet, & probat cum Salzedo d. cap. 73. in secũda editione, §. vndecimo, & Segura d. cap. 15. numero 49 in secũda parte Director. Iudi. Eccles. Spino glossa 15. numero 42. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ in secunda editione, cap. 219. numero 7. tametsi Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo de sponsal. consil 52. & consil. 47. numero 3. cum sequenti, & in secunda editione, consil. 4. & 14. numero 3. cum sequentibus affirmet, non satis esse parochum alterius, vel vtriusque contrahentis, dum in neutrius parochia matrimonium celebratur, quamuis possit parochus extra parochiam existens clare licẽtiam sacerdoti, vt intra parochiam matrimonio assistat: hoc vltimum probo: primum vero contra priorem receptissimã sententiam, minime.

6 Illa tamen quæstio in proposito satis inter nostrates controuertitur, an scilicet proprius parochus assistens matrimonio extra parochiam absque licentia Ordinarij, vel parochi loci, in quo matrimonium celebratur, peccet, puniendusque sit? Salzedus namque d. cap. 73. in noua impressione Practicæ criminal. Canonicæ, §. vndecimo, & Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. numero 2. & Manuel Rodrig. vbi supra, d. numero 7. partem affirmatiuam probant; quorum præcipuum, vltra alia, fundamentũ est, quia parochus non potest sponsos benedicere in aliena parochia, vt prædimus ex cap. 1. sessione 24. Concil. Trident. in Decreto de reformatione matrim. ergo nec eos matrimonio coniungere impune, existens extra parochiam. Rursus contrarium cessante scandalo probauit Spino numero 42. & Segur. num. 49. vbi supra: quorum opin. vt probabiliorem fundat, sequitur, & defendit Thomas Sanchez vbi supra, numero 18. & numero 19. respondet fundamẽtis cõtrarijs, & mihi quoque vera, & tenẽda videtur ex dictis supra in versic. Item sufficit.

7 Difficilis quoque illa quæstio in proposito censetur, an valeat matrimonium illorum, cui alius sacerdos ex commissione parochi proprij assistit extra parochiã committentis? Pro parte negatiua facit primo, quia quamuis iudex Ordinarius possit extra territorium exercere iurisdictionem voluntariam, delegatus tamen inferioris à Principe hoc facere nequit, vt ex l. 2. de officio Proconsul. tenent Barto. in l. 1. numero 40. C. de Summa Trinit. & fide Catholic. & in d. l. 2. numero 2. Franciscus March. alios referens decisione Delphinat. 117. in fin. in secunda parte, & Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 34. numero 1. vbi alia plurimos allegans congerit.

8 Nempe Episcopum tamquam Ordinarium posse beneficia conferre extra diœcesim, non tamen eius Vicarium, cui hoc Episcopus delegauerit secundũ Franciscum March. vbi supra, & Anastasium Germon. de indultis, §. tibi, quoad vixeris numero 88.

9 Præterea adducit pro hac priori parte: confessores ordinarios posse excipere confessiones subditorum extra diœcesim, non tamen delegatos, & ibi agit de veritate huius dicti, & in terminis ita tenet Nauar. lib. 4. cõsilior. consil. 47. nu. 2. tit. de sponsalib. Franciscus Marchis decis. 715. tom. primo, prout eos refert Zeuallos dicta quæstione 604. numero 117. sed Franciscus Marchis vbi supra, nõ agit de hoc, sed decisione 1054. qui non loquitur in terminis nostris, Nauar. autem vbi supra hoc non tenet, sed in consilio 14. de clandest. desponsatione, numero 3. cum sequentibus in editione Lugduni. Ann. 1594.

10 Sed multo verius est, atque tenendũ in terminis nostræ quæstionis, non tãtum pro-

prium parochum, sed etiam sacerdotem de illius licentia assistentẽ matrimonio, valide assistere extra parochiam, sicut si parochus ipse extra illam interesset.

10 Quia iurisdictio voluntaria, ad quam reducitur hæc assistentia, potest valide ab Ordinario, & à Delegato extra territoriũ exerceri, vt tam in genere, quam in specie, de qua agimus, tenet, & probat Sanchez vbi supra, d. disputatione 34. numero 2. & 3. & nuncupatim aduersus Nauar. vbi supra, tenet additio noua eiusdem in fin & Segura Daualos in suo Directorio Iudic. Ecclesiastic. secunda parte, cap. 15. num. 49. & Manuel Rodriguez in Sum. 1. parte cap. 200. conclusione 6. & in Vicario Episcopi, quod ex ipsius delegatione possit extra diœcesim cõferre beneficia, tenent Dominic. in cap. final. de officio Vicar. lib. 6. Boerius decisione 30. numero 6. affirmans sic iudicatum fuisse in Burdegalen. Senatu, & refert decisionẽ Rotæ, Rebufus in praxi benefic. titulo de reforma. Vicariatus, numero 227. & in regula Cancellariæ 13. & alij quamplurimi, quos refert, & sequitur Sanchez d. disputatione 34 lib. 3. de matrim. numero 2. contra primo loco numero præcedenti à se citatos.

11 Et inferius ibi refert, & sequitur alios quamplures docentes, non solum Ordinarios, sed & confessores Delegatos posse audire confessiones subditorum diœcesis in qua expositi sunt extra illam diœcesim.

12 Ergo & sacerdos delegatus à parocho ad assistendum matrimonio, poterit valide extra diœcesim illi assistere.

13 Nec secundum eum ibidem numero 4. censebitur limitata licentia ad assistendum intra parochiam, eo quod parochus dicat sacerdoti, vade ad domum Mariæ, verbi gratia, & assiste ibi matrimonio, licet domus illa nõ sit intra parochiam: nec si dicat coniunge Petrum, & Mariam in Ecclesia mea, vel concedo tibi vices meas ad assistendum matrimonio in mea parochia: quoniam hæc omnia fiunt causa demonstrationis, & non causa restrictionis licentiæ: argumento tex. in Clementina dudum de sepultur.

14 Vbi quod dum dicitur posse religiosos audire confessiones intra diœcesim, non fuit animus Pontificis locum restringere, sed personas, hoc est subditos illius diœcesis, secus quando fit mentio subditorum, & intra diœcesim, vt patet ex textu in cap. 6. incip. liceat Episcopis, in Decreto de reformatione, sessione 24. Sacri Concilij Trident. dum voluit Episcopis limitare potestatem ibi cõcessam, vt intra diœcesim solum eam habeantur: dixit, quoscumque sibi subditos in diœcesi sua, &c. caute namque dixit; subditos suos, & in diœcesi, vt clare intelligeretur, limitare voluisse personas, & locũ ad effectum de quo ibi, nempe ad absoluendum in foro cõscientiæ gratis imposita salutari pœnitentia subditos sibi delinquentes in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis in diœcesi sua.

15 Dubium tamen est ingens, vtrum ad matrimonij valorem requiratur, quod parochus illi assistens sit sacerdos, necne? Primo namque necessario requiri videtur, quod sit sacerdos ex illis verbis Cõcilij d. c. 1. Qui aliter, quam præsente parocho, vel alio sacerdote, &c.

16 Dictio namque illa, vel alio, est repetitiua similium iuxta glossam final. in l. si fugitiui, C. de seruis fugit. communiter vbique approbatam, vt docuimus post alios de iuramento confirmat. 1. parte, cap. 14. num. 13. in fine, Villalobus in ærario cõmun. opin. litera, A. nu. 145. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. q. 80. nu. 122. Parian. de probat. lib. 2. c. 3. n. 239. nouissime Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 20. nu. 2. vbi alios allegat: & hoc præsertim, quia olim ex celebri Ecclesiæ ritu sacerdos erat adhibendus nuptijs contrahendis, vt constat ex varijs Pontificũ, Conciliorũque Decretis relatis à Gratiano 30. q. 5. per totam: & in terminis ita tenet Nauar. lib. 1. cõsil. in antiqua editione, tit. de officio Ordin. cõsi. 1. & in 2. editione lib. 4. tit. de clãdestina despõsat. consil. 10. Alphõs. à Veracruce in Appẽdice ad Speculũ coniug. dubio 5. conclus. 2. Salzed. in Practic. criminal. Canoni. c. 73. versi. 14. in noua editione, & in hãc sententiã referunt inclinasse Cardinales, nec Vicariũ Episcopi, nec parochum posse valide matrimonio assistere, si sacerdos nõ sit, quod etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

refert Zeuallos d. practic. quæst. 604. nu mero 59. & hanc dicunt esse probabilem Perrus de Ledesma de matrim. q. 45. art. 5. puncto 3. fol. 191. in fin. ibi, sit tertia conclusio, & Sanch. vbi supra, d. n. 2. ad fin. lib. 3. de matrimonio disputatione 20.

Cõtraria tamẽ sentẽtia verior, & probabilior videtur, nẽpe, non requiri parochũ esse sacerdotẽ ad valorem matrimonij, quia Concil. Trid. hoc nõ requirit, sed absolute loquitur pluries in præd. ca. 1. de paroch. etsi aliud voluisset, hoc expressisset, cũ ibi det formã præcisam ad valorem matrimonij. Denique quia parochus non sacerdos exercere potest omnia, quæ à potestate ordinis nõ dependẽt: argu. tex. in c. suffraganeis, & in c. ex trãsmissa de electione.

17 Vbi deciditur, quod Episcopus nõ consecratus potest exercere omnia Episcopi munera, dẽptis illis, quæ ab ordine dependẽt, sed interesse matrimonio nõ est actus ordinis, sed iurisdictionis parochi: ergo, &c. Non obstat, quod prædiximus de dictione, alius, quia non semper qualitatem similem præcedẽti refert, vt docet bene glos. in c. deinde, verbo cũ cæteris 26. dist. & in c. sedes, verbo maiores, ad fin. de rescript. & in authent. qui semel, verbo aliud. iuncta tex. C. quomod. & quando iud. & probatur ex illo Matthæi 28. & Marci 5. ibi, & cũ eo crucifixi sunt alij duo latrones, & ex cap. Nouatianus 7. q. 1. ibi; alios Pseudosprophetas, & tũc secũdũ Imo. & Felin. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, sub nu. 3. implicat dissimilitudinem dictio, alius, quando ratio subiectæ materiæ id suadet, quod cõtingit in nostra specie, quia assistere parochum matrimonio ab ordine non dependet: ergo ex particula illa, vel alio sacerdote, nõ colligitur sufficiens argumentũ ad corrigendũ ius, quod ad obeũda munera ab ordine nõ dependẽtia, non requirit in parocho sacerdotium.

18 Sic etiã videmus, quod parochus, etiãsi nõ sit sacerdos, potest licentiam concedere suis parochianis cõfitendi alieno, tametsi tex. in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remis. expresse decernat neminem posse confiteri alieno sine licentia proprij sacerdotis, ita tenet Palud. in 4. distinct. 17. q. 3. art. 1. n. 5. in fin. & Sotus in 4. distinctione 18. quæstione 4. articulo 3. versic. circa confessiones, quos sequitur Thom. Sanch. vbi supra.

19 Vbi cum pluribus alijs DD. similiter affirmat, quod etsi non liceat religioso ministrare Eucharistiam absque licẽtia presbyteri parochialis, iuxta tex. in Clementina 1. de priuileg. parochus etiam non sacerdos poterit eam licentiam concedere: nec obstant modo dicti tex. in cap. omnis vtriusque sexus, & d. Clementina 1. de priuil. dũ loquuntur de parocho, vel presbytero parochiali, quoniã hic est modus loquendi, quia cõmuniter parochi sacerdotes sunt, sed cũ hoc munus ad ordinem non pertineat, neque ab eo dependat, sed ad iurisdictionem, quam habet parochus etiã non sacerdos, consequitur huiusmodi parochũ etiam non sacerdotẽ huiusmodi licentias cõcedere posse, & eadem ratione assistere valide matrimonio.

20 Tandem, quia etsi in cap. nuper de sententia excommun. caueatur in versic. in secundo vero casu, absolutionem excommunicationis non reseruatæ posse impendi à proprio sacerdote, poterit nihilominus impendi à proprio parocho nõ sacerdote, vt probat optime Hugolin. de censur. tabul. 3. cap. 4. §. 2. num. 2. & ideo merito in terminis hanc secundam sentẽtiã, quod parochus proprius nõ sacerdos possit valide assistere matrimonio, tenet Nauar. lib. 4. consil. in 1. editione, tit. de sponsal. consil. 30. & in secunda impressione titulo de clandest. desponsat. consil. 9. & de iuris rigore defendi posse ait Salzed. d. cap. 73. in noua editione, versic. decimo quarto, eamque probat, & sequitur Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3 numero 5. & lib. 14 titulo de irregularit. cap. 6. numero 3. in fin. & lib. 1. de sacrament. in genere, cap. 26. Vega lib. 6. suæ Summæ, casu 112. & 119. eamque probabilem dicit Petrus de Ledesm. d. quæstione 45. articulo 5. puncto 3. dubio 3. conclusione 3. eandem tenet Zeuall. vbi supra, d. quæstione 604. numero 56. & 57. & probat late ex prædictis, dicens esse multo probabiliorẽ Tho. Sanch. vbi supra, nu. 3. per totũ, vbi n. 4. bene etiã probat aduers. Petr. Ledes. vbi supra, nõ peccare parochũ non sacerdotem assistendo matrimonio.

Paro-

21 Parochus autem non sacerdos potest concedere licẽtiã sacerdoti, vt interfit matrimonio, quod retenta qualibet opin. ex præcedentibus multo probabilius esse probat Tho. Sanch. vbi supra, n. 7. cũ Nauar. Enriq. & Manuel. Rodr. quos ad hoc refert, & sequitur, addẽs certius esse si Ordinarius nõdũ sacerdos hãc licentiã cõcederet sacerdoti, quia respectu Ordinarij nihil est in Decreto Cõcilij Trid. significas qualitatem sacerdotij in eo desiderari.

22 Nõ tamẽ parochus, vel etiã Ordinarius poterit licẽtiã cõcedere clerico non sacerdoti assistẽdi matrimonio, alias esset nullũ matrim. vt patet ex eodẽ Decreto Cõcil. Trid. in verbis supra relatis, quæ inducũt formã, ibi, vel alio sacerdote de licẽtia ipsius parochi, vel Ordinarij, ita tenet Naua. & Petr. de Ledes. & alij plures, quos refert, & sequitur Sãch. vbi supra, nu. 10. vbi quod præd. Decretũ Cõcil. ita semper intellectũ est, vsuq; receptũ. & nos affirmamus in praxi semper obseruari, eandẽ sentẽtiã sequitur Zeuall. d. q 604. nu. 58.

23 Quod si matrimoniũ celebretur corã parocho excõmunicato, suspẽso, vel irregulari nõ tolerato validũ quidẽ erit, quia dũ nõ priuatur parochus sua parochia, manet in sua possessione, vt verus parochus, & Concil. de parocho loquitur indistincte: ergo nos distinguere non debemus, vtrũ sit excõmunicatus, &c. vel nõ, iuxta regulã iuris vulgarẽ, l. de pretio cũ simil. ff. de publ. in rẽ act. Præterea, quia præsentia parochi requiritur in matrimonio quasi authoritatẽ illi præstans per potestatẽ, quã habet in subditos, vt docet Nauar. lib. 4. in 1. editione, tit. de sponsal. cõsil. 47. n. 6. ad 1. & in 2. impressione, tit. de clãdest. despõs. consil. 14. n. 6. ad 1. sed authoritatẽ præstare actui sua præsentia nõ est act⁹ iurisdictionis: ergo potest valide fieri ab excõmunicato nõ tolerato, suspẽso, vel irregulari, & in terminis ita tenet Petr. de Ledesm. de matrim. q 45. art. 5. pũcto 3. dubio 3. in fin. fol. 192. & Vega cũ Metym. lib. 6. suæ Sum. casu 119. & ante eos Enriq. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 4. ampliãs n. 5. quãdo est irregularis, is cui parochus dat licẽtiã assistẽdi matrim. sequitur Tho. Sãch. d. lib. 3. de matrim. disput. 21. n. 4. & ante eum Zeuallos d. quæst. 604. num. 65.

24 Maxime tamẽ cõtrouersum est in proposito an parochus huiusmodi, scilicet excõmunicatus, suspensus, vel irregularis, nõ toleratus, dũ nõ reijcitur à suo beneficio parochiali, possit licẽtiã cõcedere alij sacerdoti assistendi matrim. & sic an hoc pertineat ad iurisdictionẽ necne? videtur nãq; pars negatiua. & sic ꝙ huiusmodi matrim. sit nullũ ex eo cõstat, quia dare licẽtiã alieno sacerdoti audiẽdi confessiones subditorũ, parochi est actus iurisdictionis, & ita nõ potest cõcedi valide ab excõmunicato nõ tolerato, vt tenet Sylue. in Sum. verbo absoluto 2. q. 6. & verbo cõfessor 2. q. 4. effectu 5. Domin. à Sot in 4. dist. 18. q. 4 art. 3. vers. circa cõcessiones, Victoria in Sũma de cõfes. n. 152. & de excõmunic. n. 345. Ledes. in 2. 4 q. 7. art. 5. dubio 11. nos lib. 1. Canon. quæstionũ, c. 1. n. 89. quã doctr. inquit esse verissimã Tho. Sanch. vbi supra, d. disput. 21. n. 9. aduersus alios plures DD. quos retulerat ibidẽ, n. 7 asseren tes posse Episcopũ excõmunicatũ nõ toleratũ, cõcedere facultatem audiẽdi cõfessiones, & extreme vngẽdi, quia hoc nõ est actus iurisdictionis, sed sola iuris sibi competẽtis cessio: & in hãc sentẽtiã negatiuã tenet in terminis Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. art. 5. pũct. 3. dubio 4 fol. 192. super cuius fundamẽtis dicit esse cogitandũ Zeuallos d. q. 604. n. 120. ad fin. sed est satis probabilis hæc prima sentẽtia secundũ Thom. Sanch. vbi supra, num. 6. ad fin.

Nihilominus tamen contraria sententia, & sic affirmatiua est probabilior secũdũ eũdẽ Auth. ibidẽ nu. 7. in principio, vbi ad fin. refert Authores eã tenẽtes in terminis, nẽpe Enriq. loquẽs de excõmunicato lib. 11. de matrim. c. 3. n. 5. in cõmento litera, Q. & lib. 13. de excõmun. c. 7. n. 7. & Vega cũ Metymna loquẽtes in excommunicato, & suspẽso lib. 6. summæ casu 119. quẽ esse videndũ inquit Zeuall. vbi supra, quãuis enim doctrina supra allegata pro 1. sent. negatiua sit vera, & tenẽda, est tamẽ differẽs ratio, quia ad cætera sacramẽta licite administrãdi desideratur potestas ordinis, & iurisdictionis, vnde parochus cõcedens alteri, vt possit ea administrare transfundit in illũ iurisdictionem, actũque iurisdictionis, at vero sacramentum matrimonij, non requiritur iurisdictionis

vsum, sed tantum habitualem iurisdictionem in assistente, vel licentiam assistendi concedente, & præterea, quia sicut parochus non toleratus priuatus est actiua sacramentorum administratione, ita etiam potestate concedendi alteri licentiam ea administrandi, & sicut non est priuatus potestate assistendi, vt resoluimus, ita nec potestate dandi præd. licentiã, & quamuis venialiter peccaret parochus non toleratus assistendo matrimonio, non vero mortaliter, concedendo tum præd. licentiam assistendi alteri sacerdoti, non quidem peccaret, vt vtrumque probat Sanchez d. disputatione 21 numero octauo: ex quibus omnibus resoluo proculdubio parochum excommunicatum, suspensum, vel irregularem toleratum proculdubio assistere posse matrimonio, & licentiam alij sacerdoti concedere eidem assistẽdi, & in terminis cum Ledesm. vbi supra pag. 192. columna 2. tenet Zeuallos d. quæst. 604. numero 120. in principio.

25 Parochus autem sacramentorum administratione interdictus, siue generaliter, vt quando ei propter imperitiam datur Vicarius, vel coadiutor, & similiter quando propter aliquod crimẽ priuatur sacramentorum administratione, vel specialiter, vt quando aliqua iusta ratione præcipit Episcopus, vel eius Vicarius parocho ne aliquos matrimonio cõiungat, valideverò assistit matrimonio, quia vere parochus est, retinetque parochiæ titulũ, vt censuit Rota nouissim. tomo 1. decis. 429. & 790. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 4. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ, in secunda editione, cap. 219. numero 10. sequitur Thom. Sanchez vbi supra, d. disputatione 21. numero 11. & quod validum sit matrimonium in vltimo casu ex supra d. nempe, quod contrahitur coram parocho, cui interdictũ est ab Episcopo, ne interueniat, censuit Congregatio Illustris. Cardinalium deputatorum ad declarationem decretorum Concilij Trident. vt refert Salzed. in Practic. Crimin. Canonica, in noua editione, cap. 73. in versic. primum igitur dubium, & Petrus de Ledesm. de matrimonio, quæstione 45. art. 5. fol. 190. in versic. primum dubium est, & Zeuall. d. quæstione 604. numero 71. & probat latissime idem Sanch. d. lib. 3. disputatione 32. numero primo, quod procedit, vt constat ex supra dictis, & declaratione Congreg. eorundem Cardin. licet parochus interdictus, ne aliquos matrimonio coniungat, esset parochus ad Episcopi Nuncium amouibilis, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 12. qui eandem declarationem ad literam refert, idem Thom. Sanchez, d. lib. 3. disputatione 32. numero 2. vers. Tertio probatur, facit Rota nouissimorum 750. numero 4. tom. primo, quã ibi refert idem Author in versiculo quarto, vbi decidirur, valuisse licentiam datam à parocho assistendi matrimonio contra formam Synodi præcipientis, ne daretur nisi adhibito Notario, & tribus testibus: eo quod Synodus non addiderit clausulã annullatiuam.

An autem matrimonium contractum coram parocho habente possessionem parochiæ absque vero titulo stante cõmuni errore validum sit, latissime agit Thom. Sanch. lib. 3. de matrim. disputatione 22. per totã, verũ eã bene resoluit nu 60. cũ sequentibus vsque in fin. in hũc modum. 26

Primo, quod si parochus intrusus est absque titulo collato à legitimo superiori, non valet matrimonium, quia in neutro foro valent gesta per illum, vt probauit num. 49. & 50.

Secundo, quod si parochus habuit titulum à legitimo superiori, inualidum tamen ob vitium occultum, valet matrimonium: quia dum adest communis illa ignorantia, parochus veram in vtroque foro iurisdictionem habet, vt probauit numero quinto, & 13. & in terminis ita tenent etiam Enriquez lib. 11. de matrim. cap. tertio, numero quarto, & Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ, in secunda editione, cap. 219. numero 8. ampliat superiora Sanchez ibi numero 61. vt procedant, quamuis cõtrahentibus notum sit illũ parochũ vero titulo carere, quia vt ipse probauit n. 42. etiã respectu scientiũ nullitatẽ tituli valent gesta per eũ, dum adest cõmunis error, addit etiã valere matrimonium, licet is, cui cõcedit parochus licẽtiã assistẽdi matrimonio, sit merus laicus, si cõmuni æstimatione, & errore credebatur sacerdos prõ tali se publice gerens, quia quamuis parochus non possit dare licentiam non sacerdoti, vt prædiximus, at concurrit titulus præsumptus, scilicet licentia, & à superiori potenti concedere data, estque cõmunis error, & impedimentum, ob quod inualida fuit, est solius iuris humani, in quo casu ius supplet defectum, & gesta per talem valida sunt, vt probauit idem Author ibidem numero 27 cum sequentibus: si autem parochus, qui licentiam dedit, erat intrusus, tunc non tenet matrimoniũ, quia ille intrusus omni potius iurisdictione caret, & sic licẽtia illa nõ est cõcessa à legitimo superiore, secus si parochus haberet titulũ præsumptũ collatũ à legitimo superiore, inualidũ tamen ob vitiũ occultum, quia tunc ob communem errorem, & reputationem valide gerit omnia ad parochi munus expectantia, idemque esset, si licentiã legitime concessam occulte reuocasset stante communi reuocationis errore, & ignorantia.

27 Probo etiam quod idem Author ibi, numero 62. ex Henriquez, & Manuel. vbi supra, infert, nempe quod quamuis parochus eo ipso beneficium amiserit, vt quia intra annum ad sacerdotium promotus non sit, vel aliud incompatibile beneficiũ adeptus sit, si matrimonio assistat, vel alius sacerdos de eius licentia, validum sit, quia quãuis ipso facto priuatus titulo sit, nondum tamen possessione spoliatus est, & interim præsumitur habere iustam causam retinendi: cap. licet Episcopus de præben. lib. 6. idemque est dicendum, licet priuatio tituli fuerit per sententiam hominis interim dum eo non spoliatur.

28 Similiter verum quoque mihi videtur validum esse matrimonium contractum coram sacerdote, cui licentiam assistendi concesit parochus solis verbis externis absque tamen vera intentione concedendi occulta, quia concurrit licentia collata à legitimo superiore, & eius nullitas est occulta, atque ita adest communis error cum titulo præsumpto, vt probat Sanchez vbi supra, aduersus Petrum de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo quinto, pũcto tertio, dubio quarto, folio 192. columna secunda in fin. tametsi eius opin. sequatur, & probet Zeuallos d. quæstione 604. numero 121.

29 Domicilium autem originis quamuis sufficiat pro sacramento ordinis conferendo, licet promouendus alibi domicilium habitationis habeat, vt in cap. cum nullus, de temp. ord. lib. sexto, non tamen sufficit pro matrimonio, itaque parocus solius originis non censebitur proprius ad coniungendos aliquos matrimonio, quia Concilium Tridentinum ad hoc petit assistentiam proprij parochi, sed parochia proprie, & diœcesis illa dicitur alicuius, in qua habet domicilium habitationis.

30 Et in dubio non venit originis domicilium, sed habitationis, iuxta glos. in cap. statutum, §. cum vero, verbo vnam dietam, in fin. de rescript. in sexto, & ibi Francus numero 12. & Dominic. ad fin. Anchar. numero quarto, refert plures Tiraquel. de retract. Linagi. §. 9. glossa secunda, numero 21. post Felin. in cap. fin. numero 23. versic. benefacit, de for compet. Thomas Sanchez d. lib. 3. disputatione 23. numero 7.

31 Non igitur satis est domicilium iuris fictione, vt originis propriæ, vel paternæ vel beneficij, ad hoc vt quis dicatur parochianus secundum Federic. de Senis cõsil. 254. incip. 4. subsequens, versic. super falso fundamento & ad fin. versic. sed diceret aliquis: sequitur alios referẽs Menoc. de præsumpt. lib 6 præsumptione 42 nu. 5. & Tho. Sanch. disput. 23 n. 7. vbi ex supradictis, & alijs hanc opin in proprijs terminis matrimonij tenet.

32 Sed an nõ tantũ parochi proprietarij, qui habent beneficiũ parochiale, sed etiã parochi delegati, quos Episcopi cõstituũt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & vicecurati constituti à parochis proprietarijs possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere, agit late Thomas Sãchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 31. per totã, & à n. 12. vsque in fi. 7. conclusionibus quæstionẽ hãc recte resoluit, & decidit cũ suis declarationibus.

SVMMARIVM Cap. LXIII.

1 MATRIMONIVM *cõtractũ ab ijs, qui relicta sua origine, rebus, & facultatibus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

suis ibidē, se cōtulerūt alibi lōge cum animo ibi cōstituendi domicilīū certis ex causis, & intra tres menses post quā illic peruenerunt, se inuicē matrimonio copularūt corā parocho, & testibus, an sit validū? & per totum caput, præcipue nu. 13. cū sequētib. vbi pars affirmatiua probatur.

2 *Domicilīū nouiter acceptū ad celebrandam matrimoniū, relicta propria patria, videtur fraudulentum, non enim contrahitur domicilīū nisi per decēnīū, aut alio tempore arbitrio iudicis, vt in num. 3. & 10.*

4 *Domicilīū in alio loco acquiritur per possessionē immobilīū cum habitatione.*

5 *Domicilīū nō contrahitur per habitationem mille annorum ab eo, qui habet animum redeundi ad suam patriam, vbi bona sua reliquit.*

6 *Proprius parochus ad contrahendū matrimoniū dicitur illius loci, in quo cōtrahentes habent animum permanendi: secus si habeant ad tēpus redituri postea ad proprium domicilium.*

7 *Matrimoniū in rure celebratū corā parocho illius, & testibus ab eo, qui est incola ciuitatis vel villæ prædiam rure habente, & illuc aliquoties accedente ad exercenda rusticalia, an sit validum?*

8 *Matrimonium non valet eorum, qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentū sibi faciendum in ciuitate, vbi sunt incolæ, abierunt in aliā, & ibi de licētia Ordinarij ciuitatis, vbi erāt incolæ, cōtraxerūt matrimoniū: sed contrarium num. 32. & 33.*

9 *Pupillus sicut sepulturā eligere, nec parochiam mutare, ita nec sua volūtate potest domicilīū cōstituere, & n. 34.*

11 *Habitatio fraudulenta in præiudicū parochi proprij, vel alterius habita in aliquo loco ad effectum adquirendi nouum parochum, non sufficit.*

12 *Fraus, & dolus consecturis, & indicijs probatur.*

14 *Habitator nouus animum suum declarans dicens se velle ibi habere domicilium, vel perpetuo manere sortitur domicilium.*

15 *Animus contrahentis nouū domicilīū probatur iuramento ipsius ad contrahendum ibi matrimonium.*

16 *Bona fides in dubio præsumitur circa nouum domicilium adquirendū, quādo hoc exprimitur.*

17 *Matrimonium inter duos alienigenas contrahendum qui sunt cogniti, quod non sint cōprehensi inter vagabundos potest celebrari coram parocho, in cuius parochia contrahentes habitant.*

18 *Ciuilitas acquiritur, hoc est, vicinitas per matrimoniū contractum in loco.*

19 *Parochia adquiritur ratione habitationis quādo ea breuis tēporis nō est, sed in id oppidū se aliquis recepit causa alicuius negotij expediēdi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat, vt adquirūt scholastici in loco studij, famuli, & mercenarij non ad breue tēpus locantes operas in domo heri, & hi qui causa pestis, aut belli aliquo cō fugiunt.*

20 *Matrimoniū celebrari potest corā parocho illius loci in quo aliquis ad negotiū expediendū se contulit, nō ad breue tempus, vt in exemplis hic positis.*

21 *Velationes, & benedictiones nuptiales receptæ in propria patria à suo parocho, matrimonij alibi contracti confirmant ipsum matrimonium.*

22 *Verba an sint de substantia matrimonij, vel sufficiant signa exteriora consensus in valentibus loqui.*

23 *Anuli immissio, & subarratio facta ab sponso sponsæ recipiēti, an inducat matrimonium de præsenti, præcipue ad fores Ecclesiæ, & corā sacerdote.*

24 *Matrimoniū contractū in minore ætate, an confirmetur datione anuli, vel subarratione facta post maiorem ætatem, & numeris sequentibus.*

25 *Voluntas plus declaratur facto, quam verbis.*

27 *Spōsalia impuberū verbis de præsenti cōtracta an transeant in matrimoniū de præsenti, si traductio nūc fiat post Concil. Trident. solemniter coram parocho, & testibus aduertentibus id fieri cum intentione contrahendi.*

28 *Cohabitatio coniugum longo tempore habita magnam præsumptionem inducit in fauorem matrimonij.*

29 *De-*

29 *Delegati iudicis nullitatum quis cognoscat?*

30 *In dubio pro matrimonio est iudicandum, & quod in eius fauorem standum sit opinioni vnius Doctoris grauis, vel minoris partis, vide num. 31.*

35 *Dispensatio consanguinitatis ad matrimonium contrahendum ex causa concessa à Summo Pōtifice licita est.*

36 *Fraus ex breuitate temporis præsumitur, & quomodo intelligatur?*

37 *Statuto stante, quod nullus emat frumentum in platea nisi pro suo victu, si quis id emerit pro suo victu totius anni, & postea mutato proposito, recedat & vendat præd frumentum, non punitur.*

38 *Dolus & fraus regulariter non præsumitur, & qui aliud dixerit, debet id probare, alias non obtinebit.*

39 *Dolus & fraus, quod probetur indicijs, & coniecturis, atque præsumptionibus, quomodo intelligatur.*

40 *Dispensatio Papæ in primo, & secundo gradu cōsanguinitatis fuit valida in casu huius capitis, idque probatur.*

41 *Prouisores Capituli sede vacante, quibus fuit commissa dispensatio, potuerunt eam expedire.*

42 *Prouisores sede Episcopali vacante, regulariter an possint dispensationes Papæ ad matrimonia expedire.*

43 *Puberes, qui dicantur ad contrahendū matrimonium.*

44 *Pubes si post 14. ann. habilis non sit, hoc est, potens ad copulam, an possit contrahere matrimonium?*

45 *Matrimonium prohibitū est Iure Canonico contrahere ante ann. pubertatis, quod regulariter procedit, fallit vt hic.*

46 *Proximus pubertati quis dicitur, & num. 47. quod hoc relinquitur arbitrio iudicis ex discretione, & alijs circunstantijs de quibus hic.*

48 *Viro affirmanti se vxorem carnaliter cognouisse credendum est.*

49 *Obstetricū inspectio facienda est ad scīē dū, an mulier sit carnaliter cognita.*

50 *Potens ad contrahendum quando quis dicatur, arbitrio iudicis relinquitur attentis his de quibus hic.*

CAPITVLVM LXIII.

De domicilio requisito contrahē tium in aliquo loco ad hoc vt ibi sortiatur propriū parochū, qui assistere possit, & debeat matrimo nio: iuxta Decretum sacri Concil. Trident. & casus grauis in proposito in praxi contingens refertur, atque deciditur.

1 RIGINARII cuiusdā oppidi, vel ciuitatis certis ex causis Hispalim se cōtulerūt animo ibi permanēdi, atque domicilīū cōstituēdi relictis rebus suis, dominio arq; iurisdictione in vasallos in loco originis, & trāsactis tribus mensibus habitationis Hispali, ibi matrimonium inter se contraxerunt coram Ordinario Hispalen. Quæritur an hoc matrimonium fuerit validum necne?

Quæstio hæc difficilis est, lōgāque petit examinationē materię domicilij, habitationis, ideo late hic opportune de ea agere decreui pro vtraq; parte, vt ex infra dicēdis optimæ doctrinæ colligātur in materia matrimoniali, de qua agimus, nō solū, sed etiam in alijs in praxi valde vtiles.

2 In primis pro parte negatiua facit, quia præd. domicilij cōstitutio Hispali facta videtur in fraudē domicilij originis intenta, eo quæsito colore quod Hispali haberent patruū quēdā Thesaurariū Sanctæ Ecclesiæ Archiepiscopalis illius ciuitatis in cuius domū commorarentur, vt à domicilio originis diuerterent, vbi, si celebraretur matrim. impedimentum opponeretur, ex quo cessaret, & effectū non sortiretur suū prætēsum matrim. & ita re ipsa apparuit, siquidē celebrato matrimonio Hispali per vnū tantū annū ibi cōmorarunt, & postea reuersi sunt in suā patriā, & originem, vbi quāpluribus ann. permānserūt quousque lis super inualiditate matrimonij ex parte mulieris fuit mota: igitur in tempore adeo breui vnius anni non potuerunt domicilium contrahere Hispali, quia ad illud contrahendum, siue constituendum decennium requiritur, vt in l. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de incol. lib. 10. & late per Mascard. plures allegantem de probat. primo tom. verbo domicilium, conclusione 534. numero 6. l. 32. titulo 2. partita 3. in versiculo, la setena. l. 2. in fin. titulo 24 partita 4. vel quod ibi maiorem partem suorum bonorum haberent, vt per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centuria 1. casu 86. numero 8. cum sequentibus, & num. 18. & d. l. 32. in versiculo, la octaua, & Mascard. vbi supra, numero 21.

3 Alij autem dixerunt tempus habitationis in aliquo loco ad inducendum domicilium relinqui arbitrio iudicis, & sic, quæ dicatur assidua habitatio, vt constat ex Menoch. vbi supra, numero 16. & Mascard. num. 9. & 10. vel quod æquè se haberent ad vtrumque locum, vt in terminis matrimonij tenet Nauar. consilio 7. numero 3. de clandest. despons. lib. 4. quod autem Hispali in præmissa quæstione non contigit, vt ex eius casu constat: igitur, &c.

4 Neque obstat dicere contrahẽtes animum habuisse habitandi, & permanendi Hispali, quia vt inquit Rebuf. in l. Pupillus, §. incola, ff. de verbor. significatione, in versiculo quæro, pagina 1048. in principio, necessarium erat ad hoc, quod res suas cum familia detulerit habitator, vel quod ibi remãserit decem annis, vel quod domum ibi emerit, quia possessio immobilium cum habitatione facit aliquem incolam; l. 1. cum ibi notatis, ff. ad municipal. Menoch. vbi supra, num. 2.

5 Secundo principaliter eadem pars negatiua, quod matrim. nõ valuerit in præd. specie, probatur, quia ex quo d. contrahentes Hispali res suas non habebãt, sed in loco suæ originis, & Hispali tantum causa visendi patruum suum, ibique ad tempus permanendi cum eo se contulerunt, non videtur habuisse animum perpetuo ibi permanendi, nec constituendi domicilium, sed tantum causa recreationis, & statim se conuertendi ad locum, & domum originis, vbi semper prius cõmorabantur, & habebant vassallos, oppida, iurisdictionem, & redditus magnos, quo casu, quãdo scilicet quis habet animũ redeũdi, tũc etiã per mille annos non contrahitur domicilium, vt in scholari, & similibus, ita Bart. in l. quæsitum in principio ff. deleg. 3. & plures allegans Menoch. vbi supra, numero 7. & 22. Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 3. disputatione 23. numero 9. versiculo 4. & latissime, late probans numero 11. per totum, & Mascard. numero 13. vbi numero 15. idem dicit fortasse esse dicendũ in pupillo, qui apud auiam tutricẽ, quæ alterius erat parochiæ, quam pupillus, permansit, nam cum legitima, & necessaria causa ibi permanendo fuerit, non præsumitur ibi domicilium constituere

6 Quo fit, vt in proprijs terminis circa matrimonium contrahendum valide, is solũ dicitur proprius parochus parochiæ in qua contrahentes animum permanendi habent: secus si habitent ad tempus redditurus postea ad proprium domicilium (prout in terminis contigit in hac specie) ita decisum fuit in Rota nouissimorum 643. numero 2. & 3. volumine 1. & tenet Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. num. 3. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ in secũda editione, cap. 219. numero 6. Segur. Daual. in secunda parte Director. iudic. Eccles. cap. 15. num. 48. D. Spino in Specul. testam. glossa 15. numero 41. Petrus de Ledesm. de matrim. quæstione 45. articulo 5. puncto 3. post dubiũ 4. §. dico tertio, si de facto, fol. 193. columna 1. sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 3. disputatione 23. numero 11. ad fin. pagina 559. columna 2. vbi refert Thom. Triuisan. lib. 1. decis. 23. dicente Venetijs decisum esse, quod si mulier, quæ anni spatio habitauit cum amasio, nubat alteri nõ assistente parocho domicilij fœminæ, sed parochiæ amasij, non valet matrimon. quia ratione illius habitationis, nõ contrahitur parochia, & quamuis vxor sortiatur forum ratione domicilij, non tamen cõcubina, vt bene docet glos. in cap. eos, verbo eos, 32. distinctione.

7 Tertio, quia ciuitatis incolæ, & in rure prædia habentes, & ad rusticalia exercenda aliquoties in anno ad rus accedentes dimissa in vrbe familiæ suæ parte, si coram parocho rurali, & testibus matrim. contraxerint, tale matrim. est nullum, non vero validum pronunciandum, quia non fuit celebratum coram proprio parocho contrahentium, nec alterius eorum, aut alio

alio sacerdote de Ordinarij, aut parochi licentia, vt bene probat Nauar. consil. 7. de clandestin. despons. lib. 4. & consil. 1. de paroch. numero 2. lib. 3. vbi idem dicit de illo, qui causa pestis, seditionis, vel belli fugit à sua parochia primo quoque tempore, quo potuerit reuersurus: & procedit etiam in eo, qui causa comitandi Regem, vel fugiendi pestem, recreandi animum, vel agendi alia negotia, vel causa belli, manserit aliqua parte anni, vel etiam toto anno extra suam parochiam, quia nõ ideo desinit esse sua, nisi manserit alibi animo transferendi domicilium suum illuc in perpetuum, secundum eundem Nauar. consil. 1. de decim. num. 5. lib. 3. & priorem præcedentem sententiam Nauar. latissime comprobat, & sequitur cum pluribus morum responsis atque Rotæ decisione Menoch. consil. 398. per totum, volumine 4. & Enriquez in sua Sũma sacrament. in secunda parte, titulo de matrimonio, capit. 3. num. 3. ibi: nec satis est, &c. & Emanuel Rodrig. in prima parte suæ Summæ, cap. 200. numero 7. ad fin. alias, cap. 216. numero 7. Thom. Sanch. vbi supra, numero 9. pro qua communi doctrina est optimus tex. in terminis quoad sepulturam, ea non electa, in cap. is qui, de sepult. lib. 6.

8 Quarto, in proprijs terminis nostræ quæstionis decidit Nauar. consil. 14. de clandest. despons. per totũ lib. 4. late probans, non valere matrimonium eorũ, qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentum sibi faciẽdum in ciuitate, cuius erant incolæ, abierunt in aliam ciuitatem longe ab illa sitam, in qua post aliquos dies de licentia Ordinarij præd. ciuitatis, cuius erãt incolæ, contraxerunt matrimonium.

9 Quinto, quia pupillus (prout erat vnus ex contrahentibus in proposito) sicut sepulturam eligere non potest, nec parochiam mutare, vt in cap. licet quarto, de sepultur. lib. 6. ita nec sua voluntate potest domicilium constituere, quia non potest se obligare sine tutore: licet possit reipsa (hoc est) stando vbi habet maiorem partem facultatum suarum, ita Bart. in l. vnica, numero 2. vbi pet. tut. & in l. placet, numero 3 ff. ad municip. & in l. prima, numero 7. ff. de tut. & curat. dat. absent,

10 Sexto, quia licet contrahentes Hispali declarassent animum suum permanendi ibi perpetuo, & sic viderentur domicilium constituisse si id bona fide factũ fuisset, multis tamen rationibus visi sunt id in fraudem veri, & originarij domicilij fecisse, ac proinde eis patrocinari non debet iuxta tex. in cap. Sedes Apostolica de rescript. cum simil. fraus autem ex eo colligitur, quod cum essent originarij, & domiciliarij alterius Episcopatus, in quo habebant omnes facultates suas, domus principales antiquissimas maioratus suæ habitationis, iurisdictionẽ, oppida cũ vassallis, & reliqua, insuper & matrem, ipsa pupilla reliquit hæc omnia, & per vias inusitatas se contulerunt Hispalim, & post tres menses celebrarunt inter se matrimonium coram Ordinario Hispalen. & post annum reuersi sunt ad suam pristinã habitationẽ, & domũ. Itẽ hoc fecerũt, ne, si in propria origine, & habitatione matrimonium cõtrahendum esset, denunciaretur, impediretur à matre puellæ, & alijs: omnia hæc signa, & indicia sunt fraudis. Causa autem asserta, vt patruum viserent, & cum eo cõmorarentur, non videtur concludens, nec præcisa saltem ad multum tempus, sed tantum gratia recreationis, animo statim quod matrim. celebraretur Hispali, vel paulo post, quæ est pars remotissima à sua origine, illuc reuertẽdi, quare etiam si tũc dicerent id animo perpetuo permanendi Hispali facere, re tum ipsa in fraudem factũ videtur, & color quæsitus, cuius prætextu matrimonium palliarent, sicque similiter omnes confingerent parochiam, vt Decretum Concilij Trident. de proprij parochi assistentia luquẽs defraudarent, quod esset absurdum.

11 Et in terminis, quod habitatio fraudulenter in præiudicium parochi proprij, vel alterius parochi habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouum parochũ, non sufficiat, tenet Nauar. consil. 1. in fin. de decim. lib. 3. in noua impressione, & Enriquez in sua Sũma lib. 11. de matrim. cap. 3. ibi, si autem vir, & fœmina: facit Ledesma in addit. ad tertiam partem de matrim. quæstione 45. articulo 5. pag. 198. quem refert, & sequitur Manuel Rodrig. vbi supra, in prima cõclusione ad fin. vbi

quod exterus accedens ad partes, vbi Concilium Trident. sess. 24. de reformatione matrim. non est promulgatum, vt contra heret matrim. sine parocho, & testibus in fraudem l. & solum gratia contrahendi matrimonium, tale matrim. est nullum, quamuis alias si fieret absque fraude, esset validum.

12 Fraus autem, & dolus coniecturis, & indicijs probatur, siquidem alias vere probari non potest, vt in l. dolum, cum simil. C. de dol. late Mascard. de probat. primo tom. verbo dolus, conclusione 530. num. 1. & 2. plures allegans, & numero 3. ait dolum probari præsumptiue, & non necessario, & numero 4. quod probatur per leuiores probationes, & numero 5. quod licet coniecturæ, & præsumptiones non probent sui natura, tamē in his, quæ occulte fiunt, plenā probationem faciunt secūdum plures DD. quos ibi citat, & prædicta refert, & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumptione 3. num. 42. & 43. hic autem, vt ex supradictis, & alijs constat, concurrunt plures coniecturæ, & præsumptiones fraudis: ergo præfatum matrimonium fuit nullum.

13 His tamen omnibus non obstantibus rem maturius, & exactius considerando nobis visum fuit matrim. præd. validum fuisse, & esse, atque omnino obseruandū, & ita ex facto decreuimus simul cū Episcopo Caurien. qui mihi causam decidēdam remisit ex rationibus, & fundamentis sequentibus. Primò, ex doctrina Abbatis in cap. fin. in fin. de paroch. vbi docet, & probat, quod si habitator immediate declarat animum, quod vult habere domicilium sine expectatione alterius temporis, habebit domicilium: prædixerat enim Abb. paulo superius, quod ad constituendum domicilium requiritur animus habitandi ibi perpetuo, & quod hic animus ex coniecturis deprehenditur: vnde secundum quod coniecturæ vrgent, requiritur maius, vel minus tempus, & quod in scholaribus requiritur tantum tempus, quia veniunt causa studendi, & non constituendi domicilium: quæ ratio cessat in eo, qui ex toto deseruit primū domicilium, & cum omnibus rebus transfert se ad alium locū: nam si emit ibi possessiones, immediate præsumitur, quod vult constituere ibi domicilium: sed vbi non emit possessiones, sed stat sic in suspenso, dicit tempus esse arbitrarium vt secundum qualitatem temporis, & hominis iudex præsumat animū suū: omnia hæc moderatur postea Abbas in fine: (& nunc ad rem) dicens vt supra, scilicet, & per hoc dico, si immediate iste declarat animum, quod vult habere domicilium, quod sine expectatione alterius tēporis habebit domicilium, quam doctrinā Abbatis ad literam refert, & sequitur Alciat. in l. Pupillus, §. incola, numero 3. ff. de verb. signifi. & Andreas Gayl. lib. 2. practic. obseruatione 35. numero 7. Segura Daualos in suo Director. iudi. Eccles siast. 2. parte, cap. 15. numero 48. id iure probans; & Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 1. casu 86. numero 2. ibi, nihilominus quamuis, &c. sic limitans superiora, prout fecit Abb. vbi supra: eandem etiam doctrinam refert, & sequitur Mascard. de probat primo tom. verbo domicilium, cōclusione 534. numero 3. & latissime Tho. Sanch. lib. 3. de matrimonio, disputatione 23. numero 11. per totam, vbi late probat cum alijs, quod vt vere aliquis dicatur parochianus exigitur animus constituendi domicilium, ibique perpetuo permanendi: secus si habens domicilium in vno loco se transferat in alium non animo permanendi, sed ex causa limitata ad tempus, qua finita redditurus est ad proprium, vt in casu d. cap. is qui, de sepult. in 6 supra citati & in scholaribus causa studij diuertentibus ad Vniuersitatem aliquam, & similibus: ibique etiam loquitur in terminis matrimonij celebrandi, & citat Rotam nouissimorum, & reliquos supra citatos, inquitque ibi numero 13. hanc sententiam esse probabiliſsimam.

14 Neque obstantiam ea, quæ de modis probandi domicilium supra adduximus, nempe esse necessarium ad constituendū alibi domicilium, quod quis res suas cum familia detulerit, vel quod ibi remanserit decem annis, vel quod domum, aliasve possessiones immobiles ibi emerat, vt requirebant DD. supra citati in contrariū: hoc enim ijdem Interpretes verum esse intelligunt, quando nouus habitator animum suum non declarat: & sic in dubio.

Cæte-

Cæterum ijdē expresse limitant, vt non procedat, quando nouus habitator animū suum declarat dicens, se velle ibi habere domicilium, vel perpetuo manere, quia tunc absque expectatione alterius temporis habebit domicilium, vt cōstat ex Abb. & cæteris præcitatis: & probat latissime ex pluribus Thom. Sanch. vbi supra, numero 1. & 2. ex quibus constat hanc esse veram, & receptam sententiam.

15 Hoc autē in nostro casu, & quæstione contigit, quia vir, & fœmina statim, quod Hispalim peruenerunt extraiudicialiter, & in iudicio cum iuramento affirmarunt, & protestati sunt declarando animum suum verbis expressis se viuere, & residere Hispali velle, vt constat ex actis: quod sufficit, quia est super dependentibus ab animo suo, quamuis alia probatio non adesset, vt in terminis cum alijs docet Menoch. vbi supra, numero 6. ergo matrim. fuit, & est validum.

16 Quia in dubio bona fides præsumitur in proposito, vt in terminis tenet Nauar. consil. primo, de paroch. numero 3. lib. 3. dum dicit, quod videtur sufficere habitatio cum bona fide, & sine fraude susceptra in aliquo loco, vnde non potest commode reuertere ad sumenda sacramenta in loco parochiæ, vnde habebat domicilū, & Segura Daualos vbi supra, in secunda parte sui Direct. iud. Eccles. cap. 15. numero 48. ibi, nisi animo illic commorandi se transtulerint: & numero 50. dicens.

17 Quod si matrimonium inter duos alienigenas contrahendum venit, qui tamen sunt cogniti, quod non sunt comprehensi inter vagabundos, proprius eorum parochus esse intelligitur, in cuius parochia cō trahentes habitant tempore, quo matrim. contrahitur, vt ab Illustrisimis Cardinalibus Congregationis Concilij declaratū est, & quamuis eam declarationem ibi nō inserat, nec authenticam habeamus, sufficit id esse iuri conforme, vt patet ex supra dictis, & infra dicendis, & tenet etiam Azeued. in l. prima, numero 6. titulo 3. lib. 7. nouæ collect. Reg.

18 Dicens, quod imo ex dictis ll. idem iudicaret in eo, qui matrimonium in loco contraxit animo ibidem permanendi cū ex dictis iuribus per matrimonium contractum ciuilitas acquiratur, & tenet etiā Manuel Rodrig. in prima parte suæ Summæ, cap. 200. alias 216. conclusione 5. numero 6. ibi, *mas si se van con animo de permanescer, pueden ser casados por el parrocho de aquella tierra adonde de nueuo van a morar*, & Enriquez vbi supra, d. lib. 11. de matrimonio, cap. 3. numero 3. ibi, solus enim dicitur illorum parochus, &c. & iterum ibi in glossa litera X.

19 Secundo principaliter eadem pars cō probatur à fortiori ex alia secunda benigniori, & veriori sententia, quæ habet, acquiri parochiam ratione habitationis, quā do ea breuis temporis non est, sed in id oppidum se aliquis recepit causa alicuius negotij expediendi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat, vt acquirunt Scholastici in loco studij, famuli, & mercenarij non ad breue tempus locantes operas in domo heri, & ij, qui causa pestis, aut belli aliquo confugiunt, & hæc sententia est contra priorem supra relatam in secū do membro distinctionis, in primo superiori fundamento, & probatur hæc secunda, quia is dicitur proprius parochus ad cō iungendos aliquos matrimonio, & alij sacerdoti licētiam concedendi ad matrim. celebrandum, qui ex cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. appellatur proprius sacerdos ad audiendas cōfessiones, & dandam alteri sacerdoti audiendi licentiam, vt patet ex eo tex. & tex. Concilij sess. 24. cap. primo, in Decret. de reformatione, & docent Spino in suo Specul. Testam. glossa 15. numero 38. Petr. de Ledesm. de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. puncto 3. dubio 3. conclus. 1. & 3. folio 191. cum sequenti, & Thom. Sanch. d. disputatione 23. numero 10. sed in d. cap. omnis vtriusque sexus, appellatur proprius sacerdos ad audiendas confessiones habens curam parochiæ, in qua aliquis per maiorem partem anni habitat, vt docent Angel. in summa, verbo domicilium vnic. ad fin. & ibi Sylvest. numero 2. idem Angel. verbo parochia, in fin. & ibi Sylvest. in fin. & Tabien. ibi, quæstione 2. numero 3. Innoc. & alij in d. c. omnis, numero 6. nempe Ioan. And. numero 13. Ant. de Butr. numero 38. Card. 6. Anchar. numero 9. dicentes, illū dici propriū

sacer-

sacerdotem Scholasticorum, & mercenariorum in cuius parochia per annum habitant: ergo similiter is erit proprius parochus pro matrimonio, neque ad id, scilicet confessiones audiendas, requiritur animus perpetuo ibi habitandi. Eandem sententiam secundã huius secundi fundamẽti latissime alijs fundamentis, & quamplu-ribus Authoribus comprobat, & sequitur Thom. Sanch vbi supra, numero 12. per totum, concludetibus, illũ dici parochianum, qui habitat in parochia animo manẽdi, licet non animo domicilium constituẽdi, secus quando causa recreationis, vel ruralia exercendi, vt in d. cap. is qui, de sepult. lib. 6. vnde dicunt esse parochianum loci belli verisimiliter duratiori, quia tunc accedit animo commorandi: secus si per transitum exercitus transeuntis se ad ciuitatem contulisset, insuper & pro scholaribus, & mercenarijs, & alijs sufficere licentia n parochi parochiæ, quam inhabitant, nisi sint causa recreationis, vel alia statim reddituri ad propriam parochiam.

20 Et in causa matrimonij idem cõsulerunt, & tenẽt quamplures alij Authores, quos ibi congerit, nempe parochum proprii præsumi, & dici sub cuius parochiali Ecclesia contrahere volentes habitant toto anno, vel maiori anni parte, non vero si ruri, aliove loco recreationis causa aliquot diebus, vel mensibus habitent redditurì deinde ad solitum domicilium: & hanc probat tamquam veriorem Sanch. vbi supra, numero 13. durum namque sibi videtur, vt scholastici, & alij, qui maiori anni parte, imo & multis annis in aliqua diœcesi habitant, non possint ibi matrimonio coniũgi: ergo cum d. contrahentes animo permanendi Hispali se contulerint, à fortiori potuerunt ibidem matrimonium valide contrahere coram Ordinario illius loci: vt probat ibidem idem Author numero 14. inferens ex supradictis nõ opus esse expectare, vt maiori anni parte in parochia, vel diœcesi habitauerint, sed statim acanimum habitandi maiori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici parochianos, & posse omnia supradicta erga illos exerceri, vt tenent Cardinal. in Clementina 1. de priuileg. quæstione 16. Rebuf. in rep. cap. extirpandæ, §. qui vero de præbend. versic. cõtrariam opin. folio 385. Syluest. in Summa, verbo domicilĩ numero 2. Tabien. verbo excommunicatio 5. casu 11. quæstione 4. numero 5. vnde si quis habeat animum habitandi maiori anni parte in oppido, cum iam respectu illius efficiatur parochianus, licet eo tempore varias mutet parochias, & ita in nulla habeat animum habitandi, tempore requisito recipere poterit sacramenta omnia ab eo parocho, cui actu tunc subditur, quia non habet aliam in eo oppido, ita Sãch. vbi supra, numero 14. ad fin. vbi numeris sequentibus alia infert.

21 Tertio, & principaliter eadem pars affirmatiua ex eo comprobatur, quod dicti contrahentes post annum matrimonij contracti inter eos reuersi sunt in propriã patriam originariam, ibique in sua priori, & antiqua parochia cum licentia sui proprij parochi, ipsoque præsente ab alio sacerdote velationes, & benedictiones nuptiales receperunt, seruatis solẽnijs in forma Ecclesiæ consueta, dicente sponso ad fores Ecclesiæ coram parocho, & testibus, sponsa hunc anulum, & has arras tibi dono in signũ matrimonij: & ipsa: ego recipio: ex quibus videtur induci, & celebrari matrimonium de nouo, quatenus hoc fieri necessarium fuisset per illum actum subarrationis, & immissionis anuli iunctis præd. verbis, & illis parochi: benedic coniuges istos, &c. iuxta tex. in ca. si quis vxorem 27. quæstione 2. & in ca. nostrates, & in cap. fœminæ 30. quæstione 5. c. illud de præsumpt. & ibi glossa verbo anulos, cap. tenor, de re iud. iuncta gloss. subarrasset: & in terminis de subarratione facta in Ecclesia præsente sacerdote cum solitis benedictionibus, & orationibus idẽ voluit glos. verbo anulos, in d. cap. fœminæ, & ibi Archid. numero 2. Hostiens. in cap. fin. de desponsat. impub. in princip. in versic. si vero personæ; Ioan. Andr. in versic. in glossa prima, Ant. de Butrio num. 8. in versic. si nihil disponit: & Præpos. numero 4. Lapos allegatione 56. numero 13. cum præced. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 2. numero 7. quod verum intelligit D. Couar. de spons. sal. secunda parte, cap. 4. in princip. numero 3. vbi ab alteris cõtrahentium præcesserunt verba coniugio apta, & sequuta est subarratio, vel quando consuetudine est inductum, vt in matrimonio anulus daretur certa signatis forma, secundum communẽ opinionẽ, quam refert: & inquit Gigas consil. 38. numero 7. quod ex quo mulier passa est se desponsari per anuli immissionem, matrimonium tenet.

22 Quia secundum magis communem opin. Modernorũ in cap. tuæ de sponsal. & alibi, verba non sunt de substantia matrimonij, quam etiam communem profitetur plures allegans Couar. vbi supra, numero 1. concludens ad essentiam matrimonij exigi exteriora signa cum sit sacramentum, & est communis præfata prima communis sententia, vt plures referens retatur eam sequutus Qintilian. Mandos. in addit. ad Lapum, allegatione 56. num. 17. litera Y. & quamuis Gigas vbi supra, numero 19. referat Innocent. in d. cap. tuæ per tex. ibi tenentem cõtrarium, imo quod quantum ad Ecclesiam, verba sint de substantia matrimonij, & quod hæc est effectualiter communis opinio: addit tamen ita esse distinguendum cum Ioan. And. in d. cap. tuæ, quod aut præcesserit tractatus de matrimonio contrahendo, & tunc vera sit opinio prima Hostiens. tenẽtis, quod verba non sunt de substantia matrimonij in valentibus loqui: aut non præ- 23
cesserit tractatus, & tunc vera sit opinio Innocent. Mihi tamen non probat hoc tertium fundamentum præd. partem affirmatiuã, dum eo intenditur probari, quod si non valuit præd. primum matrimoniũ, contractum fuit aliud secundum sufficienter per dictas velationes, & benedictiones nuptiales, ex sequentibus.

Primo, quia actus agentium non debet operari vltra eorũ intentionem, l. non omnis cum simil. ff. si cert. pet. sed sic est, quod tempore velationũ, & benedictionum nuptialium præd. coniuges animum non habuerunt de nouo cõtrahendi, nec signa, aut verba, nec mutuus cõsensus exterior adfuit, hoc significantia, sed tantum solennizandi primum matrim. iam contractum Hispali, benedictioneque nuptiales eius recipiendi, & non vltra, nec amplius: ergo non potuit præter intentionẽ partium aliud matrimonium de nouo inducì, aut celebrari, sed tantum solennizatio præcedentis: si ergo illud fuit nullum, aliud non remanet de nouo celebratum.

Secundo, quia anuli donatio atq; arrarum facta ab sponso sponsæ in signum matrimonij & responsio eius afferentis, sic recipio, & benedictiones, & monitiones factæ à parocho coniugibus tempore velationis fiunt in ordine ad matrimonium iam celebratum verbis de præsenti, supposito quod recte sit celebratum, vt patet, quia sponsus hoc nomine vocat sponsam antequam ei donet anulum, & arras.

Tertio, quia eadẽ forma, & solẽnitate orationũ, & benedictionum vtitur Ecclesia erga omnes coniuges: ergo si in matrimonijs validis dicere emus, quod per velationes, & benedictiones nuptiales nouum matrimonium de præsenti celebratur, sequeretur inde, quod reiterabatur sacramentum matrimonij absque vlla necessitate. quod esset absurdum, & omni iuri cõtrarium.

Quid igitur respondebimus communi opin. Doctorum huius tertij fundamẽti, quæ habet induci matrimonium per immissionem anuli iuxta fores Ecclesiæ præsente parocho, non enim docemus eam non esse veram, siquidem illam omnes sequũtur cum declarationibus supradictis.

Dico communem eam sententiam in se veram esse: intelligendam tamen fore eo casu, quo non præcessisset matrim. de præsenti, sed tractatus de matrimonio cõtrahendo, posteaque prætenditur celebrari de præsenti: tũc namque per immissionem, vel traditionem anuli, & subarrationem factam ab sponso sponsæ recipienti, vel digitum extendenti, inducitur matrimonium de præsenti, præcipue ad fores Ecclesiæ, & coram sacerdote, ad quem locum in quampluribus locis pergunt desponsaturi vir, & fœmina iuxta morem patriæ: non tamen inquit præd. communis sententia, quod celebrato prius valide matrimonio inducatur postea aliud per velationes, & benedictiones Ecclesiæ, quia hoc esset absurdum: quod autem hoc modo debeat intelligi præfata cõmunis sententia, præterquam quod hoc iuri, & rationi congruit, constat ex mente eam tenentium; præcipueque ex Antonio de

Butrio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Butrio in cap. fi. de desponsatione impub. sub numero 7. in vers. si nihil disponit, ibi: aut fit in apparatu ad matrimoniũ, & præsente sacerdote, & ad fores Ecclesiæ, & præsumitur matrimonium, vt hic: & interminis ita declarat hãc materiã Lapus allegatione 56. numero 17. dicens verum esse in præd. specie ipsofacto sine verbis matrimonium non contrahi, nullo præcedente tractatu inter huiusmodi contrahẽtes de matrimonio contrahendo: sed quãdo factum præcedit aliquis tractatus, vel verba de matrimonio contrahendo, postea ipsum factum vel signum aptum ad matrimonium, subarratio sufficit ad matrimonium contrahendum, & præsumitur pro matrimonio, & probatur per tale signum, vel factum, & ille tractatus, siue verba illius tractatus trahuntur ad signũ, vel factum, & ibi eius Additi. Quintilian. Mandos. litera Z. inquit, quod hæc est pulcherrima distinctio, per quam concordantur opiniones omnium, & refert plures alios Authores ad eam recurrentes, & sequentes, & constat etiam hæc distinctio ex concordia supra assignata inter illas duas communes opiniones contrarias supra relatas circa illam quæstionem, an verba sint necessaria ad contrahendum matrimonium?

Cæterum licet illa communis præfata sententia principalis adducta pro hac parte non faciat pro ea, nec dicendum sit, matrimonium nouum de præsenti contrahi per velationes, & benedictiones Ecclesię, quando aliud validum præcessit: nihilominus tamen alio modo formari potest quæstio, ex cuius resolutione nimis faueatur matrimonio præfato Hispali contracto inter dictos litigantes, dato quod validum illud non fuisset, nempe ita.

24 An matrimonium contractum in minori ætate, datione anuli, vel subarratione facta post maiorem ætatem, confirmetur?

In qua quæstione Anton. de Butrio in cap. fin. de desponsatione impuber. num. 8. statim in initio eam expresse tãgens in numero 9. sic distinguit: nempe quod quãdoque est dubium, an subarratio confirmet matrimonium in minori ætate contractum, & tunc, aut superuenit subarratio per immissionem anuli, & sine dubio ratificat; aut fit subarratio per alias donationes, & munuscula, & tunc dicit hic Hostiens. & quidam, quod non: sed hoc potest esse verum, quando sponsalia sunt de futuro, aliàs si mittitur ad domum post maiorem ætatem matrimonio contracto in minori, & dat munuscula, ratificatur matrimonium: & tãdem se remittit ad Lapum vbi supra, ex quo & ipsius Additionatore iã resoluimus, quod si præcessit tractatus de matrimonio cõtrahendo, subarratio inducit matrimonium de præsenti: sed sic est, quod in nostro casu præcessit tractatus, imo sponsalia de futuro valida: & subsequutum fuit postea seorsum matrimonium per verba de præsenti cõtractũ: & post annum præd. benedictiones nuptiales cum traditione anuli, & arrarum in signũ matrimonij ad effectum solennizandi, & confirmandi illa sponsalia de futuro, & simul matrimonium præcedens, & fuerunt productæ literæ testimoniales corã parocho, & testibus de præd. sponsalibus, & matrimonio præcedentibus ad ea solennizanda, & confirmanda; ergo per hæc procul dubio ratificatum, & solennizatum fuit præcedens matrimonium cum solemnitate debita, seruata forma Concilij Tridentini, sicque saltem per viam ratificationis validum est præfatum matrimonium, & sponsalia de futuro præcedentia transierunt in matrimoniũ per subarrationem præd. cum hæc fuerit intentio agentium, hoc est, solemnizandi præcedentia circa matrimonij materiam & permanendi in ipso.

At quis dubitat, quod si præfatum matrim. præcedens, quamuis alias inualidum fuisset, posset postea adueniente ætate, vel pubertate ex professo verbis ratum haberi coram parocho, & testibus? ergo à fortiori verbis, & facto.

25 Quia voluntas plus declaratur facto, quã verbis, l. si tamen, §. & qui, ff. de AEdil. edict. l. de quibus, ff. de legib.

26 Et ita nihil interest in proposito, an facto, aut verbis quis declaret voluntatem suam, cap. 1. 43. distinctione, glos. in cap. fi. verbo subarrauit, de desponsat. impub. & in cap. penult. de regul. verbo nisi euidẽter, & ibi DD. & ℣ huiusmodi matrim. in specie, de qua agimus, contractum ab impubere confirmetur interueniente anulo post pubertatem, tenet expresse Præpos. ind cap. fin. sub numero 4. ibi, aut inter impuberes: sed hæ velationes, & benedictiones, anuliq; datio, & subarratio fuerunt factæ in duodecimo anno d. puellæ, cũ ipsa peruenisset iã ad pubertatẽ: ergo habemus intentum.

27 Deinde pro eadem parte adduco Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 7. in vers. olim sponsalia, vbi tenet, quod sponsalia impuberum verbis de præsenti contracta transeunt in matrimonium de præsenti, si traductio nunc post Concilĩ fieret solenniter coram parocho, & testibus, aduertentibus id fieri cum intentione contrahendi: quod verissimum videtur ex omnibus proxime dictis: sed hoc ad literam contigit in proposito, quia præd. velationes, & benedictiones, & sic traductio solennis, fuerunt factæ coram parocho, & testibus cum intentione solennizandi præcedens matrim. & permanendi in eo, atque ad effectum perducendi præcedentia sponsalia in exequtionem matrimonij, vt constat, quia omnia acta præd. fuerunt tũc exhibita parocho, & testibus, vt patet ex processu: ergo dato, quod matrim. præcedens fuisset nullum; tamquam ratificatum solemniter per traductionem præd. debet validũ reputari. Nec obstat, si obijciatur, quod tunc temporis d. puella adhuc erat impubes, & ita deficiente ætate legitima ad contrahendum matrim. de præsenti, nullo modo ante ætatem legitimam potuit induci, aut præsumi, vel ratificari, aut confirmari præcedens matrim. nullum ob defectum ætatis. Respõdemus namque, quod & ipsa puella tempore velationis, & benedictionum nuptialiũ nõdum adimpleuisset ætatẽ duodecim annorum, cum tamen esset constituta in duodecimo anno, nihilominus peruenerat iã ad pubertatem per prudentiã, & aptitudinem ad copulam, vt constat ex processu, & ex infra latius dicendis, imo per annum integrum vitam maritalem egerat cum suo marito in eadem domu, & lecto, & sic fuit validum matrim. per ratificationẽ legitimam.

28 Quarto, principaliter eadem pars affirmatiua in fauorem matrimonij ex eo comprobatur, quia valde durum esset annullare matrimonium celebratum in facie Ecclesiæ virtute dispensationis Summi Pontificis (de cuius potestate ad dispẽsandum inter consanguineos, etiam inter patruum, & neptem ex fratre ad contrahendum matrimonium, dubitari non potest) & verificatis precibus à iudice exequutore, cui fuit commissum à sede Apostolica, & pro talibus veris ab ipso declaratis, & pronunciatis, ac proinde declarato gaudere debere impetrantes præd. dispensatione, eisque licentia concessa ad cõtrahenda sponsalia de futuro statim, & matrimonium de præsenti cùm ipsa puella peruenisset ad ætatem perfectã, quæ est pubertatis (cuius meminit Papa in præd. dispensatione) & remissa Ordinario contrahentium declaratione super prudẽtia, & aptitudine ad contrahendum de præsenti statim matrim. quibus stantibus cum contrahentes se contulerint Hispalim ad ibi habitandum animo illic residendi, & permanendi, & Ordinarius illius Ciuitatis Ecclesiæ requisitus per contrahentes cum supradictis documentis diligentias necessarias super d prudentia, & aptitudine puellæ ad matrimonium celebrandum fecerit cũ pluribus obstetricibus, ex quarum inspectione puellæ, & suis depositionibus cum iuramento in iudicio constitit sufficienter de eius prudentia, & aptitudine, & virtute earum licentiam concesit ad contrahendum statim matrim. de præsenti, quos ipse iudex Ordinarius Ecclesię Hispalens. coram testibus in matrim. conIunxit, & ipsi simul cohabitauerunt vt cõiuges, copula carnali inter eos sæpe habita per tempus vnius anni continui, & plus Hispali, & postea commeando in patriam, & in propria antiqua parochia recipiẽdo velationes, & benedictiones Ecclesiæ cum licentia sui proprij parochi vt tales coniuges, & postea multis annis eodẽ modo cohabitauerint, his omnibus simul iunctis profecto indignum, & contra omnem iurisprudentiam esset, imo quasi temerarium, iudicare nullum fuisse præfatum matrimonium.

Ex cohabitatione namque coniugum longo tempore habita magna præsumptiõ

tio resultat in fauorem matrimonij, vt in cap. in literis 24. ibi: cũ eam in domo per septennium remansisset, de testib. per quem tex. ita tenet Gigas consil. 29. sub numero 25. ibi: cum ille vir, &c. & dixerunt vnanimiter Abb. Ant. de Butrio, Imol. Felin. in cap. illud de præsumpt. & alios referens Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 1024. numero 1. vbi numeris sequentibus refert opin. Alciat. & aliorum contrariã, eamque limitat pluribus modis huic proposito conuenientibus; nempe primo, vt præfata cõtraria sententia non procedat, quando præcesserit verbum de futuro, & promissio de contrahendo, quia tunc per huiusmodi actus præsumeretur matrimi. esse sequutum, vt tenent DD. quos ibi ad hoc citat numero 3.

Secundo non procedit concurrentibus alijs simul coniecturis pro matrimonio, quoniam tunc præsumitur, iuxta sententiam Dec. consil. 163. sub numero 2. versic. accedit etiam copula, quem refert Mascard. vbi supra, numero 7. sed & alijs etiam modis limitat de quibus ibi per eũ, qui propositum nostrum non attingunt, ar quamuis longa cohabitatio hodie attento Sancto Concilio Trid. ad matrim. inducendum non sufficeret, cum iam cessauerint matrimonia præsumpta, cæterum cũ hic fuerit seruata forma eiusdem Concilij, & simul coniuges vt tales longo tempore cohabitauerint, ex hoc prorsus tollitur obiectio contraria, & matrimonium firmum iudicandum est, nec quisquam Ordinarius poterit præd. omnia infringere, nullaque esse declarare, cum authoritate Apostolica, eiusque iudicis delegati exequutoris gratiæ dispensationis sint facta declarata, & pronunciata.

29 Cum Delegatus à Papa in causa sibi 31
commissa maior sit quocumque Ordinario, & etiam Legato à latere, cap. studuisti de officio Delegat. & ibi glossa, & DD. cap. sane, *el segundo*, de officio Delegat. & cum sit Principis Delegatus, solus ipse Princeps, vel is, cui Princeps delegauerit, nullitates, & gesta illius reuocabit, l. si aduersus, cap. si aduers. rem iudicat. l. minor in fin. ff. de minor. tradit Aymõ cõsil. 48. nec etiam incidenter potest iudex Ordinarius de nullitate sententiæ à Delegato Principis prolatæ cognoscerẽ, nisi adeo notoria, & potens sit nullitas, vt constet ex actis, & processu eiusdem iudicis delegati, quia tunc ea habita pro nulla, de nouo super negotio cognoscendum esset, c. fraternitatis de frigid. & male fi. cap. cum Bertoldus, de re iudic. Vantius de nullit. sententiæ, v. coram quo nullitas, num. 13. & coadiuuatur hæc consideratio ex additis per me allegatione prima iuris, n. 26. & 27. nullæ ergo sunt partes Ordinarij in hac causa ad cognoscendum de facultate Papæ ad dispensandum concessa, neque de iniustitia, & nullitate actorum dispensationis, quibus matrimonium istud fuit celebratum, nec principaliter, nec incidẽter, cũ nulla nullitas ex actis appareat: quinimo gesta valida esse censenda sunt, vt patet ex supra fundatis.

Præmaxime, quod quando aliquod 30
dubium probabile exortum fuisset super valore huiusmodi matrimonij, in dubio pro matrimonio esset iudicandum, cap. fi. & ibi DD. de sententia, & re iudic. cap. ex literis iuncta glossa, verbo in liberali, de probat. & inquit Abb. in cap. fin. de despõs. impub. in fin. quod in dubio semper est iudicãdum pro matrimonio, quem refert, & sequitur Gigas, consil. 37. numero 29. & alios allegans idem Gigas consil. 33. numero 12. & Ferretus consil. 48. numero 4. Tolerabilius enim est aliquos cõtra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare, tex. est expressus in cap. licet ex quadam 47. in fin. de testib. quia scriptum est, quod Deus coniũxit, homo non separet, & ideo iudicando pro matrimonio est tutior pars animæ litigantium, vt per Gigant. consil. 32. numero 33.

Hinc est, vt licet alias regulariter à cõ 31
muni opinione non sit recedendum, sed iuxta illam iudicandum, vt voluit Ioan. And. & omnes in cap. 1. de constit. tex. in cap. nouimus de verb. signific. & alibi sæpissime: nihilominus in causa matrimonii opinio vnius Doctoris grauis, vel opinioni minoris partis stans pro matrimonio, prævalet, atque illi statur contra communem opinionem, secundum Hostiens. in cap. si vir de cognat. spiritual. quẽ exclamat Abb. ibi, numero 3. & sequuntur plures DD. quos refert, & sequitur Gigas d. consil. 33. n. 13. & consil. 37. num. 32. & 33. vbi numero 34. limitat nisi cõmunis opinio haberet textum expressum pro se, & vtrumque cum alijs probat etiam ex d. cap. licet ex quadam, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 18. numero septimo, vbi refert Alexand. de Neuo numero tertio, & Præpos. numero secundo, in d. cap. si vir, hoc verum optime intelligentes, dicamodo opinio illa singularis probabili rationi innitatur. His sic rectè constitutis, reliquum est vt satisfaciamus fundamentis prioris partis negatiuæ, quibus, vt manifestè vides, iam sufficienter respõsum est ex fundamentis secundæ partis, & sic affirmatiuæ, quæ hic iterum memoriæ sunt recolenda, vt facile intelligas illa nihil obstare, & ita remanet satisfactum tribus primis fundamentis contrarijs. 34

32 Non obstat quartum de opinione Na-
uar. consil. 14. de clandest. desponsatione per totum, lib. quarto, late probantis non valere matrimonium eorum, qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentum sibi faciendum in ciuitate, cuius erant incolæ, abierunt in aliam ciuitatem longe ab illa sitam, in qua post aliquos dies de licentia Ordinarij præd. ciuitatis, cuius erant incolę, contraxerunt matrimonium: ergo multo minus valebit contrahendo matrim. in præd. specie sine licentia sui Ordinarij illius loci, vbi antea degebant, & erant incolæ.

Quia primo respondemus, quod ad fin. d. consilij Nauarri adest additio noua eiusdem Authoris, vbi dicitur concludi posse contrarium; prout etiam contrariam sententiam tenent Director. Iudic. Ecclesiastic. in secunda parte, cap. 15. numero 49. & cum eo, & cum Salzed. contra Nauar. Emanuel Rodriguez vbi supra, nempe in sua Summa primo tomo, cap. 200. conclus. sexta, numero septimo, & experientia ac praxis communis huius Regni ita obtinuit, & obseruat quotidie, vt domiciliarij alterius Episcopatus cũ licentia sui Ordinarij extra suã diœcesim matrimonium contrahant, & tamen proculdubio sunt valida eorum matrimonia.

33 Secundo dicimus, Nauar. vbi supra non loqui, quando contrahentes matrimonium extra suum domicilium, domicilium nouum constituerant prius absque fraude tamen in loco, vbi contraxerunt, vt in proposito contingit, rũc enim ad illic contrahendum matrim. non est necessaria licentia sui prioris Ordinarij, sed sufficit licentia Ordinarij, vbi contraxerunt nouum domicilium, & matrimonium, vt supra probauimus, siquidem is est suus parochus.

Non obest etiam quintum fundamen- 34
tum, quia non est firmum: licet enim pupillus non possit eligere sepulturam, vt in cap. licet de sepult. lib. 6. & ibi DD. nec etiam verbis domicilium cõstituere, quia non potest se obligare: attamen puella præd. constituendo domicilium Hispali, prout expresse declarauit se velle ibi residere, & permanere, nemini se ex hoc obligauit ad subeũda munera, vel onera ciuitatis. Præterea, erat proxima pubertati, dolique capax, & prudens, vt cõstat ex processu, & infra dicemus: ergo potuit contrahere, & cõtrahendo se obligare saltem naturaliter, quando in aliquo oporteret eam remanere obligatã, vt in l. 1. ff. de act. & oblig. Decius in l. Pupillus, & in l. in negotijs. ff. de regul. iur. Nauar. consil. 4. nu. 11. de despõsatione impub. lib. 4. tandem authoritate tutoris domicilium, & incolatum ibi contraxit, vt constat ex processu, ergo potuit obligari præd. domicilio, vt etiã probat Nauar. vbi supra, & sic cessat ratio Bart. & cæterorum in cõtrarium supra citatorum.

Sextum fundamentum contrarium 35
de fraude constitutionis domicilij Hispali factæ ad effectum contrahendi matrim. ibidẽ, ex eo diluitur, quod nulla fraus fuit articulata nec probata circa hoc, nec coniecturæ fraudis supra, expensæ sufficientes, nec concludentes sunt, quia possunt ijcitum continere, & sic fraus non præsumitur, nisi probetur.

Licitũ nãq; est impetrare dispẽsationẽ à 35
Sũmo Põtifice ad cõtrahẽdũ matrim. inter cõsanguineos, & affines, imo in Republica Christiana vsitatissimũ, & præsertim iustum fuit in proposito, vt familia, & domus d. puellæ in viro eiusdem familiæ con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conseruaretur, & in extraneum non transiret, & ne memoria extingueretur, & vt lites inter contrahentes motæ, vel monendæ super successione domus, & bonorum parentum finirentur, & sic pro bono pacis iuxta tex. in cap. secundo de desponsat. impub. qui tex. procedit tam in coniunctione matrimonij, quam sponsalium, vt cum glossa ibi, & Abb. probat Nauar. consil. 4. num. 10. de desponsat. impub. lib. 4.

Licitum quoque fuit d. puellam deferre Hispalim ordine, & mandato patrui sui, quia erat tutor eius, & quia non bene educabatur in loco, vbi erat posita per d. suum tutorem in patria, & quia crescebat iam ætate, & libertate vtebatur; ideo eius tutor iussit eam ad se adduci ad obuiandum inconuenientibus quam plurimis, vt constat ex epistola missiua d. tutoris ad hoc destinata, & missa, & depositione testium in processu examinatorum, hoc autem licitum fuit, & decens, imo maxime conueniens: eodem modo respondetur ad cæteras coniecturas supra adductas, facili namque negotio diluuntur.

36 Ad illud de breuitate temporis ex quo fraus præsumitur iuxta plurimos Authores, quos congerit Tiraquel. de vtroque retract. titulo primo, §. 1. glossa septima, numero 77. respondemus, contrahentes præd. non breui tempore reuertisse in patriam, sed longo transacto, nempe vnius anni, & plus postquam Hispali contraxerunt matrimon. simul ibi cohabitando, vt coniuges, & hoc ex noua causa superueniente iusta, & vera, non autem ficta nec affectata, vt constat ex processu, sicque nulla fraus in hoc interceserit, iuxta doctrinam Bartol. communiter recepti in l. cætera, §. sed si separauit, numero tertio, ff. delegat. primo.

37 Vbi decidit, quod si stante statuto, quod nullus emat frumẽtum in platea nisi pro suo victu, quis emerit frumentum pro suo victu totius anni, & postea mutato proposito recedat, & vendat præd. frumentum, non punitur, quia primum propositum fuit licitum, & bonum, quando de eo constat: quam doctrinam sequitur Paul. de Castr. in l. secunda in principio, numero 9 ff. si cert. pet. & Tiraquel. alios referens de retract. in præfatione numero 77. Auendañ. resp. 33. numero tertio, & late Auiles bene inferens ex hac doctrina ad casum quotidianum in cap. 52. Prætor in glossa, *en la tierra*, numero 18. & alij plures. Propositum autem contrahentium in proposito viuendi, & permanendi Hispali constat, & probatur in processu, ergo nulla fraus considerari potest secundũ allegata, & probata.

Similiter non fuit fraus, nec illicitum remittere monitiones ad præd. matrim. contrahendum, siquidem hoc iusta causa probata fuit factum iuxta formam Concilij, quia probabilis erat suspitio, quod si monitiones præd. fierent ante celebrationem matrimonij, ipsum malitiose impediretur, vti ergo remedio iuris atque Concilij permissione non est fraus.

38 Dolus namque & fraus regulariter non præsumitur, & qui aliud dixerit debet id probare, alias non obtinebit, vt plures allegans late probat Mascard. de probat. primo tom. verbo dolus, conclusione 531. numero primo, cum sequentibus vsque ad numerum 9. inclusiue, & in fraude idem Mascard. secundo tom. verbo fraudem non præsumi, conclusione 814. numero 5. vbi numero 6. late probat, non sufficere allegare fraudem in genere, nisi ipsa speciatim deducatur, & probetur, & Menoch. lib. 6. præsumptione 78. numero 3. & lib. 4. præsumptione 82. numero 10. vbi quod fraus neque in habitu, neque in potentia præsumitur.

39 Et non obstat, quod superius tradidit dicens, quod dolus & fraus probatur indicijs, & cõiecturis, atq; præsumptionibus, quia primo respõdemus, hoc nõ procedere in casibus in quibus requiritur dolus ad hoc, vt quis incidat in aliquam pœnam, nam tunc talis dolus debet esse euidens, vt cum communi opinione resoluit idem Mascard. conclusione 530. numero 6. Secũdo respõdemus, quod procedit quando prædict. coniecturæ, & indicia sunt perspicia, vt esse debent, ideſt, vt non possint accipi nisi in malam partem, vt resoluit cum alijs idem Mascardus d. cõclusione 530. numero septimo, octauo, & nono, vbi quod manifestissimis indicijs debet dolus pribari; & numero decimo, quod, quæ sint indicia perspicua, ius non declarat, & quod idcirco iudicis arbitrio statur: sed sic est, quod indicia, & coniecturæ fraudis, de quibus supra, non solum non probantur, sed etiam sunt actus, qui in bonam, & non in malam partem accipi possunt, vt prædiximus, ergo fraus præsumi non potest. Præterea, quamuis fraus probata fuisset, quod negamus, remanebat in fauorem matrimonij ratificatio, & confirmatio ipsius post annum facta coram parocho, & testibus per velationes, & benedictiones nuptiales Aurienſ. & cum his satisfactum est sufficienter fundamentis supra adductis contra matrim.

Sed quia Aduocati puellæ venientis contra matrimonium sex dubia mouerunt contra ipsum, eaque decidunt in fauorem suæ partis operepretium duxi ostendere eorum decisiones veras minime esse.

40 Prima est, quod dispensatio prædict. Apostolica in primo, & secundo gradu consanguinitatis non fuit valida, iuxta Decretum Concilij Tridentini, quod de hoc agit: & in hoc, solum affirmo, melius fecisse eos si hoc dubium non proponerent: quia dubitari minime potest de potestate Papæ circa hoc, quinimo est crimen sacrilegij id attentare, siquidem constat, & planum est Papam posse ac potuisse dispensare iustis ex causis in præd. gradibus, prout fecit, & sedes Apostolica idem facere consueuit sæpe ac sæpius in similibus gradibus, etiã in personis inferioris conditionis præd. contrahentibus.

41 Secundum dubium est, an Prouisores sede vacante Episcopat. Tudenſ. quibus fuit commissa præd. dispensatio habuerint iurisdictionem virtute prædict. cõmissionis ad dispẽsandum cũ dictis cõtrahentibus: in quo præd. Aduocati negatiue se habent, sed re vera falluntur proculdubio, cum eis fuerit commissa dispensatio per sedem Apostolicam præcibus verificatis, prout coram eis fuerunt verificatæ.

Tunc autem prædict. dubium esset alicuius momenti, quando dispensatio commissa foret officiali Episcopi Tudenſ. quo casu duæ sunt opiniones contrariæ, vtrum Prouisores, vel Vicarij Capituli sede vacante possint eam dispensationem expedire? quidam enim Authores tenent partem negatiuam; quia in Capitulum sede vacante non transit nisi iurisdictio ordinaria Episcopi, non vero specialis, & delegata, quam Papa committit Episcopo, vel eius officiali ad dispensandum, vel ad aliam rem expediendam: alij vero partem affirmatiuam in hoc defendunt, & quod magis est hæc secunda in praxi obseruatur in aliquibus Episcopatibus, prior vero, & sic negatiua in alijs. Sed quia hic non est noster casus, eum omittimus nunc: cæterum quando facultas, & commissio Papæ conceditur absolute officiali Ciuitaten. Salmantin. Placent, &c. Proculdubio comprehendit directe, & proprie ex vi officij, & significationis officialem illius loci exercentem officium Prouisoris, vel Vicarij siue sit Episcopi, siue Capituli sede vacãte; siquidem quilibet eorum est officialis illius loci, & ita receptum est in praxi in his Regnis in similibus casibus, vt sæpissimè obseruaui cum essem officialis Ciuitaten. sede vacante, & obseruatum ab alijs vidimus proculdubio: de qua re late agit Thomas Sanchez lib. 8. de dispensat. matrim. disputatione 27. numero 32. cum sequenti, & Nicol. Garc. de benefic. sexta parte, cap. 2. numero 40. cum sequentibus, vbi contrarium tenet attento stylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ sede Episcopali vacante non dirigit huiusmodi litteras officiali Capituli, quia nõ confidit de illo, sed Episcopo viciniori, seu eius officiali, de quo stylo testatur Hieronymus Paulus ab eo citatus, & quod est notissimus omnibus mediocriter in Curia versatis. Cæterũ de iure vera est prædicta distinctio.

Tertium dubium est, an facultas dispensandi comprehenderit casum nostrum; nempe ad contrahendum matrimonium de præsenti à puella minore duodecim annorum viro potentia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te tamen, hoc est prudente, & capace ad copulam, & sic ad matrimonium per inspectionem, & declarationem obstetricum: & verum iudices delegati à Papa dispensauerint in hunc casum, & quidem Aduocati puellæ hoc dubium negatiue quoque resoluunt, eo quod d. facultas ad duos tantum casus se extendit verificatis precibus, vnum ad contrahendum spõsalia de futuro: alterũ ad contrahendum matrimonium de præsenti cum ad pubertatem peruenerit, hoc est ad 12. ætatis suæ annum: & nullus eorum est casus præsens, sed alius diuersus non expressus, nec comprehensus in d. facultate dispensandi, nempe posse d. puellam contrahere matrimoniũ de præsenti antequam ad 12. ætatis suæ ann. perueniat, habentem tamen prudentiam, & apritudinem ad copulam, & quod sic est casus omissus in dispensatione, & in ea non comprehensus, ac proinde ad eum non extendendus, quamuis adesset eadem ratio, vel maior, præmaxime cum commissarij d. dispensationis in eo non dispensauerint sed potius remiserint ad Ordinarium supplicantium, & quod vera pubertas puellæ est 12. annorum, & quod ista est legalis ætas ad contrahendum matrimonium, de qua visus fuit sentire Summus Pontifex in præd. dispensatione, & eius commissarij in præd. remissione, quam fecerunt respectu pubertatis requisitæ in dispensatione, quam ipsi vocauerunt perfectam ætatem.

Insuper quia dispensatio ad contrahendum matrimonium de præsenti fieri non debuit à commissarijs ante pubertatem, sed cum primum ad eam peruenisset iuxta literam, & formam dispensationis, ibi, vt cum primum D. Antonia ad pubertatem peruenerit dispenses matrimonium inter se per verba de præsenti contrahere, itaque verba illa, cum primum peruenerit, coniungenda sunt cum verbo, dispenses, quod est futuri temporis, & denotat tempus, in quo dispensandũ est, & etiam conditionem, vt per Bart. in l. 1. numero 9. ff. de condit. & demonst. cum simil. hoc autem non fuit sic obseruatum à præd. commissarijs, sed dispensatio præd. fuit facta, & cõcessa ante tẽpus cõmissionis, & adimplementi conditionis, ergo fuit nulla, tamquam forma non seruata, & matrimonium solennizatum ante pubertatem iuxta tradita per Felin. in cap. cum dilecta, numero sexto, de rescript.

Sed nihilominus contrarium iure dicendum est, imo quod Bulla dispensationis concedit expresse facultatem dispensandi in casu, quo sumus, vere & proprie, vt patet ex illis verbis, & cum primum D. Antonia ad pubertatem peruenerit, &c.

43 Et vt hoc ad oculum pateat præsupponendũ est pro euidenti in Iure Canoni co: quod puberes à pube sunt dicti, & vocati, hoc est, à pudentia corporis nuncupati: quia hæc loca primum, lanuginem ducunt: quidam tamen ex annis pubertatem iudicant, id est, eum esse puberem, qui 14. annum impleuerit, quamuis tardissime pubescat: *Certum est autem eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare tam potest*: ita definit tex. in cap. Puberes 3. de desponsat. impuber. & ibi glossa fin. infert, quod pubertas ex vigore naturali, non ex annorum numero comprobatur, quoad matrimonium contrahendum, & quod matrimonium consideratur ex pubertate tantum, & non ex annorum numero; sed quoad tutelam, vel curam, ætas annorum tantum consideratur, vt in l. indecorum, C. quando tutor. vel curat. & in princip. instit. quib. mod tutel. &c. sed quoad matrimonium bene inspicitur, mulier & etiam vir an sint apti ad matrimonium, vt in iuribus à glossa illa citatis, quam sequuntur ibi communiter DD. ad idem est tex. in cap. de illis, *el segundo*, de desponsat. impub. vbi loquens tex. de illis, qui in minori ætate dispensantur, inquit.

Respondemus, quod si ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi, minoris ætatis intuitu separari non debent, si vnus in alium visus fuerit consensisse: cum in eis ætatem suppleuisse malitia videatur: idem probat tex. in c. continebatur, de desponsat. impub. optimus tex. in cap. fin. de eo, qui cognouit consanguin. vxor. suæ: vbi quidam cum

cũ puella, quæ nondum decennium ætatis suæ annum compleuerat, per verba de futuro contraxit, & eam infra eiusdem anni spatium carnaliter cognouit, & nihilominus statim fuit validum matrimonium ætatem supplente malitia, vbi Hostiens. notat, sic ætas interueniente carnali copula per biennium præuenitur, & idem intelligit in tempore anteriori, quia consueuit anticipari, & hoc ex parte mulieris, cuius vas semper paratum est secundum Gofredũ, sequitur ibi Ioan. Andr. glossa 1. Cardinal. Zabarel. Ant. de Butr. in versic. obstat primo, Præpos. in fin. Abb. numero 2. & 3. dicens: nota quod pubertas potest multum præueniri, nam hæc puella nondum compleuerat decimum annum, & tamen potuit cognosci, quod patet ex eo, quia illa copula fuit inductum matrimonium: inferẽs ex hoc, quod copula habita cum minori præsumitur potestas coeundi in ipsa minore, licet aliter non probetur: eandem sententiam repetit Hostiens. in d. cap. puberes, 9. fin. & Tiraquel. in l. 6. cõnubial. glos. 1. parte 6. numero 38. dicens, quod quãdo leges præsumant esse puberes, & maiores nuptijs marem in 14. anno, fœminã in duodecimo, & ex hac præsumptione leges statuant, tamen ex Pontificum decretis contrarium probari potest, & si cõperiatur, valebit matrimonium, vt in d. cap. de illis, & in cap. final. de desponsat. impub. Nauar. consil. 4. numero 13. eodem titulo, lib. 4. vbi inquit, quod licet coeundi potestas non soleat euenire vt plurimum ante præd. ætates, tamen frequenter euenit ante illas: illis maxime, qui nati in murice, & auro inter superbas opes, & delitias vires maiores magisque robur corporeum sibi quærunt: & nos quoque idem probauimus in repet. auth. sacramenta puberum numero 4. C. si aduers. vendit. & lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 18. numero 10. vbi quod hodie in hac specie etiam attento Concilio Trident. valet matrimonium celebratum iuxta eius formam.

Cũ igitur hæc ita se habeãt, magna ac 44 summa iurisprudentia Sũmus Pontifex in præd. facultate dispensandi mentionem fecit pubertatis, vt cũ ad eam peruenisset puella posset contrahere, & celebrare matrim. de præsenti; & non dixit, cũ compleuerit 12. annũ ætatis suæ, nec annorũ meminit, cũ facile id exprimere posset, si vellet, sed tantum pubertatis, quæ suprad. modo verificatur, & definitur: & literæ Apostolicæ recipiunt interpretationẽ à Iure Cõmuni, cap. causam, quæ. 18. de rescript. c. Ecclesia vestra 57. de elect. cum simil. quo fit, quod cũ prior pubertas sit ea, quæ apparet, & deducitur ex habitu corporis, & potentia generandi, quã ea quæ à iure præsumitur ex numero annorũ, vt cõstat ex supradictis iuribus, præcipue ex d. c. puberes: ibi: certũ est: & tenet Nauar. vbi supra, n. 12. dũ inquit, quod iure naturali requiritur ad contrahendũ matrimoniũ, prudentia, & iudiciũ: ius autẽ, quod determinat tale iudiciũ euenire in masculo in 14. anno, in fœmina in 12. nõ est ius naturale, sed humanũ determinatũ arbitrio legumlatorũ, qui respiciunt id, quod communiter accidit iuxta l. 4. & 5. ff. de legib. merito, vt verba Sũmi Pontif. in facultate dispẽsandi, illa scilicet, cũ primũ D. Antonia ad pubertatẽ peruenerit, intelligenda sint in potiori, vero, & proprio significatu nempe in pubertate naturali, hoc est, quæ constat ex prudentia, & habitu corporis, atque potentia ad generandum, potius quam in pubertate legali, & præsumpta, vel saltẽ in qualibet earũ, quæ prius accesserit: ætas nãque præfata à Canonibus definita præsumptiua est habilitatis ad copulã, & ad cõsensum coniugalẽ, vt colligitur ex d. c. puberes, vbi glos. fin. hoc notat, & ibi cõmuniter DD. Couar. in 4. de spõsal. 2. parte c. 5. in princip. n. 2. ibi: hæc tamen ætas: at illa naturalis, ex prudentia ac potentia ad copulam vera ac propria est, vt patet ad sensum: & infirmitas intellectus est iuxta Philosoph. quærere legem vbi est ratio naturalis: præsertim, cum hic habeamus etiam legem Canonicam hoc dictantem stabilitam à Summis Pontificibus, vt constat ex d. cap. puberes, & cæteris iuribus supra ad hoc citatis.

Hinc est, quod si quis post 14. annum habilis non sit ad copulam, matrimonium contrahere non potest, quamuis interim, dum id legitime constat, matrimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicandum sit, atque expectandum tempus aliquod, ex quo possit colligi illum inhabilem esse ad carnalem coniunctionem; cap. Laudabilem de frigid. & malef. cum simil. vt probat Couar. vbi supra, in versic. igitur si quis.

45 Neque obstat Iure Canonico prohibitum esse matrimonium contrahere ante præd. ætatem ad hoc statutam, vt tradunt DD. diuersis in locis, id enim regulariter procedit, quando non constat ante præd. ætatem prudẽtiam accelerari, & sic pubertatẽ aduenisse: cæterum si hoc cõstiterit arbitrio iudicis, recte potest matrimonium contrahi ante præfatã ætatem, vt probant in indiuiduo iura, & DD. supra citati, & omnes, qui de hac re scripserunt; concludunt enim, & resoluunt vnanimiter, quod malitia in proximis pubertati supplet ætatem ad matrimonium cõtrahendũ. Non itaque iudex in nostro casu suppleuit ætatẽ, sed ius ipsum in quo fundatur facultas Apostolica ad dispẽsandũ, siquidem loquitur de pubertate, imo potius natura ipsa facit capacem puellam ad contrahendum præd. matrimonium præueniendo ætatem: & quamuis commissarij dati ad dispensandum non sint loquuti in dispensatione de pubertate, sed de perfecta ætate, idem tamen est, cum perfecta ætas in proposito sit, quam facit pubertas, & hæc est potior, quam præsumpta ab ætate, & præterea verba dispensationis factæ à præd. commissarijs intelligẽda sunt iuxta verba eiusdem facultatis, siquidem eius formam alterare nõ potuerunt, imo hoc paulo infra in pręd. dispensatione declarauerunt, siquidem quatenus ad prudentiam, & aptitudinem contrahendi statim matrimonium de præsenti id remiserunt suo Ordinario.

Nec fuit necessarium expectare tempus ipsum pubertatis D. Antoniæ ad dispensandum circa matrimonium de præsenti contrahendum: quia verbum illud, dispenses, in facultate ad dispensandum appositum, cadit super sponsalibus de futuro, & matrimonio de præsenti in vna, & eadem oratione: ergo pariformiter debet determinari in vtrisque, iuxta eandem iuris regulam, quam pro se Aduocati contrarij adducunt: ergo sicut potuit dispensari super sponsalibus de futuro, ita & simul super matrimonio de præsenti celebrando, cum primum d. puella ad pubertatem peruenisset, remittendo Ordinario, prout remiserunt, prudentiam, & aptitudinem requisitam ad contrahendum statim de præsenti. Præterea, quamuis verbum illud: cum peruenerit, &c. denotet conditionem, refertur tamẽ ad celebrationem matrimonij, quæ est præcipua intentio Summi Pontificis, non vero differtur dispensatio hæc namque statim fieri poterat, & debebat constito de veritate precum, non enim opus erat bis dispensare diuersis temporibus, sed vno eodemque tempore super omnibus dispensari poterat, primo ad conficienda statim sponsalia de futuro, deinde ad contrahendum matrim. de præsenti, cum primum ad pubertatem peruenisset D. Antonia; veluti cum Episcopus cõcedit literas suas subdito ad recipiendos omnes Sacros Ordines diuersis temporibus, quod absque dubio fit quotidie, & recte fieri potest. Denique quando d. Commissarij dispensarunt circa vtrumque, iam D. Antonia peruenerat ad pubertatem naturalem prudentiæ, & aptitudinis ad contrahendum statim verbis de præsenti, vt constitit, & probatum fuit coram dictis iudicibus, quod si tunc licentiam non concesserunt ad contrahendum statim, fuit, quia non erat præsens D. Antonia ad faciendam inspectionem corporalem, & examen prudentiæ necessarium, quæ postea fuerunt facta Hispali, & ita merito remiserunt ea suo Ordinario, qui fuit Hispalen. vt patet ex processu. Superest sciendũ an D. Antonia, tempore quo contraxit matrimoniũ de præsenti Hispali, erat ætatis sufficientis, vt dici posset proxima pubertati prudentialis, & aptitudinis ad eam requisitæ.

Duæ lecturæ circa hoc reperiuntur in processu: vna quod erat tũc temporis D. Antonia nouem annorum sex mensium, & dimidio; quod deponunt quatuor testes conteſtes vltra alia adminicula: altera lectura est, quod D. Antonia tempore matrimonij contracti erat ætatis decẽ annorũ cũ dimidio, & plus, prout hoc affirmãt septẽ testes conteſtes cũ alijs adminiculis, ita-

iraque hæc ætas maiori testium numero comprobata est.

Sed quando priorem amplectamur, nempe nouem annorum cum dimidio, & plus, hæc probatio sufficeret, vt proxima pubertati tunc temporis ipsa dicatur computando ætatẽ respectu numeri annorũ.

46 Proximus namque pubertati in masculis dicitur, qui habet ætatem decem annorũ cum dimidio, in fœminis vero, quæ habet nouem annos cum dimidio iuxta glos. in l. Pupillus, in stit. de inutil. stipul. & in l. Pupillum, ff. de reg. iur. quæ glossæ sunt communiter approbatæ, vt cum Iasone, & alijs affirmat D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, § 5. in princip. n. 5. & Dueñas in reg. 259. limitatione 3. refert alios Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 1. casu 57. numero 21. cum sequenti, & sequitur eas Nauar. consil. 4. de despõsat. impub. num. 11. lib. 4. & quamuis in hoc articulo sint aliq plures opiniones diuisæ, quas referunt Couar. & Menoch. vbi supra, profitentem (prout nos etiam censemus in auth. sacramenta puberum n. 4. C. si aduers. vendit. & Thom. Sanchez statim citandus) receptiorem eam esse constat, quæ hoc relinquit arbitrio iudicis, qui
47 id arbitrabitur ex discretione pueri, & ex alijs circunstantijs, & quod hæc sit verior, & magis recepta affirmat Menoch. vbi supra, n. 44. vbi num. 45. quod iudex non tãtum annorum numerum, quantum personæ conditionem, actusque qualitatẽ expectabit: & inquit Couar. d. n. 5. in versic. his tamen omissis, &c. quod hoc arbitriũ iudicis ante illam ætatem communi opinione definitam non est passim exhibendum, imo iudex, qui ante illam ætatem arbitrari debet puerum esse proximum pubertati, maximis est adducendus coniecturis, & cautissime id aget, ac tandem raro: at post illam ætatem non exiget iudicis arbitrium ita vrgentes cõiecturas: sat enim erit aliquot mediocria signa perpendere, ex quibus arbitretur puerum esse proximum pubertati: sequitur Dueñas vbi supra, Menoch. n. 52. & Thomas Sanch. de matrim. lib. 1. disputatione 51. numero 24. ad fin.

Quod autem iudex Ordinarius Hispalen. fecerit diligẽtias necessarias ad inuestigandã, & cognoscendam prudentiam puellæ, eiusque aptitudinem ad contrahẽdum matrim. de præsenti, & potentiam coeundi, constat ex actis causæ tam per testes deponẽtes de aspectu, visu, tractatu, & cõuersatione, quam per depositiones cum iuramento factas obstetricum & matronarum, quæ inspexerũt eam corporaliter, & affirmarunt eam esse aptam ad supradicta, Ordinarius præterea præfatus alloquutus est ei sæpe ac sæpius ad cognoscendam ipsius prudentiam, & discretionem, & declarauit cum causæ cognitione, eam esse sufficientem, & aptã, eique ideo licentiam concesit ad contrahẽdum de præsenti, & ipsemet eam desponsauit, & eius maritus iurat eã cognouisse carnaliter.

48 Cui est credendum in hoc, vt in cap. continebatur de desponsatione impub.

49 Et quod inspectio obstetricum sit faciẽda, prout fuit facta in proposito, memi nit glos. fi. in d. cap puberes, de desponsat. impuber. & quamuis nonnulli DD. asserant nõ esse iustum fieri præd inspectionem, vt refert Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. centuria 1. casu 58. n. 3. & 4. hoc ideo est, quia videtur res indecora, & inhonesta, si tamẽ facta fuerit, sufficiẽs probatio est potẽtię coeũdi, & ita obseruatur in praxi quoties similis casus cõtingit, & de hoc est tit. ff. de vent. inspic. tolerabiliusque est hoc fieri per fœminas peritas in arte, quam per viros medicos, ergo iuste Ordinarius Hispalen. præcepit fieri præd. inspectionem, prout fuit facta: & vt omnis difficultas (si aliqua esset) cessaret.

50 Ex eo, quod arbitrio iudicis relinquitur, quando quis ad coeundum potens dicatur, qui arbitrabitur aliquem esse potentem ad coeundum inspecta personæ qualitate, membrorum dispositione, & valetudine, secũdũ Menoch. d. casu 58. n. 8. cũ sequentibus: quæ omnia hic interuenerunt, & iudex id arbitratus fuit sufficientibus præmissis diligentijs: ergo iuste factum est, & matrimonium recte tenet, & valet, & ita decreuimus, & pronunciauimus.

SVMMARIVM Cap. LXIIII.

1 PAROCHIAM *duplicem quis habere poteſt, quando in vtraque æqualiter habitat, nempe in hyeme in vna, in æſtate vero in altera, & quomodo hoc intelligatur.*

2 *Parochiam duplicem habens, an æque in qualibet poſsit matrimonia inire, cum numeris ſequentibus, & in numero 3. quo vterque parochus ex illis poteſt audire confeſsionem eius, & adminiſtrare ſacramenta, vt in numero 4. vbi quomodo hoc intelligatur.*

5 *Canonica portio habetis duas parochias, qui elegit ſepulturam in diuerſo loco diuidenda eſt inter vtramque parochiam, & non pertinet integra parochiæ inhabitationis tempore mortis.*

6 *Duo parochi in ſolidum, quoties alicui parochiæ præſunt, poteſt vterque ex illis altero inuito miniſtrare ſacramenta, & intereſſe matrimonio, aliſs vt ſe aſsiſtendi licentiam dare, etiam ſi ipſi inter ſe habeant diuiſas hebdomadas inſeruiendi.*

CAPITVLVM LXIIII.

De habête duplicem habitationis parochiam, an æque in qualibet poſsit matrim. inire.

1 DOSSE quem habere duplicē habitationis parochiā non eſt nouum, quando in vtraque æqualiter habitat, nempe in hyeme in vna, in æſtate vero in altera; vtraque namque eſt æque parochia iſtius, l. aſſumptio, §. Filius, & l. eius, qui manumiſit, §. Celſus, ff. ad municip. cap. 2. de ſepult. in 6. ibi: cum ab eo, qui duo habet domicilia ſe collocans æqualiter in vtroque: gloſ. in capit. ſignificauit. de paroch. & in cap. cum nullus de tempor. ordin. verbo domicilium. lib. 6. Matth. de Afflict. deciſ Neap. 384. numero 5. quod autem diximus requiri, quod in vtraque æqualiter habitet, nō eſt amarē & ſtricte intelligēdum, ſed moraliter, ita vt ſit æqualis omnino, aut fere æqualis habitatio, vt docent Summa Roſel. verbo confeſsio ſacramentalis 3. numero 40. & alij, quos refert, & ſequitur Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. diſputatione 24. numero 3. ideōque voluit Marc. Ant. Cuchus lib. 5. inſtit. mai. tit. 4. num. 186. dum ait, eſſe parochianum habitantem æqualiter duplicem parochiam, ſecus ſi alteram longe frequentius colat. Expēdo enim verba illa, longe frequētius, quaſi non ſit idem quando paulo plus aut minus tempos in vna habitat, quam in altera.

2 Quod ſi hoc ita verū eſt, vt fatemur, bene inde ſequitur, poſſe huiuſmodi habētem duplicem parochiam habitationis coram parocho vtriuſque matrimonium cōtrahere: Secundo hæc eadem pars probatur, quia vt reſoluimus ſupra, cap. proced. idem eſt parochus ad audiendas confeſsiones, & ad aſsiſtendum matrimonio.

3 Sed vterque ex duobus illis parochis poteſt audire confeſsionem illius, cum nō ſit maior ratio in vno, quam in altero iuxta gloſ. in d. cap. cum nullus, verbo domicilium, Hoſtien. in ſumma, titulo de parochijs, §. penultimo, numero 7. in principio, Abb. in c. ad Apoſtolic. in fin. de decim. & in cap. in noſtra, numero 10. de ſepult. Ant. Cuch. vbi ſupra, & alij plures Iuriſtæ, & Theologi, quos refert, & ſequitur Thom. Sanch. vbi ſupra, numero 2. ergo ſimiliter vterque parochus poterit intereſſe matrimonio, & ita ex præd. in terminis tenet, & probat Sanch. ibidem d. numero 2. aduerſus Menoch. conſil. 398. numero 7. volumine 4.

4 Quæ ſententia tenenda quoad ſacramenta miniſtranda, procedit, & intelligēda eſt, eum tantum parochum poſſe miniſtrare ſacramenta in præmiſſa ſpecie, quā parochiam tunc temporis ſuſcepturus inhabitat, vt in hyeme parochum parochialis hyemalis, vbi tunc habitat, & è contra in æſtate, vt cum communi Doctorū ſententia refert Sanch. vbi ſupra, numero 4. quare iuxta eam videbatur idem dicendū in aſsiſtentia ad matrimonium: nihilominus tamen probabilius eſſe probat Sanch. &re-

& recte num. 5. indifferenter poſſe vtrūque parochum intereſſe matrimonio, & miniſtrare ſacramenta, quia ille vtroque tempore habet duplicem parochum.

5 Et quia canonica portio habētis duas parochias, qui elegit ſepulturam in diuerſo loco diuidenda eſt inter vtramque parochiā, & non pertinet integra parochiæ inhabitationis tempore mortis, iuxta tex. in cap. 2. de ſepult. lib. 6. ergo ſimiliter ſacramenta poſſunt indifferenter vtroque tempore recipi ab ambobus parochis, cū omnia hæc ſint iura parochialia, & refert ſic docentes Nauar. in cap. Placuit, numero 78. de pœnit. diſtinctione 6. & Enriquez lib. 6. de pœnit. cap. 7. numero 2. vbi tamen in comment. litera, H. bene aſſerit decens eſſe, vt recipiat abeo parocho cuius parochiam tunc inhabitat.

6 Vbi tamen duo parochi inſolidum alicui parochiæ præſunt, prout in hac alma Eccleſiæ Maiori Ciuitaten. poteſt vterq; ex illis altero inuito miniſtrare ſacramenta, & intereſſe matrimonio, alijque aſsiſtēdi licentiam dare ſecundum Sylueſt. in Summ. verbo confeſſor ſecūdo, quæſtione 4. partic. 2. quem refert, & ſequitur Sanch. vbi ſupra, numero 6. quod procedit etiam ſi ipſi parochi inter ſe habeant diuiſas hebdomadas inſeruiendi, id namq; gratia commodioris ſeruitij, & ratione diuiſionis laboris fit, non vero vt minuatur poteſtas inſolidum cuiuſque.

SVMMARIVM Cap. LXV.

1 VAGI *quomodo matrimonium cōtrahere poſsint, & debeāt, & numeris ſequentibus.*

Et an peccet parochus ſi diligentiam requiſitam à Concilio Tridentino non obſeruauerit, numero 15. vbi quod valebit matrimonium.

2 *Vagi qui dicantur, & quis ſit eorum parochus.*

3 *Vagi poſſunt cuicumque parocho fateri.*

4 *Vagi vbique ſortiuntur forū, poſſuntque pro delictis alibi commiſsis puniri.*

5 *Vagus dum hoſpitatur in aliqua parochia obiter, non tenetur præciſe in ea recipere ſacramenta, ſed poteſt fateri cuilibet curato diœceſis.*

6 *Parochus non poteſt matrimonio vagorum intereſſe, niſi diligenti inquiſitione præmiſſa, & obtenta Ordinarij licentia, idem eſt in eligentis alibi habentibus fixum domicilium, vt in numero 7. quod procedit etiam quādo alter ſolus ex contrahentibus vagus, aut forenſis eſt, vt in numero 8. vbi quis eam licentiam præſtare poſsit, & quid de illis qui de certa parochia intra idem oppidum, vel ciuitatē mutantur, dum ad aliam parochiam translati non ſunt, ſed ad breue tempus alicubi hoſpitantur, vide numero 9.*

10 *Parochus vagorum ad aſsiſtendum eorum matrimonijs erit quicumque parochus: quod procedit etiamſi in fraudē proprij ſacerdotis vagi de reliquiſſent domicilium, vt in numero 11.*

12 *Confeſſor deputatus pro vagis ille debet eorum matrimonijs intereſſe.*

Deſerens omnino priſtinum domicilium, ſi iter agat, aut nanuget animo acquirendi nouum domicilium, dum nondum acquiſiuit incipiēs habitare, ſi matrimonīū contrahere velit, id poſſet coram quocumque parocho: vbi quid ſi alter ſit vagus, alter vero incola, numero 14.

CAPITVLVM LXV.

De matrimonio vagorum.

1 SAcroſanctum, œcumenicū, & Generale Concilium Trident. ſeſ. 24. cap. 7. in Decreto de reformat. matrim. ſic ait.

Multi ſunt, qui vagantur, & incertas habent ſedes, & vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, aliam, & plerumque plures, illa viuente, diuerſis in locis ducūt: cui morbo cupiens Sācta Synodus occurrere, omnes ad quos ſpectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagātium ad matrimonium facile recipiant: Magiſtratus etiā ſeculares hortatur, vt eos ſeuere

Universidad de Deusto Biblioteca

coerceant: Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

2 Pro huius decreti, & materiæ intelligentia videndum primo est, qui dicantur vagi, & quis sit eorum parochus ad hoc, vt eos coniũgere valide possit matrimonio: quoad primum: vagi dicuntur, qui nul libi certam, ac constantem sedem, & domicilium habent, sed hinc inde vagantur, l. eius qui manumisit 27. §. fi. & ibi glossa, ff. ad municip. ita tenent cõmuniter DD. & præcipue Bart. post glossam ibi in l. 4. §. Prætor, numero 24. ff. de damn. infect. est communis, vt plures allegans testatur Prosp. Farin. in quæstion. crimin. quæstione 7. de inquisitione, numero 15. & eam tenent etiam DD. infra citandi. Vnde recte Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. in Pract. crimin. §. fin. quæstione 39. versiculo, sed hic quæro, improbat sententiam quorundam asserentium, exigi etiam ad hoc vt vagi aliqui dicantur carere domicilio originis, satis namque est vt dicantur vagi, si domicilio habitationis careãt; alias enim necessarium esset vagorum ciuitas originis, & oppida funditus esse euersa: hoc autem raro, aut numquam contingeret his temporibus, vt patet, & sic nõ essent vagi, consequens est falsum, igitur & antecedens, vt præter Iul. Clar. vbi supra, docent etiam Ioan. de Imol. in cap. dilectus, numero 10. de rescript. & in cap. fin. numero 15. de eo, qui mittitur in possess. caus. rei seruand. & Marian. in cap. fin. numero 57. de for. compet. quos refert, & sequitur Thom. Sanch de matrim. lib. 3. disputatione 25. numero 1. Vnde

Vagi etiam dicuntur, qui pristinum domicilium omnino deserentes nauigant, vel iter faciũt, quærentes vbi se collocẽt, vt in d. l. eius, qui manumisit, §. Celsus, & tenent glossa in cap. secundo, verbo domicilia de sepultur. in 6. expressa l. 22. in versic. *el quarto caso es*, & ibi Greg. in verbo *donde morare*, tit. 4. partita 1. Hostiens. in Summa de pœnit. & remissi. §. cui cõfitendum, numero 14. versic. quarto cũ quis, post Gofred. ibidẽ numero 17. Ioan. And. in cap. omnis vtriusque sexus, numero 13. de pœnit. & remiss. & communiter DD. Nauar. in cap. placuit, numero 75. & 82. de pœnitentia, distinctione 6. Summistæ, & Theologi, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 2. vbi numero 3. magis explicite declarat, & probat, idem esse vagũ etiam dicit, qui derelicto priori domicilio iter facit ad locum, in quo domicilium constituere destinauit.

3 Vagi possunt cuicumque parocho fateri, vt patet ex præd. l. Regia in versic. *el tercero*, & est communis sententia Canonistarum, & Theologorum, vt patet ex Sanchez vbi supra, numero 5. plurimos referente.

4 Vagi namque vbique sortiuntur forũ, possuntque pro delictis alibi cõmissis puniri iuxta glos. in l. hæres absens, verbo debebit, ff. de iudic. & ibi Bart. §. proinde, numero 4. refert plures Dueñas in regula 378. limitatione 4. Iulius Clar. in Pract. crimi. §. fi. quæstione 39. versic. cæterum, Auendan. secunda parte, cap. 7. præt. numero 7. Decian. in Pract. crim. lib. 4. cap. 13. numero 5. & alios referens Sanch. vbi supra, est communis, vt plurimos allos citans resoluit Farinatius vbi supra, d. quæstione 7. numero 13. vbi, & in numero sequenti eam declarat, & temperat.

5 Imo vagus dum hospitatur in aliqua parochia obiter, nõ tenetur præcise in ea recipere sacramẽta, sed potest fateri cuilibet curato diœcesis, vt cum Ricard. Palud. Ant. Caiet. Turrecrem. Tabiena, Victoria, Nauar. Ledesma, & alijs probat, & tenet Sanch. vbi supra, numero 7. & probatur in d. l. 22. in versic. *el tercero es, quãdo anda de vna tierra en otra, non auiendo voluntad de sossegar en vn lugar, ca estõce puede se confessar cõ qualquier Clerigo que sea: solo que aya poder de confessar è de dar penitencia.*

6 Quoad secundum obseruandum est primo ex decreto Concilij Trident. vbi supra, quod parochus nõ potest matrimonio vagorum interesse, nisi diligẽti inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarij licentia.

7 Idem est in alienigenis alibi habentibus fixum domicilium, ad horum namque matrimonium, vbi fixam sedem non habent, celebrandum eadem diligens inquisitio

sitio, Ordinarijque licentia necessaria est, licet enim de his non loquatur Concil. vbi supra, eadem militat ratio in vtrisque, quia cum ignoti sunt, possunt alibi matrimoniũ contraxisse, quæ est ratio d. decreti, ac proinde ratio expressa in eo vtrosque cõprehendit: tum etiam, quia olim vsus obtinuerat ne forenses ignoti matrimonio copularentur absque literis testimonialibus sui Episcopi, vt referũt Abb. antiquus, Ioan. Andr. numero 5. ad fin. Abb. Panormit. numero 7. ad fin. in cap. fin. de clandest. desponsat. idem Ioan. Andr. in cap. fin. num. 2. de eo, qui dux. in matr. Greg. Lop. in l. 1. tit. 3. in glossa, *en la Iglesia*, in fin. partita 4. & in terminis ita tenẽt D. Segur. Daual. in suo Direct. Iudic. Ecclesiast. secunda parte, cap. 16. numero 18. in fin. Manuel Rodrig. in prima parte suæ Summæ, in secunda editione, cap. 219. numero 3. & Thom. Sanch. d. lib. 3. disputatione 35. numero 8. & ita in praxi vidi sæpissime obseruari, & obseruaui: nisi forensis ea ætate in locum contractus aduenerit, qua minime poterat alibi matrimonium inire, vt etiam obseruauimus, & in praxi obseruatum vidimus, & in terminis tenent etiam Segur. & Sanch. vbi supra.

8 Procedit etiam dispositio Conciliaris supradict. quando alter solus ex contrahentibus vagus, aut forensis est, vt quãdo alter vagus est, tenet Veracruz in Appendic. ad Specul. Coniug. §. attendendum videtur, & in vago, & forensi loquens Thomas Sanchez vbi supra, numero 9. vbi numero 10. quod Ordinarius in proposito, cuius licentia petenda est, erit Episcopus, vel eius Vicarius Generalis, & quod idem dicendũ erit de Vicarijs aliorum Prælatorum habentium iurisdict. quasi Episcopalem.

9 Limitatur decisio Cõcilij Trident. vbi supra, de vagis loquens, vt intelligatur de propijs vagis, & sic de his, qui vagantur, & incertas habẽt sedes: secus vero de illis, qui de certa parochia, intra idem oppidũ vel ciuitatem mutantur, dum ad aliam parochiam translati non sunt, sed ad breue tempus alicubitus putantur, quia de his nõ loquitur Concilium, quia non sunt vere vagantes, & incertas habentes sedes, & præterea in illo oppido noti sunt, quare præmissis denunciationibus in parochia, vbi diutius habitarunt, possunt absque licentia Ordinarij à proprio parocho matrimonio coniungi, vt recte distinxit Sanchez vbi supra, numero 9. post medium, versic. intelligе.

10 Parochus autem vagorum ad assistẽdum eorum matrimonijs erit quicũque parochus, sicut ad audiendas eorum confessiones diximus: & quia non est maior ratio vnius parochi, quam alij, & in termini s ita tenet Enriq. lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 3. is namque parochus debet eorũ matrimonio assistere, à quo, si vellent, deberent sacramenta recipere, sed possunt à quolibet parocho: ergo & quilibet parochus potest matrimonio eorum assistere, ita tenent Petr. de Ledesm. de matrimonio, quæst ione 45. articulo 5. pũcto 3. post dubium quartum, § dico tertio, folio 193. Manuel & odrig. vbi supra, numero 3. dicens sic à Cardinalibus fuisse declaratum, Barthol. à Ledesma de matrim. dubio 21. fol. 1332. §. annotare oportet, Vega lib. 3. Summæ casu 225 quos sequitur Sanch. vbi supra, numero 11. vbi,

11 Idẽ probat cõtra Bartholomeũ à Ledesma, & Vegam vbi supra, etiamsi in fraudẽ proprij sacerdotis vagi dereliquissent domicilium, quia non est fraus, dum quis vtitur iure suo, quare si vere, domicilio relicto, quamuis in fraudem proprij parochi, facti essent vagi, possent coram quouis parocho matrim. inire, sicut mutantes parochiam in fraudem parochi possunt matrimonio copulari à parocho nouæ parochiæ. hæc autem opinio Sanchez vera est, & tunc recte procedit, cum domicilium vel parochia vere relinquitur, hoc est cũ animo non reuertendi ad illud vel ad illã, sed vagandi, vel permanendi in noua parochia, licet in fraudem, & odium proprij parochi, quo casu loquitur Sanchez & bene vbi supra, secus vero esset si domicilium, vel prior parochia non vere, nec ex animo relinqueretur, sed in fraudem, animo nempe statim contracto alibi matrimonio reuertendi ad præd. suum domicilium, vel priorem parochiam, tunc namque & in hac specie recte procedit limitatio Ledesmæ, & Veg. quia præd. vagatio, & mutatio parochiæ plena est frau-

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de, affectata, & procurata ad finem tantũ contrahendi alibi matrimonium, & sic nihil eis prodest tamquam facta in fraudem Concilij.

12 Si tamen alicubi esset confessor pro vagis deputatus, ille deberet eorum matrim. interesse, quia is esset solus illorum proprius sacerdos in eo loco, vt cum Spino de testam. glos. 15. numero 43. probat Sanchez vbi supra, numero 12. hoc verũ intelligens, quando ex priuilegio Pontificis ille esset deputatus pro vagis, vt nullus alius posset.

13 Idem quod de vagis dicendum est de illo, qui pristinum domicilium omnino deserens iter agit, aut nauigat animo acquirendi nouum domicilium, dum nondum acquisiuit incipiens habitare, posset namque coram quocumque parocho contrahere matrimonium, iuxta formam d. decret. Concil. quia vagus est, & nulli subditus, vt probauimus, vt bene contra Henriquez docet Thom. Sanchez numero 13. vbi numero 14. idem probat, si alter sit vagus, alter vero incola, nẽpe, posse quemlibet parochum eos matrimonio coniungere contra Petr. de Ledesm. de matrim. quæstione 45. articulo 5. circa tertium punctum, post quartum dubium, folio 193. columna 1. §. dico tertio, si alter est vagus, asserentem, quod si alter tantũ vagus sit, requiritur præsentia proprij parochi, cuius opinio securior est.

14 Cæterum contraria Sanchez in puncto iuris verior, & pro matrimonij fauore tenenda: rectius tamen idem Petr. de Ledesm. vbi supra tenuit, quod sicut quilibet parochus, cui vagi se subijcere vellent, posset eos matrimonio coniungere, ita posset dare licentiam alij sacerdoti eos coniungendi, & in hoc eum sequitur Sanchez vbi supra, numero 15.

15 Vltimo obseruandum erit in proposito, quod licet parochus, vel alius sacerdos cum ipsius licentia, qui vagos non seruato decreto Concil. Trident. vbi supra, matrimonio coniunxerit, nempe non præmissa debita diligentia, & licentia Ordinarij peccet mortaliter, secundum Petr. de Ledesm. vbi supra, §. dico secundo, versiculo hinc sequitur, & alij, vt probat Sanchez vbi supra, numero 16, valebit tamen matrimonium vagorum contractum coram parocho, non præmissa dicta diligẽtia, nec Ordinarij licentia petita, quia pro matrimonij essentia tantum desideratur præsentia parochi, & duorum testium, vt in cap. primo eiusdem decreti Concil. Trident de reformatione matrim. Deinde, quia ad eũdem finem exigitur hæc diligentia pro vagis in d. cap. 7. ad quem d. cap. primo, requiruntur pro indigenis, denunciationes, sed his omissis valet matrimonium: ergo & omissa diligẽtia de qua in d. cap. 7.

Tandem, quia d. cap. 7. non prohibet absolute matrimonium absque præd. licentia, sed præcipit parochis, vt diligentiam præmittant, licentiamque petant, ergo eius omissio culpa erit, non tamen vitiauit matrimonium, ita & merito tenent, & docent Veracruz in Appendic. ad Specul. Coniug. folio 86. §. est consideratione dignum, Enriquez dicens sic declaratũ esse à Cardinalibus lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 3. Petr. de Ledesm. vbi supra, d. folio 193. in §. dico tertio, Albornoz de contract. lib. 4. titulo primo, Thom. Sãchez d. lib. 3. disputatione 25. numero 17. vbi idẽ probat si alius sacerdos solius parochi licentia obtenta interfit tali matrimonio, quia licet peccet, valebit matrimonium.

SVMMARIVM Cap. LXVI.

1 *Archiepiscopus, & Episcopus in sua diœcesi nõ dubium est, quin valide possint assistere matrimonio subditorum, dareque licentiam assistendi.*

2 *Archiepiscopus nequit assistere matrimonijs subditorum suffraganei, quia non est Ordinarius ipsorum, nisi in causis appellationis, & in alijs casibus specialibus, & numero 3. & 4. vbi quomodo hoc intelligatur.*

5 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante potest assistere matrimonio, vel alij sacerdoti licentiam dare assistendi.*

6 *Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ potest matrimonio interesse, & alij alij assistendi licentiam concedere.*

7 *Habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt assistere matrimonio, & licentiam ad id concedere alij sacerdoti.*

8 *Episcopus non potest coniungere matrimonio subditos Abbatum, vel aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem.*

9 *Cardinales in Ecclesijs suis tituli habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & ideo possunt assistere matrimonio, & licentiam concedere assistendi.*

10 *Legatus potest assistere matrimonio in prouincia suæ legationis, quia est Ordinarius in illa.*

11 *Legatus dicitur proprius sacerdos ad audiendas confessiones.*

12 *Vicarius generalis Episcopi, seu Archiepiscopi in sua diœcesi est Ordinarius, ordinariamque iurisdictionem habet.*

13 *Vicarius Capituli sede vacante habet iurisdictionem ordinariam.*

14 *Ordinarij mẽtio quoties fit in Decreto, nisi subiecta materia aliud poscat, intelligitur non tantum de Episcopo, sed etiam de omnibus habentibus iurisdictionem ordinariam.*

15 *Vicarij habentium iurisdictionem Archiepiscopalem sunt Ordinarij, & nomine Ordinarij comprehenduntur, secus est in Vicario foraneo, nisi specialem commissionem ad id habeat, vel cognitionem causarum matrimonialiũ ab Episcopo delegatam, & num. 16. & 17.*

18 *Parochi delegati quos Episcopi constituunt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & vicecuratæ à parochis proprietarijs instituti, an possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere.*

19 *Matrimonium cõtractũ corã parocho suspenso, vel excommunicato, & testibus est validum.*

CAPITVLVM LXVI.

Ordinarij qui dicantur ad assistẽdum valide matrimonio.

1 DE Archiepiscopo, & Episcopo in sua diœcesi nullum dubium est, quod possint valide assistere matrimonio subditorum, alijque sacerdoti licentiam assistẽdi concedere, quia sunt Ordinarij, & parochis superiores.

2 At Archiepiscopus nequit assistere matrimonijs subditorum suffraganei, quia non est Ordinarius ipsorum, nisi in causis ad ipsum deuolutis per appellationẽ, & in alijs casibus specialibus, iuxta tex. in cap. Pastoralis in principio, & ibi communiter DD. de officio Ordin. & in terminis ita tenent Spino de Testamentis, glos. 15. numero 39. & 40. Segur. in suo Direct. Iudic. Eccles. secunda parte, cap. 15. numero 50. Petr. de Ledesma de matrimonio, quæstione 45 articulo 5. punct. 3. paulo ante dub. 4. Manuel Rodrig. in sua Summa primo tom. in 2. editione, c. 219. numero 16. Thom. Sanch. de matrim. lib. 3. disputatione 28. num. 3.

3 Episcopo tamen nolente aliquos matrimonio coniungere, causaque per appellationem ad Archiepiscopum delata poterit hic causa cognita assistere, vel dare licentiam cuicumque sacerdoti assistendi matrimonio, vt patet ex supradictis, & tenent Spino, Segur. Manuel numero 3. & Sanch. 4. supra citat. vbi hæc verum intelligit quando sententia Archiepiscopi trãsisset in rem iudicatam, alias secus.

4 Aliud tamen esset in Episcopo, vel Archiepiscopo in sua diœcesi, quia si aliquos lite mota vellet matrimonio coniungere, quamuis pars aduersa appellaret, si de facto coniugeret, aut alter sacerdos de eius licentia, valeret matrimonium, quia est pastor Ordinarius, & licet per appellationẽ eius iurisdictio suspendatur, attamen cum maneat verus pastor, & Ordinarius, & nõ fit actus iurisdictionis assistere matrimonio, aut dare licentiam alij sacerdoti assistẽdi, valebit matrimonium: Archiepiscopus vero in diœcesi suffraganei nulla ratione est Ordinarius, sed tantum sortitur iurisdictionem

iurisdictionē ob appellationē, atq; ita debet esse iurisdictio iuxta naturam sententiæ, quæ est, vt nihil prorsus operetur donec transeat in rem iudicatam.

5 Similiter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante potest assistere matrimonio, vel alij sacerdoti licētia dare, quia succedit in omni iurisdictione ordinaria Episcopi, vt in iure est verisimum, & notissimum, & ita communiter practicatur.

6 Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ potest matrimonio interesse, & alij assistendi licentiam concedere, quia est Ordinarius, & habet iurisdictionem quasi Episcopalem, vt notant DD. in cap. Ioannes, & ibi Couar. numero 1. de testam. & in terminis ita tenent Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 4. Manuel Rodr. vbi supra, numero 15. Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 45. articulo 5. puncto 3. paulo ante dubium 4. fol. 192. conclusione 3. 12

7 Quinimo omnes habentes iurisdictionem quasi Episcopalem hoc possunt facere, vt tenet Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo de sponsal. consil. 47. num. 1. & in 2. editione, titulo de clandest. desponsat. consil. 14. numero 1. sequitur vtrū que Sanchez vbi supra, num. 6.

8 Vbi quod non posset Episcopus cōiūgere matrimonio subditos horum Abbatum, vel aliorū habentium iurisdict. quasi Episcopalem in Ecclesia nulli Episcopo subiecta, sicut nec potest confessores exponere pro illis, vt docet Sylvest. in Summa, verbo confessor 2. quæst. 7.

9 Cardinales etiam in Ecclesijs sui tituli, quia habent in eis iurisdictionem quasi Episcopalem per tex. in cap. his, quæ, cum ibi notatis de maior. & obed. possunt hoc facere, vt tenent Nauar. Enriquez, Manuel, & Sanchez numero septimo, vbi supra.

10 Legatus quoque idem potest in prouincia suæ legationis, quia est Ordinarius in illa, vt in cap. secundo de officio legat. lib. 6. & potest in prouincia sibi commissa omnia, quæ Episcopus in sua diœcesi, vt docuimus post alios lib. 1. Canonic. quæstionum, cap. 11. num. 6 & post nos alios plures allegans Sanch. vbi supra, n. 8.

11 Et præterea, quia dicitur proprius sacerdos ad audiendas confessiones, vt tradunt communiter DD. in c. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. diximus d. lib. 1. Canon. quæstionum, cap. 27. numero 24. & Sanchez vbi supra, vbi ex supradictis hanc opinionem in proprijs terminis legati, quod possit assistere matrimonio incolarum prouinciæ suæ legationis, & alij sacerdoti licentiam ad id concedere, tenet, & probat non solum in legato à latere, vt tenebat Enriquez d. lib. 11. cap. 3. numero 4. sed etiam in alijs legatis Pontificis, vt præsint alicui prouinciæ, quia sunt Ordinarij iuxta glos. in cap. 2. de officio legat. in 6. in principio, & ibi Philip. Francus.

Vicarius Generalis Episcopi, seu Archiepiscopi in sua diœcesi est Ordinarius, ordinariamque iurisdictionem habet, iuxta glos. in cap. 2. de officio Vic. lib 6. verbo officialem, & in l. fi. verbo Rectorū, C. de officio eius qui vicem, &c. congerit plurimos aduersus nonnullos aliud tenentes Thomas Sanch. lib. 3. de matrim. disputatione 29. numero 3. ex quibus proculdubio constat affirmatiuam præd. sententiam esse communem, & num. 4.

13 Idem probat in Vicario Capituli sede vacante.

14 Quo fit vt quoties in aliquo decreto mentio fit Ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat intelligi non tantum debere de Episcopo, sed etiam de omnibus habētibus iurisd. ordinariam, quia omnes illi Ordinarij sunt iuxta glos. in cap. Ordinarij, verbo locorum, de officio Ordin. in 6. diximus lib. 1. Canon. quæstionum, ca. 19. numero 15. versic. nihilominus, vbi quod nomine Ordinarij comprehenditur Vicarius Episcopi cum vere Ordinarius sit, quod tenent etiam Nauar. Flam. Paris. & alijs quos refert, & sequitur Sanch. d. disputatione 29. numero 5. addēs, quod quoties in Concilio Tridentin. Ordinarij mētio fit comprehenditur Vicarius Episcopi, & Capituli sede vacante, vnde proculdubio poterit hic matrimonio assistere, & assistendi licentiam concedere alij sacerdoti, cum hoc det Concil. Trid. sessione 24. cap. 1. de reformatione matrim. Ordinario, & ita communiter in praxi obseruatur,

uatur, & in terminis ita tenent Salzed. in pract. crimin. cap. 75. versic. decimo quarto, Segura in Direct. Iudic. Eccles. secunda parte, cap. 15. numero 46. & cap. 11. numero 2. Spino in suo Specul. testam. glossa 15. numero 38. Nauar. lib. 4 consil. in prima editione, in titulo de sponsal. consil. 47. numero 1. in secunda vero editione titulo de clandest. desponsat. consil. 14. numero 1. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 4. nos lib. 1. Canon. quæstionū cap. 19. numero 13. cum sequentibus.

15 Et nouissime Sanchez d. disputatione 29. numero 18. vbi numero 19. idem dicendum esse asserit de Vicarijs habentiū iurisdictionem Archiepiscopalem, quia sunt Ordinarij, & nomine Ordinarij comprehenduntur.

16 Secus est in Vicario foraneo, vt prædiximus vbi supra, numero fi. nisi specialem commissionem ad id habeat, vel cognitionem causarum matrimonialium ab Episcopo delegatam, vt tenet Segura vbi supra, & cum eo Sanch. vbi supra, numero 20.

17 Superiora comprobantur ex veriori, & receptiori sententia Doctorum, quæ habet posse Vicarium Generalem Episcopi ex officio audire confessiones, & alijs etiā eas audiendi concedere in tota diœcesi, quia comprehenditur nomine proprij sacerdotis, de quo in cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. vt latissime plurimos referens ita tenentes contra alios comprobat Thom. Sanch. d. lib. 3. disputatione 39. numero 15. vbi numero 16. respondet fundamentis contrariæ sententiæ ab ipso adductis supra num. 14.

18 An autem parochi delegati, quos Episcopi constituunt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & vicecurati à parochis proprietarijs instituti possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere, agit late per conclusiones Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 31. per totam.

19 Matrimonium autem contractum coram parocho suspenso, vel excommunicato, & testibus validum esse probant Nauar. consilio 91. de sponsal. lib. 4. & Ledesm. de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. in tertio dubio, versiculo vltimo sequitur, folio 191. columna 1. in fi. & Zeuall. Practic. quæstionum, quæstione 604. num 65. fol. 181. col. 1.

SVMMARIVM Cap. LXVII.

1 *MATRIMONIVM celebratum contra interdictum Episcopi, vel constitutionis Synodalis validum est, nisi adijciatur decretum irritans in tali prohibitione, & numeris sequentibus.*

2 *Matrimonium celebratum à parocho inter vagos absque præuia diligentia, de qua in Sancto Concilio Tridentino de hoc loquente, est validum.*

3 *Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ est validum.*

4 *Licentia data à parocho ad assistendū matrimonio contra formam constitutionis Synodalis non adijcientis decretum irritans est valida.*

CAPITVLVM LXVII.

An prohibitio Episcopi, vel constitutionis Synodalis, ne parochus, vel delegatus ad vniuersam curam parochiæ tali matrimonio assistat, nec det licentiam alij assistendi, nisi sacerdotibus approbatis ab Episcopo, annullet matrimonium aliter celebratum?

Hæc quæstio seclusa disputatione ita resoluenda est, nempe.

1 MATRIMONIVM contractum coram parocho proprietario, vel delegato ad vniuersam curam parochiæ, vel de eius licētia coram alio sacerdote, validū est, quāuis Episcopus iusserit, ne tali matrimonio assistat, aut per se, vel constitutionem Synodalem interdixerit dare licentiam assistendi,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtendi, niſi ſacerdotibus approbatis ab Epiſcopo, & is, cui danda eſt licentia, non ſit ex approbatis: niſi Epiſcopus, aut cõſtitutio Synodalis expreſſè addiderit decretũ irritas aliter geſta; quod primo probatur ex decreto Sacri Cõcilij Trid. ſeſſione 24. ca. 1. de matrim. ibi, qui aliter quam præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi licentia, &c. ergo Epiſcopus nec conſtitutio Synodalis contrariũ præcipere, aut ſtatuere poteſt.

2 Secundo ex cap. 7. eiuſdem ſeſſionis dũ præcipit parochis ne interſint vagorũ matrim. niſi præmiſſa diligenti informatione, & licentia Epiſcopi, & tamen ſi parochus his minime ſeruatis interſit eorũ matrimonio, eſt validum, vt ſupra probauimus cap. de matrimonio vagorũ, numero 15. & cum alijs tenet Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, diſputatione 25. numero 17. idem probans cum Petr. de Ledeſm. ſi alius ſacerdos ſolius parochi licẽtia obtenta interſit tali matrimonio, quia licet peccet, vt dixerat numero 16. præcedenti ex ſentẽtia aliorum, quos ibi refert, valebit matrimonium eadem ratione: ergo à fortiori erit validum matrimonium celebratum à parocho, vel ab alio ſacerdote de eius licentia contra prohibitionẽ Epiſcopi, vel conſtitutionis Synodalis.

3 Tertio probatur ex deciſione tex. in cap. 2. de matrim. contract. contra interd. Eccleſiæ, ibi, licet enim cõtra interdictum Eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire non debuerit, non tamen eſt conueniens, vt ob id ſolum ſacramentum coniugij diſſoluatur, probatur eſſe ſpeciale in matrimonio id irritũ non reddi ex interdicto, vel prohibitione ſimplici Eccleſiæ, vt notat Decius in cap. 2. de teſtib. numero 17. in verſiculo, ſecus ſi temporalis ſit, & Rota nouiſſimorum deciſione 750. numero 3. volumine 1.

Et in terminis ita eſſe declaratum ab illuſtriſſimis Cardinalib. qui rogati an validum eſſet matrimonium, cui interfuit parochus non proprietarius, ſed annuus ad Epiſcopi nutum amouibilis contra mandatum Epiſcopi ne quoſdam deſpõſaret: reſponderunt eſſe validum: referunt, & ſequuntur Ignat. Salzed. in pract. crimin. cap. 73 §. primum igitur dubium fol. 236. columna 1. & ſequenti, Petr. Ledeſm. de matrim. quæſtione 45. articulo 5. puncto 3. dubio 2. folio 190. §. primum dubium, Manuel Rodrigez in primo tom. ſuæ Sũmæ in ſecunda editione, cap. 219. num. 4. & Zeuall. in Pract. quæſtionibus, quæſt. 604. numero 71. folio 181. & numero 72. Thom. Sanchez d. lib. 3. diſputatione 32. numero 2.

4 Et validam eſſe licentiam datam à parocho aſsiſtendi matrimonio contra formam Synodi præcipientis, ne daretur, niſi adhibito notario, & tribus teſtibus, eo quod Synodus non addiderit clauſulam annullatiuã, decidit Rota nouiſſim. præd. 750. numero 4. lib. 1. ex quibus, & alijs ſuprad. reſolutionem omnimodam probauit in terminis Sanchez vbi ſupra, d. numero 2. per totum, qui numero 3. reſpondit argumentis contrarijs.

SVMMARIVM Cap. LXVIII.

1 *VICARIVS Generalis Epiſcopi an poſsit intereſſe matrimonio, & alij clerico concedere licentiam aſsiſtendi, & num. ſequentibus.*

2 *Vicarius Generalis Epiſcopi non eſt proprius ſacerdos ad audiendas confeſsiones, nec facultatem alij ad id concedẽdam, niſi id ei ſpecialiter concedatur, ſed contrarium eſt verius, & receptius, vt in num. 9.*

3 *Vicarius Generalis non poteſt de cauſis matrimonialibus cognoſcere: ſed contrarium eſt verius, & receptius, vt in numero 8.*

4 *Matrimoniales cauſæ an poſsint delegari?*

6 *Vicarius Generalis, ſeu vices alicuius gerens omnia poteſt, quæ is, cuius vices gerit.*

7 *Vicarius generalis Epiſcopi eſt Ordinarius, ordinariãq; iuriſdictionẽ gerit, idemque eſt in alijs Vicarijs generalibus habẽtium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt in num. 10. idẽ eſt in Vicarijs generalibus Ordinũ Militarium in ſuis Vicarijs, vt in numero 11.*

12 *Vicarius foraneus non poteſt aſsiſtere matrimonio, neque alij clerico ad id licentiam concedere, niſi habeat cognitionẽ cauſarum matrimonialium ab Epiſcopo delegatam.*

13 *Vicarij inferiores, & foranei non poſsunt, nec ſolent licentiam concedere ad contrahendum matrimonium abſque præuijs monitionibus.*

14 *Vicarius generalis Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, ceſſante ſua poteſtate, an poſsit aſsiſtere matrimonio, &c.*

15 *Iuriſdictio iudicis delegati, non expirat morte delegantis quoad negotia cœpta.*

16 *Iuriſdictio Vicarij Generalis Epiſcopi ceſſat ipſo iure morte Epiſcopi, & numero 17. & quid ſi eius mors ignoretur, num. 18.*

19 *Geſta per Vicarium Generalem Epiſcopi excommunicati, vel ſuſpenſi, vel notorij clerici percuſſoris, an ſint valida.*

20 *Vicarius Generalis Epiſcopi excommunicati, vel ſuſpenſi, an poſsit aſsiſtere matrimonio, aliique ad id licentiam concedere.*

21 *Delegatio facta Vicario Epiſcopi excommunicati, &c. non ſuſpenditur durante dicta excommunicatione, &c.*

22 *Geſta per Vicarium Generalem Epiſcopi ab eo reuocatum, an & quando ſint valida, & quando non?*

23 *Reuocatio Vicarij Generalis, quomodo ſit intimanda?*

24 *Curæ, hoc eſt locum tenentes parochi, an poſsint dare licentiam alij preſbytero aſsiſtendi matrimonio, remiſsiue.*

CAPITVLVM LXVIII.

An Vicarius generalis Epiſcopi poſsit intereſſe matrimonio contrahendo, & alij ſacerdoti licentiã aſsiſtendi concedere?

1 PARTEM negatiuam probat Petr. de Ledeſma de matrimonio, quæſtione 45. art. 5. puncto 3. dubio 4. folio 192. cuius ſententia in hoc probatur primo, ex ſententia illorum, qui tenent, quod Vicarius Epiſcopi non eſt proprius ſacerdos ad audiendas cõfeſsiones.

2 Nec concedendi facultatem ad id abſque ſpeciali eius commiſsione, quos refert cum ſuis fundamentis Thomas Sanchez de matrimonio, lib. tertio, diſputatione 29. numero 14. Idem namquemet eſt proprius ſacerdos in vtroque caſu, vt per eundẽ d. lib. 3. diſputatione 23. num. 10.

3 Secundo; eadem opinio probatur ex alia tenentium, quod Vicarius ex generali commiſsione, non poteſt de cauſis matrimonialibus cognoſcere, ex gloſſa iuncta tex. in cap. accedentibus, verbo dignitatis, de exceſ. Prælat. vbi quod hoc pertinet ad dignitatem Epiſcopalem, & ibi Antonius de Butrio numero 1. idem Ant. in cap. primo de conſang. & affin. numero 11. & ibi Abb. eodem numero 11. & Præpoſ. numero quinto, congerit alios Thomas Sanchez d. lib. 3. diſputatione 29. numero 17. Concil. Trident. ſeſ. 24. cap. 20. de reform. dum in eo deciditur ad ſolos Epiſcopos hoc pertinere.

4 Imo ſunt, qui dicunt, cauſas matrimoniales non poſſe delegari Vicario, quia ſtylus Curiæ facit ius, ita Menoch. conſil. 17. numero ſexto, & conſil. 69. numero 55. cum ſequẽtibus, volumine 1. quæ retulimus lib. primo Canonicarum quæſtionum, cap. 19. numero 15. ſed ſtylus Curiæ habet, vt hæ cauſæ ſolis Epiſcopis delegẽtur, ſecundum Ioann. Andr. in cap. cauſam matrimonij, numero ſecundo, de officio delegat. & ibi Anton. numero 2. Abb. & Dec. nu. 2. ergo nec Vicarius generalis poterit aliquos matrim. copulare abſque ſpeciali cõmiſsione Epiſcopi: hæc ſunt, quæ pro hac parte coadiuuanda adduci poſſunt.

5 His tamen non obſtantibus contraria ſententia verior, & magis recepta in iure, ac in praxi, ac proinde tenenda

neda est, imo quod Vicari⁹ generalis Episcopi possit interesse matrim. alijque sacerdoti cõcedere licentiã eidẽ matrimonio assistẽdi ex sola institutione Vicariatus, quãuis id sibi nũcupatim nõ cõcedatur.

6 Quæ primo probatur, nã Vicarius generalis, seu vices alicuius gerẽs, omnia potest, quę is, cuius vices gerit: l. 1 §. hi, quibus vers. à Præfectis vero Prætorio, vel eo, qui vice Præfecti ex mandatis Principis cognoscit, ff. delegat. 3. & in l. 2 ibi, & omnia, quæ ad iurisdictionẽ Rectoris Prouinciæ pertinent, &c. C. de officio eius, qui vic. alicuius iudic. obtinet, vt cũ alijs probauimus lib. 2. Can. quæstionũ c. 17. n. 15.

7 Secundo: Vicarius generalis Episcopi est Ordinarius, ordinariãque habet iurisdictionem, vt in c. Romana in principio, cũ glos. 1. ibi de appell. lib. 6. est cõmunis vt diximus d. c. 17. nu. 17. & post nos probat latissime plurimos referens Tho. Sanch. d. li. 3. disput. 19. n. 3. & 5. vbi quod quoties in aliquo Decreto fit mentio Ordinarij (nisi subiecta materia aliud poscat) intelligitur nõ tantũ Episcopus, sed etiã omnes habentes iurisdictionẽ ordinariã, Flamin. Paris. quẽ refert, & sequitur idẽ Sanch. d. disput. 29. n. 18. ad fi. vbi quod quoties in Trid. Cõcil. fit mẽtio de Ordinario cõprehẽditur nomine Ordinarij Vicarius Episcopi, sed ad Ordinariũ expectant omnia, quæ sunt de lege diœcesana, & iurisdictionis, vt per nos d. c. 17. num. 18. & sub lege diœcesana, & iurisdictionis consistit totũ ius, & potestas Episcoporũ, c. cõquærẽte, & c. dilectus filius, cũ glos. magna in principio, & per totũ, vbi Abb. & alij de officio Ordin. & nos vbi supra n. 19. ergo, &c.

8 Tertio, quia verius est, & receptius ꝙ Vicarius generalis absq; speciali cõmissione possit de causis matrimonialibus cognoscere, ex tex. in c. 1. de frigid. & malef. & in c. fin. de cognat. spirit. & constat ex pluribus eã sententiã tenentibus, quos refert, & sequitur Sanch. d. disput. 29 nu. 18. ergo Vicarius generalis potest assistere matrim. alijque sacerdoti id committere.

9 Quarto, quia verior etiã, & receptior sentẽtia est Vicariũ generalẽ esse propriũ sacerdotẽ ad audiedas cõfessiones, & alij sacerdoti id cõmittere, vt aduersus priorẽ opinionẽ contrariã supra relatam late probat plurimos citãs Thom. Sãch. d. lib. 3. disput. 29 n. 15. & ita vsus obtinuit. ergo & matrim. assistere, facultatẽque alij sacerdoti ad id cõcedere per supradicta. Vltimo ex Decreto Concil. Trid. sessione 24. c. 1. de refor. matrim. vbi expresse cauetur posse assistere parochũ, vel aliũ sacerdotem de licentia Ordinarij, sed Vicarius Episcopi est Ordinarius, vt probauimus, ergo, &c. Et in terminis, de quibus agimus, ita tenẽt Nauar. lib. 4 cõsil. tit. de sponsal. in 1. editione, consil. 47 n. 1. & in 2. editione tit. de clandest. desponsat. consil. 14 n. 1. & Henriq. lib. 1. de matrim. c. 3. nu. 4. Salzed. in addit. ad practic. crim. Bernar. Diaz c. 75. vers. 14. Segur. in Direct. Iud. Eccles. 2. parte c. 15. n. 46. & c. 16. n. 2. Spino in Specul. Testam. glos. 15. nu 38 Manuel Rodri. in Sũma 1. tom. in 2. editione, c. 219. n. 15. quos refert, & sequitur Sãch. d. lib. 3. disput. 29. n. 18. vltra quem idem nos late prius probauimus cũ Alph. à Veracruc. d. lib. 1. Can quæstionũ c. 19. n. 15. vers. nihilominus in similibus terminis, nẽpe Vicariũ generalem Episcopi posse pro suo arbitrio, atq; iudicio, & prudentia remittere denunciationes ad matrim. cõtrahenda, de quibus in Concil. Trid. ergo & matrimonijs assistere, licentiãque alijs sacerdotibus ad id præstare, & ita cõmuniter video fieri, & obseruari in praxi, estque verisimum etiam iure communi attento per supradicta.

10 Idẽq; dicẽdũ est eisdẽ rationibus in Vicarijs generalib⁹ habẽtiũ iurisdictionẽ quali Episcopalẽ, quia sunt Ordinarij, & nomine Ordinarij cõprehẽdũtur, vt cũ Nauar. vbi supra tenet Sanch. d. disput. 29. nu. 19.

11 Vbi idẽ probat cũ Manu. Rodr. in Vicarijs generalibus Ordinum Militariũ in suis Vicarijs.

12 Et n. 20. id limitat in Vicario foraneo, nisi habeat cognitionem matrimonialium causarũ ab Episcopo delegatã ex Segur. in suo Director. Iudic. Eccles. 2 parte cap. 15. num. 46. & cap. 16. num. 2.

13 Sic etiã Vicarij inferiores, & foranei non possunt, nec solent licentiã cõcedere ad matrim. cõtrahẽdũ absque præuijs monitionibus, vt cum Alphons. à Veracruce probauimus d. lib. 1. Can. quæstionum, cap. 19. num. 16.

Sed

14 Sed an superiora procedant cessante Vicarij Generalis Episcopi, vel Archiepiscopi potestate, quæstionis est: in qua sequenti distinctione trimẽbri vtẽdum est.

Aut enim cessat Vicarij huius potestas morte Episcopi, vel Archiepiscopi, & in hac specie proculdubio ipso iure cessat omnino eius iurisdictio, ac proinde omnia postea per ipsum gesta sunt nullius momẽti tãquam gesta à quodam priuato, iurisdictioneque carẽte, est enim prorsus vtriusque idẽ tribunal, & reputantur eadem persona, cap. 2. de consuet. in 6. & in cap. Romana, de appellat. lib. 6. atque cũ morte Episcopi cesset eius tribunal, cessat etiam Vicarij, & hæc reuocatio per mortem est etiam quoad negotia cœpta; vnde ea perficere non poterit Vicarius Episcopi, eo mortuo.

15 Secus est in iudice delegato, quia eius potestas nõ expirat, quoad negotia cœpta mõrte delegãtis, cap. gratum, & c. relatum de officio delegat. vt recte resoluit Thom. Sanch. lib. 3. de matrim. disputatione 30. numero 3. aduersus Sbrozium lib. 3. de Vic. Episcopi, quæstione 45. numero 2. aliquos referentes, dicentes non expirare, quoad negotia cœpta, loquũtur enim in iudice delegato, non vero in Vicario Generali Episcopi.

16 Ex quibus deceptus quoque fuit Enriquez lib. 7 de indulgent. cap. 21. num. 5. in Cõmento littera, S. dum dicit non cessare iurisdictionem Vicarij ipso iure Episcopi morte, sed per capitulũ deponi, hoc autẽ falsum est ex supradictis, vt bene quoque obseruauit Sanch. d. disput. 30. nu. 1. & 2.

Nec opus est quod hæc reuocatio per mortẽ intimetur Vicario, quia etiã nõ intimata operatur præd. suũ effectũ, vt cum alijs tenet Felin. in c. ex parte Decani, numero 19. vers. fallit octauo, de rescript. Flam. Paris. lib. 7. de resign. benef. quæstione 24. numero 36. quos sequitur Tho. Sanchez d. lib. 3. quæst. 30. num. 4.

17 In hoc igitur primo casu præsentis distinctionis reuocationis Vicarij per mortẽ Episcopi ipso iure inductã, clarũ est, ipsum Vicariũ sic reuocatũ non posse assistere matrim. neque id alij etiã sacerdoti cõmittere, quia nullam habet potestatẽ, nec iurisdictionẽ, ac proinde erit omnino nullum, quod ab eo post mortem Episcopi fuerit factum tãquam eius Vicariũ, ac si per aliũ priuatũ iurisdictione carẽtẽ factũ fuisset, imo puniri posset tãquam persona vsurpans iurisdictionem illam, qua omnino caret, nisi à capitulo sede vacante de nouo sibi fuisset concessa.

18 Vicario autem Episcopi eius mortem ignorante, vel etiã conscio, quando vtroque casu cõmuniter præd. mors Episcopi ignoratur, quia contingit in longinquis, valent interim gesta per ipsum Vicarium, non autem quando cõmuniter scitur, licet ipse Vicarius mortẽ ipsius Episcopi ignoret, vt optime resoluit idem Thom. Sanchez d lib. 3. disp. 22 n. 59. per totum, & disputatione 30. num. 4. & hæc de primo membro præd. distinctionis.

19 Aut vero suspenditur iurisdictio Vicarij Episcopi excommunicatione ipsiusmet Episcopi, quod contingit quando ipse Episcopus est excommunicatus, denũciatus, aut est notorius clerici percussor, iuxta Cõcil. Cõstancien. vt late resoluimus lib. 1. Can. quæst. c. 1. nu. 76. & post nos plures allegans Thom. Sanch. li. 3. de matrim. disput. 22. n. 32. & hic est 2. casus, tuncq; sicut gesta per ipsum Episcopum pertinentia ad iurisdictionẽ sunt irrita, ita etiã nulla sunt gesta ab eius Vicario generali, quia est vnũ, & idẽ tribunal, ita probat tex. in c. 1. de offic. Vic. in 6. in fin. ibi, ea tamẽ, quę ipsi gerẽdo huiusmodi vices agũt eo taliter excõmunicato manẽte, si iurisdictionẽ recipiũt tantũ ab eodẽ, nõ possũt obtinere vigorẽ, & tenẽt glos. 1. verb. ipsi⁹ & cõmuniter DD. & nos d. lib. 1. Canon. quæstionũ. c. 1. n. 83. & 84. & plurimos cõgerẽs Tho. San. d. lib. 3. de matr. disput. 30. n. 2. & 6. vbi n. 7 hoc ampliat etiam quoad negotia cepta, & n. 8. idẽ esse dicẽdũ affirmat, quãdo Episcopus est interdictus, vel suspẽsus ob cadẽ rationem, secũdum alios DD. quos refert hoc intelligẽs verũ hodie post Concil. Cõstãcien. quando Episcopus est denunciatus, nam ante denunciationem retinet iurisdictionem.

19 Nihilominus tamen suspensa iurisdictione Episcopi per excommunicationẽ, aut suspensionem ipsius denunciatam poterit eius Vicarius valide interesse matrimonio, alijque sacerdoti id committere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia neutrum est iurisdictionis (vt recte, & late probauit Sanchez lib.3.disputatione 21. numero 4. & 7.) & in terminis ita etiam tenet idem Sanch.d. lib. 3. disputatione 30. numero 10.vbi addit secus esse, si Episcopus suspensus, interdictus, vel excommunicatus, denunciatus, aut notorius clerici percusor instituerit Vicariũ, aut parochum, aut parochus excõmunicatus vicecuratum, illeque assisteret matrimonio, vel alij cõmitteret, quia nihil valeret, illa namque commissio est actus manifestus iurisdictionis, ac proinde facta à sic excommunicato nihil valet, quia ille assistens matrimonio non esset verus Vicarius, parochus, aut vicecuratus.

21 Sed quamuis excommunicato Episcopo, sicut prædiximus, iurisdictio Vicarij suspendatur, adhuc tum verus Vicarius manet, retinetque iurisdictionem habitualem, sicut & ipse Episcopus, quare si ei causa delegetur ab alio non suspendit cognitio huius causæ delegatæ ab alio per excommunicationem Episcopi, vt tenent Paulus in Clementina 2. de rescript. & ibi Cardin. quæstione 8. Anchar. columna 1. in fin. Felin. in cap. insinuante. numero 2. de officio delegat. Sbrozius de officio Vicar. lib. 3. quæstione 17. numero decimo, & eos sequitur Sanch.d.lib.3.disputatione 30.numero 9.

22 Tertius casus principalis est, quando Vicarius Generalis Episcopi est reuocatus ab ipso Episcopo, & tunc ita subdistinguendum est, aut enim reuocatio nota est Vicario, & communis error non adest, & tunc proculdubio gesta per ipsum sunt nulla, & irrita, quare si matrimonio interfit, vel alij committeret, nil valet, quia iurisdictione prorsus caret; si verò esset cõmunis error reuocationis etiam ipso illius conscio valẽt gesta per ipsum, iuxta l. Barbarius Philippus, ff. de officio Præt. & probat late Sanch. d. lib. 3. disputatione 22. n. 59. si autem ipse Vicarius reuocationem ignoret, quamuis nõ sit communis error, valent gesta per ipsum donec ipsi reuocatio intimetur: argumento tex. in l. si forte 17. ff. de officio Præsid. quicquid alij teneant relati per Boer. decis. 347. numero 12 & 13. vt late probat, & tenet citans plures eiusdem sententiæ tenendæ Authores Sanch. d. disputatione 30. numero 11. vbi ad fin. idem recte probat, etiamsi reuocatio Vicarij facta fuerit eius culpa, adhuc namque requiritur intimatio reuocationis ipsi Vicario facienda, vt facta post ipsam sint nulla, interim enim, quod non intimatur reuocatio, tacitus consensus reuocantis durare videtur, vt Vicarius vices exerceat donec sibi reuocatio nõ intimatur, nisi reuocans expresserit nolle valere ex tunc, quando reuocat, vt probabiliter limitant aliqui secundum Ricard. & Rosel. quos ibi citat Sanchez cum eis transiens.

23 Præd. tamen reuocationis intimatio ea exigitur in proposito, qua certior fiat Vicarius de reuocatione per ipsum Episcopum, aut eius epistolam, aut alium nomine eius, vt per eius procuratorem, vel nuncium ab ipso ad id destinatum, vt cum Boer. vbi supra, num. 14. vsque ad num. 18. Rebuf. in praxi benef. titulo de form. Vicariat. numero 212. & Ant. Cuc. lib. 2. instit. maio. titulo 8. numero 147. probat pro veriori Sanch. d. disputatione 30. numero 13. aduersus alios plures, quos numero præcedenti citauerat, asserentes satis esse qualẽcumque notitiam reuocationis in Vicario, vt si fidedignus casu nouit reuocationem, certioremque de ea fecerit Vicarium: sed mea sententia hoc non sufficit, nisi quod prædiximus cum Boerio, & cæteris eius sequacibus, siue loquamur in reuocatione Vicarij, vel delegati, vt quoque voluit Sanch. d. disputatione 30. in fine.

24 De curis autem, qui subdunt alicui parocho proprietario, an possint dare licentiam alio sacerdoti, vt assistat matrimonio contrahẽdo, late agit nouissime Zambran. Hispalen. in suis Aur. decisionib. cap. 7. de matrimonio, dubio primo, per totum, qui est videndus.

SVM-

SVMMARIVM Cap. LXIX.

1 MATRIMONIVM *iuxta Sãctã Concil. Triden. ad hoc vt valeat celebrari debet coram parocho, & testibus; & qualis debeat esse ista præsentia parochi, numero 2. & 4.*

3 *Parochi verba coram quo celebratur matrimonium non sunt de essẽtia ipsius, & numero 16. an peccet parochus venialiter ea omittens.*

5 *Consensus cõtrahentiũ corã parocho, & testibus matrimoniũ, sufficit quod intelligatur per interpretẽ quando contrahentes sunt diuersæ idiomatis.*

6 *Matrimonium contrahi potest per procuratorem, ad id speciale mandatum habentem corã parocho, & testibus.*

7 *Matrimonium celebratum coram parocho ad id accedente, distrahẽte tamẽ mente tempore contractus, etiamsi ad sint testes, an valeat?*

8 *Matrimonium coram parocho, & testibus celebratum eo non intelligente cõsensum nõ valet, nisi effectaret nõ intelligere occludẽdo aures, & oculos? & n. 9 quomodo hoc intelligatur.*

10 *Matrimonium coram parocho, & testibus vt detentis an valeat.*

11 *Matrimonium coram parocho, & testibus celebratum, & consensum intelligentibus valet, quamuis ad aliud sint dolo vocati. idem est si coram ipsis casu transeuntibus matrimonium celebretur, si consensum intelligant, vt in numero 12. & numero 13. an tunc peccent parochus, & testes.*

14 *Licentia concessa à proprio sacerdote alteri metu cadenti in constantem virũ, an sit valida, & numero 15. quãdo præd. licentia est impetrata dolo, & mendacijs.*

17 *Parochus assistens matrimonio an possit verba proferre per interpretem coram testibus.*

CAPITVLVM LXIX.

De præsentia parochi, & ipsius officio, & testium cùm matrimonio assistunt.

1 SAcrosanctum Concil. Trid. sess. 24. de matrim. in Decret. de reformat. præcipit, vt parochus, vel alius sacerdos de ipsius parochi, vel Ordinarij licentia, & duo, vel tres testes assistant matrimonio celebrando, & aliter celebratum contractum irritat, & annullat. Plura autem sunt hic explicãda circa verum intellectum huius Decreti sub correctione Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ, cui omnia subijcio.

2 In primis obseruandum est, præsentiam hanc parochi, & testium ad valorem matrimonij, non tantum corpoream, sed etiã moralem, & humanam requiri, quæ vltra physicã hoc est, corporalẽ præsentiã, addit vsum rationis, & aduertẽtiã: exigitur ergo vt parochus, & testes vsum rationis habeãt, & intelligãt cõsensum vtriusque cõtrahentis: quare si essent ebrij, vel dormientes, vel nõ aduerterẽt, vel testes essent infantes, nõ valeret matrim. quod primo probatur ex l. coram Titio 209. ff. de verb. sign. corã Titio (inquit) aliquid facere iussus, nõ videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat: it-q; si furiosus sit, aut infans, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse: quẽ tex. & alia iura loquentia de præsentia personæ, intelligit ibi Rebuf. in vers. 8 intelligit folio 923. vt si in actu cõficiẽdo requiratur personæ præsentia, nõ intelligitur quis præsens, nisi intelligat; idẽ cõprobat plures citãs Felin. in procœmio Decret. statim in pri. n. 21. cũ sequẽtib. cũ igitur Cõcil. Trid. in loco præcitato ad valorẽ matrim. requirat præcise præsentiã parochi, vel alterius sacerdotis de ipsius parochi, seu Ordinarij licẽtia, & duorũ, vel triũ testiũ cũ clausula Decreti irritãtis, intelligi debet iuxta Iuris Cõmunis dispositionẽ, scilicet, de præsentia more humano, hoc est cũ intelligẽtia, & aduertentia actus, qui celebratur. Præsertim cũ ideo per Con. Trid. requiritur præsentia parochi, & testiũ, vt cõstet Ecclesię de matrim. cõtracto, & de eo testificari possint, ne viuẽte prima vxore aliquis possit ducere secũdã eo q matrim. nõ cõstabat Ecclesiæ, vt patet ex procœmio eiusdẽ Decreti, sed vbi præsentia nõ est moralis, & humana, testificari nequeunt: ergo, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò eadem tenenda sententia comprobatur ex verbis claris præcedentibus eiusdem cap. Concilij, illis videlicet: parochus viro, & mulieri interrogatis, & eorũ mutuo cõsensu intellecto, vel dicat: ego vos in matrimon. cõiũgo, vel alijs verbis vtatur, iuxta receptũ vniuscuiusque Prouinciæ ritum. Ergo requiritur præsentia cũ aduertentia, & intelligentia.

3 Neque obstat si contra hoc tam euidens fundamentum dixeris, verba hæc Concilij modo relata non esse de essentia matrimonij, quia sacerdos non est minister huius sacramenti, nec forma, vt late probauit Thomas Sanchez lib. secundo de matrim. disputatione quinta, numero sexto, & disputatione sexta, numero secundo, & quia Concilium in clausula irritante, de qua nũc agimus, in hoc cap. tantũ expressit, qui aliter, quam præsente parocho, &c. Nec explicat, dicente verba, & est correctorium: ergo non est extendendum, & ita in terminis, quod præd. verba non sint de essentia matrimonij, quare licet omittantur validum est matrim. docent quamplurimi Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 38. numero 4. & Zeuall. in suis Practic. quæstion. lib. 2. quæstione 604. numero 53. folio 179. ad fi. & in principio sequentis, & declaratio Concil. Illustriũ. Cardinal. ita censuit die 6. Ianuarij ann. 1582. in hæc verba.

Non pertinere ad substantiam matrimonij, vt parochus aliqua verba proferat, ideoque valere matrimonium, quamuis verba exprimentia consensum prolata sint à contrahentibus tantum: dummodo parochus adhibitus à contrahentibus sit præsens, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat, & cõtradicat, parochũ vero intelligi adhibitũ etiãsi ex alia causa vocatus sit, dummodo ad illum actum adhibeatur.

4 *De parocho autẽ qui omissis tribus denũciationibus sine Ordinarij licẽtia aliquos desponsauerit, an matrimonij tenear, Congregatio censuit matrimonij quidẽ valere, sed parochũ ab Ordinario puniri posse.* Quã refert Addit. Practic. Bernard. Diaz c. 73. fol. 236. Ergo cũ præd. verba nõ requirãt ad substãtiã valoris matrimonij, sed tantũ simplex præsentia parochi, & testium ad hoc vt matrim. sit validum, non potest ex illis verbis sumi tam efficax fundamentum ad probandum, requiri, iuxta Concilium, præsentiam moralem parochi, & testium, hoc est cum intelligentia actus, qui celebratur, siquidem postea Concilium tantum requirit præsentiam parochi, & testium simpliciter. Respondemus namq; quod etsi præd. verba parochi ad substantiam valoris matrimonij non requirantur, prout vere non requiruntur per suprad. non tamen sustulit Concil. in verbis sequentibus, qui aliter quam præsente parocho, &c. quod prædixerat de præsentia parochi intelligentis consensum vtriusque contrahentis, sed tantum verba, cum de eadem præsentia loquatur in versiculo; qui aliter, &c. De qua supra paulo ante loquutum fuerat.

Quare hanc nostram primam obseruationem in terminis recte tenet M. Anto. Cuch. lib. quinto Instit. Maio. titulo 11. numero 59. & 60. ex hoc addens, quod qui doli capaces non sunt, vt impuberes, vel, qui mentis non sunt compotes, vt furiosi, mentecapti, & amentes frustra testes matrimonio ineundo aduocarẽtur, & ante eum Alphons. à Veracru. in Appendice ad Specul. coniug. dubio quinto, conclusione 4. & dubio sexto, conclus. 5. vbi quod præd. præsentia parochi, & testium non quæcumque sufficit, sed humana debeat esse, seu moralis, ita vt si parochus, vel testis assistens matrimonio esset dormiens, vel ebrius, vel vigilans, sed penitus non attendens ad contractũ, neque ad contrahentes, & ad expressionem consensus, talis assistentia non sufficeret, neque diceretur assistere, & sic matrim. esset irritum, & nullum: eãdem sententiam recte probat, & tenet Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 45. articulo quinto, puncto 3. dubio 2. folio 188. in versic. in cuius expositione; vbi etiam, quod non sufficit præsentia physica, quæ dicitur, quando adsunt corporaliter, secundum suam naturalem substãtiam, siue aduertant, siue non, siue habeãt vsum rationis, siue non: eandẽ partẽ sequũtur Spino in suo Specul. Test. glos. 15. n. 47. & 48. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 1. & 9. Rodrig. in sua Summa primo tom. in secunda editione, c. 210. numero 11. & 18. Vega lib. 6 suæ Summæ, casu 114. cum sequenti, & Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 39. numero primo, & disputatione 41. numero 2. & d. disputatione 39. numero 2. sufficere affirmat cum Veracruz, & Henriquez, si parochus, & testes aliquo sensu percipiant consensum contrahentium, vt si non audiant verba, videant tamen signa mutui consensus, facit declaratio Cardinal. supra relata in illis verbis: dummodo, &c.

5 Ex quibus primo infertur sufficere etiam quod parochus, & testes intelligant mutuum consensum contrahentium per interpretem, puta si contrahentes sint distinctæ idiomatis, siquidem sat erit, quod ipsimet contrahentes alter alteri explicet consensum per interpretem, iuxta gloss. in cap. ex litteris, *el primero* de sponsa. verbo intellexerit, & ibi DD. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 4 §. 1. numero 3. Thom. Sanch. vbi supra, sub numero 3. ergo similiter sufficiet, vt constet parocho, & testibus de mutuo consensu per interpretẽ; quia magis essentiale est, vt ipsi contrahentes consensum mutuum intelligant, cũ hoc sit de iure naturæ, & diuino ab initio requisitũ in matrimonio, & præterea, quia cæteri contractus possunt per interpretem celebrari, vt in l. prima, §. fi. ff. de verb. obl. ibi, siue per se, siue per verum interpretem, & in terminis hanc primam illationem tenet, & probat Alph. à Veracruc. in Appendic. ad Specul. Coniug. dubio 2. conclusione 5. & dubio 3. cõclusione 3. quem refert, & sequitur Marc. Ant. Cuchus vbi supra, lib 5. titulo 11. numero 34. Viuald. in suo candel. Aur. 7. sacram. 1. parte de matrim. nu. 36. & Tho. Sanch. d. lib. 3. disputatione 39. numero 3. vbi numero 4. cum cõmuni, quod est credendum hoc casu dicto solius interpretis, quia non est testis, sed electus ad declarandũ cõmunem contrahentium cõsensum.

6 Sic etiã videmus, quod per procuratorẽ speciale inid mandatũ habentem posse cõtrahi matrim. præsentibus verbis specialiter, videlicet in mãdato designata persona c. fi. de procurat. lib. 6. & ibi cõmuniter DD. quod nõ videtur esse correctum

sacrũ Concil. Trid. in Decreto præcitato, vt censet Cuchus vbi supra, num. 35. & diximus supra.

7 Secũdo infertur ex suprad. nõ esse veram doctrinam Enriq. lib. 11. de mat. c. 3. n. 1. in Cõment. lit. E. dũ ait, quod si parochus accesserit animo attẽdẽdi, quãuis tẽpore cõtractus distrahatur euagatione mẽtis, valere matrim. hoc enim falsum esse ex pluribus latè, & recte probat Sanch. vbi supra, numero 5.

8 Deinde, & secũdo obseruãdũ est Cõ greg. Cõcil. Illustr. Card. declarasse, non valere matrim. si sacerdos nõ intellexit, nisi tamẽ affectatũ esset nõ intelligere, vt refert Ignat. Salzed. vbi supra, ad 4. dubium fol. 137. col. 1. in fin. & Zauall. d. lib. 2. Practi. Cõmu. cõtra Com. n. 68, & Pet. Ledes. de matrim. q. 45. art. 5. vers. 4. dubiũ, pag. 190. col. 2. affectare autẽ est consulto aliquid facere; l. quod ait lex 23. §. quod ait lex ibi: quod si nõ affectauit, iũcta glo. verbo nõ affectauit, ff. ad l. Iul. de adult. quare videtur, quod si cõsultus vellet nõ intelligere consensum, nisi occluderet aures, & oculos, valeret matrim. iuxta præfatã declarationem Congregationis Concilij.

9 Qui enim affectauit ignorãtiã, habetur pro sciẽte, Felin. in c. fi. n. 5. in princi. de testib. qui à n. 3. cũ seqq. plura cõgerit in proposito: nihilominus tamẽ Tho. Sanch. d. lib. 3. dispu. 39. n. 6. licet fateatur difficilẽ esse sensum illorũ verborũ præfat. declarationis, ibi; nisi tamẽ affectatũ esset nõ intelligere, inquit, hoc vnũ se scire nullo modo valere matrim. quãuis parochus affectate, & cõsulto nõ attẽdat nec intelligat cõsensus, quia tunc re vera nõ est præsens (scilicet moraliter) nec potest testificari de matrim. vt requiritur, & forte sensus illorũ verborũ est, nisi parochus affectet se nõ intelligere, hoc est, nisi cõsulto, & data opera fingat se non intelligere, cũ tamẽ re vera intellexerit, cuius in hoc iudiciũ, salua correctione Sacræ Cõgregationis Concil. mihi placet: in summa igitur valebit matri. quãdo parochus cõsulto, & data opera fingit se nõ intelligere cõsensus cõtrahẽtiũ matri. si in rei veritate eos intelligat: secus alias: scilicet, si consensus nõ intellexit, quãuis suo facto, cũ, vt resoluimus, & eadẽ Cõgregatio insinuat, requiritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritur intellectus, & aduertentia parochi assistentis matrimonio pro valore ipsius: vnde his deficientibus, quamuis propter affectationem, & culpam parochi, cum tamen consensus non intellexerit, nec ad id consulto non aduerterit, matrim. non valebit.

10 Tertio obseruandum est, valere matrimonium, quamuis parochus, & testes vi detenti interfint, dummodo intelligant consensum contrahentium, argumento l. coram Titio 209. ff. de verb. significatione, ibi, scire autem non etiam velle is debet, nam etiam eo inuito recte fit: vnde si statutũ prohibeat aliquid fieri sine præsentia alicuius (vt hodie Concil. Trident. prohibet aliter fieri matrim. quam præsente parocho, & testibus) satis est illum esse præsentem, quamuis nec consentiat, nec consulat id fieri, vt voluit Bald. in cap. ex parte Episcopi, columna 1. de rescript. Aret. in l. si quis mihi bona, §. si corã, primo notab. ff. de acq. hæred. & hoc fundamento, & alijs hanc sententiam in terminis Concil. tenet, & late probat Ignat. Salzed. in addit. ad Pract. crimin. Canonic. Bernard. Diaz de Lug. ca. 73. versic. Tertio, folio mihi 235. censens, quod licet parochus inuitus, renuens, vel dolose ad matrim. celebrandum à contrahentibus, vel alijs suo nomine fuerit adductus, dummodo contrahentium verba audiat, & probe intelligat tale matrim. firmitatem obtinebit, & quod ita fuit responsum Episcopo Salmantino D. Hieronymo Manrique à Cardinal. Congreg. Concil. ab eo consultis super hoc puncto: eandem sententiam sequuti sunt, & probant D. Spino in suo Specul. testam. glossa 15. num. 49. & Analtas. Germoni. titulo de indult. Cardin. §. si tibi quoad vixeris, numero 73. Albornoz lib. 4. de art. contract. tit. 1. Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. nu. 1. Petrus à Ledesm. de matrimonio, quæstione 45. articulo 5. puncto 3. dubio 2. folio 189. §. quo proposito, Veracruz ante eos in Append. ad artic. 8. Specul. coniug. vbi de coactione agit fol. 111. Rodrig. in Sũma, 1. tom. in 2. editione, cap 219. numero 11. Vega lib. 6. Summa casu 116. Aual. de Segur. in suo direct. iud. Eccles. in 2. parte, cap. 15. numero 51 Zeuall. vbi supra, quæstione 604. numero 70. folio 181. columna 2. & Thom. Sanch. d. lib. 3. de matrim. disputatione 39. num. 9. vbi num. 7. retulerat nonnullos relinquentes hoc cogitandum, & aliqua fundamenta pro contraria parte, & tenet contra eos, quod prædiximus cũ cæteris supra citatis, & cõtra Carbon. de restit. q. 45. §. postremo ne pluribus, & §. sequẽti, quẽ citauit ipse Sanchez ibidem, num. 8. allerentem requiri testes esse specialiter vocatos ad matrimon. & quod alias non valeret, sed hoc improbat, adhuc tenens cum suprad. communi sententia declarationẽ Congregationis Concilij Cardin. approbatam.

11 Quare idem probandum est, quando dolo parochus, aut testes ad aliud vocati intersunt matrimonio, intelligentes consensum coniugalem vtriusque partis, validum namque tunc proculdubio erit matrimonium eisdem rationibus, & in terminis ita tenent, & docent Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo de sponsal. cõsil. 20. in secunda vero, titulo de clandest. desponsat. consil. 11. Salzed. ad Bernad. Diaz vbi supra, d. cap. 73 in versic. 3. licet, folio 235. columna 1. & in versic. quintũ dubium folio 237. columna 2. vbi affert declarationem Card. Concil. dicentem Congregatio censuit valere etiamsi parochus aliam ob causam adhibitus sit ad illũ actum, Spino vbi supra numero 48. & 49. Azeued. in l. 1. numero 39. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Medin. in Summa cap. 13. folio 231. Ledesm. de matrim. quæstione 45. articulo 5. versic. quintũ dubiũ, Enriquez, & Rodrig. vbi supra, Zeuall. etiam vbi supra, numero 67. & Thom. Sanch. præcitatus numero 10.

12 Vbi numero 11. cum alijs Authoribus tenet, & probat idem esse si matrimonium celebretur coram parocho, & testibus casu transeuntibus, quia erit validum, intellige tamen, vt ex ipsis Authoribus cõstat, dũ tamen intelligant consensum cõtrahentium, & aduertant, & numero 12.

13 Quod peecabunt lethaliter contrahẽtes coram parocho videtento, vel casu trãseunte, vel dolo ad aliud vocato, vbi secus esse dicit respectu testium eodem modo assistentium matrimonio, quia non peccabunt lethaliter contrahentes coram ipsis testibus vi detentis, aut dolo adductis, vel casu transeuntibus, sed tantum venialiter, secluſa ratione iniuriæ, vel violentiæ illis illatæ: hæc enim ex qualitate iniuriæ pensanda est, an sit mortalis, quia ipsi non gerunt vices Ecclesiæ authoritatem prætiãdo ipsius nomine matrim. sicut parochus præstat, sed testium ministerium solum subeunt, quod æque præstare possunt vi detenti, aut casu transeuntes, aut ad aliud dolo vocati, & præterea sic contrahentes præiudicant iuri tertij, eumque offendunt si forte sitã alter ex contrahentibus, vel vterque alijs de matrimonio contrahendo fidem præstauerint, vel promiserint.

14 Similiter validum erit matrim. coram alieno sacerdote initum de licentia proprij, metu cadenti etiam in constantem virum, concessa, sicut secundam veriorem

15 sententiam iurisdictio metu extorta valide transfertur, vt recte probauit idem Sãch. d. lib. 3. disputatione 39. numero 13. vbi numero 14. idem late probat, quando licẽtia illa dolo, & mẽdacijs impetrata sit à parocho, alias nullatenus concessuro, vt si falso nomine alicuius magnatis petatur ab illo, vt concedat licentiam certo sacerdoti, nempe quod valebit adhuc præfata licentia, & matrim. virtute eius celebratum ex rationibus de quibus ibi per eum.

Sed quia supra, numero 3. in versic. neque obstat, resoluimus verba parochi assistẽtis matrimonio, de quibus in Decret. Concilij, non esse de substantia matrimonij, & ideo validum esse, licet omittantur, nunc vero addimus, præd. verba esse de necessitate præcepti. Vnde quamuis absque præd. verbis validum sit matrim. peccabit tamen venialiter parochus

16 ea omittens, vt cũ alijs rectè probat Thomas Sanch. d. lib. 3. disputatione 38. numero 6. 7. & 9. vbi numero 8. quod non poterit parochus proferre dicta verba per

17 interpretem cõtra Alphonſ. à Veracruz, aliud tenentem, licet possit consensum petere per se, vel per interpretem, nam diuersa est ratio inter vtrumque, vt ibi probat, & numero 10. quod parochus non tenetur interrogare contrahentes, an aliquod impedimentum habeant, ne contrahere possint, quamuis contrarium teneat idem Veracruz sub pœna peccati mortalis, quẽ ibi merito improbat cũ iam præcesserint monitiones in Ecclesia, vel sint remissæ mandatũ Ordinarij, cui parochus obedire tenetur: secus quando in casu necessitatis vrgentis, vt puta, quia non est aditus ad Episcopum, vel eius officialem, & Vicarium Generalem, parochus ipso inconsulto denunciationibus omissis interesset matrimonio, tunc namque tenetur inquirere diligenter, an sit impedimentum cum loco Episcopi succedat, ita Sanchez d. disputatione 38. numero 10. ad fin.

SVMMARIVM Cap. LXX.

1 MATRIMONIA, *& sponsalia præsumpta an cessauerint post Concilium Tridentinum?*

CAPITVLVM LXX.

De matrimonijs, & sponsalibus præsumptis, an cessauerint post Concil. Trident.

1 PARS affirmatiua probatur ex Decreto Sancti Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. in Decreto de reformatione matrim. in versic. qui aliter quã præsente parocho, &c. Nam si consensus expressus, & verus hodie non constituit matrimonium nisi coram parocho, & testibus vt ibi, à fortiori consensus virtualis implicitus, & interpretatiuus id non efficiet, nempe in casu cap. is, qui fidem, de sponsal. & de duobus impuberibus maioribus septennio, vel pubere, & impuberem maiori d. ætate cõtrahentibus matrim. de præsenti, quo casu erant sponsalia de futuro iuris interpretatione, & transibant in matrim. per copulam habitam affectu coniugali, vel aliquos alios actus, per quos explicabatur consensus de præsenti, vt in cap. vnico, §. idemquoque de desponsat. impub. lib. 6. & vtrobique DD. in cap. atte stationes, & cap. litteras de desponsat. impub. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 4. §. 1, & 2. Menoch. de præsumpt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. 3. præsumptione 1. per totam: hodie namque post præf. Concilium, non fiet matrim. de præsenti per præd. actus, & similes, nisi coram parocho, & testibus matrimoniũ expresse celebretur, vt tenẽt communiter DD. & declararunt Cardinales Congregationis Concilij, vt docuimus in nostro tract. de Iuram. Confirm. cap 51. numero 12. cum sequentibus, & lib. 1. Canon. quæstionum cap 18. numero 3. & 4. cum Matienç. quem ibi retulimus, & quamplurimis alijs Authoribus, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 3. de matrim. disputatione 40. numero 3. vnde nec erit matrim. quando parochus, & testes intersunt spõsalibus iuramẽto stabilitis, nec quando sponsalia coram parocho, & testibus celebrata sunt per copulam occultam, vt bene probat Sanch. vbi supra, numero 5. & 6. nec per copulam habitam coram parocho, & testibus quando sponsalia fuerunt clandestina, vel si fuerunt sponsalia celebrata coram diuerso parocho, & testibus ab his, coram quibus habetur copula: si vero tam sponsalia de futuro, quam copula sunt coram eodem parocho, & testibus, ius antiquum remanet illæsum, ac proinde transeunt in verũ matrim. si animo coniugali habita sit copula, præsumptum autem quando fornicario haberetur copula, adeo vt probatis sponsalibus de futuro, & subsequuta copula coram eisdem parocho, & testibus præsumeret Ecclesia matrim. cogeretque ad illud sicut ante Concilium cogebat, vt probat Sanch. vbi supra, num. 7.

Similiter etiam ex supradictis infertur, quando parochus, & testes intersunt matrimonio de præsenti vtriusque vel alterius impuberis maioris septennio malitia non supplente ætatem, vt minime quidem per Concil. Trident. transeat in verum matrim. de præsenti per copulã, vel alios actus occulte factos, ex quibus ante idem Concilium resultabat verum matrim. vt bene probat Matienç. in rubrica glossa 1. numero 57. titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg. & late nos de Iuram. Confirm. prima parte, cap. 51. num. 18. in impres. Madrit. ann. 1597. in noua additione: & latissime idem probauimus ex professo lib. 1. Cano, quæstionum cap. 18. per totum, & sequitur Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 7. Manuel Rodrig. in primo tom. suæ Summæ in secunda editione, cap. 220. numero 2. Thom. Sanch. d. disputatione 40. numero 9. vbi dicit, quod ita omnino tenendum est, & tandẽ Zeuall. pract. quæstionum Commu. contra Comm. conclusione 604. numero 23. fol. 171. erit igitur necessarium ad valorẽ præd. matrim. adueniente legitima ætate ratificare matrim. coram parocho, & testibus, vt per eum ibi post nos: at satis non erit, quod renouent consensus inter seipsos solos, sed debẽt esse coram parocho, & testibus, vt bene tenet Sanchez vbi supra, num. 10.

SVMMARIVM Cap. LXXI.

1 *FILIORVM triplex modus reperitur, de quorum legitimitate dubitari contingit, & numeris sequentibus.*

2 *Filij geniti ex matrimonio vere nullo, quando adfuit bona fides in vtroque vel in altero parente ignorante impedimentum, sunt legitimi, quod non solum procedit in primogenio simplici, verum etiam in eo, quod ea lege relictum est, vt non nisi filio legitimo atque ex matrimonio legitimo deferatur, vt in num. 3*

4 *Bona fides in dubio præsumitur, nisi contrarium probetur.*

5 *Consanguinitatis notitia facilis est in primo & secundo gradu, non vero in vlterioribus.*

6 *Actor si confiteatur matrimonium esse contractum in facie Ecclesiæ, sed asserit filium esse illegitimum propter impedimentũ non audietur, nisi probauerit impedimentum, & malam fidem parentum.*

7 *Affinitatem sciuisse contrahentes, non sufficit, nisi constet illum gradũ fuisse impeditiuum matrimonij.*

8 *Cap. ex tenore, qui fil. sint legit. an procedat quando matrimonium nullum fuit clandestinum, omissis denunciationibus, & numeris sequentibus.*

9 *Ignorantia non excusat non adhibentem debitam diligentiã inquirendo quod teneba-*

tenebatur inquirere.

10 *Monitiones requisitæ ad celebrandũ matrimonium remitti possunt ex iusta causa, vt hic.*

11 *Matrimonium ex diuturnitate temporis præsumitur legitime contractum præcedẽtibus solemnitatibus requisitis, ac proinde filij ex eo nati sunt legitimi.*

12 *Matrimonium per longam coniugum habitationem solemniter contractum præsumitur.*

13 *Solemnitas, quando agitur de modico præiudicio, præsumitur spatio decem annorũ, si vero agatur de magno præiudicio spatio 30. annorum.*

14 *Denunciationes requisitæ à Sacro Concilio Tridentino ad celebrandum matrimonium præsumuntur intercessisse ex cursu decem annorum cohabitationis mariti, & vxoris.*

15 *Filij nati ex matrimonio putatiuo nullo iam ab hinc 30. annis elapsis celebrato, & non alias sunt legitimi.*

16 *Matrimonium ad hoc, vt clandestinũ esse dicatur ad effectum illegitimitatis prolis, constare debet contractum fuisse non præmissis denunciationibus publice in Ecclesia.*

CAPITVLVM LXXI.

De filijs natis ex matrimonio nullo bona fide celebrato, an sint legitimi?

1 PRIMVS modus filiorum in proposito reperitur, de quorum legitimitate dubitari contingit.

Primus est donatis, vel genitis ex matrimonio vere nullo, quando adfuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, & de hoc nuncupatim agemus in hoc capite.

Secundus est de filijs generatis ex matrimonio clandestino re vera nullo ob latens impedimentum ignoratum, quod quidem matrim. fuit approbatũ per Ecclesiam tamquam validum, & postea detectum est impedimentum, & de hoc agemus late capite statim sequenti.

Tertius est de filijs natis ex matrimonio clandestino valido tamen, de quo agemus tertio abhinc capite.

2 Ad primum ergo modum, & casum, de quo supra, redeundo: certum est in ea specie præmissa in hoc primo modo filios genitos ex matrimonio vere nullo quando adfuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum esse legitimos, iuxta texrtum in cap. ex tenore, qui fil. sint legit. vbi si coniugatus viuente prima vxore contrahat cum secunda, hoc ignorante, soboles ex tali cõiugio legitima reputatur, & ibi glossa verbo si ambo parentes, glossa etiam in cap. tanta, verbo aliã, eodem titulo, & in cap. non omnis, verbo continente 32. quæstione 2. & in cap. referente, verbo ignorantiam, qui fil. sint legit. ex quo tex. in d. cap. ex tenore colligunt, & notant Scribentes, quod bona fides vnius ex coniugibus facit prolem legitimam, ergo à fortiori idem erit dicendum stante bona fide amborum, vt in propria specie hoc notat Tellus Fernandez in l. 6. Taur. numero 8. & consuluit Oldrad. consilio 256, numero 4. Abb. in cap. cum inhibitio, numero 9. de clandest. desponsa. & hanc esse communem opinionem Theologorũ, & Canonistarum affirmat Lupus in suo tractatu de matrimonio, secunda parte princip. numero 14. & 18. Idem resoluit Crotus, consilio 304. numero 7. lib. 3. Cassad. decisione vnic. de sponsal. vbi testatur, hanc opinionem magis communem, & eam tenet Hostiens. in d. cap. tanta, verbo aliam, Dominic. de Sancto Gemin. consilio 66. columna 4. numero 7. Ludouic. de Sardis in tract. de legitim. folio 9. columna 2. & folio 6. columna 2. Curtius Iun. consilio 27. numero 8. D. Couar. de sponsal. 2. parte, cap. 8. §. 1. numero 2. & §. 2. numero 16. Costa in cap. si pater, prima parte, verbo vxor, numero 2. de testament. in 6. Veral. decisione 203. parte 2. Iaf. consilio 168. numero 8. lib. 4. Pariſ. consilio 15. numero 44. & 45. lib. 2. Grãmatic. consilio Ciuil. 56. columna 2. numero 7. Cephal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

phal. consilio 647. numero 4. lib. 4. vbi de communi testatur, & idem tenet consilio 444. numero 7. lib. 3. & consilio 156. numero 2. lib. 4. Ant. Gabr. in suis conclusi. titulo de legitim. conclusione 4. numero 2. vbi numero 3. hanc magis communem esse testatur, & hanc opinionem ab omnibus recepram esse inquit Roland. à Vall. consilio 93. numero 18. lib. 3. & eam sequitur alios allegans Patian. de probat. lib. 2. cap. 16. numero 30. & 48. vbi numero 49. hoc verum intelligit, quando apparet in facie Ecclesiæ fuisse contractum, vt infra dicemus, Menoch. consilio 622. numero 8. lib. 7. communem profitetur alios allegans Zeuall. quæstione 697. in principio, & numero 1. optima l. 3. in versiculo, *otro si dezimos*, & ibi Gregor. Lopez, tit. 3. partita 4. ibi: *mas si el vno dellos lo sopiesse, è non ambos, en tal manera serian los hijos legitimos, ca el no saber del vno les escusa, que les non puedan dezir, que nõ son fijos de derecho*, l. prima, tit. 13 partita 4. in versiculo, *è aun si acaesciesse*, & in versiculo, *è esto seria tambien*, vbi loquitur in matrimonio in facie Ecclesiæ celebrato, & rationes tradit Sanch. lib. 3. disputatione 42. numero 2. est communis sententia Doctorum, secundum Molin. Theolog. qui eam sequitur, prima parte de Iustitia, & Iur. disputatione 165. in principio, columna 932. sequitur alios allegans Petr. Nicol. Motius de contract. titulo de matrimonio, numero 16. in principio, folio 187. columna 4. & Nauar. lib. 4. consilio 2. numero primo, qui fil. sint legit. dicens præd. glossas esse communiter receptas, sequitur Matienç. in glos. rubr. de matrimonio, numero 120. lib. 5. eandem plures allegans dicit proculdubio veriorem cum communi D. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 1. numero 13. & eam tenet Nauar. de sponsal. lib. 1. consilio 3. numero primo, & communem appellat eã sequutus contra Sot. Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. disputatione 165. in principio, columna 932. & Molin. Iurista vbi supra.

3 Ampliat, vt non solũ procedat in primogenio simplici, verumetiã in eo, quod calege relictum est, vt non nisi filio legitimo, atque ex legitimo matrimonio nato deferatur, in eo nãque primogenio etiam filius ex tali matrimonio putatiuo in facie Ecclesiæ contracto succedit, bona fide saltim vnius ex coniugibus interuenie te, cum matrimonium illud quoad prolis legitimationem ex dispositione iuris verum, atque legitimum censeatur, filiusq; ex eo procreatus vere, non autem ficte legitimus sit, vt ex pluribus probãt Decius, & alij quos ibi ad hoc citat, necnon Honded. consilio 87. numero 3. cum seqq. volumine primo.

4 Et bona fides in dubio præsumitur, nisi contrarium proberur, glossa & communis in cap. si diligenti, & in cap. Sanctorũ, & in cap. vltim. de præscript. & est communis sententia, vt plures allegans resolvit D. Couar. in regula possessor, secunda parte §. 8. numero 2. de reg. iur. in 6. & in terminis hoc tenet Abb. in cap. porro de diuort.

5 Dicens, quod non est facilis notitia consanguinitatis, nisi in primo, & secundo gradu, quia fratres, qui sunt in primo gradu, & filij duorum fratrum, qui sunt in secundo gradu facile se cunctis exhibent pro consanguineis, sed in vlterioribus gradibus non est sic, vnde in illis notitia non est presumenda, nisi probetur; sequitur, & probat Celsus consilio 31. sub numero 9. vbi quod ipsi mulieri d. ignorantiam alleganti debet credi, facit etiã quod tradit Fulvius Patian. lib. 2. de probat. cap. 16. numero 72. folio 42.

6 Dicens, quod si actor fateatur matrimonium fuisse contractum in facie Ecclesiæ, sed dixerit filium esse illegitimũ propter impedimẽtum, non audietur, nisi probauerit scientiam impedimenti, & malã fidem parentum, vt docet magistraliter Ant. de Butr. in cap. peruenit, columna 2. versiculo dic aut filius possidet, qui fil. sint legit. & alij quos citat Patian. vbi supra.

Et quod in proposito præsumatur ignorantia, nisi probetur scientia per eum qui dicit filios esse illegitimos, tenet Grego. Lopez in l. 3. glossa fi. tit. 3. partita 4.

7 Et non sufficit sciuisse contrahentes affinitatem inter se intercedere, nisi contiter gradum illum affinitatis fuisse impedi tiuum matrimonij: nõ enim præsumitur, hoc

hoc scioisse, vt in specie respondit Ruin. consilio 100. numero 4. in fin. & consilio 108. numero 2. lib. 3. sequitur Menoch. consilio 622. sub numero 7. volumine 7. vbi nu. 8. inquit alios allegans, satis esse q̃ vel pater, vel mater fuerint in bona fide, vt nati ex eo matrimonio dicãtur legitimi. Sed hoc intellige, & limita, vt per Abb. & reliquos vbi supra.

8 Illud tamen in proposito controuersum est inter nostros Authores, an præfata decisio tex. in d. cap. ex tenore, & communissima sententia eorum per eum textum modo relata procedat necne? quando matrimonium illud nullum fuit clandestinum, nempe omissis denunciationibus; & procedere etiamsi publicationes, & monitiones, de quibus in d. cap. cum inhibitio, de clandest. desponsi. omittantur, plerique ex supradictis voluerunt, & præsupponunt siquidem in ea specie loquuntur, quia sufficit quod coram amicis, & consanguineis matrimoniũ celebretur ad hoc vt in facie Ecclesiæ censeatur esse celebratum, siquidem requisita in d. cap. cum simil. non sunt de essentia, & forma matrim. & legitimationis prolis, sed tantum de solemnitate, & ad decorem ipsius inducta, & hanc sentẽtiam plurimos alios eiusdem Authores citans sequitur, verã & communem esse profitetur Mascar. de probat. secundo tom. conclusio. 1036. v. matrimonium esse clandestine, numero quarto, vbi arbitratur ab ea non esse recedendũ, vt quod fieri possit, faueamus matrimonio, & legitimitati prolis, vt tenent quãplures DD. ab eo ibi relati, & inquit Casiador. vbi supra, quod saltem in re dubia ex interpretum controuersia, prolegitimitate prolis sententia est ferenda, quemadmodũ & in summo Prætorio Rotæ factum esse testatur: eandem sententiã tenent Aluar. de coniect. ment. defunct. lib. 1. cap. 3. numero 12. & Gratian. in regula 252. num. 4. & alios allegans Ioan. Vincent. Honded. consilio 87. numero 19 vbi quod non oportet in hac materia nimis subtilizare propter periculum illegitimitatis, quod ex Innoc. inquit Mascar. vbi supra, tandem eandem sententiam tenet cum alijs Gregor. Lopez in l. 3. titulo 3. partita 4. glossa prima, communẽ profitetur plures allegans Zeuall. vbi supra, in principio, & numero 1.

Nihilominus tamen contraria sententia, & sic negatiua verior, & communis etiam & tenenda est, nempe vt in hac eadem specie, de qua agimus, filij legitimi non sint illi, qui sunt geniti, vel nati ex matrimonio vere nullo, omissis denunciationibus, etiam si bona fides contrahentium fuerit celebratum ignorantium impedimentum, ex tex. in hoc expresso, qui cauilationem non recipit in d. cap. cum inhibitio, §. si quis vero, de clandestin. desp. ibi, si quis vero clandestina cõiugia inire præsumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione susceptа prorsus illegitima censeatur de parentum ignorantia nullum habiturum subsidium, cum illi aliter contrahendo, nõ expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur, cui consonat d l. 3. in principio, titulo 3. partita 4. sic dicens. *Encubiertamente casandose algunos, si embargo ouiessen entre si, como de parentesco, o de otra manera qualquier, poq̃ no pudiessen ser marido è muger, aurian esta pena, que los fijos que fiziessen de soueno nõ seruan legitimos, nin se podrian escusar por dezir, que su padre nin su madre non sabiã aquel embargo quando casaron, è esto es porque casandose encubierto semeja, que sabian que algũ embargo auia entre ellos, porque lo non deuiã fazer, o alomenos que lo non quisieron saber.*

9 Ignorantia namque minime excusat, non adhibentem debitam diligentiam inquirendo, quod tenebatur inquirere, cap. penult. ad fin. 37. distinctione, l. regula, §. sed facti, ibi, verum eius, qui eam rem inquirendo diligenter notã habere possunt, ff. de iur. & fact. ignor. l. si auiam, in fi. C. de ingen. & manumis. glos. notabilis in c. innotuit, verbo ignorantiam, de electione, huiusmodi enim ignorantia est voluntaria indirecte, vt docet S. Thom. 1. 2. quæst. 6. articulo 8. in corpor. & quæst. 19. articulo 6. & cum eo omnes Theologi, teste Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 42. numero 1. versiculo, item quia: quod optime probatur ex d. c. cũ inhibitio, § si quis vero, ibi: cum illi taliter contrahendo affectatores ignorãtiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ videantur, & ex d.l.3. ibi, *ò alomenos que lo non quisieron saber*, titulo 3. partita 4.

Quare merito hanc secundam partẽ, vt verisimam probarunt, & tenent alij quamplures Authores citati à superioribus relatis tenentium priorem, & præterea hanc secundã tenet glos. in d. cap. cũ inhibitio, in princip. verbo clandestina, & in §. 1. eodem verbo, & ibi Ant. de Butr. numero 19. Cardin. in fine, Anchar. in 7. notab. Hostiens. in summa eodem titulo, §. 1. versic. quarto, & numero 8. versi. sed his, Abb. Enrich. Boi. & alij multi, quos refert, & sequitur Socin. Iun. consil. 86. numero 48. cum sequentibus, lib. 2. vbi numero 49. de communi testatur, & numero 53. asserit de iure scripto, hanc opinionem non habere dubitationem, sequitur eam Iacob. Leon. inter consil. matrimonial. diuers. consil. 49. numero 5. late Cephal. consil. 503. nume. 18. cum sequentibus, & numero 26. & sequentibus lib. 4. Roland. à Valle consil. 93. numero 26. volum. lib. 3. vbi etiam de communi testatur, necnon & eam sequutus Honded. d. consil. 87. numero 23. & eam sequitur Patian. de probat. lib. 2. cap. 16. numero 69. in versi. ego nescio, ibi, forte ortum, vbi loquitur etiamsi coram toto populo contraxissent parentes dict. filiorum, ex eo enim quod noluerunt contrahere secundum formam traditam à Concil. Trident. fuerunt in culpa, & mala fide, quæ filijs eorum nocet.

Eandem sententiam late probat, & sequitur plures allegans, & de communi, & & magis cõmuni testatur Zeual. in Pract. q. 697. numero 4. cum seqq. vbi numero 8. folio 322. quod decisio. d. cap. cum inhibitio, § si quis vero, non est immutata, nec innouata per Concil. Trid. eandem recte probat, non tamẽ allegãs Authores Sanch. lib. 3. de matrim. disput. 42. numero 1. pagina 641. vbi numero 3. & 4. late probat eam locum habere non solum quando impedimentum ob quod nullum fuit matrim. est consanguinitatis, affinitatis, vel cognationis, sed etiã quando ob quodcunque aliud impedimentum matrimonium irritum fit, pro quo est expressa d.l. 3. in principio, titulo 3. part. 4. ibi, *como de parentesco, ò de otra manera.* Neque obstat fundamentum partis contrariæ, nempe matrimonium si remotis testibus contrahatur, vel contractum retineatur occultum, nec ad notitiam aliorum deueniat, secus si publice conuocatis amicis, & cõsanguineis fuerit contractum, vt in cap. 2. & ibi DD. de cland. desp. quia respondet Honded. vbi supra, numero 24. ex hoc non sequi quin alijs modis clandestinitas consideretur, prout est, quando non seruatur forma d. cap. cum inhibitio, sed denunciationes omittuntur, vt notat glossa in dict. capit. cum inhibitio in principio, in verbo clandestina, & aduertit Socinus Iunior dicto consilio 86. numero 52. clandestinè namque quid fieri dicitur, quando omittitur solennitas à iure in actu requisita, Bart. in l. fi. ff. de ritu nupt. & hæc clandestinitas ob omissas denunciationes non consideratur quoad omnes effectus matrimonij, quia etiam omissis denunciationibus ante Concil. Trident. matrimonium poterat dici palã, & in facie Ecclesiæ contractum, quoad alios effectus, dummodo aliter publice contractum fuisset, quo casu admitti potest opinio Oldrad. Ioan. And. & aliorũ de quibus supra, sed tantum consideratur clandestinitas ex omissis denunciationibus quoad hoc, ne filij reddantur legitimi si impedimentum cõsanguinitatis, &c. detegitur postquam forma d. cap. cum inhibitio seruata non fuit, secundum Ant. de Butr. & alios, quos refert, & sequitur Honded. vbi supra, numero 25. & 26. vbi latius prosequitur respondendo alijs fundamentis contrarijs, & sic hæc secũda sententia remanet satis probata, & euidens.

10 Quæquidem primo declaranda, & limitãda est, quando interueniret iusta causa contrahendi matrimonium absque publicationibus, veluti si probabilis suspitio fuerit matrim. malitiosè impediri posse, vt in Concil. Trident sessione 24. cap. 1. vbi quod tunc remitti possunt, etsi sint remissæ iustè, vel iniustè, & in articulo mortis, (cum sit periculum in mora) vel dato aliquo impedimento propter quod non potest veniri ad Ordinarium, vt remittat denunciationes, vt cum Sarmiẽto, nobis, Spino, Segura Daualos, & Cenedo bene pro-

probat Zeuall. vbi supra, numero nono, 13
& 10.

11 Secundo declaratur eadem secunda sententia tenenda, vt ex diuturnitate temporis matrimonij celebrati præsumatur legitime, & in facie Ecclesiæ præcedentibus solemnijs, hoc est denunciationibus, contractum fuisse, ac proinde filios ex eo natos esse legitimos, quamuis postea detegatur impedimentum dirimens ipsum matrim. ignoratũ tamen ab vtroque, vel altero parente, habente bonam fidem, quod probatur, quia solẽnitas extrinseca (prout est hæc denunciationum, de quibus agimus) ex diuturnitate temporis præsumitur interueniisse in actu, l. filius fam. C. de pet. hæred. l. qui in aliena, §. 1. ff. de pet. hæred. cap. peruenit de censib. Innoc. Hostiens. & cõmuniter DD. in cap. Albericus, vbi latissime Felin. de testib. & in cap. 14
illud de præsumpt. & in cap. ficut de re iudicat. & hæc est magis communis opinio, vt infinitos Authores referens testatur Mascard. de probat. tertio tom. cõclusione 1316. solemnitas extrinseca, numero 1.

12 Sic per longam coniugum habitationem matrimonium solemniter cõtractũ præsumitur, c. illud, vbi Canonistæ, de præsumpt. Hostiens. in cap. licet, verb. officij, vbi etiam Abb. columna penultima, de simon. Anchar. consil. 117. satis impertinens post medium, Alexand. consil. 79. volumine 1. Socin. consil. 270. consideratis his, columna 3. volumine 2. Mascard. alios allegans conclusione 1021. matrimonium probatur, volumine 2. & in d. conclusione 1316. numero 4. & in terminis, quod ex diuturnitate temporis præsumptio oriatur, quod matrim. fuerit validũ, & legitime contractum, tenent Anto. de But. in cap. lator, circa fin. qui filij sint leg. Cepol. consil. Ciuil 5. numero 16. & hos referens Ant. Gabriel in suis concluf. tit. de præsumpt. conclusione 1. numero 40. & comprobat Cephal. consil 647. numero 23. affirmans post Gozad. & Iaf. in casu suo ex cursu 25. ann. quibus matrim. durauit, præsumi legitime contractum fuisse, & superiores consensum præstitisse, sequitur Ioan. Vinc. Honded. d. consil. 87. num. 17. volumine. 1.

Et quando agitur de modico præiudicio præsumitur solennitas spatio decem ann. sed si agatur de magno præiudicio, tũc requiritur tempus triginta annorum, vt tradit Alexan. consil. 179. columna 3. nu. 9. vers. nec obstat longitudo tẽporis, volumine 7. sequitur Aym. Crauet. de antiquit. temp. tertia parte princ. in principio, vbi id pluribus rationibus confirmat. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumptione 132. num 61. cum sequẽtibus, vbi numero 66. dicit hoc relinquendum iudicis arbitrio, idem Menoch d. consil. 622. sub numero 16. lib. 7. & quod matrimon. ex cursu temporis 30. ann. præsumatur solemniter celebratum, tenet etiã Puteus decis. 257. numero 2. cum sequentibus, lib. 3. quem refert, & sequitur Honded. consil. 87. num. 52.

14 Sed imo, quod ex cursu decẽnij cohabitationis coniugũ præsumãtur interfuisse denunciationes, de quibus in Concil. Trid. requisitæ ad matrim. contrahendũ, etsi non sint de substantia, probat & tenet Menoch. d. consil. 622. numero 16. iuncto numero 15. lib. 7. Ex quibus constat filios tũc esse legitimos. Sed in natis ex matrimonio putatiuo nullo tamẽ iã abhinc 30. ann. elapsis celebrato, & non aliàs, idẽ probat, & tenet post alios, quos allegat Honded. d. consil. 87. num. 17. & 52. lib. 1. vbi numero 53. quod præsumptio, quæ ex cursu temporis exoritur, admittit probationem in contrarium: ipsa tamen non facta merito, vt pro matrimonio ex diuturnitate tãti temporis præsumatur solẽniter id fuisse contractum, hoc est præcedentibus præfatis denunciationibus.

16 Quia ad hoc vt matrim. clandestinum esse dicatur ad effectum illegitimitatis prolis constare debet contractũ fuisse nõ præmissis denunciationibus publice in Ecclesia, vt cum communi resoluit Mascard. conclusione 1036. num. 1. ei enim, qui negat matrim. recte factum, probare debet, vt in emancipatione probat l. abea §. idem respondit, ff. de probat. quia est fundamentum suæ intentionis.

15 Et quando agitur de modico præiudicio præsumitur solennitas spatio decem ann. sed si agatur de magno præiudicio, tũc requiritur tempus triginta annorum, vt tradit Alexan. consil. 179. columna 3. nu. 9. vers. nec obstat longitudo tẽporis, volumine 7. sequitur Aym. Crauet. de antiquit. temp. tertia parte princ. in principio, vbi id pluribus rationibus confirmat. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumptione 132. num 61. cum sequẽtibus, vbi numero 66. dicit hoc relinquendum iudicis arbitrio, idem Menoch d. consil. 622. sub numero 16. lib. 7. & quod matrimon. ex cursu temporis 30. ann. præsumatur solemniter celebratum, tenet etiã Puteus decis. 257. numero 2. cum sequentibus, lib. 3. quem refert, & sequitur Honded. consil. 87. num. 52.

Sed imo, quod ex cursu decẽnij cohabitationis coniugũ præsumãtur interfuisse denunciationes, de quibus in Concil. Trid. requisitæ ad matrim. contrahendũ, etsi non sint de substantia, probat & tenet Menoch. d. consil. 622. numero 16. iuncto numero 15. lib. 7. Ex quibus constat filios tũc esse legitimos. Sed in natis ex matrimonio putatiuo nullo tamẽ iã abhinc 30. ann. elapsis celebrato, & non aliàs, idẽ probat, & tenet post alios, quos allegat Honded. d. consil. 87. num. 17. & 52. lib. 1. vbi numero 53. quod præsumptio, quæ ex cursu temporis exoritur, admittit probationem in contrarium: ipsa tamen non facta merito, vt pro matrimonio ex diuturnitate tãti temporis præsumatur solẽniter id fuisse contractum, hoc est præcedentibus præfatis denunciationibus.

Quia ad hoc vt matrim. clandestinum esse dicatur ad effectum illegitimitatis prolis constare debet contractũ fuisse nõ præmissis denunciationibus publice in Ecclesia, vt cum communi resoluit Mascard. conclusione 1036. num. 1. ei enim, qui negat matrim. recte factum, probare debet, vt in emancipatione probat l. abea §. idem respondit, ff. de probat. quia est fundamentum suæ intentionis.

SVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM Cap. LXXII.

1 MATRIMONIVM *clandestinum nullum ob latens impedimentum ignoratũ, quod fuit approbatum ab Ecclesia tanquam validum, & postea detecto impedimento, operatur legitimitatẽ filiorum.*

Filij nati in casu capitis, quod nobis, qui filij sint legitimi in Decretalibus sunt legitimi numero primo, & quid in natis ante Ecclesiæ approbationem? numero secundo, cum sequentibus.

3 *Filius natus ex coniugato, & soluta omnino ignorante virum illum esse coniugatum sequuto inter eos matrimonio valido, fit & est legitimus.*

4 *Filius natus ante contractum matrimonium in facie Ecclesiæ stante bona fide, & impedimenti ignorantia vnius cõiugis legitimus efficitur per subsequens matrimonium validum.*

5 *L. 2. titulo 15. partita 4 intellectus.*

6 *Coitus coniugalis, quo tempore considerari debeat respectu prolis, an conceptionis, vel natiuitatis ad hoc vt ipsa legitima dicatur?*

7 *Filius ad hoc vt dicatur naturalis stante impedimento, quod tempus considerandum sit?*

8 *Filij nati seu concepti pendente lite ante sententiam, vel post eam, an sint legitimi, necne? remissiue.*

9 *Sententia iudicis nulla requiritur ad declarandam illegitimitatem filiorum, ex clandestino matrimonio nullo, genitorum.*

CAPITVLVM LXXII.

De filijs generatis ex matrimonio clandestino nullo, ob latens impedimentum ignoratum, approbato tamẽ ab Ecclesia tãquam valido detecto postea impedimento.

1 LEX. III. Summus Ecclesiæ Pastor Beluacen. Episcopo ita respondit, quod nobis: & infra: si qui autem de clandestino matrimonio postmodũ ab Ecclesia comprobato generati fuerint, eos legitimos iudices filios, & hæredes: tit. qui fil. sint legiti. in Decretalibus.

Circa cuius tex. intellectum, illud in primis obseruandum est, quod quãdo matrim. clandestinum re vera nullum oblatens impedimentum ignoratum approbatum fuit ab Ecclesia tanquam validum, & postea detectum est impedimentum, proculdubio secundum omnes DD. filios genitos, & natos post approbationem matrimonij, ante impedimenti detectionem esse legitimos, quia tunc cessat ratio cap. fi. §. si quis vero, de cland. desponsat. quia habent tunc parentes legitimam causam ignorandi impedimentum: ita pro certo tradunt Ant. numero 7. & Anchar. numero 6. in d. cap. quod nobis, & sequitur Thomas Sanch. lib. 3. de matrimonio, disputatione 43. num. 1.

2 Illud autem inter eosdem DD. sub dubio est, an filij nati, aut geniti ante Ecclesiæ approbationem sint legitimi in specie d. cap. quod nobis, necne? in quo tres diuersas sententias probabiles refert, & fundat Thom. Sanch. vbi supra, numero 2. 3. 4. & 5. è quibus tertiam, & vltimam probabiliorem existimat, & censet.

Prima est: filios conceptos ante approbationem, si postea nati sint, legitimos esse, secus si nati sint ante approbationẽ. Ita docent Hostiens. in Sũma, qui fil. sint legit. numero 3. & in titulo de clandest. desponsat. §. vltim. numero 8. in fi. Berosius in quæst. famil. 107. num. 2.

Secunda sententia habet, filios genitos ante approbationem, non esse legitimos, sed eos solos, qui matrimonio iam approbato concepti sunt, ita tenet glossa in d. cap. quod nobis, verbo fuerint in princi. & ibi Calder. & Abb. num. 5. & voluit Cardin. ibi in fin. & tenet Brunel. de Spõsal. conclusione secunda, ampliatione 3. numero 18. Summa Rosel. verbo illegitimus, numero 4. Angel. verbo filius, numero 12. & Tabien. eodem verbo, quæstione 5. num. 6.

Tertia

Tertia sententia est, filios conceptos antequam appareat impedimentum, licet ante approbationem nati sint, effici legitimos, vbi matrim. publicatum fuerit, ac Ecclesiæ authoritate tamquam validum comprobatum, licet postea detegatur impedimentum, vnde tex. in d. cap. quod nobis, ibi, si qui de matrimonio clandestino postmodum ab Ecclesia comprobato generati fuerint, &c. intelligendus est, ideſt, si post ipsorum generationem approbetur ab Ecclesia, sunt legitimi, ita tenent in dict. cap. quod nobis, numero quarto, Anton. de Butr. numero septimo, Anchar. numero sexto, Alexand. de Neuo numero septimo, Præposit. numero quarto, & tenuit olim Abb. vt ipse fatetur ibi numero quinto, eandem etiam tenent Sylvest. verbo filij, quæstione 8. §. 10. Armil. Aur. in summ. verbo filius, numero 14. Anto. Rosol. in tract. de legitimat. parte prima, cap. penult. dicens esse communem, & idem affirmat D. Couar. idem profess̃us in quarto de sponsal. secunda parte, cap. octauo, § secundo. numero 16. versiculo duodecimo, vbi bene in proposito loquitur, Petr. Nicol. Mozius de contract. titulo de matrimonio, sub numero 16. in versiculo vndecimo ampliatur, folio 188. columna quarta, & Thomas Sanchez vbi supra, numero quarto, existimans eam esse probabiliorem, vt prædiximus, vbi respõdit cõtrarijs fundamentis: Hoc enim contingit propter alterius bonam fidem, & sic ignorantia alterius coniugis reddit prolem legitimam, quando matrimonium fuit in facie Ecclesiæ celebratum, iuxta tex. in cap. ex tenore, qui fil. sint legit. & late à nobis tradita cap. proxime præcedenti, & hanc communem sententiam sequor.

3 Quæ etiam comprobatur ex glossa verbo aliam, in cap. tanta, qui fil. sint legitim. quæ habet, quod filius natus ex coniugato, & soluta omnino ignorante virum illum esse coniugatum sequuto inter eos matrimonio valido, fit & est legitimus: argumento dict. cap. ex tenore eodem titulo, iuxta priorem opinionem glossæ illius, quam in fi. dicit esse veriorem, similis glossa in cap. non omnis, verbo continente 32. q. 2. quam sentẽtiam sequitur Hostiens. in d. c. tanta, verbo aliã, & Dominic. consil. 66. col. 4. Ludouic. de Sard. in tractatu legitim. fol. 9. col. 2. & folio 6 col. 2. Cur. Iun. consil. 27. num. octauo, & Cassador. decisione vnic. de sponsal. vbi fatetur hanc opinionem magis communem esse, vel saltem in re dubia ex Interpretum controuersia pro legitimatione prolis sententiam ferendã, quemadmodum & in summo Prætorio factum esse testatur, quos refert D. Couarru. vbi supra, & Mozius etiam vbi supra, in versiculo vndecimo, vbi quod licet contrariam partem multi DD. tenuerint per tex. in d. cap. cum inhibitio, §. primo, de clandestin. desponsat. & Ant. Gom. cum alijs in l. nona Taur. numero quinto, & Gregor. Lopez per tex. ibi, in l. secunda, glossa en adulterio, titulo 15. partita quarta, dicens quod eam credit veram, & communem: Mozius tamen in principio numeri 17. inquit, primam opinionem de æquitate esse seruandam fauore filiorum, & matrimonij.

Et quod secunda opinio contraria in puncto iuris posset disputando sustineri, quod prius censuit Couar. vbi supra, numero 18. statim in principio: loquuntur tamen hi duo Authores in matrimonio clãdestino: in contracto vero in facie Ecclesiæ stãte bona fide, & impedimenti ignorantia vnius, filius antea natus per subsequẽs matrim. validũ, proculdubio legitimus erit, quãuis alias proles suscepta ex incestu ignorãter cũ cõcubina cõmisso legitima non efficeretur, ex matrim. vero sequuto inter eius parẽtes, adhuc durãte ignorãtia, vt aduersus Ant. de Butr. probat Socin. consil. 311. n. 41. & 74. volu. 2. & cũ eo Couar. vbi supra, n. 17. ad fi. & Molin. Iurista lib. 3. de Hisp. primog. ca. 1. nu. 11. & Theolog. 1. par. de Iust. & Iur. disp. 152. col. 975. in principio, vbi alios citant, & bene id iure probant contra alios.

4

5 Et tenẽdo prædictam opinionem glossarum potest responderi ad d. l. 2. titul. 15. partit. 4. in vers. *otro si dezimos*, quæ expressa videtur pro 2. opinione contraria, vt loquatur, & procedat quando filij fuerũt suscepti, sine colore matrimonij; nam si sub colore matrimonij licet cum adultero, vel adultera propter alterius ignoran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

norantiam filij essent legitimi: secus si nõ interuenit matrimonium, quia ex quo data fuit opera rei illicitæ, nihil prodest ignorantia, vt declarat Gregor. Lopez in d. l. secunda, in glossa in adulterio, ibi, & istam partem ego credo veram, & communem opinionem, &c.

6 Sed in hoc est egregia dubitatio, vtrũ satis sit, quod tempore natiuitatis, coitus potuerit esse coniugalis, an præcise exigatur ad hoc conceptionis tempore coniugium potuisse contrahi inter parentes, ad hoc, vt filius dicatur naturalis? In quo communis opinio est satis esse, vel tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium inter parentes contrahi potuisse, vt contra Salicet. & alios affirmat, & bene probat Couar. in quarto, secunda parte, cap. 8. §. secundo, numero secundo. Eandem communem sententiam probat, & sequitur atque communiorem affirmat Molin. Theolog. de Iustitia, & Iure tractatu secundo, disputatione 172. columna 971. in versiculo filius naturalis, & communis sententia approbata est hodie in his Regnis, l. 11. Tauri, quæ est l. nona, titulo octauo, lib. quinto nou. collect. Reg. quo fit, vt si parentes post natiuitatem talis filij inter se matrimonium contrahant, talis filius eo ipso legitimetur.

7 Deinde infertur ex d. communiori sententia, quod filius naturalis reputandus est is, qui licet conceptus ex ijs parentibus sit, inter quos tempore conceptionis erat impedimentum dirimens matrimonium, tempore tamen natiuitatis cessauerat impedimentum, vt si soluta concepit ex coniugato, veruntamen tempore natiuitatis filij mortua erat vxor coniugati illius, aut si soluta concepit ex consanguineo, vel affine, attamen tempore natiuitatis filij obtenta erat dispensatio, vt contrahere possent; filius eo pacto natus erit naturalis, & non spurius, eo quod status filij ex tempore conceptionis, vel natiuitatis, prout magis tali filio fuerit expediens, est iudicandus, ita recte censuit Molin. vbi supra, & nouissime alios allegans Thomas Sanchez lib. octauo de matrimonio, disputatione septima, numero 19. vbi loquitur quando proles concepta nascitur post expeditam dispensationem ab Ordinario, & ante initum matrimonium, ex quo sequitur, quod si proles nasceretur ante expeditam dispensationem ab Ordinario, cui fuit commissa per Sedem Apostolicam, non efficeretur legitima, quia adhuc durabat impedimentũ, quousque ab Ordinario dispensatio expediatur, etiamsi Bulla dispensatoria huc peruenerit, non tamen fuerit expedita ab Ordinario.

8 Quid vero sit dicendum de filijs natis seu conceptis ante sententiam pendente lite super matrimonio, vel post sententiam, à qua est appellatũ, vel intra terminũ datũ ad appellandum inito alio matrimonio, an sint legitimi necne? late agit Mozius de contractib. titulo de matrimonio, sub numero 16. versiculo quin etiam, folio mihi 187. columna 4.

9 Obseruandum quoque est in proposito, nullam requiri iudicis sententiam ad declarandam illegitimitatem filiorum ex clandestino matrimonio nullo genitorum, vt bene probat Thomas Sachez lib. tertio de matrimonio, disputatione 53. numero 8.

SVMMARIVM Cap. LXXIII.

1 *MATRIMONIVM coram parocho, & testibus celebratum absque vllis denunciationibus, nullo stante impedimento dirimente, validum est, & non est clandestinum, vt in numero 3.*

2 *Filij nati ex matrimonio celebrato coram parocho, & testibus absque denunciationibus, an sint legitimi? & numeris sequentibus per totum caput.*

4 *Legitimitas filiorum ex triplici causa contingere potest, vt hic, & in numeris sequentibus.*

CAP.

CAPITVLVM LXXIII.

An filij concepti vel nati ex matrimonio clandestino valido sint legitimi?

1 QVAESTIO hæc verificari potest in matrimonio post Concilium Trident. celebrato corã parocho, & testibus non præmissis, nec remissis per Ordinarium denunciationibus, de quibus in Concilio: quod quidem nullo impedimento dirimente stante validum est, vt in sessione 24. eiusdem Concil. Trident. cap. primo in Decret. de reformat. matrim. ibi, qui aliter, quam præsente parocho, &c. cum denunciationes præd. non sint de essentia ad valorem matrimonij, vt bene resoluimus prima parte de iur. confirm. cap. 51. numero 25. contra Menoch. & alios, & hæc nostra sententia est communis, & vera, & communiter practicatur.

2 Cum igitur sit validum mero iure matrim. celebratũ corã parocho, & testibus, si aliud legitimũ impedimentũ non obstat: dubitamus in præsenti, an filij nati ex eo matrimonio sint legitimi, necne? obstãte eis solũ clandestinitate omissarum denunciationum, & sic quod non fuerit celebratum in facie Ecclesiæ?

In hac quæstione partẽ affirmatiuam, quod sint legitimi tales filij, dicit esse probabiliorem Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. art. 5. concluſ. 1. §. est tamen dubiũ, in vers. 2. dicendũ, fol. 183. huiusmodi nãque matrim. proprie loquendo, & in rigore, non est clandestinũ, sed verũ: quando enim illicite omissæ sunt denunciationes, dici nõ potest matrim. clandestinũ; siquidem præsente parocho, & testibus fit, vt præcipit Cõcil. Tri. in verbis supra relatis.

3 Et ita, quod hoc matrim. non sit clãdestinũ, tenent præter ipsum Ledesm. Magister Palatio in quarto distinctione 28. disputatione 3. in vers. quid, quod iã nullum, Candel. aur. 7. sacrament. prima parte de matrim. num 243. Ludou. Lopez in 2. parte sui Instructor. conscient. de matrimonio, cap. 39. §. quæst. autem illam, & cap. 44. ad fin. ante solut. ad primum, Barbos. in l. 1. 4. parte, num. 39. ff. solut. matrim. idẽ Ledesma d. quæst. 45. articulo 5. §. his positis difficultas est, & alij plures idẽ voluerunt relati à Thom. Sanch. lib. 3. de matrimonio, disputatione 1. numero 6. ergo filij nati ex huiusmodi matrimonio vero, & valido, licet omissæ fuerint denunciationes, non sunt illegitimi, sed potius legitimi, vt censet Petr. de Ledesm. in primo loco supra citato.

Sed contrariũ expresse tenet, & probat Thom. Sanch. d. lib. 3. de matrim. disputatione 42. num. 6. dicens minus bene affirmasse Ledesm. vbi supra, hanc pœnã illegitimitatis nõ habere locũ vbi matrim. celebraretur coram parocho, & testibus, non præmissis denunciationibus, sibi nãque non placet, hos filios cẽseri legitimos, sed quod in his habebit locum pœna illa illegitimitatis, quia hoc matrim. est clandestinũ ex tex. in cap. cũ inhibitio, §. si quis vero, de clandest. desponsatione, & l. 1. tit. 3. partit. 4. ibi *ca para no ser el matrimonio hecho encubiertamente, ha menester, que ante que los despose, diga el Clerigo en la Iglesia ante todos como tal hombre se quiere casar*, & probauimus late alios allegando lib. 2. pract. quæstione 4. numero 9. ad fin. cum sequentibus, & plures citans contra priores idem Thom. Sanch. d. lib. 3. disputatione 1. numero 7.

Ego proculdubio in hoc articulo circa legitimationẽ filiorũ ex præd. matrim. de quo agimus, nunc censeo priorẽ opin. Petri Ledes. primo loco citati veriorẽ, & tenendã omnino esse tã in stricta iuris disputatione, quã in praxi, nempe filios natos ex matrimonio corã parocho, & testibus celebrato absque tamẽ denunciationibus siue dicamus illud clandestinũ, siue nõ esse legitimos, dummodo, vt supponimus, fuerit validũ, & verũ, quia non adfuit legitimum impedimentum illud diremens, secus aliàs, ex tex. in d. cap. cum inhibitio, §. si quis vero alleg. pro contraria parte tex. nãque ille expresse loquitur, quando matrim. fuit inualidũ ob impedimentũ ignoratum à parentibus, vt nuncupatim affirmat idemmet Thomas Sanchez d. lib. tertio, disputatione 44. numero secundo, ibi, nec caput finale, §. si quis, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

similiter Decretum Concilij Trident. sessione 24. cap. 5. de matrim. quod pro se prius citauerat Thom. Sanch. disputatione 42. numero 6. loquitur etiam in cõtrahentibus matrim. in gradibus prohibitis, vt patet ex eius verbis, ibi: Si quis intra gradus prohibitos scienter matrim. contrahere præsumpserit: & ibi: quod si ignoranter id fecerit, &c. Idemque est, & intelligi debet eadem ratione in quocumque alio impedimento dirimenti, vt recte censuit ibidem Sanchez, numero septimo.

Secũdo & præcipue hæc nostra, & tenenda sentẽtia à fortiori probatur in cap. tanta 6. in ordin. qui fil. sint legit. Tanta est vis matrimonij (inquit tex.) vt, qui antea sunt geniti post contractum matrimoniũ legitimi habeantur, cui consonat l. 1. ad fin. titulo 13. partita quarta; si enim hæc est vis matrimonij, vt post ipsum contractum filij antea geniti legitimentur, à fortiori idem erit dicendum in filijs natis ex eodem matrimonio valido, & vero coram parocho, & testibus celebrato, quamuis deficiant denunciationes, hæ siquidem omissæ matrim. ipsum coram parocho, & testibus celebratum non vitiant, vt probauimus.

Quod argumentum magis astringitur considerando ex duplici, vel triplici causa legitimitatem filiorum in illo tex. contingere posset.

Primo, aut ex virtute, & valore ipsius matrimonij. Secundo, aut ex Iure Canonico, id indulgenti matrimonio. Tertio, aut ex beneficio à iure introducto ob tacitum contrahentium consensum, quasi præsumatur ab initio, cum liberos habuerunt, eundem affectum contrahendi matrim. habuisse.

4 Si ex virtute, & valore matrimonij legitimitas filiorum prouenit in specie d. cap. tanta cum simil. qui filij sint ligitim. vt sonant verba illius tex. prout notant ibi communiter DD. & Palat. Rub. in c. per vestras de donat. inter vir. & vx. notab. 3. §. 20. numero 17. Mantic. de coniect. vlti. vol. lib. 11. titulo 12 numero 7. l. 1. ad fin. titulo 13. partita 4. & ibi Greg. Lop. ea vis, & valor matrimonij reperitur in matrimonio clandestino celebrato corã parocho, & testibus absque denũciationibus, cum sit verum matrim.

5 Si prouenit ex Iure Pontificio, vt docẽt Parisius consil. 13 numero 33. & consil. 15 numero 1. volumine 2. D. Couar. de sponsal. 2. parte cap. 8. §. 2. numero 18. Mãtic. vbi supra, numero 1. & Enriquez lib. 13. de excommunic. cap. vltim. num. 5. & tunc cum Ius Põtificium vniuersaliter id concedat vero matrimonio: non est cur matrimonio clandestino, vero tamen, id denegetur, quod si dicas eam legitimitatẽ concessam fuisse filijs ex beneficio à iure introducto ob tacitum contrahentium cõsensum de quo supra.

6 Si tertio modo, vt affirmat Decis. Pedemont. 154. numero 4. eadem prorsus præsumptio cõcurrit, imo euidens in matrim. clandestino vero, & valido, ergo filij nati ex hoc matrimonio legitimi sunt omnino.

Quare idemmet Thom. Sanch. d. lib. 3. disputatione 42. num. 8. mutauit suam priorem sententiam contrariam, & hanc affirmatiuam tenet, & probat dum infert, non esse audiendum M. Anton. in corona confes. secunda parte de sacramẽto ordin. titulo de suscipientibus ordinem numero 16. dicentem filios natos ex matrimonio clandestino valido, aut celebrato, non præmissis denunciationibus, esse illegitimos, quia id, inquit Thom. Sanch. nullo iure probatur, & quia ea pœna solũ imponitur in d. cap. cum inhibitio, §. si quis vero de cland. despõs. quando id matrimonium fuit inualidum ob ignoratum impedimentum, & refert glossam in cap. quod nobis in fin. qui fil. sint legitim. & communiter DD. ibi, & alios alibi hanc opin. expresse tenentes: quinimo eandem sequitur, & latissime ex proposito in terminis comprobat cum alijs contra alios idem Thom. Sanch. d. lib. 3. de matrim. disputatione 44. per totam: & ita est tenẽdum, vt præd. filij nati ex matrimonio clãdestin. vero, & valido sint legitimi quoad omnia, etiamsi denunciationes non præcesserint, celebratum tamẽ fuit coram parocho, & testibus iuxta formam Concil. ibi, qui aliter quam præsente parocho, &c.

SVM-

SVMMARIVM Cap. LXXIIII.

1 *Filij incestuosi suscepti sub tractatu matrimonij contrahẽdi cum dispensatione Papæ obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide vtriusque parentis an legitimentur, quoad tẽporalia, & successionẽ maioratus extra terras Eccles siæ per subsequens matrimonium postea de nouo celebratum dispensatione Papæ, cũ clausula de qua hic, & per totum caput, præcipue num. 13. & 19. cum sequentibus.*

2 *Legitimatio prolis facta per Papam inter consanguineos, vel affines, inter quos dispensat ad contrahendum matrimonium, cessat & locum non habet si ipsum matrimonium secutum non fuerit.*

3 *Proles efficitur legitima ex matrimonio nullo sequuta dispensatione Papæ quoties in ea vtitur Summus Pontifex verbo legitimationis prolis; secus si vtatur verbo dispensationis.*

4 *Papa circa ea quæ sunt de iure positiuo habet potestatem illa reuocandi ex tunc, id est retro; idem est in legitimatione Papæ etiam quoad honores seculares, vt in numero 5.*

6 *Papa potest tollere constitutionem iuris positiui etiam quoad effectus præteritos, & num. 7.*

8 *Papa potest legitimare aliquem quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam: secus respectu iuris iam alij quæsiti ex hæreditate alterius, vt in num. 9 & 10.*

11 *Papa dispensando in radice matrimonij potest legitimare filios spurios antea natos, vtendo clausula prolem suscepturam, &c. Et quando dicatur dispensare ad radicem matrimonij, numero 20. & quando non, numero 22. & 23. & 33.*

12 *Filius ex coitu dãnato, & nefario natus si rescripto Principis legitimetur, an absolute, & per omnia legitimus efficiatur?*

14 *Filius legitimatus per subsequens matrimonium an succedat in maioratu, in quo vocati sunt specifice filij nati ex legitimo matrimonio, & non alias.*

15 *Filius legitimatus ex Principis rescripto in amplissima forma, an excludat alios consanguineos vocatos ad successionem quorumcunque bonorum.*

16 *Filius legitimatus substitutum excludit.*

17 *Legitimati nihil differunt à legitimis.*

18 *Legitimatus est vere legitimus, & non secundum fictionem.*

21 *Legitimatio prolis operatur quoad spiritualia, non quoad temporalia, vt latius hic declaratur.*

24 *Legitimatio filiorum duplex est vt hic.*

25 *Legitimatio filiorum à Principe facta ad hoc vt sufficiẽs sit, debet fieri Principi mentio defectus præcedentis, & numero 32.*

26 *Legitimatio filiorum, vel dispensatio à Papa facta non est extendẽda in præiudicium tertij, nec successorum, nisi expresse hoc cauerit Princeps, vt in numero 32*

27 *Filius legitimatus non comprehenditur sub vocatione filiorum legitimorum, & num. 28.*

29 *Legitimationes filiorum simpliciter factæ tantum intelliguntur iure factæ quoad successionem, & hæreditatẽ parentum eam petentium, non vero quoad maioratus successionẽ, antea & per antecessores instituti, & numero 30.*

31 *Filij incestuosi præcipue data mala fide vtriusque parentis non legitimantur per subsequens matrimonium ex dispensatione Pontificis celebratum, nec admittuntur ad successionem maioratus, ad quam vocantur legitimi, & à fortiori si vocentur legitimi, & naturales, de legitimo matrimonio nati.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM LXXIIII.

An filij incestuosi susceptí sub tractatu matrimonij contrahẽ di cum dispẽsatione Papæ obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide vtriusque parentis, legitimentur quoad temporalia, & successionẽ maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequẽs matrim. postea de nouo celebratum dispensatione Papæ habente clausulã huiusmodi: prolem susceptã, si qua forte sit, & suscipiendã legitimam decernendo declaramus?

1 CASVS hic his diebus contigit in his Hispaniarũ Regnis, de quo fui cõsultus, inter duos nobiles, in secundo cõsanguinitatis gradu cõstitutos: dubitatũ nãque fuit, an præd. filij incestuosi, ante matrimoniũ verũ, & ratũ celebratũ susceptí in præmissa specie, fuerint effecti legitimi in omnibus, ac proinde possint, & debeãt excludere proximiorẽ consanguineũ à successione maioratus, in quo vocati sunt legitimi, & de legitimo matrimonio nati.

Et videtur dicẽdum prolem susceptã legitimã fuisse etiam, quoad tẽporalia ac proinde successisse in præd. maioratu & proximiorem cõsanguineũ exclusisse ab eo, ex sequẽtibus. Primo ex præd. clausula dispẽsationis: prolẽ susceptam, &c. quæ nõ inducit dispẽsationẽ, sed legitimationẽ ei⁹q; declarationẽ, eo ipso q; datur licẽtia cõtrahẽdi matrim. libere, & licite sublato impedimẽto, hęc enim est vis matrimonij subsequuti efficiẽdi legitimã prolẽ antea susceptã, declarãte hoc Papa in ipsa dispẽsatione impedimenti, cuius specialis declaratio, siue Decretũ idẽ operatur, quod ius cõmune per matrim. subsequutũ circa filios naturales, per tex. in c. tanta, qui fil. sint legit. sicut enim de hac Iuris cõmunis legitimitate dubitari non potest, cũ sit Papæ, cuius est iudicare, qui filij sint legitimi etiã quoad successiones bonorum, ita nec etiã declaratione ipsius Papæ, quã facit legitimãdo prolẽ susceptã, vel suscipiendã in specie de qua agimus, si quidẽ eam quoque facit ex vi matrimonij subsequuturi virtute præfatę dispẽsationis, quod postea celebrari debet cũ effectu, quãuis hæc legitimatio respiciat retro, sicut illa de qua in d. c. tanta; vtraque nãque est declaratio Papæ, Summus nãque Pontifex, qui prius induxit id impedimentũ, potuit postea tollere in particulari, prout id sustulit, in cuius consequẽtiã potuit iure optimo declarare prolẽ susceptã, & suscipiendã legitimã ex vi subsequuturi matrimonij, & ita vtrãque æquiparat in præfata clausula: ergo sicut de prole suscipienda post contractũ matrimoniũ inter dispensatos nulla est dubitatio, quin sit legitima, ita & eodẽ modo de iam susceptа declarante hoc ipso Papa nuncupatim eisdẽ verbis ac eadẽ oratione, quia vna determinatio respicies plura determinabilia pariformiter debet in vnoquoque determinari, l. iam hoc iure, & ibi DD. ff. de vulg. & pupill. cum simil.

Et confirmatur, quia quicquid potest iuste fieri per Canonẽ humanum, potest fieri per Papã cum ipse sit pater, & Author Canonum, ca. 1. de cõstit. cap. si Romanorum 19. distinctione: imo etiam Canones viui, iuxta tex. in cap. ipsi sunt Canones nona, quæstione 3. vbi glossa vnica ait, Summos Pontifices esse Canones animatos, sicut & Imperator est lex animata in terris, §. fin. in auth. de consul. collatione 4. vt vtrumque tradit Nauar. consil. 2. numero 6. qui filij sint legit. lib. 4. consil. in 2. editione.

2 Ex quibus probanda venit sententia Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. titulo de dispensationibus, disputatione 7. numero 15. credentis, quod si facta dispensatione, & legitimatione prolis susceptæ, parẽtes pœnitẽtia ducti nõ inirẽt matrimoniũ, eã prolẽ susceptã nullãtenus foret legitimam, quia in fauorẽ matrimonij inter parẽtes prolis ineũdi, cõcessit Põtifex eã legitimationẽ, nullatenus aliàs cõcessurus, nulla enim alia ratio iustam hanc legitimationem reddens occurrit: ergo ea legitimatio facta per Ordinarium, vel confessorem pendet à matrimonio postea ineũdo: eoque non inito cessat, quasi cessante causa: hactenus ille: matrimonio ergo contracto, & inito virtute d. dispensationis fit legitima proles antea susceptа in nostra specie, sicq; legitimatio præd. pendet à matrimonio postea cum effectu subsequuturo.

3 Secundum principale huius partis affirmatiuæ adducitur fundamentum, quia quoties impedimentum matrimonij est de iure positiuo, hoc est Canonico, & proles fuit susceptа ex coitu matrimoniali, licet matrim. de iure non tenuerit, si Papa vsus fuit verbo legitimationis, & non dispensationis, proles efficitur legitima, quoad vtrumque forum, quia potest tollere impedimentum inductum per Canonem, & sic remansit matrim. validum, præterquam, si impedimentum esset Iuris Diuini, ita Ioan. Andr. & Abb. in cap. per venerabilem, numero 21. & ibi eius Additio. alios allegat, qui fil. sint legit. & Cardin. ibi nu. 9. vbi quod quoad omnes actus iuris positiui potest Papa dispẽsare à tempore natiuitatis, & sic retro, sequitur Syluest. in Summa verb. legitimus, numero 12. versic. quintũ, ibi, sed verius, & alios allegans Celsus consil. 31. num. 7

4 Tertiũ est ex doctrina Cardin. in Clementina vnic. columna 5. in vers. nono quæro, post glossam, de consang. & affin. & melius in Clementina 1. colum. 1. vers. septimo, nota casum singularem, vbi etiam notant Abb. & Ioan. de Imol. post gloss. de immun. Eccles. prout eos refert, & sequitur Celsus d. consil. 31. numero 10. vbi cõcludũt, quod Papa circa ea, quæ sunt de iure positiuo, habet potestatẽ illa reuocandi ex tunc, id est retro.

5 Et ex hoc inferunt, quod illegitimus possit legitimari per Papam, sic, vt habeatur pro legitimo ex tunc, id est retro, etiã quoad honores seculares, prout notant Archid. & Abb. in d. c. per venerabilem, vers. ego pro concordia dicerem, &c. vbi in summa cõcludit, quod vbi Papa simpliciter legitimat matrim. tunc præcedens proles non censetur esse legitimata: secus tamẽ, quando legitimatur, vt ex tũc, id est, ac si à principio fuisset legitime cõtractũ.

6 Tanta enim est potestas Papæ quoad effectũ iuris positiui, quod possit tollere constitutionẽ etiam quoad effectus præteritos adeo, quod excõmunicatus vigore d. Clementinæ vnic. non indigebit absolutione, vt tenent ibidem Anchar. Ioan. de Imol. & alij in d. Clement. 1. in versic. glos. pro infectis, vbi etiam Cardinal. prima oppos. cõcludit, quod Papa possit nõ solum ea, quæ facta sunt, habere pro infectis, quoad effectũ, sed etiã nõ factũ habere pro facto, & præd glos. in d. Clemen. 1. verbo pro infectis de immun. Eccles. dum tenet, tantam esse plenitudinẽ potestatis Papæ, quod potest reuocare omnes ll. à se, vel prædecessoribus suis latas cum omnibus effectibus ab eis productis, ita vt cẽseantur reuocatæ à tempore, quo factæ fuerunt: dicit esse receptã cõmuniter Nauar. d. consil. 2. n. 9. qui fil. sint legit. lib. 4. cõsil. fol. mihi 46. col. 2. quod iterum probat ibi nu. 13. vers. quinto, quibus duobus locis inquit legem, quæ inducit impedimẽtũ in quarto cõsanguinitatis gradu esse latã per Papas, non vero per l. naturalẽ nec diuinam, & sic Papã posse reuocare illam cum suis effectibus, ita, vt censeatur reuocata non tantum ex nunc, sed & ex tunc, à tempore scilicet, quo fuit lata, licet nõ fuerit facta ab ipso, sed à prædecessoribus suis, & ibi nuncupatim loquitur quoad legitimitatem inducendam, de qua agimus, & alios allegãs Tho. Sanch. d. lib. 8. disp. 7. n. 4. vbi eã latissime probat dicẽs esse receptissimã, ac veriorẽ sententiã plurimos citans eã tenentes, nempe dispensando Papa in radice matrimonij irriti, cõtra nõnullos tenẽtes cõtrariũ relatos per ipsum ibi, nu. 3. & tandẽ inquit in fi. d. n. 4. quod illis diebus in Prætorio Granaten. sententia hæc receptissima definita fuit.

7 Quartũ: hæc pars fulcitur ex traditis per Syluest. vbi supra in summa, verb legitimus, num. 7. versic. quædam vero, vbi interminis d. cap. per venerabilẽ inquit, certum esse Papam legitimare posse ad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticã, cũ hoc nihil sit aliud, quam impedimẽta Iuris Canonici amouere, & ad omnes actus seculares, & spirituales,

8 &ad

& ad succesionem hæreditariam in terra sibi subiecta, si sit illegitimus iure positiuo, quia omne tale potest remouere, non faciendo quod legitimatus sit natus legitime, sed faciendo quod à successione non repellatur ratione illegitimitatis, quia secundum Petr. de Palud. Ecclesia cuius est iudicare, an sit legitimus etiam ad succesionem, potest eum facere haberi pro legitimo: & in terris sibi temporaliter non subiectis legitimare potest non solum quantum ad succesionem respectu iuris quærendi, puta viuente patre, quando constat de mente Papæ exprimẽtis, quasi ad succesionem, quia hoc spe-
9 ctat ad ius positiuum. Respectu vero iuris iam quæsiti, quia legitimatur post mortem patris, iam quæsito alijs iure in hæreditate paterna aliud esse rectissime probat, quia obstat non solum ius positiuum dicens eum non debere succedere, sed etiam naturale dicens rem iuste quæsitã, sine culpa, & facto suo perdi non debere, vnde Papa facere non potest, nisi sit dominus temporaliũ in casu, in quo Princeps posset, secundum Anchar. & Petr. de Palud. quos ad hoc refert, & sequitur Syluest. vbi supra, numero 9. dicens hanc esse veritatem.

Et quamuis in hoc de legitimatione post mortem alterius ex coniugibus contrarium probent, nempe posse fieri à Papa in radice matrimonij irriti præcedentis, Anchar. consil. 409. numero 6. Boer. decis. 264. numero 26. Iacob. de Puteo decis. 483. numero 2. lib. 2. Angel. verbo Papa, numero 4. & ibi Syluest. in fin. Molina lib. 3. de iur. primogen. cap. 2. numero 12. in fin. & late Nauar. d. consil. secundo, qui filij sint legit. per totum, lib. 4. consil. in 2. editione, Peregrin. de fideicõmis. articulo 24. in fin. Sayro in Thesaur. casuũ, tom. 1. lib. 6. cap. 11. numero 6. quos pro hac parte refert Thom. Sanch. d. lib. 8. de matrim. numero 5. nihilominus secundum ipsum ibi, non caret difficultate, si cedat in tertij præiudicium, eo quod sit auferenda hæreditas parentum illius pro-
11 lis agnatis, vel alijs filijs, qui in eam successerant, possessionemque eius apprehenderant, & tandem inquit, & resoluit dupliciter hanc dispensationem posse à Pontifice concedi, primo ex voluntate parentis, cui succeditur, qui ad huc superstes petit, aut iusit peti sic dispensationem expediri, & tunc posse à Pontifice concedi, nõ obstante eo præiudicio, secundum Iacob. de Put. & Pereg. vbi supra alios allegantem. Secundo quando is parentis consensus non præcesit, & tunc, inquit Sanch. est multo maius dubium, in quo Iacob. Put. vbi supra id negat. Sed melius id concedit Pereg. cũ Anchar. qui hoc expresse tenet. Sed nihilominus ipsemet Sanch. in hoc euentu credit noluisse Pontificem iuri aliorum acquisito derogare, nisi ex certa sciẽtia hoc fecisse, quia in dubio clausula in rescriptis Principũ apposita intelligitur sine tertij præiudicio, vt in l. 1. §. si quis à Principe, ff. nequid in loc. publico.

10 Ego vero salua censura Sanctæ matris Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ, cui in omnibus me subijcio, verius esse credo fieri non posse præd. legitimationem matrimonij post mortẽ vtriusque, vel alterius coniugum in præiudicium iuris iam tertio acquisiti, tum ex supradictis, tũ etiã quia additio noua Nauar. ad fi. d. consil. 2. qui fil. sint legitimi, inquit: notãdum, Gregorium mense Nouemb. 1584. negasse petitam hanc dispensationem; ac addidisse non posse.

Supereſt igitur ex supradictis in hoc 4. fundamento Papam posse legitimare, & approbare matrimonium irritum de iure Positiuo ei derogando ex tunc cum effectibus suis etiam, quoad succesionẽ bonorum respectu iuris quærendi, puta viuente patre, quando constat de mente Papæ hoc exprimentis: quod facit pro hac parte affirmatiua, quam nunc fundare nitimur: & tandem idem Syluest. vbi supra numero 12. versic. quintum inquit, quod secundum Ioan. And. & Panormit. in d. cap. per venerabilem, legitimando Papa matrimonium ex tunc erunt filij legitimi per omnia, modo proles fuerit generata ex coitu matrimoniali saltem effectu, licet iure positiuo non tenuerit.

Et inquit Nauar. in consilio primo, qui fil. sint legitim. numero 1. lib. 4. consil. in secunda editione, communiter teneri ab omnibus, quod dispensando Papa in radice matrimonij, ideſt, tollendo impedimentum, quo impediuntur, contrahere poterit per quãdam consequentiam, legitimare etiam filios spurios antea natos, & loquitur ibi Nauar. in dispensatione, cum clausula prolem susceptam, vel suscipiendam legitimare reputantes.

12 Quintum fundamentum huius partis est ex traditis per Andr. Fachin. lib. tertio controuers. iur. cap. 57. per totum in ea quæstione, an filius ex coitu dãnato, & nefario natus, si rescripto Principis legitimetur absolute, & per omnia legitimus efficiatur, ac sic, vtrum sit dispensatio, an autem vera legitimatio? & pluribus fundamentis, & Authoribus pro vtraque parte relatis censet affirmatiuam sententiam veriorem esse, scilicet, esse veram legitimationem, non autem dispensationem: ergo idem à fortiori videtur dicendum in dispensatione Papæ in radice matrimonij facta cum declaratione, vel decreto legitimationis prolis antea susceptæ.

13 Sexto hanc partem videntur tenere in fortioribus terminis Vincent. & Abb. in d. cap. tanta, nu. 14. in vers. Idem dicit Vincentius, cuius hæc sunt verba: idem dicit Vincent. in natis ex coitu incestuoso, licet postmodum contrahat matrimoniũ per dispensationem Ecclesiæ, non tamen filij antea geniti legitimantur, quia tunc non poterat esse matrimonium, obstante impedimento affinitatis, vel consanguinitatis: nisi aliud dicatur in dispensatione: nota exceptionem, nisi aliud dicatur in dispẽsatione: ergo cum adijcitur clausula, in dispensatione, prolem ante susceptam, si quà forte sit & suscipienda, legitimam decernendo, vel esse declaramus, licet matrim. de facto non præcesserit, hoc sufficiet ad legitimationem d. prolis. Idem tenet, & probat Cardinal. in d. cap. tanta, in fine, vbi inquit: Pone, aliquis ex consanguinea suscepit filium, deinde dispensatur, & cõtrahit cum ea, an legitimetur: dic quod nõ vi huius cap. sed dispensatio potest esse talis quod sic: igitur attende ad formam infra de priuileg. cap. porro, & cap. recepimus: ergo cum in dispensatione, de qua agimus, declaretur legitima proles forsan suscepta, & suscipienda, erit prorsus legitima, quod etiam sentiunt, & tenent alij DD. vt testatur Couar. vbi supra, & Boer.

allegans alios decis. 264. numero 25. in vers. quod filij ante nati, ibi: nisi cõiunges hoc ignorassent, vel nisi (vt inquit Cyn. ibi) facta fuisset mentio de ipsis liberis: idem sequitur in terminis Ant. de Rosel. in tract. de legitim. lib. 1. cap. 2. de causa material. legitim. numero 29. ibi: nisi dispensando, & de prole prouideret, volum. 6. tract. in antiquis folio 266. & idem ibidem, C. de matrim. putat numero 2. & 3. cum sequẽtibus vsque ad fin. folio 272. vbi in fortiori casu inquit esse communem opin. Modernorum, quod nati, vel concepti in clandestinatione, sequuta demum approbatione in facie Ecclesiæ legitimẽtur, etiã sequuta postea detectione impedimenti: & tandem in fine illius cap. inquit, quod isti filij idem habent, quod legitimati per verum matrimonium, eandem priorem opin. tenet idem Ant. Rosel. lib. secundo, in princip. numero 22. folio 273. & Ludou. de Sard. in tract. natura. lib. cap. de legitim. per verum matr. numero 16. volumine 6. folio 253. nempe data ignorantia impedimenti.

14 Et tenendo hanc partem non obstat, quod fundator maioratus vocet tantum ad eius succesionem filios legitimos natos ex legitimo matrimonio, & non alias: quoniam, etsi in hac specie adsint diuersæ Doctorum opiniones, verior tamen, & magis communis sentẽtia, & in praxi obseruata habet, quod filius legitimatus per subsequens matrim. dicatur natus ex matrimonio legitimo ad præd. effectũ succedendi in maioratu, vt late cum communi opinione aduersus Bald. & alios resolvit in terminis D. Couar. in quarto, secunda parte cap. 8. §. 2. numero 30. dicens Bald. opin. contrariam procedere posse in filio legitimato per rescriptum Principis: eandem affirmatiuam sententiam veram atque communem videri testatur D. Molin. de Hisp. primogen. lib. 3. cap. 1. numero 106. vbi plures eam sequentes refert dicens, quod secundum eam non semel pronunciatum vidit, sequitur etiam eam Greg. Lop. in l. 1. in glos. *se casacon ella*, in vers. nota etiam, titulo 13. partita 4. vbi dicit, se latius dixisse in l. 2. tit. 15. partita 2. hanc etiam dicit esse magis communem, veram, æquam, fauorabilem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

obseruatam opin. & tenendam, & sequendam à viris, & timoratis iudicibus Caual. tertia parte, decis. 32. aliàs 106. numero 12. pagina mihi 1184. qui à numero 3. cũ sequentibus plures Authores adduxerat, & sequendam iudicat, & communem plures allegans contra alteram Grassus de succes. §. fideicommissum, quæstione 38. numero 5. eandem sequitur Molin. Theolog. primo tom. de Iust. & Iur. disputatione 172. litera, B. col. 974.

Sed quamuis is, de quo agimus hoc est proles suscepta ante matrimoniũ in præmissa quæstione, non sit filius naturalis, sed incestuosus, attamen per subsequens matrim. virtute dispensationis Papę ad cõtrahendum concessæ non obstante consanguinitatis, vel affinitatis impedimento infra 4. gradum existente cum præfata clausula Põtificis, prolẽ susceptam, &c. eadem ratione videtur dicendum quod succedat in præd. maioratu ex supradictis in secundo, & tertio fundamentis: præcipue cum fundator maioratus non excluserit ab eius successione legitimatos per subsequens matrim. vt potuerunt, in his Regnis Castellæ in maioratu de suprad. instituto, 16
vt conueniunt omnes, secundum Molin. Theolog. d. disputatione 172. col. 574. versic. licet, ibi, vnde si quis.

Et comprobatur, quia legitimatus per 15
Principem habentem authoritatem, & potestatẽ in amplissima forma cum verbis illis pregnantibus, ac si legitime, & de legitimo aut carnali matrimonio natus esset, aut quoad omnia, & in omnibus, & per omnia, aut ad fœuda, fideicõmissa, & bona emphyteotica, ac alia quæcumque bona posit succedere, ac si vere ac legitime natus esset, potest succedere, & excludere substitutum à dictis bonis, non obstãtibus alijs agnatis in spe vellata existentibus, secundum veram, & magis communem opin. Doctorum ita obseruata, vt latissime consuluit Laur. de Pinu, consil. 53. chart. 63. Paul. Pic. consil. 24. Socin. Senior consil. 63. numero 20. cum sequẽti, volumine 3. & Rota Roman. Seraph. decis. 368. numero 12. & 13. in prima parte char. 122. vbi & in fortiori casu dicit, alias Rotam iudicasse, & iudicauit Hippolyt. Bonacosa inter consilia Riminald. Se-
ni. consil. 775. volumine 4. chart. 206. vbi ostendit esse pronunciatum ad fauorem illorum de Campegio, numero 84 & in fine dicit esse communiorem, æquiorẽ, benigniorẽ opin. & Cherar. Mazzol. consil 117. & ad fauorem illorum de Bonacosis etiam fuisse iudicatum, quando scilicet est legitimatus quoad omnia, & in ampla forma, alias secus sentit Curt. Senior consilio 73. super memorata, chart. 186. per totum, & numero 19. & seqq. cum alijs, & præsertim Laur. de Pinu vbi supra, numero 60. vt omnia hæc refert, & sequitur Caualc. d. decis. 32. num. 11. in tertia parte chart. mihi 1183. idem voluit Anton. Gal. Maluas. consil. 30. num 6. volumine 1. & consil. 18. n. 42. eodẽ volum. & sequũtur plurimi, quos congerit, & sequitur Peregrin. de fideicõmiss. art. 23. nu. 68. folio 219. columna 1. cum sequenti: de quo late agit in vtrãque partem Ant. Gam. decisione 278. per totam, & eius Additio. distinctius ad decis 279. per totam, & optime Molin. de Iust. & Iur. primo tom. disputatione 174. columna 1002. cum sequẽtibus.

Præterea legitimatus substitutum excludit ex communi omnium Scribẽtium sententia, quam refert D. Molin. lib. 3. de Hispan. primog. cap. 3. numero 2. Maluas. consilio 18. numero 35. & 37. 16

Legitimati namque nihil differunt à legitimis, tex. in auth. quib. mod. natur. effic. legit. §. sit igitur licentia, & in auth. quibus mod. natur. effic. legit. §. & quoniam varie. & iterum ibi, si quis ergo filios legitimos non habens, collatione 6. cum similib. 4. titulo 15. partita 4. ibi, *son dende adelante legitimos*, probat D. Molin. vbi supra, numero 1. 17

Et legitimatus est vere legitimus, eandemque legitimationem habet, quam legitimus, & non secũdum fictionem Bart. in l. si is, qui pro emptore, numero 29. ff. de vsucapio. est communis sententia, vt resoluimus in repet. §. sui, numero 165. instit. de hæred. qual. & differentia, & in l. nemo potest, numero 334. ff. de legat. 1. & præd. opin. quod legitimati vt sint legitimi, & ex legitimo matrimonio nati, excludat substitutum, testatur communem plures referens, eamque late probans Tyber. De-
cian. consil. 88. numero 1. cum sequẽtibus, volumine 2. 18

His tamen non obstantibus (salua in omnibus censura, & correctione Sacrosanctæ nostræ matris Ecclesiæ, cui omnino me subijcio) contrarium in præmissa quæstione matrimonij irrite scienter de facto contracti sequuta postea dispensatione Papæ de dicto impedimento irritãti, ad contrahendũ de nouo matrim. illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum permanere cum præd. clausula, prolem susceptã, si qua sit, & suscipiẽdam exinde legitimam decernendo, imo quod proles antea suscepta in specie, & casu de quo agimus, non excludat à successione fideicommissi, vel maioratus cæteros agnatos legitimos à fundatore vocatos ad præd. successionem, verius de iure, & tenendũ in praxi censeo, & sic quod præd. vocati, & substituti, & eorum proximior legitimus, & naturalis sint præferendi præfato filio legitimato. 19

Primo, quia ad hoc, vt ista proles suscepta ante præd. dispensationẽ, esset omnino legitima, & præd. substitutos excluderet, eisque præferretur in successione fideicommissi, vinculi, & maioratus necessarium erat, quod Papæ dispensatio faisferad radicem matrimonij, nempe, quando Pontifex legitimat matrim. & prolẽ, tunc namque censetur dispensatum in radice matrimonij, & consequenter plenissimam esse quoad omnia legitimationẽ, quia hoc nihil aliud sonat, quam id matrimoniũ ratum habere, & approbare, quasi ab initio absque aliquo impedimento esset contractum, eo modo, quo subest Pontificiæ potestati, qui est id approbare retrotracta dispensatione ad sui initium, & radicem, ita tenent Ioan. Andr. in d. cap. per venerabilem, numero 30. qui fil. sint legit. & ibi Anchar. numero 21. Cardin. quæstione 9. idem consilio 409. numero 5. Mart. Laud. de legit. articulo 2. numero 85. D. Couar. in quarto Decret. 2. parte cap. 8. §. 8. numero 13. Cels. consilio 31. numero 7. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 2. numero 12. in fi. dum se remittit ad Celsum vbi supra, dicens, quod hoc melius omnibus declarat: sequitur etiam Peregrin. de fideicommiss. articulo 24. nu-
mero 77. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. vbi de matrimonio, cap. vltimo, columna 2. conclusione 3. & hanc dicit veriorem Thom. Sanchez disputatione 7 num. 28. 20

Sed in dispensatione de qua supra nõ legitimi natur, nec approbatur prius matrimon. de facto contractum, imo improbatur, si quidem dispensatur impedimentum secundi gradus consanguinitatis dirimens existens inter eos, & sibi conceditur, vt possint inter se illud seruata forma Concilij Trident de nouo contrahere, & in facie Ecclesiæ solennizare, & in eo postmodum permanere similiter libere, & licite valeant: ergo etsi proles antea suscepta legitima simpliciter decerni præcipiatur, hoc non est in radice matrimonij, nec prout ex tunc: sed alias, ac proinde legitima non efficitur à sui natiuitate, nec est suscepta de legitimo matrimonio: siquidẽ ipsum de facto contractum non fuit legitimatum à Papa: quo fit, vt neque per matrim. validum legitime subsequutum efficiatur legitima proles antea suscepta, quia erat incestuosa, & suscepta ex damnato, & nefario coitu scienter commisso: imo idem esset etiam si cum ignorantia eiusdẽ impedimenti aliqui generarent filium ante matrim. qui proinde ex vtriusque existimatione naturalis sit, & non spurius, postea vero sublato impedimento legitime contrahant, non enim ex hoc legitimatur præd. filius eo quod eius parẽtes ante matrim. legitimum res illicitæ operam dederint clandestine contra præceptum Ecclesiæ contrahendo, vt cum alijs contra nonnullos bene probat D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 8. §. 2. num. 17. ad fi. quorũ sententia vera, & probabilis videtur D. Molin. lib. 3. de Hisp. primog. cap. 1. numero 11. & Molin. Theologo de Iustitia, & Iur. primo tom. disputatione 172. colũna 975. paulo post princip. ergo à fortiori, & proculdubio hoc procedit data mala fide vtriusque cõtrahentis, siue incestum committentis, prout in nostris proprijs terminis dicit esse ex se notissimum, & affirmare communem opinionem, quã refert, & sequitur D. Molin. d. lib. 3. cap. 2. numero 10. testatur alter Molin. Theolog. lib. 3. de Iust. & Iur. dispu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

disputatione 624. numero 3. in principio, columna 369. ad fi. & columna 971.

21 Inquit, quod in hac specie, quamuis Sũmus Pontifex posit legitimare prolem, vt reputetur, quasi nata fuerit legitima, quod attinet ad inhabilitates Canonicas, & id censeatur facere si dicat, legitimum se efficere matrim illud illegitime contractum; non tamẽ potest, aut censetur id efficere quoad inhabilitates Ciuiles, atque adeo vt succedat in maioratu, præferatur q; in ea successione filio posterius ex eisdẽ parentibus legitime nato. Legitimatio ergo Papæ prolis antea susceptæ operabitur quoad spiritualia, non quoad temporalia, ex tempore concessionis sequuto matrimonio valido; nõ vero ex tempore prioris matrimonij irrite contracti.

22 Nec per alterã clausulã præd. dispẽsationis, qua dicitur, vt positis in vestro sic cõtracto matrimonio postmodũ remanere, &c. est dispensatũ in radice matrimonij, nec proles legitimari videtur in radice matrimonij, sed à die dispẽsationis auferetur impedimentum, vt ab eo tempore renouatis consensibus, possint licite in eo matrimonio male antea inito, & postmodum recte de nouo matrimonio contracto remanere, & perseuerare: hocque indicant verba illa dispensationis, & in eo postmodum remanere, scilicet iuxta verba immediate præcedentia, in vestro sic cõtracto matrimonio: sed illud: inter vos publicè seruata forma Concil. Triden. de nouo contrahere illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, statim namque sequuntur verba illa: & in eo postmodum remanere, atque ita hanc partem tuẽtur D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap 8. §. 8. numero 13. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 20. numero 2. Ludouic. Lop. in secunda parte Instruct. vbi de matrimonio, cap. vltim. columna 2. conclusione 3. quos refert, & sequitur Thomas Sanch. d. lib. 8. de matrim. disputatione 7. numero 25. vbi ex eisdem Couar. & Ludouic. Lopez addit, quod etsi præd. verbis addita sit clausula, vt proles legitima efficiatur (vt in proposito) eam legitimationem non fore plenam, sed eo solo iure fore censendam, quo si extra matrimonium à Põtifice fieret, & ratio est, secundum ipsum, quia verba præcedentia, nẽpe vt positis in vestro sic contracto matrimonio remanere: nullatenus ad legitimationem aliquam conferunt, cætera autem verba addita; prolem antea susceptã, &c. non legitimam prolem, nisi quoad spiritualia.

23 Secundo, & præcipue hæc pars comprobatur, quia etiamsi Pontifex dispensans in matrimonio irrito, vt denuo celebretur, dispenset simpliciter cum prole ex eo matrimonio nata, non censetur in matrimonij radice dispensare, sed tantũ legitimare eam videtur, quoad spiritualia, sicut si extra matrim. nata esset, quia dispẽsatio est stricti iuris, & ideo nõ est de omni legitimatione intelligenda, sed de ea, quæ iure proprio conuenit Papæ, vt Papa est, vt cũ alijs pluribus Authoribus tenet, & probat Thom. Sanch. vbi supra, numero 20. vbi numero 21. idem probat, etiamsi Pontifex in ea specie explicaret, se prolem legitimam efficere, vt non censeatur in radice matrimonij dispensatio, ac per consequens nec legitimatio, quoad temporalia, quia non facta est in ratione matrimonij præcedentis, nec Pontifex se matrimoniũ legitimare explicat, sic Ant. Gam. decisione 452. numero 2. part. 1. D. Molin. lib. 3. de primog. cap. 2. numero 10. in fin. & numero 11. in principio, vbi in proprijs terminis successionis primogeniorum, & aliorum bonorum temporalium loquitur, nempe, vt non sufficiat. Couar. & Ludouic. Lopez vbi supra, idem Sanch. d. lib. 8. disputatione 35. numero 23. vbi temperat, nisi Pontifex dispensaret in ipsa matrimonij radice, aut esset in locis suæ temporalis iurisdictionis, & exprimeret se velle etiam quoad spiritualia legitimare, Rebuf. in praxi benef. titulo de rescript. legitimat. misto. numero 5. & 6. folio 589.

24 Duplex namque est legitimatio, quædam iuris dispositione. Atque hæc solum fit per subsequens matrimonium, neque comparatione omnium filiorum. Est tamẽ plenissima; eo quod Canonico, & Ciuili iure merito statuta sit, idque absque vlla inhabilitatis reseruatione, quæ vtrouis iure introducta sit. Alia vero est per rescriptum Principis, qui supra ius, quo inhabilitates illegitimorum introductæ sunt, potestatẽ habet, aut alicuius alterius, qui à tali Principe ad id habet facultatem. Molin. de Iustitia, & Iur. primo tom. disputatione 171. columna 969. & disputatione 173. col 978.

25 Tertio, quia dato, sed non concesso, quod hæc dispensatio fuisset in radice matrimonij, quod negamus, vt ex ipsa apparet, adhuc erat necessariũ ad hoc vt proles antea susceptæ legitima efficeretur, quod Principi eius mẽtio fieret, vt inquit D. Couar. vbi supra, d. numero 13. in principio, & cum in hac dispensatione, hæc mentio prolis fuerit omissa, subreptitia cẽsetur dispensatio, vel legitimatio præfat. iuxta tradita per Boer. decisione 264. numero 27. ad fi. vbi quod subreptio causata siue ex vero tacito, quod exprimendũ erat, siue ex falso expresso, vitiat ipso iure priuilegium, & dispensationem etiam in materia matrimoniali, vt in cap. quod dilectio de consang. & affinit. sequitur Celsus consilio 31. numero 21. Menoch. de arbitr. lib. 2. centuria 3. casu 203. numero 12. qui numero 2. loquitur in terminis legitimationis filiorum, quia tunc qualitas ipsius natiuitatis filij exprimenda est, an scilicet sit simpliciter naturalis, vel spurius, vel incestuosus, alias legitimationis cõcessio, & priuilegium subreptitiũ redditur, vt in specie respondit Paris. consilio 15. numero 55. lib. 2. Rebuf. in praxi benef. titulo de rescript. legitimat. mixto, numero 31. pagina 593. Sed in specie de qua agimus nulla mentio prolis antea susceptæ facta fuit Papæ ab impetrãte præd. dispensationem, & legitimationem, vt ex ea patet: ergo, &c. Accedat quod imo Papa in hac dispensatione, & legitimatione prolis susceptæ loquitur conditionaliter, si qua sit, vt patet ex ea, ergo patet nullam mẽtionem eius sibi factam fuisse, nec fuit petita præd. legitimatio vllo modo, sed quod ex stylo ordinario superaddita fuit clausula illa.

26 Quarto, quia etiamsi hæc dispensatio, & legitimatio careret præd. vitio subreptionis, siquidem Pontifex suo motu eam concesit absque tamen radice matrimonij, non tamen concessa intelligitur, nec extendenda est in præiudicium tertij, nec successorum alias, hoc est, ex matrimonio valido, legitimorum vocatorum à fundatore, quibus est ius quæsitũ saltem in spe, vel venientium ab intestato, vt constat ex regula Cãcel. A post. 48. quæ habet legitimationem fieri debere sine præiudicio venientium ab intestato: quorum verborũ hic est sensus, secundum receptam sententiam quamplurium DD. quos refert, & sequitur, & magis probabilem existimat And. Fachin. lib. 3. controu. iur. cap. 62. in principio, & in versic. ego verò, vt legitimatus non ab intestato succedat, si liberi existent, vel collaterales, vel alij coniũcti vsque ad quartum gradum, imo etiã alij in infinitum, neque obstat (inquit ille) si dicatur, quod hac interpretatione recepta nullum emolumentum adferet præd. legitimatio, quoniam primo multum adferet emolumenti ob eam causam, quod filius erit successionis, & aliorum bonorum capax ex testamento: deinde & secũdo, quia nullis proximioribus existentibus non fiscus, sed ipse ad successionem vocabitur, non igitur valet legitimatio, non citato substituto, quoad illius præiudicium, quia non præsumitur Princeps ius alteri in spe quæsitum auferre velle, l. 2. §. merito, & in §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. quamuis, & in cap. si pro te, de rescript. lib. 6. cum simil. Item, quia legitimatio est donum Principis, ideoque accipi debet sine alterius læsione, l. nec auus, C. de emancip. lib. & in terminis legitimationis ita tenet, & probat Anchar. pluribus rationibus consil. 427. eandemque sentẽtiam sequũtur quã plurimi Authores, quos refert, & sequitur Marc. Ant. Pореg. de fideicommiss. articulo 23. num. 5. versic. contra verò, folio 216. columna 1. & iterum numero 62. folio 217. columna 3. vbi quod ius in spe à iure approbata habent illi, quibus defunctus contrahendo, vel testando præiudicare nequibat, veluti spes ex fideicõmisso conditionali post mortem patris, vel ex contractu, puta fœudali, aut emphyteotico, vel ex lege, aut consuetudine, veluti in iure primogenituræ, aut maioratus, & iterum numero 63. vbi quod hæc decisio, quæ est Ioan. And. in cap. sine culpa, de reg. iur. in 6. in Mercurialibus, est cõmuniter

Universidad de Deusto
Biblioteca

niter recepta per DD. in consilijs ab eo supra alleg. idem sequitur Rebuf. vbi supra, numero 15. & 16. pagina 590. & numero 18. pag. 591.

27 Eādem sententiā, nēpe quod si ad maioratus successionē filij legitimi inuitati sint, sub ea vocatione filius legitimatus nō comprehendatur, latissime ex pluribus probat, sequitur, & defendit D. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 3. numero 3. cū pluribus sequentibus, & præcipue numero 10. vbi plures idem tenentes citat, & numero 11. id etiam comprobat ex eo, quod dixerat lib. 1. cap. 8. numero 31. cū sequentibus, vbi concludit ius hoc maioratus successionis etiam in spe consistens non posse tolli à Principe, nisi ex causa legitima, eaque citatis consanguineis substituturis probata, & insuper addit, quod Princeps non potest derogare iuri substitutorum, absque eo quod vtatur clausulis ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quæ clausulæ à Principe nonnisi causa cognita apponi possunt, & d. cap. 3. numero 19. docet ex magis communi opinione, quod nec Principi ex potestate absoluta id facere licet, & tandem numero 24. cum duobus sequentibus duos casus considerat: primus est, quādo legitimatio simpliciter concessa fuit (vt in nostra specie) in qua specie certissimum esse, inquit, non videri ex illa derogari iuri substitutis competenti, prout in fœudo decisum est in c. 1. §. naturales si de fœudo defunct. in vsib. fœud.

Secundus casus est, quando in legitimatione adiectum est, quod filius legitimatur ad succedendum in maioratu parētis derogando expresse iuri transuersaliū substitutorū cū clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & in hac specie, quamuis fateatur communem esse sententiam Doctorum, quod Princeps etiam absque causa legitima, & citatione substitutorum posit illis in iure ad maioratus successionem in spe quæsito præiudicare, cōtraria tamē opinio sibi verior, atq; probabilior semper visa fuit, ibique eam probat, sed in nostra specie legitimatio fuit simpliciter facta à Papa absque aliqua adiectione quoad successionem maioratus, nec aliorum bonorum temporalium, & 29 sumus in terris non subditis quoad temporalia Pontifici, sed Principi seculari, ergo ea legitimatio nullo modo proficere potest quoad præd. bona tēporalia, prout est maioratus successio.

28 Conferunt præterea pro hoc eadem parte adducta per Molin. vbi supra, numero 30. & 40. vbi cū alijs resoluit, quod quādo is, qui fideicōmissum reliquit sub cō ditione, si absque liberis legitimis decesserit, vt nobilis persona alias in dignitate cōstituta, legitimatus non excludit substitutum, neque eiusdem fideicommissi capax est, Peregr. de fideicommiss. articulo 23. numero 43. Molin. ibidem numero 31. vbi ex doctrina quamplurium Doctorum resoluit fideicommissum relictū sub conditione, si possessor sine liberis legitimis, natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis decesserit, (vt in nostra specie) numquam filius naturalis legitimatus ex Principis rescripto ad eius primogenij successionem admittēdus erit, quē refert, sequitur, & late probat alter Molin. Theolog. primo tom. de Iust. & Iur. disputatione 174. columna 1011. in versiculo 7. conclusio, & M. A. Pereg. de fideicommiss. d. articulo 23. numero 45. cum sequētibus, & extraditis etiam per eundem Molin. d. cap. 3 lib. 3. numero 36. vbi quod quamuis secundam communem opinionem supra relatam pro contraria parte, filius legitimatus excludat substitutum sub ea cōditione, si sine liberis legitimis decesserit, filius tamen spurius legitimatus non excludit substitutum, vt ibi late probat, faciunt etiam tradita per Addit. Ant. Gam. decisione 279. in 5. & 6. conclusione, numero 25. & comprobatur etiam ex late traditis in proposito per Molin. vbi supra, columna 1008. cum sequentibus d. disputatione 174. Ex quibus omnibus, quæ loquuntur in legitimato per Principis rescriptum quoad temporalia, à fortiori probatur eadem sententia in legitimatis simpliciter per Papam in terris quoad temporalia, sibi non subditis.

Quinto, eadem pars probatur quoniā similes legitimationes simpliciter factæ tantum intelliguntur de iure factæ quoad successionem, & hæreditatem bonorum parentum eam petentium, non vero quoad

ad maioratus successionem antea, & per antecessores instituti, vt tenet Molin. Theolog. primo tom. disputatione 174. 31 in principio, columna 999. cum sequentibus, Rebuf. in prax. benef. titulo de rescript. legitimat. mixto, numero 13. folio 590. & Maluas. consilio 116. num. 73. & 74. vbi numero 78. quod legitimatus debet consentire, etiamsi legitimatio fiat per subsequens matrimonium.

30 Sexto, quia cum agitur de verificatione successionis maioratus iuxta dispositionem, & vocationes testatoris primi fundatoris filij legitimati de iure non cōprehēdūtur sub eis, vt docet Domin. Cardinal. Tuschus in conclus. practic. conclusione 373. numero 22. & 23. lib. 3. litera, F. vbi etiam quod filij incestuosi, & spurij non comprehenduntur, nec includuntur in statutis, & dispositionibus particularibus: vbi numero 2. ampliat etiam si legitimentur per subsequens matrimoniū, quando scilicet vocantur legitimi nati ex legitimo matrimonio, ex Bald. cōsil. 362. per totum, volumine 5. est communis, vt plures allegans testatur eam sequutus Tyber. Decian. respōso. 88. numero 11. & 12. volu. 2. & sic probādo primū, legitimū esse fratrem, vel consanguineum proximiorem institutoris maioratus, debet excludere legitimatum, eique præferri in successione maioratus, Dominic. Cardin. Tuschus in suis conclus. practic. conclusione 204. lib. 3. litera, F. etiamsi per subsequens matrim. fuerit legitimatus iuxta veriorem, & receptiorem sententiam, vt resoluit, probat, & defendit contra alteram Zeuall. in pract. quæstiones Cōmun. contra Commun. quæstione 606. per totam, de quo etiam bene agunt Castillo de vsufruct. 2. parte, lib. 2. cap. 11. num. 25. & Blasflor. in addition. ad 2. decision. Ant. Gam. ad numerum 7. & hanc partem tuetur dicens secundum eam bis fuisse iudicatum Petr. Surd. decisione 319. numero 5. plurimos referens, & alij relati à Capalcan. vbi supra, d. decisione 32. numero 3. cum sequentibus, vbi etiam dicit secundum eam fuisse iudicatum.

Sed quoniam circa hoc proxime dictum supra retulimus in quinto fundamēto prioris partis contrariam opinionem esse veram, communem, & in praxi receptiorem.

Ideo fortius in terminis, de quibus nūc agimus, in hac quæstione probatur hæc secūda pars, quā defendimus, ex eo quod, vt supra diximus, & resoluimus cum communi, & proculdubio verā sententia, filij incestuosi præcipue data mala fide vtriusque parentis, non legitimātur per subsequens matrim. cum dispensatione Pontificis impedimenti consanguinitatis, vel simili dirimentis celebratum, nec admittuntur ad successionem maioratus, ad quam vocantur legitimi, & à fortiori si vocātur legitimi, & naturales, ex legitimo matrimonio nati, maxime si iterū atque iterū id in institutione maioratus repetatur propterenixam testatoris voluntatē: argumento l. Balista, cum simil. ff. ad Treb. vt in terminis tenet, & probat Petrus Surd. decis. 319. num. 5. in vers. quæ opinio, &c.

Ex quibus omnibus sufficienter, & in proprijs terminis remanet proculdubio fundata hæc secunda pars omnino tenenda in iudicādo, & consulēdo, salua (prout diximus, & nunc idem profitemur) correctione, & censura Sāctæ matris Ecclesiæ, cui in omnibus me subijcio: & responsum fundamentis contrarijs: cessat siquidem primum ex supra adductis pro hac secunda: cessat etiam secundum, & tertium ex eisdem. Quartum vero loquitur, & procedit, quando id constat ex mente Papæ, vt quando dispensat ad radicē matrimonij, & in plenissima forma quoad omnia, vt etiam constat ex primo fundamento secundæ partis, in dubio namque Princeps non censetur velle præiudicare tertio, vt prædiximus, & affirmat Laur. de Pinu in proposito d. consil. 53. num. 48.

Et ideo licet Princeps supremus de plenitudine potestatis possit legitimare naturales, spurios, & incestuosos, & adulterinos, vt succedāt in fideicommissis, & fœudis, ad quæ vocātur legitimi, & naturales, ad exclusionē substitutorum, hoc tamen credit temperandum Pereg. de fideicommiss. articulo 23. numero 69. cum Princeps fuit certioratus, & monitus de conditione fideicommissorum adeo, vt mens Principis patens sit, vt voluerit legitimatum contineri in fideicommissarijs, & 32

fœu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœudalibus ordinationibus ad præiudicium substituti, vel ad onus grauati, quandoquidē Principis regularis, ac recta intētio sit nolle per suas gratiosas concessiones tertio præiudicare, vt ibi late id probat.

Ad quintum ex resolutis per Farinat. respondemus, id non esse firmum, siquidē consistit in opinionibus diuersis Doctorum, & præterea loquitur in Principis seclaris legitimatione, quoad temporalia: & intelligendum esse in legitimatione facta quo ad omnia ex plenitudine potestatis cum expressione, & exclusione substitutorum, vt patet ex modo dictis. Sed legitimatio de qua in nostra quæstione non 33
est huiusmodi: igitur, &c.

Ad sextum respōdemus, loqui & procedere in dispensatione ad radicē matrimonij, nempe quando Papa legitimat, vel approbat ex tunc præd. matrim. antea irrite contractum, & insuper proles antea suscepta legitimatur, vt patet ex Authoribus ibi citatis, & ex fundamentis huius secundæ partis: at in nostra specie non fuit 34
dispensatum in radice matrimonij iam de facto contracti, sed ad contrahendum id de nouo, vnde legitimatio simplex prolis antea susceptæ non præiudicat substitutis legitimis ad fideicommissum, vel maioratum vocatis per institutorem ipsius, de quibus nulla mentio facta fuit in præd. legitimatione, & ideo eis nō præiudicatur: nec etiam obest illa magis communis sententia in præd. fundamento partis contrariæ adducta in fauorem legitimati per subsequens matrim. vt excludat substitutos legitimos vocatos etiam cum adiectione, quod sint legitimi, & naturales nati ex vero, & legitimo matrimonio, nam ei plene satisfecimus supra in fundamento 6. huius secundæ partis.

Neque etiam obest vltimum pro prima opinione adductum fundamentū, nempe quod legitimatus excludit substitutum, quia est vere legitimus, non verō per fictionem: quoniam non procedit in legitimatis simpliciter per rescriptū Principis, nec in præiudicium substitutorum legitimorum ad fideicomissa, & maioratus perpetuos vocatorum, de quibus nulla fit mentio in d. legitimatione, nec quibus Princeps præiudicare expresse voluit. Et præterea ex traditis in proposito per Decian. d. responso. 88. numero 11. volumine 2. nempe quod legitimati admitti non possunt, quando testator in testamento posuit conditionem, si sine filijs decesserint legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, his namque verbis stantibus est certa conclusio communiter recepta, quod legitimatus non excludit substitutum sub hac conditione, illa enim dictio, de, causam immediatam significat, vt scilicet à principio sit natus de legitimo matrimonio, vt ibi late probat, qui est videndus.

Alia circa eādem quæstionem, an Pōtifex possit dispensare in radice matrimonij irrite contracti efficiendo dispensationem retrotrahi, ac proinde legitimando prolem antea habitam quoad temporalia, & spiritualia? late adducit Thom. Sāchez d. lib. 8. de matrim. disputatione 7. per totam apud ipsum videnda quoties opus fuerit.

Post hæc scripta, & resoluta peruenerunt ad me literæ exequutoriales cum tribus sententijs conformibus Dominorum de Rota Sacri Palatij Apostolici: prima Reuerendi Patris Francisci Vbaldi Hispal. die 4. Februarij ann. 1613. secunda Domini Francisci Sacrati Archiepiscopi Damasceni, tertia Domini Alphonsi de Mançanedo & Quiñones; quibus latissime iure comprobatur in causa dispensationis concessæ per bonæ memoriæ Sanctissimum Papam Greg. XIII. dilectis filijs Martino Zeron, & D. Annæ Manuel super matrimonio inter ipsos de facto celebrato, ac cum ipsis fuit dispensatum hoc modo: Vt impedimentis secundi ex vno, & tertij ab alio cōmunibus stipitibus consanguinitatis graduum prædictorum non obstantibus, in prædicto sic contracto matrimonio remanere, seu illud inter eos publice seruata forma Concilij Tridentini, de nouo contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum similiter remanere libere, & licite valeāt: dummodo D. Anna propter hoc ab alio rapta non fuerit, &c. Censuisse Summum Pontificem per præd. verba in radice matrimonij dispensare, ac proinde D. Annā Zeron

Zeron filiam procreatam ex supradictis sic dispensatis, & D. Ioannem de Hinestrosa Gardenas & Ribera coniuges Hispalen. de & super maioricatu à quondam Martino Fernandez Zeron Hispalen. à præd. D. Anna Zeron possesso iure pertineat, etiam in præiudicium tertij, alias vocati ad successionem, quia illud præiudicium venit consecutiue, quod non attēditur sublato impedimento inter contrahentes per dispensationem, secundū Ruinum consilio 189. numero 16. lib. 2. Anchar. consilio 409. numero 5. versiculo Canonica igitur cōstitutio, Boer. decisione 264. numero 33. & D. Molin. lib. tertio de Hispan. primog. cap. 2. numero 10. & seq. & Peregrin. de fideicommiss. articulo 24 in fi. Ludouic. Lopez in secunda parte Instruct. conscientiæ cap. fin. §. de dispensatione petenda, versiculo, Præterea notandum est, quod legitimatio: & probatur latius in dictis litteris exequtorialibus, quas impressas habeo datis Romæ sub anno à natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1615. indictione 13. die vero Veneris tertia mensis Iulij, Pōtificatus Sāctissimi Domini nostri Patris Pauli Papę Quinti ann. eius 11.

SVMMARIVM Cap. LXXV.

1 VXOR *spoliata à viro, quamuis ante omnia sit restituenda, hoc tamen fallit quando matrimonium fuit clandestinum.*

2 *Matrimonium ignoranter in gradibus prohibitis contrahentes, neglectis solemnitatibus requisitis in eo contrahendo, separandi sunt, & carere debent spe dispensationis obtinendæ.*

3 *Contrahentes matrimonium clandestinum, hoc est, sine parocho, & testibus readuntur inhabiles ad sic contrahendum absque aliqua declaratione, vt in numero 5. non tamen egēt vlla dispensatione si velint iterum cōtrahere in facie Ecclesiæ, vt in numero 4.*

6 *Licentia Episcopi non est necessaria ad hoc vt matrimonium clandestinum, & sic nullum contrahentes recedant ab eo, & nouum contrahant, nisi in casu de quo hic, nec parochus in hac specie eos coniungens alio matrimonio incurreret triennalem suspensionem, de qua in cap. final. de clandestin. desponsatione, vt in numero septimo.*

8 *Contrahentes matrimonium clandestinum absque parocho, & testibus arbitrio Episcopi puniri debent.*

9 *Parochus, & testes assistentes matrimonio clandestino absq; præmissis denūciationibus peccarent grauiter, & in exteriori iudicio condignis pœnis ab Ordinario sunt puniendi.*

10 *Excommunicationem an incurrant contrahentes matrimonium clandestinum?*

11 *Clanestini matrimonij pœna est mixti fori, & sic erit locus præuentioni, & numero 12. quod præueniente iudice seculari non est locus inhibitioni iudicis Ecclesiastici.*

13 *Suspensionis pœna per triennium imposita parocho interessenti matrimonio clandestino nullo non est ipso iure lata, sed imponenda; nec est correcta per Concilium vltra pœnam arbitrariam, vt in numero 14.*

15 *Parochi pœna interessentis matrimonio eorum, qui non sunt de sua parochia.*

16 *Ignorantia crassa parochi Decreti Cōcilij circa assistentiam matrimonij clandestini, an excuset à pœna suspensionis, & quando non?*

17 *Pœna noua mitior à lege imposita corrigit grauiorem antiquam; secus in pœna nouo imposita à iudice.*

18 *Parochus alienus, vel alius qui non est parochus non assistens matrimonio sed alij licentiam assistendi concedens non incurrit pœnam suspensionis nec aliam arbitrio iudicis.*

19 *Parochus triennio suspensus, quia interfuit matrimonio clandestino, si iterū alij matrimonio clandestino interfuerit primo triennio suspensionis durante, an per integrum aliud*

Universidad de Deusto
Biblioteca

triennium suspendi debeat necne?

20 *Suspensus, vel exulatus aut relegatus ad tempus si illo durante aliam similem pœnam incurrat, an cõfundatur tempus secundæ pœnæ cum tempore primæ vel non?*

21 *Parochus suspensus ab officio, quia interfuit matrimonio clãdestino, an sit suspensus etiam à beneficio?*

22 *Parochus suspensus, quia interfuit matrimonio clandestino, an possit absolui à suo Episcopo?*

23 *Episcopus an possit dispensare contra constitutionem Concilij? & numero 25.*

24 *Episcopus non potest tollere quãcũque suspensionem ob delictum impositam.*

26 *Filia contrahens matrimonium clandestinum, an post Concilium Tridentinum possit exhæredari à patre?*

CAPITVLVM LXXV.

De pœnis clandestinitatis matrimonij, & parochi clandestino matrimonio interessentis, vel de alieno parocho aliquos coniungente matrimonio sibi non subditos.

1 MVLIER coniugata spoliata à viro quamuis regulariter ante omnia sit restituenda, cap. ex cõquæstione, cap. litteras de restitutione spoliat. cum similibus.

Si tamen matrimonium fuit clandestinum, non restituitur ante omnia iuxta glossam, verbo legitime, in cap. ex transmissa de restitutione spoliat. per illum tex. à contrario sensu, & ibi DD. probat late Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 45. & hæc est prima pœna matrimonij clandestini.

2 Secunda est, vt si aliqui in gradibus prohibitis ignoranter matrimonium contraxerint, neglectis solemnitatibus requisitis in eo contrahendo, tunc namque separandi sunt, & carere debent spe dispensationis obtinendæ, non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit, ita decernitur in Sancto Concil. Trident. sessione 24. cap. 5. de reformatione matrim. in versiculo quod si ignoranter, de quo agit Sanchez vbi supra, numero 3.

3 Tertia est, quod cõtrahentes matrim. clandestinum, hoc est sine parocho, & testibus redduntur inhabiles ad sic contrahendum, vt cauetur d. sessione 24. cap. 1. de reformatione matrim. in versiculo, qui aliter, &c. Nec hæc inhabilitas perpetua est, vt quidam voluerunt, sed tantum ad sic contrahendum, hoc est clandestine.

4 Vnde si velint iterum palam contrahere in facie Ecclesiæ, nulla indigent ad hoc dispensatione, vt probauimus de Iuramento confirmatorio prima parte, cap. 51. numero 22. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione prima in fin. Didac. Perez in l. 1. ad fin. titulo primo, lib. 5. Ordinamenti, folio 42. in versiculo vlterius dubitatur, Matienç. in Rubr. tituli primi, glossa prima, numero 40. lib. 5. nou. collect. Reg. Azeued. in l. 1. numero 36. eiusdem tituli, & libri, Marc. Anton. Cuch. lib. 5. instit. maior. titulo 11. numero 89. & alij quamplures quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 8. disputatione 46. numero 2. dicens esse certissimum, & sic esse declaratum per Illustrissimos Cardinales, vt referunt præfati Authores, & numero tertio, cum Nauar. & Matienço.

5 Ex hoc infert primo, non opus esse declaratione aliqua, vt matrimonium absque parocho, & testibus initum dissoluatur, quia ex præd. Decreto Concil. Trident. constat esse nullum, nec Decretum illud aliquos latet.

6 Et numero 4. infert secundo contra Maiolum non esse necessariam Episcopi licentiam, vt hi recedant à priori matrimonio, nouumque contrahant, nisi prius esset nimis publicum, ita vt verisimiliter timeretur scandalum.

7 Ea tamen non præmissa, parochus eos

eos coniungens alio matrimonio, non incurreret triennalem suspensionẽ, cap. fin. de clandest. desponsat. quamuis sit pœna arbitraria puniendus, secundum Salzed. in practic. cap. 73. §. illud tamen non diffiteor, ex Manuel. primo tom. Summæ, 2. edit. cap. 221. numero 2.

8 Similiter contrahentes matrimoniũ clandestinum sine parocho, & testibus arbitrio Episcopi puniri debent, vt in dict. Decreto Concilij Tridentini, & peccaret Ordinarius eos non puniens, quod si præd. matrimonium cõsummauerint, erit grauius delictum, rigidiorque pœna imponenda erit, vt ex alijs probat Sanchez vbi supra, numero 6.

9 Quod si matrimonium celebretur coram parocho, & testibus prætermissis denunciationibus peccarent grauiter parochus, contrahentes, & testes, qui scienter huiusmodi matrimonijs interfuerint, & in exteriori iudicio condignis pœnis ab Ordinario sunt puniendi, vt tenet Salzed. vbi supra, versiculo peccaret tamen: quamuis in hac specie solum parochum puniendum esse dicat Enriquez in sua Summ. lib. 11. de matrim. cap. quinto, numero sexto, quia Concil. Trident. & cap. fin. de clandestin. despons. soli parocho imponunt pœnam, sed vt inquit Sanchez vbi supra, numero septimo, Cõcil. Trident. nec parocho, nec contrahentibus omissis denunciationibus pœnam imponit, sed tantum, quando absque debito testium numero, vel sine parocho celebratur matrimoniũ, & d. cap. fin. in fin. de clandestin. desponsat. expresse parocho assistenti, & contrahentibus absque denunciationibus pœnam imponit: parocho triennalem suspensionem, contrahentibus condignam pœnitentiam, & cum pœna ibi non sit præscripta, erit arbitria, vt resoluimus de Iuramento confirmatorio prima parte, cap. 51. numero 25. & nobiscum, & cum alijs Thomas Sanchez dict. numero septimo, vbi etiam quod testes in præd. specie condigna sunt pœnitentia puniendi, vt nos quoque probauimus vbi supra, si vero parochus non inito consilio, nec data opera, sed ex ignorantia credens banna præcessisse ea omisit iuxta qualitatem ignorantiæ leuiori pœna puniendus erit, secundum Salzed. vbi supra, addentem, quod ipsi contrahentes si modo bonam fidem habuerint puniendi non sunt, quia nulla culpa imponi potest, qui parocho asseueranti facta iam fuisse banna fidem præstiterint, prout tenebantur, ex Segura in Directorio Iudicum Ecclesiasticorum, secunda parte, cap. 15. numero 40.

10 Alia pœna contrahentium matrim. clandestinum in aliquibus diœcesibus est excommunicatio, quam Episcopi in suis Synodalibus constitutionibus in hos proferunt, & quamuis Dominicus à Soto in quarto, distinctione 28. quæstione vnic. articulo secundo, quo igitur, & Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 47. articulo quinto, §. an autem, folio 452. columna prima, in principio, censeant multum consultius fore, eam excõmunicationem non fulminari, quia si Pontifices, & Concilia ea opus esse iudicarent, eam tulissent, nihilominus tamen sustineri potest, quod in hoc faciunt Prælati cum adiuuẽt pœnas Iure Communi statutas, imo expedit pœnas augeri, quotidie crescente malitia hominum, vt recte considerauit Sanch. lib. 3. disputatione 46. numero 9.

11 Cuius autem fori sit imponere pœnas laicis clam contrahentibus videndus est Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 54. per totam, vbi numero 3. concludit hoc delictum esse mixti fori, & sic erit locus præuentioni, vt docent Mench. de succes. creat. lib. 3. §. 26. numero 69. Azeued. in l. prima, numero 42. & 46. titulo primo, lib. 5. nou. collectio. Reg. & nos lib. secundo practic. quæstione secunda, numero primo, vbi etiam resoluimus in versiculo post vero, quod post publicationem Sanctissimi Cõcil. Trident. sessione 24. cap. primo de reformatione matrim. cum matrimonia clãdestina sint nulla.

12 Iudices seculares detinẽtes in suis carceribus publicis huiusmodi delinquentes, nempe sic contrahentes, & testes interessentes huiusmodi matrimonijs clandestinis nullis, minime teneri eos remittere ad iudices Ecclesiasticos

Universidad de Deusto
Biblioteca

donec ab eisdem secularibus puniantur, & quod respectu punitionis huius delicti cum sit mixti fori, non habebit locum inhibitio iudicis Ecclesiastici, nec præceptum remittendi, sed erit locus prænentioni quod verissimum puto, quidquid Sanchez vbi supra, numero 6. dicat nos immerito sic restringere, inquit enim, quod etiam modo potest esse necessaria testiũ depositio coram Ecclesiasticio iudice, vt ibi per eum, sed nos ibi non loquimur quando matrim. est validum; puta, quia celebratum fuit coram parocho, & testibus omissis denunciationibus, & quod sit validum in hac specie patet ex nobis de Iuramento confirmatorio prima parte, cap. 51. numero, sed loquuti sumus in prædict. practic. quæstione quando matrim. clandestinum proculdubio est nullum, vt constat manifeste ex nostris verbis: at Sanchez loquitur quando est validum, quod est diuersum. 15

13 Pœna autem suspensionis per triennium à iure imposita parocho assistenti matrimonio clandestino est ipso iure lata, sed ferenda à iudice, vt constat ex d.c. fi. de clandest. desp. ibi, dum dicit suspendatur, vt cum alijs probat Thom. Sanch. d. lib. 3 disputatione 48. numero 2. vbi ex hoc infert posse causa iusta augeri, & minui, ex d. §. fi. ibi: grauius puniendus si delicti qualitas postulauerit, per quem ita tenet ibi Præpos. numero 11. vers. sexto, & Bernard. Diaz de Lug. in sua pract. crimin. Canon. in noua editione ca. 73. nu. 2.

14 Neque esse correctã hodie hanc pœnam triennalis suspensionis per Concil. Trid quando parochus vel alius sacerdos assistit matrim. clandestino inualido defectu numeri testiũ, sed vlta pœnam cõtrariã, quã in hoc casu imponit parocho Cõcil. Trid. sess. 24. cap 1. de reformat. matrim. versic. insuper parochũ imponendã esse triennalem suspensionem, tuẽtur Ignat. Salzed. ad Bernard. d. ca. 73. versic. octauo nõ est obliuioni, Veracruz in Appendice ad Specul. coniug. dubio 11. in fine, Maiol lib. 3. de irregul. cap. 25. numero 17. Manuel 1. tom. summæ, ca. 112.

Sed contrarium est verius, & tenendum, nempe cessare hodie suspensionem triennalem per pœnam arbitrariam imposítam per Concil. Trid. vt rectius probant Marienç. in l. 1. glossa 7 titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & Thom. Sãchez vbi supra, numero 4. qui num. 5. libenter fatetur standũ esse pœnæ d.c. fi. §. fi. quando parochus proprius, vel alius Sacerdos de eius licentia interfit matrimonio valido, clandestino tamẽ ob denũciationũ omissionẽ, cum Cõcil. Trid. in hac specie nullam statuat pœnã, vt ibi cum alijs probat.

Quod si quis parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiamsi id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponsos sine illorum parochi licentia matrim. coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspensus manet, quãdiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur, & in hoc casu non habet locum suspensio triennalis, de qua in d. cap. fin. de cland. desponſ. vt in terminis recte probauit Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 48. num. 6. aduersus Enriquez, qui præd. Decreti fuit immemor.

16 Excusabit tamen à præd. suspensione Concilij, quælibet ignorantia etiam crassa, dummodo nõ sit ita crassa, vt ingẽs sit temeritas, vt deducitur ex illo tex. ibi, ausus fuerit, & bene iure probat Sanchez vbi supra, numero 7 qui est omnino videndus: vbi numero 8. cum alijs probat, quod sacerdos regularis matrimonium solẽnizans absq; proprij parochi licẽtia vltra suspensionem ad nutum Ordinarij de qua in d. Decreti Concilij Trident. incurrit excommunicationem Pontifici reseruatam, de qua in Clementina prima, de priuileg.

17 Licet enim noua pœna mitior lege noua statuta corrigat rigidiorem antiquæ legis, hoc verum est in pœnis à iudice inflingendis, non autem in his, quæ ipso iure incurruntur, vt sunt excommunicatio, & suspensio illa Concilij Trident. vt cum Anania, Nauar. & alijs tenet Sanchez vbi supra, d. numero 8.

18 Parochus autem alienus, vel sacerdos qui non est parochus non assistens matrimonio, sed alij sacerdoti licentiam assistẽdi concedens, non incurrit vllam pœnam suspensionis, nec per triennium, nec arbitrio Episcopi: vt late probat idem Thomas Sanchez d. lib. 3. disputatione 49. numero 2. cum sequentibus, credo tamen quod pœna alias arbitraria puniri possit, quia prohibitum fuit; argumento l. nemo martyres C. de S. S. E. Quod si non sacerdos parochus esset, incurreret suspensionem Concil. Trident. coniungens alienos parochianos, quia respectu parochi non pecit qualitatem sacerdotij, non tamen incurreret suspensionem triennalem, ita Sãchez vbi supra, num. 3.

19 Parochus triẽnio suspensus, qui interfuit clandestino matrimonio in specie de qua in d. cap. fin. §. fi. de clandest. desponsat. & eo triennio adhuc durante iterum assistit, & suspenditur alio triennio: an vtrumque triennium integrum complere debeat, vel vnũ cũ alio cõfundatur pro tẽpore, quo vtrumque concurrit: dependet ab illa quæstione, an suspensus, vel alia pœna videlicet ex illis affectus ad tẽpus, si durante illo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipiat priori finito, vel statim à tempore impositionis huius secundæ pœnæ, in qua quæstione tres opiniones Doctorum refert Thom. Sanchez d. lib. 3. disputatione 50.

Prima est, vt incipiat finito priori tẽpore.

Secunda distinguit, vt siquidem imponatur pœna, vt species, ideſt cum determinatione temporis à quo incurritur, vt sit suspensus per triennium à die delicti, tunc triennium posterius incipit à die delicti commissi, & confunditur cum priori tempore: si vero pœna ponitur generaliter, & indeterminate, vt dicendo sit suspensus per triẽnium, posterius triennium incipiet priori finito.

Tertia sentẽtia est, quam præ cæteris eligit iste Author, vt incipiat statim à die sententiæ iudicis inferentis posterius triẽnium, aut quando incurritur ipso iure statim à die commissi delicti, & ita confundi cum priori tempore, nisi iudex in sententia declaret, vt incipiat finito priori tempore, quod potest iudex declarare, vt ibi recte probat.

Illud tamen addo, quod quando posteriori iudici non constitit de priori suspensione, vel exilio, idem erit dicendum, nempe vt posterius tempus incipiat currere statim à die sententiæ iudicis inferentis posterius triennium, vel statim à die commissi delicti, quãdo pœna incurritur ipso iure, quia in pœnis benigna est interpretatio facienda, vt in regula iuris vulgaris, & præfatam tertiam sententiam tenẽt glossa, verbo sequentes in Clementina 2. de Magist. & ibi Cardin. & alij relati à Sã chez vbi supra numero 3.

21 Parochus insuper suspensus ab officio, quia interfuit matrimonio clandestino, nõ est suspensus à beneficio, quia tex. in d.c. fi. §. fi. de cland. desponſ. solũ præcipit suspendendũ esse ab officio, & in terminis ita tenet Fr. Manuel Rod. in 1. tom. Sũmæ, 2. editione, c. 221. & n. 4 contra Ludou. Lop. in 2. parte Instru. cõsc. tit. de matrim. c. 39. fol. 1060. col. 2. dicentem esse etiam suspensum à beneficio, quia est grue crimẽ: addit tamẽ Manuel posse iudicẽ in hoc casu suspẽdere illũ parochũ à beneficio, quia per S. Cõcil. Trid. sess. 24. c. 1. de reformat. matri. Episcopi arbitrio remitti tur pœna. Illud tamẽ Decretũ tantũ loquitur quãdo matrim. clãdestinũ, cui interest parochus, est nullũ defectu numeri testiũ requisiti, in quo casu pœna suspẽsionis antiqua cessauit, vt diximus supra n. 14. & resoluit Tho. Sanch. disput. 51. nu. 14. lib. 3. priorẽ doctrinã Emanu. sequutus, vbi admittit posse Iudicẽ suspendere eũ parochũ triẽnio suspẽsum ab officio, eo quod interfuit matrim. clãdestino ob solam denunciationum omissionem, suspendere eum quoque simul à beneficio quãdo culpæ grauitas hoc postularet, per tex. in d. ca. fi. §. fin. ibi: grauius puniendus si culpæ qualitas postulauerit.

22 Dubium tamen est, an parochus trienio suspensus, quia interfuit matrim. clandestine posit à suo Episcopo absolui ab ea suspẽsione. Et posse quidẽ videtur ex c. nuper de sententia excom. versiculo in secundo casu, ibi, quia conditor eius Canonis siue absolutionem siue solutionẽ specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur alijs facultatem relaxandi, & ibi communiter DD. & est communis, vt affirmat Petrus Rebu. n. 42. in loco statim

Universidad de Deusto
Biblioteca

citando, & licet ille tex. loquatur in absolutione ab excommunicatione non reseruata, eadem ratio esse videtur de absolutione à suspensione non reseruata, vt tenet Inno. in cap. 2. de solut. in fin. & in terminis d. cap. fin. §. fin. de clandestin. desponsatione, vbi non reseruatur absolutio à suspensione triennali de qua in illo tex. docent ibidem Hostiens. super versiculo per triennium, Ioan. Andr. numero 11. Præposit. numero 11. Barthol. à Ledesma de matrimonio dubio 21. post sextam conclusionem.

Sed nihilominus contrarium est tenendum, quia superiora procedant, vbi quis à iure suspenditur indefinite nullo designato termino, secus vbi terminus suspensioni adijcitur, vt in proposito: præterea, quia illa cõstitutio d. cap. fi. est edita in Concil. generali Lateranens.

23 At Episcopus non potest dispensare in constitutione Conciliari, si in Concilio non exprimitur, quod possit dispensare, vt tenent communiter DD. in cap. at si clerici §. de adulter. de iudic. & præcipue ibi Felin. num. 5. & D. Sahagum ibidem numero 76 & regulam cum fallentijs ponit in hoc Petr. Dueñ. in regula 248. Rebuf. in tract. nominat. quæst. 5. num. 35. fol. 130. ad fi.

24 Denique, quia Episcopus quãcunque suspẽsionem ob delictum impositã tollere non potest, iuxta glossam cap. cupiẽtes, §. cæterum, verbo suspensus de electione in 6. Abb. in cap. tam litteris, num. 3. de testibus, & ibi Arerin. num. 23. Nau. in sum. Hispan. cap. 27. num. 63. versic. tercero, Latin. numero 162. versiculo 7 cum multis alijs, vt per Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 42. numero 2. vbi hanc secundam sententiam in terminis in specie, vt non possit Episcopus absoluere à suspensione, cui certus terminus adijcitor cum glossa in Clementina 1. §. verum, verbo excommunicationis, de hæret. & cum alijs quampluribus DD. probat, & tenet contra priorem.

25 A suspensione autem ipso iure imposita à Sacro Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. in Decret de reform. matrim. Parocho, vel alij sacerdoti coniungenti alienos parochianos absque licentia proprij parochi non solum Episcopus, sed etiã eius Vicarius generalis poterit absoluere, vt patet ex d. cap. 1. ibi: ipso iure tadiu suspẽsus maneat, quandiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur, vt per Sanchez vbi supra, numero quarto, quia nomine Ordinarij comprehenditur Vicarius generalis Episcopi, & quicunque alius habens iurisdictionem ordinariam, vt docet idem Sanchez d. lib. tertio, disputatione 29. numero quinto. Itaque hic Ordinarius absoluturus non debet esse Ordinarius iudex suspensi absoluendi, sicut in alijs absolutionibus, & dispensationibus contingit: sed Ordinarius illius parochi cuius erat illud matrimonium celebrare, aut benedicere, vt expresse cauetur in d. cap. 1. Concilij.

26 An autem filia contrahens matrimonium, *que la Iglesia tiene por clandestino*, post Concil. Trident. possit exhæredari à patre iuxta l. 49. de Toro, quæ habetur in l. prima, titulo primo, lib. quinto nou. collect. Reg. & circa eius intellectum late egimus lib. secundo practic. quæstione prima, secunda, tertia, & quarta. & post nos Thomas Sanchez d. lib. tertio de matrimonio, disputatione 47. per totã: ideoque non oportet hic iterum ea repeti; & an tunc temporis requiratur sententia circa exhæredationem, & amissionem bonorum bene agit Thomas Sanchez vbi supra, d. lib. 3. disputatione 53. in principio vsque ad numerum 6.

SVM-

SVMMARIVM Cap. LXXVI.

1 *CONTRACTVS quicunque metu cadentis in constantẽ virum celebrati, an sint ipso iure nulli necne? & numero 2. cum sequentibus.*

3 *Dominium transfertur ex contractu metu celebrato.*

4 *Metu res acquisita transit eo vitio affecta in quemcunque possessorem.*

5 *Metum passus sua culpa incidens in eũ non potest agere ad rescissionẽ contractus, & idem est quando metus absque iniuria infertur: secus quando metum passus culpæ reus fuit, sed metus iniuste, & non iuridice incutitur, tunc enim subuenitur metum passõ, vt in numero 6.*

7 *Metu leui extorta an sint in foro conscientiæ, & externo restituenda ad petitionem partis metum passæ? & numeris sequentibus.*

8 *Matrimonium contractum metu cadẽti in constantem virum, an sit validũ necne, & numeris sequentibus resoluitur negatiue, & numero 9 quod nõ requiritur relaxatio iuramenti in proposito, & numero 10. quod iustus metus dicetur etiamsi arma semel sumpta fuerint deposita, & numero 11. quod procedit siue præd. metus inferatur per contrahentem, siue absque eius culpa per quemcunque alium, & numero 12. 13. & 14. ampliatur alijs modis.*

15 *Metus cadens in constantem virum quo iure irritet matrimonium?*

16 *Metus an irritet matrimonium, quando iuste incutitur?*

17 *Matrimonium metu cadente in constantem virum an ita inualidum sit, vt nullam prorsus pariat obligationẽ de non ratificãdo illud respectu eius, qui non est passus metum, vel, an possit hic resilire antequam metum passus ratificet pristinum consensum?*

18 *Contrahens vero consensu matrimoniũ per metum cadentem in constantem virum, nõ peccat, quamuis id esse nullum sciat.*

19 *Matrimonium contractum metu leui, non cadente in virum constantem, an sit nullum in foro conscientiæ, & numero 20.*

21 *Matrimonium metu cadente in constantem virum ratificatur, si postea accedat copula sponte habita affectu coniugali, & ex tunc incipit valere, si alter qui absque metu consenserat in pristino consensu perseueret.*

22 *Matrimonij ratificatio ad hoc, vt ex longa cohabitatione sit valida requiritur, vt ratificans sciat prius contractum fuisse nullum, alias namque si ex errore quo putabat prius matrimonium validum fuisse, cohabitaret, aut copula maritali accederet, non ratificabitur prius matrimonium, & quod tempus ad ratificationem requiratur, numero 23. & numero 24. quomodo hoc intelligendum sit, requiritur etiam præterea, quod habitatio illa sit omnino spontanea, cessaueritque omnino timoris causa, vt in numero 25.*

25 *Metus causa durante durat metus, quamuis in actu exteriori appareat omnimoda libertas, & numero 26.*

27 *Vxor quæ nolebat consentire cuidam instrumento percusa valde per maritum, si postea mulier consensit ex interuallo metu hoc feciss videtur.*

28 *Mulier, quæ ingressa est religionem per metum alicuius personæ etiamsi existat in religione per multos annos, viuente illa persona, quæ metum ei intulit, non ex hoc purgatur metus, & numero 29. an hoc procedat stante Sancto Concil. Trident. cũ numeris sequentibus.*

30 *Matrimonium post Sacrum Concilium Tridentinum de præsenti celebratum à duobus impuberibus, vel à pubere, & impubere, maioribus tamen septennio, solemniter coram parocho, & testibus interuenĩte copula, post pubertatem cohabitatione, amplexibus, vel osculis, non ratificatur absq; eo, quod eadem solemnitate repetita de nouo celebretur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 *Copula quando sufficiat ad ratificandum matrimonium nullíter contractum post Sanctum Concilium Tridẽtinum.*

32 *Metus impedimentum, vel alias dirimẽs, occultũ, etiãsi post ea sit sublatũ nõ tollit, quin iterũ sit expresse denuo celebratum coram parocho, & testibus, vel saltim absque eis sequendo quorũdam opinionẽ, de qua & alijs duabus numero 32. statim sequenti, & 33. & 34. 35. & 36.*

37 *Concilij Trident. Decretum cap. 6. de reformatione matrim. incipiẽti, liceat Episcopis, intellectus.*

38 *Benedictiones nuptiales ante tempus debitum factæ non sunt iterum faciẽdæ.*

40 *Matrimonium quando est nullum ob impedimentum occultum, an ad eius ratificationem oporteat alterum conjugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij?*

41 *Matrimonium an sicut metu initum ratificatur copula spontanea affectu maritali habita, iuxta opinionem Thomæ Sanchez, ita etiam ratificetur copula graui metu extorta?*

42 *Sponsalia metu cadente in virum constantem inita an sint valida, & numero 43. limitatur in metu leui.*

44 *Iuramentum in matrimonio metu graui præstitum, an obligationem pariat?*

45 *Matrimonium secundum contrahens post aliud matrimonium metu cõtractum cum iuramento permanere debet cum secunda.*

46 *Sponsalia metu contracta accedẽte iuramento, non efficiuntur valida, & quid si metus sit leuis, numero 47.*

48 *Iuramentum accedens promissioni dotis, & constitutioni procuratoris ad matrimonium, & voto, vel professione religionis, metu tamen extortum, non obligat, neque indiget absolutione.*

49 *Metus siue iustus, siue iniustus ex graui malo habitus, vel quod natura accidit, vel in quod sua se culpa contecit, non annullat matrimonium, & numero 50. quid sit quando metu iniusto matrimonium fuit celebratum.*

CAPITVLVM LXXVI.

De contractibus tã matrimonij, quam alijs celebratis metu cadente in constantem virum, an sint nulli ipso iure, vel rescindendi?

CONTRACTVS quicũque metu cadente in constãtem virum celebrati esse ipso iure nullos plura suadent, quæ cumulãt DD. infra citandi: quare hanc sententiã voluit Bart. in l. metum autem præsentẽ 9. §. volenti, numero 2. ff. de eo quod met. caus. Fortun. Garc. de vltim. fin. illatione 21. numero 387. cũ sequẽtibus, Sotus lib. 8. de Iustitia, & Iure quæstione 1. articulo 7. in solutione ad 3. in versic. seriosus tamen, Michael Palatio lib. 4. de contract. cap. 9. §. dixerim igitur, Molin. de Iustitia, & Iur. secundo tom. disputatione 326. in solutione ad secundum, colũna 441. Carbo. de restitutione, quæstione 46. conclus. 5. quod si hæc vera esset sententia bene ex ea inferretur, non trãferri dominiũ ex cõtractu metu inito, vt probarunt Fortun. d. illatione 21. numero 449 & Molin. vbi supra.

2 Sed cõtraria sententia in articulo principali verior est, & tenenda, imo quod cõtractus metu cadenti in virum constantẽ celebrati sint validi, sunt tamen rescindendi actione, quod met. caus. quia voluntas coacta voluntas est, l. si mulier 21. §. si metu coactus, *el segundo*, ff. de eo, quod met. caus. & l. si metus causa 84. ff. de acquir. hæred. tex. in principio de except. l. fi. C. de his, quæ vi, met. ve caus. fiunt, l. 56. titulo 5. partita 5. ibi, *por miedo, ò por fuerça comprando, ò vendiendo deue valer: antes dezimos que deue ser desbecha la compra:* & ita hanc sententiam tenet glossa in cap. vnic. de his, quæ vi, &c. in 6. notab. 1. & in cap. super hoc de renunt. verbo resignationis, & in cap. secundo, verbo coactus, de his

de his, quæ vi, &c. & ibi cõmuniter DD. diximus in nostro tract. de Iuram. Confirmatorio, prima parte, cap. 57. num. 21. & consil. 16. numero 1. vbi cum communi id ampliauimus etiamsi contractus sit iuramento firmatus, quia adhuc rescindi debet propter dolum, vel metum, & congerit quamplures Authores huius secundæ sententiæ contra primam tam Iuris Canonici professores, quam Iuris Ciuilis, & Theologos, qui hanc secundam sequũtur Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disputatione 8. numero 4. per totum, vbi numero 10. late, & per ordinem respondet fundamentis contrarijs prioris sentẽtiæ, quæ adduxerat pro ea num. 2. & num. 5. cum alijs Authoribus recte deducit, & probat ex hac secũda sententia, quæ verior, & cõmunissima est per contractus metu celebratos transferri dominium, & numero 11. respondet fundamentis contrarijs.

3 Aliqui tamen casus excipiũtur, in quibus metu facta irrita sunt, de quibus per glossam, verbo coactus, & ibi DD. de his, quæ vi, &c. & specialiter de resignatione beneficij metu facta agit Nauar. in cap. accepta de restitutione spol. oppositi. 5. per totam, & Flam. Paris. de resign. benef. lib. 13. quæstione 2. & de testamento metu facto an nullum sit Mench. de succes. creat. §. 17. numero 5. cum sequentibus, & Padill. in l. interpositas, numero 4. C. de transa. Bursat. consil. 72. num. 22. volumine 1. de iurisdictione concessione metu extorta an valeat, agit Thom. Sãchez lib. 3. de matrim. disputatione 39. numero 13.

4 Nec interest, vt contractus mętu celebratus rescindatur, an is, in cuius fauorem contractus celebratus est, metum grauem intulerit, siue alius, quia res illa metu acquisita transit eo vitio affecta in quemcunque possessorem, vt expresse decidit tex. in l. si cum exceptione 14. §. in hac actione, ff. de eo, quod met. caus. vbi glossa verbo lucrum, idẽ ait esse, si ex causa non lucrativa, quod expresse probatur in §. aliquando eiusdẽ l. ibi, vnde quidam putant bonę fidei emptorẽ, &c. iunctis verbis final. eiusdẽ §. ibi, sed rectissime Iuliano videtur etiam hos teneri, ne metus, quem passus sum, mihi captiosus sit, & in §. Pedius eiusdẽ l. quatenus indistincte ait, etiamsi ad alium res peruenit, glos. in cap. 2. verbo coactus, ibi, nec refert, &c. de ijs, quæ vi, &c. & ibi Host. liẽs paulò post princip. super verbo coactus & Thom. Sanch. d. lib. 4. disputatione 8. numero 7.

5 Limitatur tamen sententia communis præfata, quæ habet, quod contractus metu cadenti in virum constantem celebrati sint rescindendi, vt procedat, nisi metum passus inciderit culpa sua in metum, vt in exemplis, de quibus in l. continet, *la tercera*, §. sed vim, ff. de eo, quod met. caus. & l. si mulier 21. ff. eodem titulo: ratio est, quia in hac specie cessat ratio iniuriæ illatæ metũ passo, siquidẽ metus iuste infertur, glos. verbo coactus in versic. tenẽt ergo, de ijs quę vi, &c. & ibi cõmuniter DD. diximus de Iuram. Confirmatorio prima parte cap. 57. numero 5. & plures congereus Thomas Sanchez vbi supra, numero 8.

6 Vbi numero 9. hanc doctrinam communem veram esse intelligit, quando metus absque iniuria infertur, iuxta d. l. si mulier: secus, quando metum passus culpæ reus fuit, sed metus iniuste, & non iuridice incutitur, tunc enim subuenitur metum passo iux. l. nec timorem, ff. de eo, quod met. caus. alias secus iuxta glos. in d. l. si mulier, verbo quia, Gofred. in Summa titulo de his quæ vi, numero 3. Hostiens. in cap. veniens, *el segundo*, de sponsal. ad fin. & ibi Ioan. Andr. numero 8. Ant. de Butr. 7. & Henrich. numero 1. 2. & 3. & ita se explicarunt Sũmæ Rosel. verbo metus, numero 2. Ang. num. 10. & Syluest. quæstione 6. Tabien. verbo coactio, quæst. 8. numero 9. dicentes valere contractũ metu iuste incusso celebratum, vt si marius minetur vxori accusationem de adulterio, secus si iniuste incutiatur metus, vt si mortem priuata authoritate ei minetur.

7 An autem extorta per metum leuem sint restituenda in foro conscientiæ necne, siquidem in foro externo põ restituũtur ad petitionem partis metum passæ, nisi solum, quando metus fuit cadens in constantem virum, agit late idem Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 9. per totam, vbi quatuor opiniones contrarias diuersorũ

Universidad de Deusto Biblioteca

Authorum in hoc refert,& fundat, prima est negatiua, quã tenet Merym. in suo C. de restit qæst. 3. causa 2. versi si fiat remissio: secunda nullum esse discrimen in hoc inter vtrumque forum cum quadam distinctione de qua per Sarmient. lib. 2. select. interpret. cap. 11. à numero 6. vsque ad 11. Tertia sententia est distinguens in actibus gratuitis, vt donationibus, eleemosynis, mutuis, & in actibus oneros, vbi non interuenit mera gratia, sed do, vt des, facio, vt facias, vt in illis gratuitis extorta metu leui sint restituenda: secus in onerosis, secundum Ludouic. Lop. in suo Instruct. conscien. secũda parte de matrim. cap. 40. §. porro.

Quarta sententia verior, communis, & tenenda est, nempe extorta per metũ leuem, qui est causa sine qua non, indistincte esse in foro conscientiæ restituenda, quam latissime iure cõprobat plures Authores eam tenentes citans Thomas Sanchez d. disputatione 9. numero 4. & merito, quia & in foro externo, licet non detur actio, quod met. caus. nisi metus cadat in constantem virum, cæterum metũ minorem passo succurretur officio iudicis, & rescindetur contractus, vt tenent plures, quos ibi numero 5. refert, & sequitur, & numeris 7. &. 8. duobus modis limitat præd. quartam sentẽtiam, primo quãdo fit donatio ex metu non ad id incusso, quia tunc valet, nec tenetur alter restituere, veluti si quis, dum iniuste mors sibi imminet ab aliquo, cuidam pauperi aliquid promitteret, vel donaret, vt Deus ipsum ab eo periculo eriperet, valeret quidem nec teneretur pauper aliquid restituere: secundo quando metus incutitur iniuste, quia si iuste incutiatur, non tenetur accipiens restituere, quia cessat iniustitia, & iniuria, quæ est causa restitutionis: hinc plurima infert Sanch. vbi supra, numero 9. cum sequentibus quoad forum conscientiæ vtilissima, quæ per ipsum possunt nũcupatim videri.

8 Sed vt ad materiam nostrã matrimonij metu cadenti in constantem virum cõtracti redeamus, an sit validum ipso iure, vel irritum, & nullum? obseruãdum proculdubio est, huiusmodi matrimonium contractum metu cadenti in constantem virum, ad eum finem iniuste incusso, esse nullum in vtroque foro, ex tex. in cap. cũ locum, & cap. veniens, *el segundo*, de spons. & cap. significauit de eo, qui dux. in matr. &c. cum simil. & in terminis ita tenet glossa verbo coactus in versiculo, & primo in causa matrimonij, in cap. 2. de his quæ vi, &c. & ibi communiter DD. D. Couar. de sponsal. secunda parte, cap. 3. § 5. numero 1. Nauar. in Man. cap. 22. numero 51. & 52. Matien. in Rubrica tit. 1. glos. 1. numero 189. vbi numero 190. ampliat etiam si præd. contractus matrim. metu factus sit iuramento firmatus, vt in d. cap. significauit, de eo, qui dux. in matr. &c. Couar. vbi supra, numero 2. nos consil. 16. numero 10. & plurimos referens latteque hoc probans Thom. Sanch. d. lib. 4. disputatione 12. numero 18. quicquid alij teneant quos supra numero 16. & 17. retulerat.

9 Nec requiritur relaxatio iuramenti in præd. specie, vt cum alijs probat Matien. vbi supra d. numero 190.

Et iustus metus in proposito fuisse dicetur etiamsi arma semel sumpta fuerint deposita, vt cum alijs diximus d. consil. 16. numero 10.

10 Ampliatur primo hæc verisima, & recepta sententia, siue præd. metus inferatur per contrahentẽ, siue absque eius culpa per quemcunque aliũ, vt bene probat Thom. Sanch. vbi supra, numero 19.

11 Secundo ampliatur, vt procedat nedum, quando aliquis cogitur cũ certa fœmina matrimonium cõtrahere, sed etiã cũ incerta de certis, vt cum alijs probat D. Couar. d. § 5. numero 8. Padill. in l. interpositas, numero 6. C. de transact. Ant. Cuch. lib. 5. instit. mai. titulo 12. num. 127. & cum alijs etiam Sanch. vbi supra, numero 21.

12 Tertio ampliatur, vt procedat etiamsi matrim. contractum sit in præsentia cõsanguineorum, & amicorum, licet tũc gratiuetur actor onere probandi metum duriorem, & grauiorem iuxta veriorem opinionem, quam refert ex Bald. Paul & Felin. Ant. Gom. cap. 14. de restitutione min. numero 27. nos d. consil. 16. numero 24. Burg. de Paz consil. 3. numero 69. & Sanch. vbi supra, num. 21. vbi in vtroque foro loquitur, si tunc vere non cessauit metus cogens ad matrimonium.

13 Quarto ampliatur, vt non solum matrim. metu viri constantis initum sit nullũ: sed etiam non valeat ipso iure constitutio procuratoris ad illud ineũdum metu viri constantis facta, ita tenent Hostiens. in d. cap. cum locum, paulo post princip. de sp. & ibi Ioan. Andr. numero 1. Imol. in d. cap. 2. numero 5. in fin. de ijs quæ vi, D. Couar. in d. § 5. numero 9. ad fin. Padill. in d. l. interpositas, numero 7. idque est speciale in matrimonio ratione libertatis ad illud requisitę, quicquid sit in constitutione procuratoris metu facta ad celebrandos alios contractus, vt recte cum alijs docet Sanch. vbi supra, num. 22.

14 Quinto ampliatur, vt non solum matrim. & constitutio procuratoris ad illud contrahendũ metu facta annullentur, sed etiam dotis promissio, & solutio metu facta sit ipso iure nulla, tanquam matrimonio accessoria, l. si mulier 21. §. si dos, ff. de eo quod met. caus. l. fi. titulo 11. partita 3. vbi hoc extenditur ad promissionem arrarum, vt metu facta non valeat, vt obserua uit ibi Greg. Lopez in glossa, *ò prometiesse*, Padill. in d. l. interpositas, numero 7. & Sanch. vbi supra, num. 23. vbi ait hoc esse speciale in dote, vt eius promissio metu facta sit omnino irrita iuxta glos. sępe allegatã in d. cap. 2. verbo coactus, de ijs, quæ vi, & alios quos ibi citat, vbi etiam defendit rationem præd. huius sententiæ, nẽpe quod dos sit accessoria matrimonio.

15 Quo autem iure metus cadens in constantem virum irritet matrimonium, an iure naturæ, vel iure solum Ecclesiastico agit late idem Sanch. d. lib. 4. disputatione 14. per totam, vbi duas opin. contrarias quamplurium Authorum refert, & illam veriorem esse credit, & probat, vt solo iure Ecclesiastico sit irritum huiusmodi matrimonium.

16 Sed an metus irritet matrim. quando iuste incutitur tres quæstiones principales in hoc refert idem Sanch. d. lib. 4. disputatione 13. per totam, & eam numero 3. tãquam probabiliorẽ late probat, metũ minimum irritum addere matrim. quando iuste incutitur.

Sed quamuis metus iuste incussus annullaret matrim. inutile prorsus esset medium quo aliqui iudices Ecclesiastici vtuntur, nolentes concedere facultatem inclusso in carcerem propter stuprum, vt stupratam ducat, donec carceribus extrahatur, vt libere contrahat, & ita solet extrahi, non tamen liber dimissus eam vxorem ducit, vt alios referens probaui, & sequutus fui de Iuramento cõfirmat. prima parte, cap. 51. numero 10. & nobiscum alios allegans Sanch. d. disputatione 13. numero 4. vbi numeris sequentibus nonnulla certa, & clara ex supradictis infert apud ipsum videnda.

17 Magna autem difficultas est, an matrimonium metu cadente in constantẽ virũ contractum, ita inualidum sit, vt nullam prorsus pariat obligationem denuo ratificandi illud respectu eius, qui non est passus metum, vel an possit hic resilire antequam metum passus ratificet pristinum consensum? in quo duos casus distinguendos esse censeo: primus est, cum alter cõtrahens immunis fuit culpæ, quia ignorauit alteri metum fuisse incussum: & tunc hic contrahens non est cogendus stare matrimonio, potestque ab eo resilire eius nullitate comperta, nec priori illo consensu ratificato per coactum.

Secundus casus est, quando non coactus particeps fuit culpæ metus alteri illati, & tunc duplex est sententia DD. vna ait, non posse eum, qui libere consensit, resilire, sed teneri congruo tempore arbitrio prudẽtis expectare, an alter velit stare matrim. peccareque si hoc non expectet. Altera vero probabilior affirmat, nõ teneri cogentem in foro conscientiæ per ficere illud matrim. donec per iudicem condemnetur, sed libere altero inuito posse resilire, nisi aliud dãnum sequutum sit, vt late vtramque fundans hanc secundam probabiliorem, & merito appellat Tho. Sanch. d. lib. 4. disputatione 15. per totam.

18 Contrahens autem vero consensu matrimonium per metum cadentem in constantem virum, non peccat, quamuis id esse nullum sciat, ita tenet Nauar. in cap. 28. Manual, lingua Hispana composito in additione numero 51. cap. 22. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. numero 6. & late

Thom.

Thom. Sanch. d.lib.4. disputatione 16.numero 6. per totum, vbi numero 7. ampliat idem esse licet iuramẽtum accederet matrimonio metu extorto.

19 Magna tamẽ controuersia inter DD. nostros versatur, an in foro conscientiæ matrim. contractum metu leui, non cadẽte in cõstantem virum sit nullum: quamplures namque volunt, idque affirmant, quando consensus non est spontaneus, sed illo metu extortus, ita vt nullo pacto contrahens id matrim. eligeret, nisi eo metu perterritus, alij vero quamplurimi Authores contrariũ probant, & tenent, quia Ecclesia solum irritauit matrimoniũ metu viri constantis initum, & vtraque opinio est probabilis, hæc autem posterior tenenda est tanquam probabilior, secundum Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 17. numero 4. qui per totam illam disputationem articulum hunc in vtramque partem examinat, & Authores vtriusque opinionis refert. Addo ego tenẽtes priorem præf. opinionem in suo casu ita restricto, vt prædiximus, non errare meo iudicio, saluo alio saniori.

20 Nihilominus tamẽ coactio quãtũuis leuis, si omnino consensum tollit, dirimit matrimonium in foro conscientiæ, licet non dirimat quoad Ecclesiam, vt cũ Gabriel. & communi Doctorum tenet Pater Ferdinandus Rebello Societatis IESV, de obligat. Iustitiæ lib. 2. de matrimonio, quæstione 11. sectione 1. in verficulo dixi modo, &c. pagina 278. columna 2. quia sine consensu non est contractus coram Deo, qualiscumque sit metus: Ecclesia vero, cui constat de facto, præsumit de meliori, ac proinde de cõsensu, vt ibi per eũ.

21 Matrimonium tamen metu cadente in constantem virum celebratum, ratificatur, si postea accedat copula sponte habita affectu coniugali, & ex tunc incipit valere, si alter, qui absque metu consenserat in pristino cõsensu perseueret, vt probat D. Thom. in 4. distinctione 29. quæstione vnica, articulo 3. quæstiuncula 2. ad secundum, & alij quamplures Theologi, & Iuristæ, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra d. lib. 4. disputatione 18. numero 2. vbi idem probat, si copula illa nõ fit omnino spontanea, sed metu leui extorta: & numero 3. addit non tantum per copulam spontaneam ratificari prius matrim. metu graui extortum, sed etiam per diutinam habitationem mutuam spontaneam data opportunitate recedendi, vt in cap. ad id de sponsa. & docent omnes de hac re agentes, nec tũc requiritur, quod simul interueniat copula, quia ipsa sola spontanea sufficeret, vt prædiximus, & ita hanc opinionem tenent Hostiens. & communiter DD. in d. cap. ad id, Gregor. Lop. in l. 15. in glossa, *le plugieſſe*, titulo 2. partita 4. & alij. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 4.

22 Requiritur tamẽ ad hoc vt superiora de diutina habitatione dicta procedant, vt ratificans matrimoniũ sciat matrim. prius contractum fuisse nullum; alias namque si ex errore, quo putabat prius matrim. validum fuisse, cohabitaret, aut copula marti tali accederet, non ratificabitur prius matrim. quia nihil magis contrarium consensui, quam error, vt late probauit idem Sanchez lib. 2. disputatione 34. numero 2. ad quem locum se refert idem Sanch. d. lib. 4. disputatione 18. num. 5.

23 Non autem in casu d. cap. ad id est necessaria cohabitatio anni, & dimidij de qua ibi, quia is tex. narrat enim facti contingentiam, dum eius temporis habitationem ponderat, vnde prudentis arbitrio definiendum est hoc tempus, vt in specie hac nostra tenent communiter DD. ibi, & docet Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 3. §. 6. numero 1. Greg. Lop. vbi supra, Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 4. numero 25. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 4. disputatione 18. num. 6.

24 Vbi etiam quod hoc intelligendum est, quando sumus in dubio, an potuerit fugere, nam quando constat de spõtanea cohabitatione, quia data opportunitate illico, & incontinenti nõ fugit, sufficit momentanea cohabitatio, secundum Ant. de Butr. in d. cap. ad id, numero 9. & ibi Alex. de Neuo numero 6. & 7. Neuizan. consil 46. numero 32. vbi quod hoc arbitrio etiam prudentis viri relinquitur, scilicet, vt intelligatur morali modo, nõ enim est necessarium, ne cohabitans censeatur spõtaneus, vt statim mathematico modo fugam

fugam arripiat, quod etiam probauerat Hostien. in cap. 1. de ijs quæ vi. &c. super verbo nõ timore mortis, & ibi Butrius in fin. Abb. numero 12. Henrich. numero 4. Nauar. in commentario 4. de regul. quod est super c. statuimus 19. quæstione 3. nu. 71. & hæc quoad forum externũ, nam in foro conscientiæ nullius temporis habitatio postquam metuendi causa cessauit, ratificabit matrim. si nõ adfuit animus illud ratificandi, vt recte obseruauit Sanch. d. num. 6. ad fin.

25 Requiritur præterea, quod habitatio illa sit omnino spontanea, cessaueritque omnino timoris causa, durante namque causa metus, durat metus, quamuis in actu exteriori appareat omnimoda libertas, vt tradunt Bart. & alij cõmuniter DD. quos refert, & sequitur Sanch. disputatione 18. numero 7. vbi & in num. sequẽtibus hoc pluribus modis declarat quomodo intelligendum sit, & tandem numero 12. tenet hæc omnia vera esse etiam post Concil. Trident. sessione 24. de matrimonio, cap. 1. quando impedimentũ metus erat occul 29
tum, & parocho ac testibus ignotum, vt probauit lib. 2. disputatione 37. num. 14.
26 quasi secus sit alias.

Durante enim causa metus semper durat metus, quamuis in actu externo appareat omnino libertas, ita Bart. in l. 2. numero 7. C. de his quæ vi, &c. & ibi Bald. num. 8. Zasius in l. 1. §. quæ onerandæ, numero 40. ff quarum rerum actio non detur, Decius consilio 219. numero 7. volumine 2. Alexand. consilio 48. lib. 4. facit doctrina Bartol. in l. si ob turpem, numero 7. ff. de condit. ob turp. causam.

27 Vbi inquit, quod si vir percusit valde vxorem, quæ nolebat consentire cuidam instrumento, & postea mulier consensit ex interuallo, metu hoc feciſſe videtur, quia donec durat maleficiũ, durat metus, idem in alio proposito respondit Angel. in l. qui aliena, §. Celsus, ff. de adquir. hær. Abb. in cap. accedens, quarto notabil. de procurat. Cardin. consilio 137. sic etiam Calderin. consilio primo, sub titulo de his
28 quæ vi. &c.

Resoluit, quod mulier, quæ ingressa est religionem per metum alicuius personæ, etiamsi existat in religione per multos annos, viuẽte illa persona, quę metũ ei intulit, non purgatur metus, iuxta textũ in cap. accedens de conuersione coniug. Idemque erit in matrimonio carnali, quia valet argumentum de vno ad aliud ex traditis per Euerard. in Topicis legalib. loco à matrimonio, &c. Idem respondit, licet in alio casu, Aretin. consilio 14. incipient. viso, & diligenter cõsiderato themate, numero 17. versiculo, sed restat nunc videre de quarto dubio, Roland. à Vall. consilio 95. numero 32. volumine 1. Ant. Gom. secundo tom. var. cap. 14 numero 27. & plura congerit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 4. numero 22. Mascard. de probat. conclusione 1055. numero 32. Gam. 1. parte, decisione 346 numero 4. & nos alios allegantes consilio 6. numero 15.

Verum supradicta doctissimi viri opinio Thom. Sanchez vbi supra, etsi ante Concil. Tridentinum procedere posset, post idem tamen Concil. eam veram esse non credo ex sequentibus.

Primo, quia post Sacrum Concilium Tridentinum copula sequuta post sponsalia de futuro non sufficit ad præsumendum coniugalem consensum, neque aliquod aliud signum, nisi expressus simultaneus consensus vtriusque partis coram parocho, & testibus per verba de præsenti, vel signa sufficientia exprimatur, vt late probauimus in nostro tract. de Iuramento confirmat. prima parte, cap. 51. numero 12. & sequentibus, & post nos Matiẽç. in Rubrica tituli 1. lib. 5. nouæ coll. Reg. glossa 1. numero 53. & sequentibus, & iterum nos lib. 1. Canonic quæstionum, cap. 18. numero 4. vbi adduximus declarationem Congregat. Cardinal. à Sede Apostolica deputatorum ad declarationẽ dubiorũ S. Cõcil. Trid. huiusmodi Decretũ Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. de reformatione matrim. annullat tãtummodo contractus matrimonij per verba de præsenti clandestine factos: sponsalia tamen per verba de futuro reliquit in termini Iuris communis, præterquam quoad copulam, quia per eam non transeunt in matrimonium: quam declarationem refert etiã Farinat. tomo 4. super præd. Decret. sessione 24. cap. 1. de reformatione ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

matrim. eandem opinionem sequitur, & probat Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 40. numero 6. vbi numero 7. agit, quid dicendum sit, quando copula fuit habita coram parocho, & testibus. Ergo nec copula sequuta post matrimoniũ nullum, & irritum ex causa metus cadentis in constantem virum, vel alia legitima conualescere non potest ex copula spontanea postea subsequuta, vel cessante impedimento absque nouo consensu libere præstito de præsenti coram parocho, & testibus siue impedimentum fuisset publicum, siue occultum, quamuis in hoc vltimo casu impedimenti occulti parocho, & testibus ignoto, alias sufficeret expressus consensus vtriusque cõiugis absque parocho, & testibus, non tamen sufficit solus tacitus ex copula inductus atque præsumptus, siquidem primus consensus coram parocho, & testibus præstitus fuit nullus, & illegitimus, vt late probauimus d ca. 18. lib. 1. Canonic. quæstionum, numero 5. & 6.

30 Secundo, & præcipue eadem nostra sententia principalis probatur, quia post Sacrum Concil. Trident. matrimonium de præsenti celebratum à duobus impuberibus, vel à pubere, & impubere maioribus tamẽ septennio solemniter coram parocho, & testibus, interueniente copula post pubertatem, cohabitatione, amplexibus, vel osculis minime ratificatur absque eo, quod eadem solennitate repetita de nouo celebretur, vt latissime post lõgam disputationem ad vtramque partem resoluimus d. lib. primo Canonic. quæstionum d. cap. 18. per totum, & nos alios quã plurimos hoc idem tenentes refert, & tenet idem Sanchez lib. 3. de matrim. disputatione 46. numero 3. & 9. cum sequenti, & iuxta hanc nostram resolutionem ita fuit declaratum nõ semel per Sacram Cõgreg. Cardin. vt constat ex Farinatio vbi supra, versiculo spõsalia inter impuberes pagina 67. columna 1. & iterum ibi in versiculo matrim. contractum, pagina 69. columna 1.

Si ergo hæc ita se habent vbi sponsalia per verba de futuro celebrantur ab habentibus ætatem completam ad contrahendum de præsenti, vel quãdo iuris præsumptione sunt sponsalia de futuro, licet per verba de præsenti contraxerint ætate prohibente, vt probat tex. in cap. vnic. §. idẽ quoque, de desponsatione impub. lib. 6. à fortiori idem erit dicendum, quãdo matrimonium celebratum est nullum propter metũ, vel alia ratione iuridica id impediente, & dirimente, nec valet, vt sponsalia de futuro.

31 Tertio, quia in terminis eisdem fundamentis, hãc partem in specie tenuimus, & probauimus d. cap. 18 numero 7. cum sequenti, vbi respõdimus fundamentis cõtrarijs: copula nãq; etiam affectu maritali habita, etsi tacitũ inducat cõsensum celebrãdi de nouo vel ratificãdi matrimoniũ semel iã cõtractũ irrite & nulliter, nõ tamẽ vllo modo expressum, qui requiritur ad matrim. celebrandum, vel ratificandũ non sufficit attẽto Concilio Tridentino, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit forma debita præstitus, vt in l. nuptias 30. ff. de regul. iuris: quare hanc sententiam proculdubio veriorem, & tenendam esse censeo contra priorem Thomæ Sanchez & sequatium.

At, quod impedimentum metus, vel alias dirimens fuerit occultum, etiam si postea sit sublatum, non tollit, quin iterũ sit expresse de nouo celebrandum coram parocho, & testibus, vel saltem absque eis sequendo tertiam opinionem, de qua infra statim agemus, siquidem prior consensus fuit nullus.

32 Licet enim triplex in hoc sit sententia Doctorũ; prima quæ docet, desiderari, vt iterum corã parocho, & testibus celebretur illud matrimonium, quam renuit Nauar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo 1. de sponsal. consil. 11. & in secunda editione titulo de desponsat. impub. consil. 3. & nos lib. primo Canon. quæstionum, cap. 18. numero 7. & 8. & de Iurament. confirmat. prima parte, cap. 51. num. 22. & 43. Palat. Matienç. & alij relati à Tho. Sanch. lib. 2. de spons. disputatione 37. numero 2.

Secunda sententia docet idem nisi scãdalum, aut infamia oriretur, vt tenẽt Cordoua, Segur. Ludouic. Lopez, & Veracruz, nisi illi mala fide contraxerint, quos refert Sanchez ibidem numero secundo.

Tertia

Tertia habet, non esse necessariũ iterum coram parocho, & testibus contrahere, sed satis esse si contrahentes inter se ipsos solos renouent consensus, cui prorsus ipse Sanchez ibidem numero 3. adhæret, & late eam comprobat cum Nauar. lib. 4. consil. titulo 1. de sponsal prima editione consil. 35. & in secunda editione cõsil. 14. in fin. & in Manual. cap. 22. numero 70. & cap. 16. in noua editione numero 37. vbi dicit sic postea declarasse Pium V. & sacrum pœnitentiariæ Prætorium ea declaratione semper vti, idemque tenentes refert Sanch. vbi supra d. numero 3. ad fin. alios quamplures graues viros.

Et tandem numero 4. idem dicẽdum esse docet qualecunque sit impedimentum occultũ, vt si matrimonium fuit nullũ propter metum occultum cũ Enriquez, & alijs, quos ibi refert.

Et numeris sequentibus idem probat in alijs similibus casibus, de quibus ibi per eum, & præcipue numero 6. in matrimonio nullo ob occultum ætatis defectum, vt ætate completa satis sit inter ipsos coniuges matrim. celebrari, secundum Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 7.

Nihilominus tamen iuxta præd. tres opiniones, & quamlibet earum requiritur nouus, & expressus vtriusque coniugis cõsensus: est tamen differentia vtrum parochus, & testes debeant interuenire in secũda præd. celebratione matrimonij, at in casu de quo agimus, nempe copulæ de nouo habitæ cessante metu, & reliquis impedimentis occultis dirimentibus nullus cõsensus expressus interuenit, sed tacitus atque præsumptus, qui solus nõ sufficit post Concilium Tridentinum, licet impedimẽtum fuerit occultum, & ignotũ parocho, & testibus ad efficiendum verũ matrim. vt probauimus: ergo nullo modo est dicẽdum contrarium.

Neque obstat fundamẽtum Sanch. d. disputatione 37. numero 14. nempe matrimoniũ illud quod propter impedimentum occultum nullum fuit posse revalidari copula affectu maritali inter coniuges habita, sicut revalidatur nouo consensu occulto: primo, quia Concilium Trident. d. sessione 24. cap. primo de reformatione matrim. minime comprehendit hunc casum, vt habet præd. tertia sententia supra relata: ergo tãquam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, vt in iuribus vulg. ergo cum secundũ ius commune tale matrim. conualesceret copula maritali, vt in d. cap. is qui fidem, de sponsi. idem erit attento Tridentini Concilij Decreto. Quod ibi confirmat & secũdo, quia ideo Cõcilium Trid corrigit matrimonia præsumpta ex copula maritali consurgentia, quia nõ requiritur præsentia parochi, & testiũ, ergo in casu in quo talis præsentia non desideratur, vt est hic, manebit Ius cõmune illæsum. Addit præterea & tertio pro sua opinione Sanch. quia cum matrim. verbis & signis contrahi posit, & copula affectu maritali habita, signum sit consensus de præsenti, alias sponsalia per illam nõ transirẽt antiquitus in matrim. contra d. Decretal. is, qui fidẽ sicut verbis de præsenti conualescit, ita copula illa affectu maritali. Nõ inquam obest hæc triplex argumentatio, quoniam etsi subtilis sit, non tamen vera, nec solida: Ad primum namque respondetur, quod Concil. Trident. vbi supra generaliter, & indistincte tollit, & comprehendit omnia matrimonia præsumpta de Iure communi, siquidem decidit, quod parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto eos coniungat: & postea, qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarij licentia, & 2. vel 3. testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendũ omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, &c. nullo modo sola copula etiam maritali affectu habita potest inducere matrim. validum post Concil. Trident. Negamus igitur casum præsentem remanere sub dispositione Iuris communis, siquidem d. cap. is, qui fidem, & cap. primo, §. idemquoque de desponsi. impub. lib. 6. supra allegata sunt hodie indistincte, & generaliter in omni casu correcta, nisi quando sponsalia de futuro fuissent celebrata, & copula postea affectu maritali coram eodem parocho, & testibus, vt supra diximus. Neque tertia sententia supra relata in eo articulo vtrum matrimonium coram parocho, & testi-

testibus initum inualidum ob occultum impedimentum, sit sublato impedimẽto iterũ corã parocho, & testibus celebrandum, quæ habet satis esse si contrahentes inter seipsos solos renouẽt consensus; nobis obest in præsenti specie copulæ: tũ quia prima contraria sententia est verior, probabilior, & recepta, vt probauimus, tũ etiam, quia licet tertia contraria sententia esset sequẽda tamquam receptior, & benignior atque declaratione Pij V. probata, de quo articulo iam supra egimus late in hoc eodem tractatu, adhuc tamen hæc tertia sententia non requirit consensum nouum expressum, licet sine præsentia parochi, & testium, vnde minime sufficit tacitus per copulam, attento Sacro Concilio Trident. vbi supra.

33

Secundum argumentum, quo Sanch. confirmat suam opinionem, iam cessat ex supradictis, nempe quod Concil. Triden. non solum requirit præsentiam parochi, & testium ad contrahenda in posterum matrimonia valida, sed etiam consensum expressum coram eisdem exprimendum: ergo etsi daremus in nostro casu nõ esse necessariam præsentiam parochi, & testium, adhuc tamen remanet alterum requisitum sine quo non esset validum matrim. nempe expressio consensus, sed copula non est huiusmodi, ergo, &c.

34

Ad tertium respondemus, vt non semel prædiximus, non sufficere signum cõsensus (loquimur in valentibus loqui) sed requiri expressum consensum: ex quibus hæc pars verissima manet, & contraria improbata.

35

Siue igitur in casibus præcedentibus parochus, & testes impedimentum occultum ignorauerint (quod negat Thom. Sãchez) siue id nossent (quod profitetur idẽ Author d. disputatione 37. lib. 2. num. 10.) necessario repetendum est matrimonium coram parocho, & testibus, & quamuis in primo casu ignorantiæ parochi, & testiũ secundum tertiam præfatam sententiam sufficiat renouare consensus absque parocho, & testibus, nihilominus tamen saltem renouandi sunt expresse consensus inter solos contrahentes, vnde tacitus cõsensus præsumptus ex copula minime sufficiet ad inducendum de nouo matrimonium post Concilĩ Trident. nisi expresse de nouo consentiant iuxta supra dicta, & probata.

36

Quinimo secundum eundem Thom. Sanch. vbi supra, numero 11. quando est periculum, vt detegatur impedimentum, & probetur in foro exteriori, tali periculo existente, celebrandum iterum est matrim. coram parocho, & testibus, vt tenet Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 6. & Manuel Rodrig. primo tom. Sũmæ in secunda editione, cap. 220. numero 2. imo quamuis id periculum minime adsit, si impedimẽtum sit plene probabile in foro externo, credit ibi Sanch. d. num. 11. versic. imo necessario, iterandum esse matrim. coram parocho, & testibus, vt ibi late probat.

37

Addens, dici pleneprobabile impedimentum in foro externo ad dissoluendũ matrim. publice contractum, quãdo duobus testibus probari potest, vt cum aliis docet Mascard. de probat. conclusione 410. numero 19. iuncto numero 9. & haberur expresse in cap. quoties de testibus, & attest. debent tamen illi duo testes esse non tantum idonei, sed omni exceptione maiores, ideſt, quibus nihil possit opponi, vt multis iuribus, & Doctoribus probat idem Mascard. conclusione 1023. à numero 4. vsque ad 14.

Quare si sola relatione coniugis scirẽt impedimentum tres, vel quatuor testes, adhuc diceretur impedimentum occultũ, dum non est publica fama, quia testes illi non faciunt plenam fidem ad dissoluendum matrimon. quia tantum deponũt de coniugis cõfessione, quæ sufficiẽs ad hoc non est, ita Sanch. d. numero 11. ad fin.

38

Tandem idẽ ibi num. 13. obseruandũ esse dicit. eos, qui sublato impedimento reualidarunt matrimonium, non teneri Ecclesiæ benedictiones ante reualidationem præmissas iterum recipere, quia semel receptæ sunt, nec possent sine scandalo repeti, nec sunt de matrimonij essentia, vt tenent Cordou. & Bartholom. de Ledesma, quos ibi ad hoc citat.

39

Ex quibus omnibus satis superque remanet probatum matrimonium metu cadente in constantem virum celebratum, vel ex alio impedimento dirimente, nullum, maxime si in foro exteriori est probabile præfatum impedimentum, cessante tali metu, vel impedimento præd. iterum esse celebrandum de nouo coram parocho, & testibus, copula autẽ sola postea subsequuta etiam cessante metu, vel impedimento dirimente, minime ratificari nec reualidari sufficienter, vt supra probauimus contra sententiã Thom. Sanch. siue impedimentum occultum sit notum parocho, & testibus, siue non: adhuc namque nouus expressus consensus ad id requiritur coram parocho, & testibus indistincte iuxta nostram primam supra relatam sententiam, & aliorum, vel saltẽ sine parocho, & testibus iuxta tertiã sentẽtiam supra relatam cum declaratione Pij V. de qua supra.

40

Vtrum autem ad matrimonium inualidum ob impedimentum occultum ratificandum cessante impedimento oporteat alterum coniugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij, vel hac nullitate tacita satis sit renouare consensus, agit late Thom. Sanch. eodem lib. 2. de sponsal. disputatione 36. per totam, ipsam consulito, & vide.

41

Difficultas tamen in eo versatur, an sicut matrimonium metu initum ratificatur copula spontanea affectu maritali habita iuxta opinionem Thomæ Sanchez de qua supra, ita etiam ratificetur copula

tas dispensandi in delictis occultis nõ deductis ad forum contentiosum; poterit namque Episcopus dispensare, si reus falsis testibus, aut probationis defectu absolutus est à delicto ad forum cõtentiosum deducto, vt cum Enriquez, Manuel, & Vinald. quos citat ibi, probat Sanchez.

grauimetu extortã, vt si quis metu cadenti in constantem virum cogatur matrimonium inire, illudque consummare sit validum? etiam post Concil. Trident. vel quando parochus, & testes ignari fuerunt impedimenti metus, idque occultum erat, vel astiterunt parochus, & testes matrimonio, & copulæ coacti?

Et in hoc articulo Palud. in quarto, distinctione 29 quæstione 1. articulo 4. conclusione 3. numero 25. & ibi Supplementum Gabrielis dubio tertio, articulo 3. cõclusione 3. tenet valere hoc matrimoniũ, & ibi Soto quæstione 1. articulo 3. ad fi. versiculo in contrarium, quamuis valde anceps sit, tandem tenet valere, & Angl. in Flor. prima parte de matrimonio, quæstione 3 de cõsens. coact. articulo primo, difficultate 4. folio 549. Bartholom. à Ledesm. de matrimonio, dubio 23. ad fi. Vega lib. 2. suæ summæ casu 513. & dicunt eam probabilem Petr. de Ledesm. de matrim. quæstione 47. articulo 3. dubio penult. & Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. numero 7. & eam dicit satis probabilem Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 18. numero 13. ad fin. qui prius eodem numero plura fundamenta huius opinionis adduxerat.

Ego vero contrariam sententiam, vt in specie præmissa nullum sit matrimonium, lõge veriorem, communem, & omnino tenendam esse censeo, non vero primam, quam tenet Abb. in cap. discretionem numero 3. in fin. de eo qui cogn. consang. & in cap. consultationi, in fin. de sponsal. & ibi Præpos. num. 2. in principio, & Alexand. de Neuo numero 10. Nauar. in Man. Latin. cap. 22. numero 51. ad fin. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 4. numero 31. cum sequentibus, & præcipue numero 35. eandem tenent Henriquez, & Petr. de Ledesm. vbi supra, & alter Ledesm. in secundã partẽ quarti, quæstione 49. articulo 3. in fi. & Magist. Palat. in 4. distinctione 29. disputatione vnic. folio 663. ante versiculum, consentiunt in dogmate, & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez disputatione 18. numero 15. dicens eam esse multo probabiliorem, eãque pluribus fundamẽtis comprobat, & num. 18.

satisfacit contrarijs, & numero 16. eam bene limitat, si matrimonio metu cõsummato, aliquando accedat copula spontanea, deposito iam prorsus metu, & animo ratificandi prius matrimonium inualidum, scienti accedente copula illa fuisse inualidum, & ea ratificari, quia tunc manet firmum matrimonium ante Concil. Trident. post Concil. vero Trident. tenendum est quod prædiximus, contrahens tamen matrimonium metu graui potius debet mortẽ pati, quam consummare, quia cum non valeat matrim. ex copula fornicaria, posset tamen excusari si accedat animo maritali, sequens priorem opinionem (habitam pro probabili) asserentem ea copula ratificari matrimonium, ita tenet Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. numero septimo, sed intelligendum est in eo casu, in quo post Concil. Trident. efficeretur verum matrimonium iuxta supra dicta.

42 De sponsalibus metu cadenti in constantem virum initis quicquid dicat Henriquez vbi supra, numero sexto, & Petr. de Ledesm. de matrimonio, quæstione 47. articulo 3. circa tertium argumentum, dubio tertio, ea valida esse, verior tamẽ, & recepta sententia est ipso iure esse nulla huiusmodi sponsalia sicut matrim. metu graui contractum, & hoc ex tex. recte perpenso in cap. ex literis de desponsat. impub. & in terminis eam tenent ibi. Ant. de Butr. numero primo. Abb. secundo, Alexand. de Neu. numero etiam secundo, & alij DD. quos refert, & sequitur D. Couar. in quarto de spons. secunda parte, c. 3. §. 5. numero primo, Barbos. in Rubrica, ff. solut. matrim. quarta parte, numero 30. & plures Theologi, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, d. lib. quarto, disputatione 19. numero secundo, vbi recte expendit in hoc d. cap. ex litteris, & numero tertio inquit, primam opinionem esse probabilem satis; sed hanc secundam esse probabiliorem, eandem sequitur Manuel Rodriguez in sua summa primo tom. in secunda editione, cap. 231. numero quarto, & cap. 244. numero 4.

Ego vero hanc secundã proculdubio probo vt veriorẽ, & receptiorem, & credo primam contrariam minime esse veram, probabilem, nec tenendam in iudicando, & consulendo.

43 Limitatur tamen hæc sententia in metu leui, qui non irritat sponsalia, sicut nec matrimonium, vt per Sanchez vbi supra, numero quarto, estque verissimus; in conscientia tamen contrahens sponsalia metu leui potest propria authoritate resilire ab eis ex rationibus, de quibus per eundem ibi num. 6.

44 An autem iuramentum in matrimonio metu graui præstitum obligationem pariat, ita vt indigeat relaxatione in alijs contractibus alias inualidis, late egimus de hoc in nostro tractatu de Iuramento Confirmatorio, prima parte, cap. 57. numero 19. cum sequentibus, vbi resoluimus affirmatiue contra alios: nosque refert, & sequitur plurimos eiusdem sententiæ Authores congerens contra alios Thomas Sanchez d. lib. quarto, disputatione 20. numero quarto, quam uis prior sit probabilis, & in praxi apud iudices seculares recepta secundum Couar. quem citat numero tertio, & numero octauo resoluit, concedendam esse relaxationem ab Episcopo ab eo iuramento, licet metus sit leuis cum alijs pluribus Authoribus contra alios, quos numero præcedenti retulerat.

Sed in iuramento graui metu extorto adiecto matrimonio aliud probauimus vbi supra numero 22. quæ sententia est verissima, communis, & tenenda propter summam libertatem requisitam in matrimonio, ideo merito, quod iuramentum extortum graui metu in matrimonio ipsum non confirmet, nec obliget, ac proinde relaxatione non indigeat, quam sententiam nos referens vbi supra, & alios plurimos sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 15. 17. & 19.

Non tamen matrimonium metu graui contractum iuramento confirmatur, quia matrimonium metu cõtractum irritũ est ex defectu liberi cõsensus, vt in cap. cum locum de sponsal. cum simil. at iuramentum non supplet defectum consensus substantialiter requisiti, vt notãt DD. in cap. fi. de procurat. lib. 6.

Et hinc

45 Et hinc est, vt is qui post matrimoniũ metu contractum, & iuratum aliam duxit, permanere debet cum secunda, priusque matrimonium fuit inualidum: tex. expressus in cap. 2. de eo qui duxit in matrim. &c. vbi glossa verbo tanta, hanc opinionem principalem tenet, & ibi communiter DD. & alij quos refert, & sequitur dicens ita esse tenendum tanquam certum Sanchez d. disputatione 20. numero 12. & 15.

46 Nec etiam sponsalia metu contracta accedente iuramento valida efficiuntur, vt per eundem ibi disputatione 21. numero primo, vbi numero 2. & 3. late agit, an id iuramentum obliget, relaxationeque indigeat sicut iuramentum soluendi vsuras, referrque duas sententias diuersas in hoc Doctorum, primam probabilissimam affirmatiuam, alteram negatiuam veriorem, quam probo sicut in matrimonio huiusmodi modo probauimus.

47 Admonet tamen numero nono, sponsalia metu leui contracta, & iuramento stabilita quamuis valida sint, prout erant secluso iuramento, at minime confirmare iuramentum hoc, talem contractum in foro conscientiæ, quare poterit contrahens illis contrauenire obtenta ab Episcopo absolutione iuramenti iuxta dicta à se disputatione præced. numero octauo, & nono.

48 Iuramentum autem accedens promissioni dotis, & constitutioni Procuratoris ad matrimonium, & voto, vel professioni Religionis metu extortum non obligat, nec indiget absolutione, vt cum alijs probat late idem Author d. disputatione 21. num. 5. & 6.

49 Post hæc scripta in lucem prodijt sua commentaria Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 29 § 12. pagina 424. cum sequẽtibus, vbi in summa duo probat, & obseruat, primum quod si metus siue iustus sit, siue iniustus non inferatur ad extorquendum matrimonium, sed aliquis sit in metu constitutus ex graui malo, vel quod natura accidit, vel in quod sua se culpa cõiecit, matrimoniũ valet. Secundum quod quãdo metus iuste incutitur ad eũ tamẽ finem, vt matrim. contrahatur etiam tunc dicendũ est ex communi certaque sentẽtia valere matrimonium iure naturali, vt docent non pauci, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 4. disputatione 13. à numero 3. & Basilius vbi supra, § 13. pertorum

50 Resoluit, matrimonium ex metu iniusto celebratum esse ratum, sed Ecclesiæ authoritate dissolui, vt post alios probat Sanchez vbi supra, disputatione 14 numero secundo; quamuis ipse Basilius vbi supra d. §. 13. versiculo cæterum, dicat verius sine dubio esse matrimonium initum ex graui metu esse nullum nõ solum iure Ecclesiastico, sed etiam inspecto naturali.

SVMMARIVM Cap. LXXVII.

1 METVS *quotuplex sit?*
2 *Metus minor desideratur in fœmina, quam in viro constante.*
3 *Metus minor cadit in puerum, quam in virum.*
4 *Metus quis dicatur cadens in constantem virũ arbitrio iudicis relinquitur; & quid iure Regio numero 5.*
6 *Metus mortis, mutilationis mẽbri, & graui corporis cruciatus, grauiumque verberum cadit in constantem virum.*
7 *Testibus deponentibus de metu magis credendum est, quam mille testibus deponentibus de spontanea voluntate.*
8 *Metus armorum est cadens in virum cõstantem, licet illa portans eis non vtatur, & etiam si arma fuerint deposita, vt in numero 6.*
10 *Metus carceris an sit cadẽs in constãtem virum?*
11 *Metus infamiæ an sit cadens in constantem virum?*
12 *Metus excommunicationis an sit cadens in constantem virum?*
13 *Metus amissionis bonorum an sit cadens in constantem virum?*
14 *Metus amissionis magni lucri an sit cadens in constantem virum?*
15 *Metus reuerentialis in quos detur, vt dicatur cadere in cõstantem virum?*
16 *Metus in personas filiorũ, & aliorũ coniunctorum an dicatur cadens in constantem virum?*
17 *Preces importunæ, an & quando incutiant iustum metum?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM LXXVII.
De matrimonio, & sponsalibus metu celebratis.

1 DVPLEX est metus, vnus cadens in constantem virum, alter vero in inconstantem: vt in cap. veniens, *el segundo*, de sponsal. cap. cum dilectus de his, quæ vi, &c. Iurisconsultus autem in l. metum, *la segunda*, ff. de eo, quod met. caus. metum cadentem in virum constantissimum inuenit: sed ibi accipitur superlatiuum pro positiuo, nempe in virum constantē, ad quē reducitur adiectiuum illud, constantissimum, secundum Dec. in cap. fi. numero 2. de appell. & in c. causam matrimonij, numero 4. de officio deleg. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centuria 2. casu 135. num. 2. 2. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 13. quæst. 1. num. 54 cum sequent. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disputatione 1. numero 9. id comprobans à simili ex l. metum, *la primera*, ff. eodem titulo, quod met. caus. vbi dicitur metum esse maioris mali timorem, ideſt, magni, vt explicat ibi glos. in principio, & ita merito Abb. in d. c. cum dilectus num. 3. exponens Iurisconsultum in d. l. metum, *la segunda*, ait sufficere communem timorē, vt cadat in virum constantem. Appellatur etiam prior timor iustus in cap. fin. de appell. & posterior iniustus, item prior appellatur probabilis, posterior improbabilis, & præterea grauis, & leuis, siue vanus, vt ex alijs Authoribus probat Thom. Sanchez vbi supra, & numero 9. cum sequentibus latè cōgerit, probat, & declarat quinque cōditiones, quę requirūtur, vt metus cadat in virum constantem, & hæ in summa sunt: prima, vt malum, quod timetur, graue sit: secunda, vt æstimatio mali, quod timetur, sit fortis, ideſt, vt timens non vane, leuiterque credat, malum illud sibi imminere, sed probabiliter, & rationabiliter: tertia, vt incutiēs metum potens sit minas exequutioni mandare, quia nō est viri cōstantis ac fortis terreri quibuscumque minis, vt viri inermis, vel si minans sit senex, vel debilis, & alter iuuenis, ac fortis: quarta vt metum incutiens sit solitus minas exequi in eodem genere non semel aduersus alios; secus si sit homo facile minas iactans, faciliusque ira deposita nihil, aut parum exequutioni mandans: quinta conditio est, quod timēs nō possit facile occurrere malis, alias secus.

2 Minor autē metus desideratur in fœmina, quā in viro, fœminæ nāque suapte natura sunt valde imbecilles, vt late docet, & probat Tiraquel. in l. 1. connubial, n. 71. cū sequentibus, quāuis enim aliquæ fœminæ inueniātur cōstātiores, frequentius tamē euenit, quod prius de eis dixim⁹, nēpe suapte natura timidiores, & imbeciliores esse, ad quod ll. adaptātur, l. nā ad ea, ff. de legi. & in terminis quod minor metus sufficiat in fœmina ad annullandū cōtractū matrimonij, & ad rescindēdos alios cōtractus, quā in viro tener glos. in c. cum locū, verb. metu de sponsal. & ibi cōmuniter DD. D. Couar. de sponsa. 2. parte, c. 3. §. 4. n. 2. & 9. Suarez allegat. 24. n. 5. Greg. Lop. in l. 15. tit. 2. partita 4. in glos. *todos*: nos consil. 16. numero 3. & 13.

3 Vbi quod sic minor metus cadit in puellā quā in virū, vt docet experiētia: eandē opin. tenet Menoch. de arbitr. lib. 2. cēturia 2. casu 135. n. 4. & 5. Mantic. de cōiect. vltim. volūt. lib. 2. tit. 7. n. 7. Nauar. in Manual. c. 22. n. 51. & alij quamplurimi Authores vtriusq; Iuris, & Theologi, quos in vnū cōgerit, & sequitur Thom. Sanch. nouissime de matrim. lib. 4. disputatione 3. nu. 2. estque receptissima, & tenenda hæc sententia.

Ex qua primo infert Sanch. vbi supra, n. 3. quod dū tex. in c. cōsultationi de spōs. pōderat ad irritādū fœminæ matrim. initū esse metu cadēti in virū cōstātē, ea verba magis pro verbi loco ponuntur pro metu nō leui, & vano, quā vt verbis inhæredum sit: vnde recte inquit, sufficiet metus, qui cadat in fœminā cōstātē, sicq; pensandum esse ad annullādū matrim. aut alios contractus à fœmina metu celebratos, quid fœmina cōstās tūc metueret pēsata naturali fœminarū cōstātia, quibus à natura inest minor animi vigor, corporisq; fortitudo, vt docēt Ant. de But. in d. c. cōsultationi n. 4. Abb. num. etiam 4. Præpos. 5. & Alex. de Neuo numero 7. & alij quamplures, quos citat, & congerit Sāch. vbi supra, qui nu. 4. idē dicendū esse asserit eadē ratione, non

non tantum in fœmina respectu viri, verumetiam inter ipsos viros, quia vt discernatur, quis sit metus cadens in virum constantem attendenda est ætas, vt si sit senex vel puer, cui metus incuritur, similiter eius fortitudo, innataq; animi magnitudo, aut paruitas, & fragilitas, & sic attendēda est qualitas personæ metū passæ, vt ibi late probat, & plurimos id tenentes allegat.

4 In summa arbitrio iudicis relinquitur, quis dicatur metus cadens in constantem virum iuxta glossam communiter approbatam in l. interpositas C. de transact. & ibi DD. præcipue Padill. qui communē esse affirmat num. 13. ex testim. D. Couar. eandem sequitur plurimos referens dicens quod omnes pene nostri hoc dixerunt Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. centuria 2. casu 135. numero 3. vbi numero 4. & 5. quod iudex prudens, ac diligens iustū metum arbitrabitur iuxta personarum qualitatem, & quod sic minor metus cadit in puerum, quam in virū, vt docet experiētia, quæ omnia, & nos sequuti sumus cons. 16. num. 12. & 13. & quod relinquatur arbitrio iudicis est concors Doctorum sententia secundum Thom. Sanch. d. lib. 4. de matrim. disputatione 5. numero 1. vbi hoc iure probat, & refert plures id tenentes, & ampliat, vt procedat etiam in foro interno prudentis arbitrio secundum Veracruc. prima parte Speculi art. 8. num. 6. præfatam sententiā quod relinquatur arbitrio iudicis, quis dicatur metus cadens in virū constantē cōmunē etiam profitetur ex Couar. vbi supra Villalob. in sua Antin. iur. litera, M. numero 72. & sequitur alios allegans Olanus in sua Concord. iur. litera, M. numero 40. Hoc tamen arbitriū versabitur tantum in casibus non expressis à iure metus cadentis in constantem virum, nam quoad ea mala, quæ iure cōstat esse sufficiētia ad metum viri constantis, non dabitur, nec datur arbitrium iudicis ad discernendum an is metus sit cadens in constātem virum, necne? siquidem à iure discernitur esse metum sufficiētem, & sic cadentem in constantem virum: arbitria namque data sunt in his, quæ sub regula comprehendi nequeunt ob humanam varietatem, vt notatur in l. non possunt, ff. de legib. & docet Bald. in c. 2. de his, quæ vi met. ve caus. fiunt, vnde secundū Sylues. in Summa verbo metus, q. 1. in fin. quē sequitur Sanch. d. lib. 4. disput. 5. n. 2. arbitriū erit quantum ad ea mala, quæ deducuntur ad mala expressa in iure, & quoad discernendū an sit probabilis æstimatio illorum.

5 Iure tamen Regio (si credimus Villalob. vbi supra) sublatū est arbitriū ex l. 7. in vers. *otro si dezimos q̄* metus, tit. 33. partit. 7. vbi deciditur, *que* metus *en Latin tanto quiere dezir en Romance, como miedo de muerte, o de tormento de cuerpo, o deperdimiento de miembro, o de perder libertad, o las cartas porque la podria amparar, o de recibir deshonra porque fincaria infamado, e ae tal miedo como este, o de otro semejante, fablan las leyes deste nuestro libro, &c.* ergo tollitur arbitrium iudicis in hoc, siquidem certi casus metus assignantur in d. l. Regia, sed errat in hoc Villalobos, secundū Olan. vbi supra, siquidē expresse datur arbitriū iudici in ea l. ibi, *o otro semejante*, &c. ex quo deducitur illos casus esse in ea expressos gratiam exēpli, & Olanū in hoc sequitur latius idem probās Tho. Sanch. vbi supra, n. 3. post Enriq. lib. 11. de matrim. c. 9. nu. 3. in cōmēto litera, Y. quē citat: sed re vera, quāuis in hoc nulla sit antinomia inter Ius Cōmune, & Regiū, vt bene aduertūt, & probant Olanus, Enriq. & Sanch. ex verbis d. l. 7. ibi, *o de otro semejante*, nō tamē fuit oblitus Villalobos horū verborū, siquidē referens verba d. l. Regiæ inquit, vel simiiliū, citans statim ad hoc d. l. 7. tit. 33. partita 7. nihilominus tamen merito improbatur, quatenus voluit esse in hoc articulo antinomiam inter Ius Cōmune, & Regiū, siquidem nulla est, quia vtrumque ius idem disponit.

6 Quo fit vt citra controuersiam metus mortis cadat in cōstantē virū, idēque dicēdum est de metu mutilationis mēbri: & de timore graui corporis cruciatus, vt in ca. cū dilectus de his, quæ vi met. ve caus. fiūt, & d. l. Regia 7. ad quē metū grauia verbera reducūtur, cū grauiter cruciēt, vt docēt omnes teste Tho. Sanch. d. disput. 5. nu. 4.

7 Et magis credēdū esse testibus deponētibus de metu, quā mille testibus de spōtanea volūtate probat idem Sāchez lib. 4. disputatione 27. per totam.

8 Metus etiam armorum est cadens in

virum constantem, licet portans arma eis non vtatur, l. tertia, in principio, ff. de vi, & vi arm. & ibi Bart. & Angel. l. 15. titulo 2. partita 4. ibi, *como si pueſſe armas*, & ibi Gregor. Lop. verbo *touieſſen*, diximus consilio 16. numero 8. Padilla in l. cum proponas, *la primera*, numero 7. C. de trã sactio. Ant. Cuch. lib. 5. instit. maior. titulo 12. numero 158. Ioan. Garsia de nobil. gloſſa 17. numero 16. Thom. Sãchez d. disputatione 5. numero 5. lib. 4.

9 Idemque est dicendum etiamsi arma semel sumpta, fuerint depoſita, vt cũ alijs reſoluimus vbi supra, numero 16 loquendo in matrin. Gregor. Lop. & Sanchez vbi supra, necnõ & Cuch. n. 159. & Anto. Gab. à Sanch. citatus, qui numeris sequentibus idem probat de metu seruitutis, vel amittendi instrumẽta, quibus libertas probari potest, vt in d. l. 15. titulo 2. partita 4. & l. 7. titulo 33. partita 7. quamuis non incontinenti amissis instrumentis redigendus sit in seruitutem, quia sufficit id periculum posse euenire, & idem de captiuitatis, & graui exilij timore.

10 De metu autem carceris, quod sit iustus, & ita cadens in cõstantem virum est tex. in l. nec timorem, & l. qui in carcerẽ, ff. de eo, quod metus cauſ. de cuius materiæ intellectu egimus late in nostro tractatu de Iuram. cõfirm. prima parte, cap. 57. per totũ, & præcipue numero 5. egimus de matrimonio contracto per incarceratum distinguendo casus.

Sed dubitant DD. de quo metu hoc intelligẽdũ sit; quidã enim indistincte loquuntur, alij vero de carcere perpetuo, sed melius hoc intelligi debet de carcere diuturno, & de vinculis atrocib⁹, quia tũc est grauissima pœna, secus vbi carcer breuis esset, vt docet Sotus in 4. distinct. 29. q. 1. art. 2. versic. eiusmodi metum, Aragõ 2. 2. q. 88. art. 3. §. pro explicatione huius difficultatis, Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. nu. 4. Bart. a Ledesm. de matrim. dubio 23. fundamento 3. Manuel Rodrig. in Sum. 1. tom. in 2. editione, cap. 231. conclusione 3. num. 3. quos refert, & sequitur cum alijs Authoribus primæ, & secundæ sententiæ prædict. Thom. Sanch. d. disputatione 5 num. 9. per totum, vbi numeris sequentibus agit de timore amissionis status, & de metu honoris amittendi, & stupri cõminatione siue viro, siue mulieri, vt idem in supradictis dicẽdum sit, scilicet vt dicatur iustus metus cadens in constantẽ virum.

11 De metu autem infamiæ vt ibi refert n. 13. nõ cõstat inter DD. siquidẽ hij sunt in triplici sentẽtia, ipse vero Sãchez duabus cõclusionibus articulũ hunc absoluit: prima est affirmatiua in metu infamiæ turis, vt si quis deprehẽso in delicto infamiæ cõminetur ei proditionem, vt cauetur in l. nec timorẽ 7. & ibi glos. & ind. isti quidẽ, §. fi. ff. de eo quod met. cauſ. & docẽt Sum. Roſel. verbo metus n. 2. & ibi Angel 5. & Sylueſt q. 4. Sot. in 4. diſt. 29. q. 1. art. 2. in fi. Palac. Veracruz, Ledeſ. Henriq. & Manuel relati per Thom. Sanch. vbi supra.

Secũda cõclusio est eiusdẽ ibidẽ n. 15. huiusmodi metus infamię facti, cui nõ facile occurri potest, cadit in virũ cõstantem; secus quãdo facile occurri potest, vt ibi late probat hoc intelligẽs quãdo infamia est grauis, & alicuius momenti, secus si sit leuis.

12 De metu autem excommunicationis quidam affirmant eum cadere in constantem virum, alij vero negant, sed in hoc, distinctione vti oportet; aut enim excõmunicatio est iusta, & tunc eius metus non cadit in virum constantem, quia est medicinalis: aut est iniusta, & tunc eius metus cadit in virum constantem, ita plurimos hãc distinctionem sequẽtes cumulat, tenet, & probat Thom. Sanchez d. disputatione 5. numero 17. vbi numero 18. affirmat hanc sententiam intelligendam esse in secundo membro, quatenus habet metum excommunicationis iniustæ cadere in virum cõstantẽ quando ei facile non potest occurri, veluti si excõmunicatus non potest sibi consulere appellando, vel quia nõ audet ob potentiam excommunicantis, & quia nõ habet in prõptu superiorẽ ad quẽ appellet, vel sunt necessarij sumptus, & est pauper, aut appellando est periculum in mora obtinendi absolutionem, & impendet aliquod damnum de præsenti ob excommunicationem, vt cum Abb. Felin. & alijs pluribus ibi probat; eãdem distinctionẽ cõmuniorẽ, & veriorẽ affirmat Fr. Basil. de imped. matr. c. 29. §. 6. pag. 402. vers. cæterum mihi.

De

13 De metu vero amissionis bonorum duæ sunt sententiæ contrariæ, vna affirmatiua, & altera negatiua, prout eas refert cum suis Authoribus Thomas Sanchez vbi supra, numero 20. qui numero 21. cum sequenti plurimos referens probat, & resoluit metum amissionis bonorum, vel maioris partis cadere in constantem virum, & numero 23. id reperat quãdo bona adeo exigua sunt, vt illis derentis, aut deperditis non ideo pauperior, aut ditior mõraliter loquendo possidens efficiatur, quia tunc cuiuis quod modicum est pro nihilo reputetur, nullius momenti quoque reputabitur ea iactura, & numero 24. secundo limitat eandem cõclusionem affirmatiuã quando talis est maior pars bonorum, vt metum passus absque illa iustẽtari minime posset, secundum aliquos sãrmistas, quos refert, sed sibi non placet hæc limitatio, & vniuersaliter credit esse verum timorem amittendi maiorem partẽ bonorum esse iustum, vt ibi late probat. Imo numero 25 idem credit quando non est metus amissionis omnium facultatum, vel maioris partis, si sit metus amissionis rei magnæ, & notabilis, quia virum constantem iure opprimo hoc terret, vt ibi probat, & allegat DD. hoc tenẽtes atque sentientes, & numero 26 idem tenet in timore amissionis instrumentorum totius, vel maioris partis patrimonij, vt id sit metus cadens in constantem virum contra gloſſam in l. isti quidẽ 8. verbo metu, ff. de eo quod met. cauſ. sed cum additione ibi, & Bald. in §. fi. is, in fi. eandem affirmatiuam sententiam tenet Fr. Basilius de impedim. matr. cap. 29. §. 6. pagina 483. versiculo At mihi.

14 De amissione autem magni lucri late agit Sanchez vbi supra, numero 27. & 28. vbi resoluit tunc esse iustum metum amissionis magni lucri atque cadentem in constantem virum quando metum passus per iniuriam arcetur à lucro, ad quod ius habebat, vt in exemplis ibi per eum positis. Hoc limitat Basilius vbi supra, quando quis non habet ius ad rem lucri, hæreditatis, vel beneficij.

De timore reuerẽtiali, an & quãdo cẽseatur cadens in virũ cõstantẽ ad irritandum matrimonium, vel rescindendum

15 alium contractum egimus late supra.

Et is metus reuerentialis datur in eo, qui iure aliquo subiectionis alteri subest, vt in clerico respectu Episcopi, in seculari respectu Magistratus, cui subest, in vxore respectu viri, in filio respectu patris, secũdum omnes, vt testatur Thomas Sanchez d. lib. 4 de matrimonio disputatione 6. numero 25. vbi numeris sequentibus idem probat cum alijs Authoribus respectu soceri, aui, curatoris, non vero matris, nisi ipsa esset crudelis, & austera, solitaq; minas exequi, & in sorore respectu fratris maioris, & in sorore minore cohabitante cum sorore maiori, & respectu patrui, vt nos quoque probauimus cum alijs cõsilio 16. numero 17. ideque probat, *de la sobrina, y del sobrino de parte de padre y en el tio hermano de madre*, vt respectu eius detur metus reuerentialis quãdo cum eo nepos ex sorore habitat, ab eoque gubernatur.

16 Certum autem est non requiri, vt timeãtur suprad. mala in propria persona, sed satis esse, vt timeãtur in persona filiorum, vt cauetur in l. isti quidem 8. in fi. ff. quod metus cauſ. ibi. Nihil interest in se, quis veritus sit, an in liberis suis: cum prò affectu magis in liberis parentes terreantur: & licet ea l. loquatur limitate in filijs, idem extendẽdũ est ad alias personas vltra filios, vt si ea mala timeantur in propria vxore, erit namque huiusmodi metus cadens in virum constantem respectu iræ, vt cum alijs pluribus Authoribus probat Thomas Sanchez d. lib. quarto, disputatione quarta, numero 13. vbi idem eadem ratione inquit esse dicendum, si vxor timeat ea mala in viro, & numero quinto inquit idem esse dicendum, si timor inferatur parentibus, vt filij contrahant, vt ibi probat cum alijs, & numero sexto idẽ dicit de ascendentibus: nam timor ipsis illatus reputatur iustus respectu descendẽtiũ: & n. 7. idẽ probat respectu fratrũ, & n. 8. idẽ latissime cõprobat respectu aliorum consanguineorũ cum communi plurimorũ sentẽtia quos ibi citat: & n 9 idẽ resoluit esse dicẽdũ quãdo malũ esset cõminatũ personæ arctissima amicitia cõiunctæ cõtrahẽte, item quãdo domesticis alicuius metus infertur, vt ille cõtrahat, quãdo ibi grauis iniuria, quæ meritò à viro cõstante

Universidad de Deusto
Biblioteca

timenda esset, sequeretur domino, aut simile damnum, vt in numero 10. qui numero 11. inquit similiter esse metum cadentem in virum constantem quando is incutitur affinibus, quando affinitas prouenit ex matrimonio: secus quãdo ex fornicatione: tandem numero 12. resoluit extendi consanguinitatem, & affinitatem in proposito vsque ad quartum gradum, & non vltra.

17 De precibus importunis, an incutiant metum cadentem in virum constantem, ac proinde sufficientem ad aliorum contractuũ rescisionem, matrimonijque annullationem agit late idem Thomas Sanchez d. lib. 8. disputatione 7. per totam, & an saltem incutiant metum leuem, efficiantque inuoluntarium mixtum, ita vt eis extortum sit in foro conscientiæ restituendum d. lib. 4. disputatione 10. per totam: & an blanditiæ idem efficiant disputatione 11. & Basil. vbi supra, §. 7. folio 404.

SVMMARIVM Ca. LXXVIII.

1 *MATRIMONIO, vel sponsalibus contractis sub conditione, si Papa dispẽsauerit, an sit licita pœnitentia, & numeris sequẽtibus, & an ea contrahentes incurrant sententiam excommunicationis? numero 4.*

3 *Pœnitens matrimonij, vel sponsalium sub cõditione, si Papa dispensauerit, contractorum tenetur refundere alteri parti volenti stare contractui, expẽsas dispensationis.*

4 *Matrimonium inter impeditos contractum an valeat non adiecta cõditione, si Papa dispensauerit?*

Oscula, & alij tactus impudici non sunt licita inter sponsos de futuro impeditos contrahere matrimonium, adiecta conditione, si Papa dispensauerit.

CAPITVLVM LXXVIII.

De cõditionibꝰ appositis in matrimonijs, & præsertim, de illa inter impeditos, si Papa dispensauerit.

Plura in hac materia examinat Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, disputatione prima cum sequentibus.

1 ET in primis agam de matrimonio, vel sponsalibus cõtractis inter consanguineos, vel affines, sub cõditione, si Papa dispensauerit: & quamuis hanc quæstionem latissime, & perspicue examinauerim supra lib. primo Canonic. quæstionũ cap. 22 per totum, vbi tres opiniones cum suis fundamentis retuli, primam validum esse huiusmodi contractum, atque irreuocabilem, secũdam penitus oppositam, tertiam quã cum alijs Authoribus probauimus validum esse, sed tamen reuocabilem.

Nunc autem, quia post nos eandem quęstionem latissime discutit Thom. Sanchez d. lib. 5. disputatione 5. per totam, & aliter sentit: dicam quod sentio.

Primo quatenus refert præfatas tres opiniones Thomas Sanchez cum suis fundamentis & Authoribus, bene quidem se habet, non tamen placet quatenus ibidẽ, d. disputatione 5. numero 13. inquit quod prima sententia probabilis est, sed tertia multo probabilior, nempe, talem promissionem obligare, & neutri altero inuito fas esse resilire siue ante, siue post obtentam dispensationem: secundam autem (hoc est) nostram sententiam præd. inquit, minime se percipere; quia non videt qualiter stare possit aliquem esse obligatũ & semper posse resilire: si enim potest resilire (inquit ille) ergo non est obligatus, & quia simile de sponsalibus impuberum sibi non arridet, quia impuberes non semper resilire possunt, sed statim quod pubertatem nati fuerint: at iuxta nostrã sententiam possunt semper contrahentes resilire, nisi obtenta dispensatione nouam obligationem ineant.

Non enim prima d. sententia probabilis est, nec tertia multo probabilior, sed potius secunda, quæ est nostra non solum probabilior, sed communis, & receptior atque proinde tenenda in iudicando, & consulendo, prout illam vidi in praxi, & facti contingentia sententia in contradictorio iudicio lata obseruatã, vt affirmauimus in fi. d. cap. 22. & constat esse communem ex Authoribus quos ibidem retulimus numero 17. & 18. & est etiam verior ex fundamentis de quibus ibi; simile namque de sponsalibus impuberum satis astringit in proposito, quamuis enim impuberes non semper possint resilire, sed statim ac pubertatem nati fuerint, paulo ante, aut post, nempe triduo, vt idem Author cum alijs resoluit lib. 1. disputatione 51. numero 6. & 14. non vero semper: at iuxta nostram, & communem sententiã contrahentes sub cõditione, si Papa dispensauerit, possunt semper resilire, hoc ideo est, quia semper manet idem impedimentum, quousque non est expedita, & absoluta dispensatio à Commissario, & Delegato Papæ, atque eadem debilitas cõsensus: impubes autem post completam ætatem, & iam diu factus pubes permanẽs in præd. suo consensu, eum ratificare plene, & perfecte videtur cessante iam impedimento defectus ætatis, quare simile præd. ictum à nobis adductum respectu tẽporis imbecillitatis ætatis bene currit, atque astringit, quod sufficit ad probandam nostram sententiam, licet perfecta iam diu plene ætate resilire amplius non possit pubes: sicut idem merito videmus, & est dicendum in nostra specie de sponsalibus sub cõdictione, si Papa dispensauerit, celebratis, sunt namque vera sponsalia, & obligant irreuocabiliter, quando obtenta iam dispensatione ratificatur prior consensus, nempe quando iam concessa dispensatione per Ordinarium proceditur ex cõtrahentium consensu ad denunciationes in Ecclesia faciendas, quia id est contractum promissionis tempore habili continuare, & niti, vt ad effectum perducatur, vt fatetur, & tenet Thom. Sanchez d. lib. 5. disputatione 5. numero 4. & 5. in fi. quo casu merito limitatur à ratione cessante præd. 2. & receptior sententia.

Idem est dicendum quando huiusmodi consanguinei, vel alio impedimento affecti contraxerunt per verba de præsenti sub cõditione, si Papa dispẽsauerit, quia licet teneantur, & obligati remaneant cũ tamen impleta cõdictione sint vera sponsalia de futuro, iuxta cap. super eo de condi. appositi. vt cum alijs resoluimus d. cap. 22. numero 7. & 22. & Thom. Sanchez d. disputatione 5. numero 14. & 24. vbi alios citat cum hic consensus infirmus sit, quamuis obliget, reuocabilis tamen erit interim quod tempore debito eum de nouo non ratificauerint in casu, & modo præmisso per supra dicta.

2 Nec dici potest absque ratione esse, quod consanguinei seu alias impediti contrahere matrim. si illud de facto contrahant de præsenti, si Papa dispẽsauerit, incurrant sententiam excommunicationis, de qua in Clementina prima de consang. & affinit. propter contemptum, vt credidimus d. cap. 22. numero 17. cum negari non possit eos contra iuris dispositionem contraxisse de facto, & sic, propter contemptũ, vt ibi diximus; quãuis aliã ratione euitari possit præd. incursio pœnæ excommunicationis, nempe quod præd. contractus de præsenti resoluatur in sponsalia de futuro, & propter sponsalia de futuro excommunicatio in præmissa specie nõ incurratur, vt in terminis cum alijs tenet, & probat ibidem Thom. Sanchez d. disputatione 5. numero 18. quorũ opinio probabilis, & fauorabilis est, & receptior.

3 Tenebitur tamen pœnitens in præmissa specie nostræ, & communis sententiæ verioris, & tenendæ alteri parti conuentioni stare volenti refundere expensas, ad dispensationem impetrandam factas, argumento l. si pecuniam, ff. de condict. caus. dat. &c. vbi probatur dantem pecuniam alicui, vt iret Capuam, altero nondum profecto posse pœnitere, & resilire, ita tamen vt indemnitas, illi alteri præstetur, eius quod expendidit, per quẽ tex. ita docuimus d. lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 22. numero 19. idemque supponit Henriquez lib. 12. de matrimonio cap. 10. in fi. & hanc nostram sententiam probabilem dicit Thom. Sanchez disputatione 5. numero 32. ad fi. & ita proculdubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubio est tenendum, quicquid idem Author ibidem numero 33. dicat, & probare nitatur contrariam sententiam dicens eã esse probabiliorem cum Petr. de Ledesi. de matrimonio quæstione 47. articulo 5. dubio secundo, non enim eius fundamenta aliquid concludũt, siquidem re integra antequam mitterent ad impetrandam dispensationem contractus sponsaliorũ validus, & obligatorius in suo statu manebat siquidem nullus contrahentium tunc resilret, aut reuocauerat consensũm, ac proin de bona fide fuerunt factæ expensæ dispensationis voluntate vtriusque partis, vnde merito, quod ratione cõtractus adhuc durantis resiliens postea teneatur alteri obedienti refundere expensas bona fide factas, secus eas, quas post pœnitentiam feciſſet, ad priores tamen tenetur ex d.l. si pecuniam, cuius ratio militat etiã ante pœnitentiam, idque à fortiori procedit in casibus, de quibus ibi per Sanchez numero 34.

4 Dubium tamen est, an valeat promissio matrimonij inter impeditos, non expressa, nec adiecta ea cõditione, si Papa dispensauerit: & valere cum Molin. tenuimus d. lib. primo Canonic. quæstionum cap. 22. numero 24. quia ipsa cõditio tacite inest, & iterum consilio 18. numero 5. cum sequẽtibus, & Soto in quarto sent. distinctione 29. quæstione 2. articulo primo, versiculo re vera fateor, & hæc sententia est satis probabilis, secundum Thomas Sanchez d. disputatione 5. nu. 26. ad fi. lib. 5. qui tamen numero statim sequenti inquit, probabilius esse minime obligare promissionem ea conditione non expressa tanquam bonis moribus aduersam, eamque sententiã ibi late probat, & alios idem tenentes refert, inter quos & nos d. cap. 23. nu. 17. ibi: non obstante, &c. Et re vera vtraq; opinio defendi, & teneri potest, prima tamen fauorabilior matrimonio videtur, non tamen procedere potest quando scienter matrim. de præsenti celebratur inter sic impeditos nulla adiecta cõditione, si Papa dispensauerit, quia tũc erit nullum, & incurrunt cõtrahentes excommunicationem iuris, de qua in d. Clementina 1. de consanguinit. & affinit. sed tunc demum cum sponsalia tantum defuturo contrahuntur non adiecta cõditione, si Papa dispensauerit, tunc namque cũ ea necessario subintelligenda sit, quia tacite inest, nimirum, vt præd. sponsalia non vitientur, sed potius sustineantur fauore matrim. attenta voluntate, & intentione partium.

5 Denique illud erit obseruandum, non esse licita inter hos sic impeditos contrahentes sponsalia de futuro sub cõditione si Papa dispensauerit, oscula, & alij tactus, qui alias sponsis de futuro non impeditis liciti sunt, vt cum alijs docuimus d. lib. primo Canonic. quæstionum, cap. 22. numero 17 in fi. & sequitur alios referẽs Thomas Sanchez d. lib. 5 disputatione 5. numero 38. vbi numero 39. inquit, idem esse dicendum impetrata dispensatione dum nõ est ratificatus ille prior consensus, quãuis retenta opinione, quam amplexus fuit numero 24 quod hæc sunt vera sponsalia impleta cõditione dicendum sit, licere illis amplexus, & oscula, eo modo quo licent sponsis de futuro: Ego vero censeo requiri ad hoc quod sit iam ratificatus ille prior cõsensus post impetratam & expeditam ab Ordinario prædictam dispẽsationem.

SVMMARIVM Cap. LXXIX.

1 MATRIMONIVM *cõtractũ à filijs absque parentum consensu est validum.*
2 *Parentum consensus ad sponsalia, vel matrimonium filiorum non est satis nisi ipsi filij consentiant, & Canones aliud insinuantes intelligẽdi sunt de honestate, & ll. aliud statuẽtes sunt abrogatæ, vt in numero 3.*
4 *Parentes non possunt cogere filios ad tales nuptias, sed libere eas, vel aliũ statum eligere debent.*
5 *Pater potest increpatione paterna cogere filium ad certum matrimonium.*
6 *Parentes peccant impedientes matrimonium filiorum absque iusta causa: potest tamen pater medijs suauibus impedire matrimoniũ filij quando alias non tenetur filius ad id matrimoniũ, vt in numero 7.*
8 *Impedientes matrimonium directe, vel indirecte anathematis pœnam incurrunt ipso facto; & an sit excommunicatio latæ sententiæ, numero nono, &* 10.
11 *Patres impedientes iniuste matrimonia filiorum, an incurrant excommunicationem, & quid de alijs habentibus iurisdictionem externam? numero* 12.
13 *Filij an teneantur inire matrimonium quod ipsorum nomine spoponderant parentes, & an peccent filij matrimonium inuitis parentibus contrahẽtes? & numero* 15. & 21.
14 *Verbum, debet, quid importet?*
16 *Filius tenetur sub culpa mortali obedire parenti præcipienti tale matrimonium cõtrahere, in casibus de quibus hic, & numero* 17. & 18. *vbi limitationes referuntur.*
19 *Filius existente iusta causa nõ peccat contrahendo matrimonium inuitis parentibus, vt hic: secus cessante iusta causa, vt in numero* 20.

CAPITVLVM LXXIX.

De potestate parentum in filios circa matrimonia contrahenda.

1 CERTVM est ac tenendum omnino proculdubio, matrimonium cõtractum à filijs absque parentum cõsensu esse validum, vt definitur in cap. cum virum de regul. & in Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. de matrim. & probauimus late lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 20. num. 1. & 2.

2 Similiter certum est, non satis esse parentum consensum ad sponsalia, vel matrimonium filiorum, nisi ipsi filij consentiant, cap. sufficiat 27. quæstione 2. & in c. vbi non est 30. quæstione 2. & cap. tuas de sponsa. duorum, & cap. vnic. de desponsat. impub. lib. 6.

3 Et Canones exigentes parentum consensum intelligẽdi sunt de honestate; quinimo leges clare significantes aliter matrim. contractum esse irritum sunt abrogatæ per Ius Canonicum, vt vtrumque latissime omniũ comprobat Belarmin. lib. 1. de sacramento matrim. cap. 19. & 20.

4 Quare non possunt parentes cogere filios ad matrimonium, vel ad tales nuptias, sed libere contrahere debent, vel aliũ statum eligere, vt fatentur omnes cum Diuo Thom in quarto, distinctione 29. quæstione vnic. articulo 4. quod intelligendũ sane est de metu, & coactione graui cadẽte in constantem virum.

5 Potest nãque pater increpatione paterna cogere filium ad certum matrimonium, vt in l. 10. titulo 1. partita 4. ibi, *no les puede apremiar que lo fagan de todo en todo, como quier que les puede dezir palabras de castigo, que lo otorguen*, & ibi Gregor. Lopez in glossa, *todo*, inquit, idest metu cadente in virum cõstantem, & expresse hãc obseruationem tenet Gofred. in Summa titulo de desponsatione impub. numero 12. & docent D. Soto in quarto distinctione 29 quæstione 1. articulo 4. in versic. quod si quis arguat, & Belarm. d. cap. 19. propositione 3. & Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disputatione 22. numero 5.

6 Quinimo peccarent parentes impedientes matrim. filiorum absque iusta causa, vt cum alijs tenet Sanchez ibidem numero 6. vbi numero 7. quando adest iusta causa, vt quia matrimonium est indignum, tunc namque Princeps, aut pater nõ peccaret, dũmodo id faciat absque vi, & metu, vt probauimus lib. 1. Canon. quæstionum cap. 20. numero 9. & 27 & nobiscum, & alijs Sanchez ibidem numero 7.

7 Vbi bene docet posse patrem medijs suauibus impedire matrim. filij, quando alias non tenetur filius ad id matrimoniũ, quia si ad id teneretur ratione fidei præsti tæ manifestum est peccare mortaliter id impediendo.

8 Impedientes autem matrimonia quouis modo directe vel indirecte anathematis pœnam ipso facto incurrunt, vt decidit Concil. Trident. sessione 24. cap. 9. de matrim. præcipiens omnibus cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant sub præd. pœna, ne quouis modo directe

Universidad de Deusto
Biblioteca

recte, vel indirecte subditos suos, vel quos cumque alios cogant, quominus libere matrimonium contrahant, quod Decretũ dum inquit sub anathematis pœna, quam
9 ipso facto incurrant, intelligit Alphons. à Veracruce in Appendice ad Specul. coniug. prima parte, articulo 9. conclusione 6. folio 96. & in eodem Speculo prima parte, articulo 8. in fin. in secunda editione de maledictione solenni, non vero esse excommunicationem latam, & præterea, quia ipsummet Concil. Triden. eadẽ sessione cap. 6. vbi raptorem excommunicare voluit expressis verbis vtitur dicens, sit ipso iure excommunicatus.

10 Verius tamen, & receptius est contrarium, nempe præd. verba excommunicationem latam ipso facto significare, & ita illud Decretum interpretãtur Nauar. in Sum. Latina cap. 27. numero 150. & Hispana cap. 28. additione 2. in fin. ad numerum 150. cap. 27. Ant. à Cordub. in sua Summa, quæstione 171. in 1. puncto in versic. *y el que tal casamiento*, &c. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 6. numero 5. & Ludouic. Lopez in prima parte sui Instruct. conscient. cap. 44 §. si aliquis, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 4. de matrimonio, disputatione 22. numero 8. vbi eam bene iure probat, & Suar. de censur. sectione 2. cap. incip. vt autem fol. 181. versiculo sic deinde.

11 Patres autem iniuste impedientes matrimonium filiorum non incurrunt eam excommunicationem, vt docuimus d. lib. 3. Canon. quæstionum cap. 20. in fin. & sequitur Molin. lib. 1. de Iustitia, & Iur. disputatione 176. §. ad secundam partem, Manuel Rod. primo tom. suæ Summæ in secunda editione cap. 231. numero 7. Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 6. num. 5. in commento, & ea communis sententia contra Ludouic. Lopez, & Albornoz
12 secundum Thom. Sanchez vbi supra, numero 9. vbi eam bene probat, & numero 10. dicens, quod ad incurrendam hãc excommunicationem requiritur, vt impedientes subditos habeant iurisdictionem in foro externo: quare Episcopus si cogat, incurret, vt aiunt multi Theologi, & iurisperiti consulti, quos refert & sequitur Enriquez vbi supra, addens, & bene, nec parochum impedientem incurrere, quia caret iurisdictione in foro externo, nec Regem, aut Imperatorem, quia oporteret hoc exprimi, vt expressit idem Concil. Trident. sessione 22. cap. 11. de reformat. & Bulla cœnæ.

13 Nunc agamus de filijs an teneantur inire matrimonium, quod ipsorum nomine spoponderunt parentes, & an cessante tali præcepto, vel eo non obligante, peccent filij matrimonium inuitis parentibus contrahentes.

Quoad primum procul dubio videtur filium teneri inire matrimoniũ, quod pater promisit, vel iubet vt ineat, ex tex. in cap. primo de desponsat. impub. in fin. ibi, & postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.

14 Expendo enim verbum, debet, quod de sui natura importat necessitatem, & præceptum iuxta glos. in cap. proposuit, verbo non debet de appell. & in Clementina attendentes de stat. monach. in principio, verbo debeant, & ibi DD. & alibi sæpissime, quos in vnum congerit Thom. Sanchez lib. 4. de matrimonio, disputatione 23. numero 2. contra Armill. Aur. & Ledesm. in 2. partẽ 4. quæstione 17. art. 2. dub. 6. aliud censentes: & in terminis huius primi dubij ita tenet Dominicus à Soto in quarto, distinctione 29. quæstione 1. articulo 4. col. 3. dicens esse sufficientem causam, vt filius teneatur ad matrim. si sibi sit conueniens, nullaque resistendi iusta causa adsit præterquam quod pro illo spoponderit, & iurauerit: eandem sententiã tenet Nauar. in Manual. cap. 14. numero 15. & Manuel Rodrig. in sua Sum. 1. tom. in secunda editione, cap. 231. numero 6. Ludouic. Lop. in suo Instructor. prima parte cap. 54. §. sed aduertitur, & Capua lib. 2. decisionum cap. 55. num. 19.

Nihilominus tamen non desunt alij Authores existimantes tex. in d. cap. primo de desponsat. impub. in verb. supra relatis, intelligi debere non de præcepti, sed de honestatis debito propter subiectã materiam, in qua Ius Canonicum tantam libertatem postulat, ita tenent glos. in d. cap. 1. verbo debet, & ibi Hostiens. in fin. Ioan Andr. numero 8. & cæteri communiter

niter DD. & alij plures quos congerit Sãchez vbi supra, numero 3.

15 Quare in hac controuersia super intellectu verbi, debet, in proposito nostræ primæ quæstionis resoluẽdum est primo, regulariter non teneri filium implere spõsalia, quæ absque suo consensu pater promisit, quia vt dicebamus c. præced quoad contrahendum matrim. filius est liber, & in terminis ita tenent Ricard. in quarto, distinctione 29. articulo 1. quæstione 4. in corpore, & ad secundum, Abulens. primo Regum cap. 18. quæstione 24. quos refert, & sequitur Sanch. d. disputatione 23. numero 3.

16 Secundo asserimus, filium teneri sub culpa mortali obedire parenti præcipienti, vt tale matrim. contrahat, quando multum interest parentum, vt filius illud matrim. ineat, vt si esset medium ad graues inimicitias componendas, quæ essent inter parentes, & consanguineos eorum, cũ quibus est contrahendum matrim. ex virtute namque pietatis tenentur filij subuenire parentum necessitati: ergo idem est
17 dicendum quando parentes indigent tali matrimonio, nempe vt filij in hac specie obedire teneantur, ita tenent Cald. in d. cap. primo de desponsat. impub. & ibi Alexand. de Neuo numero 6. Præpos. num. 5. & Henric. numero 6. Suarez in l. secunda, titulo *de los casamientos*, numero 17. lib. 3. For. Nauar. in Manual. cap. 14. numero 15. & alij communiter Iuristæ, necnõ & summi Theol. quales sunt S. Tho. in quarto, distinctione 29. quæstione vnic. art. 4. in corpor. Belarmin. lib. primo de matrim. cap. 19. propositione 3. in fin. & alij quamplurimi congesti per Thom. Sãch. d. disputatione 23. numero 4. qui eos sequitur: estque hæc vera, communis, &
18 receptissima sententia, quam Sanch. vbi supra, numero 5. intelligit eo casu, quo eligat filius matrimonium inire, nam si aliũ statum appetat, non potest pater ad ineũdum matrimon. illum præcepto obligare, nisi in casu, quo ob parentum indigentiam teneretur filius abstinere à religionis ingressu, vt tenent DD. quos ibi ad hoc citat, estque verum: secundo intelligit eandem communem sententiam numero 6. nisi iusta causa ductus filius resistat tali matrimonio, vt quia fide priorum sponsalium cum altera contractorũ astringebatur, vt tenet Manuel Rodrig. primo tomo suæ Summ. in secunda editio. cap. 231. numero 6.

19 Quoad secundum principale dubium præd. an cessante præcepto patris, vel eo non obligante peccent filij matrimonium inuitis parentibus contrahẽtes, separando certa ab incertis, omnes docent, quod existente iusta causa in filio non peccet, vt si pater iniuste prohibeat filium illud matrim. quod appetit inire, vel si pater indigno matrimonio filium collocare velit gratia amplioris dotis, vel si pater velit filiũ ducere vxorem ægram, imprudẽtem, aut durioris conditionis, cum qua probabiliter credat filius fore, vt pacẽ non habeat, vel si pater esset negligens in tradenda filio vxore, vt quia iam filius 25. annum excessit, vel quando aspere tractaretur filius à parentibus, & plus iusto opprimeretur, hæc exempla, & alia fingunt DD. citati per Sanchez vbi supra, numero 8. qui eos sequitur.

20 Quando autem deficit hæc iusta causa in filio, Authores affirmant, & late probant, peccare filium mortaliter matrimonium ineundo, estque omnium Theolog. sententia, vt probauimus lib. 1. Canonic. quæstionum cap. 20. numero 3. tenetur igitur filius sub culpa lethali consilium parentum circa matrim. petere, non tamen illud sequi, & ita potest ipsis inuitis, prius tamẽ consultis, cõtrahere matrim. quod voluerit, nisi ratione scandali, vt quia probabiliter nosset filius grauissima inde scãdala, & odia capitalia subortura, quia tunc peccaret lethaliter filius sic contrahendo contra charitatem, vt cum alijs probat Thom. Sanchez vbi supra, numero 10. & 11.

21 Nihilominus tamen, licet filius possit sine patris consensu matrim. contrahere, non tamen sine peccato potest consilium patris spernere, vt cum alijs probauimus vbi supra, numero 8. & iuxta supradicta intelligenda sunt, quæ diximus lib. 2. practic. quæstione 1. numero 3. nempe filiã Iure Canonico posse libere absque patris cõsensu, & licentia nubere, scilicet, quoad valorem matrim. non tamen absque peccato

cato si sine consilio eius illud contrahat cessante iusta, vel rationabili causa.

SVMMARIVM Cap. LXXX.

1 FILIAE *inuitis parentibus nubẽtes, an possint ab eis exhæredari, & dotem denegari? & numero 2.*

3 *Parentes quoties possunt exhæredare filios, non tenentur eis alimenta præstare; nisi ea quæ sunt præcisè necessaria ad vitam, vt in numero 4. & ideo tenentur dotare filias in hac specie in quantitate necessaria quãdo alia alimenta filiæ non suppeterent, vt in numero 5.*

6 *Pater quando filiam matrimonio collocat, tenetur eam dotare.*

Etiam si ei dotem non promiserit tempore matrimonij, vt in numero 7.

Idem est si filia nupsit cum patris consensu cum modica, & minus competenti dote, quia potest augmentum petere, vt in numero 8.

9 *Pater tenetur filiam dotare etiamsi ei alimenta præstare nõ teneatur, quãdo est dives.*

10 *Pater filiæ monasterium ingredienti tenetur dotem constituere.*

Et idem est respectu filij volentis ad sacros Ordines ascendere, vt in numero 11.

12 *Pater an teneatur dotare filiam maiorem 25. ann. ipso inuito nubentem.*

Et quid in filia minore 25. annorum ipso inuito nubente? numero 13. vbi plures conclusiones assignantur.

CAPITVLVM LXXX.

De filiabus inuitis parentibus nubentibus, an possint exhæredari? & an dotem eis parentes cõstituere teneantur?

1 DE priori quæstione iam egimus lib. 2. practic. quæstione 1. & 5. per totas, & nunc nouissime agit nos citans Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disputatione 24 & 25. quibus nihil opportunum nobis addẽdum se offert, siquidem omnia ad hanc materiam pertinentia bene, & distincte ibi digesta sunt.

2 De secunda autem quæstione circa dotem asserendum est, quoties parentibus fas est filios exhæredare ob causas iure permissas, immunes eos esse ab obligatione dotandi filios, quia alimenta, & dos æquiparantur, & valet argumentum de alimentis ad dotem, vt omnes fatentur.

3 Sed dum parentes possunt exhæredare filios, non tenentur ad alimenta, vt docet cum alijs Couar. in quarto de sponsa. 2. parte, cap 8. §. 6. numero 17. & D. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. cap. 16. numero 3. l. 6. titulo 19. partita 4. ergo neque ad dotẽ, vt in terminis tenẽt Philip. Francus in cap. vnic. §. porro, numero 2. de despõs. impub. lib. 6. Palat. Rub. in repet. cap. per vestras, notab. 3. §. 13. numero 1. de donat. inter vir. & vx. & alij plures relati per Thom. Sanch. d. lib. 4. disputatione 26. numero 1.

4 Non tamen secundum veriorem opinionẽ excusatur pater in hac specie à præstatione alimentorum, quæ sunt necessaria præcisè ad vitam, vt cum alijs probat D. Couar. vbi supra.

5 Et ideo tenebitur dotare in quantitate necessaria ad talia alimenta, quando aliunde alimenta filiæ non suppeterent, sed fame periret, vt merito vtrumque probauit contra Molin. Theolog. Thom. Sanch. vbi supra.

6 Quando autem pater filiam matrimonio collocat, tenetur ei dotem constituere; hoc enim est officiũ paternum: l. fi. C. de dot. promis. l. qui liberos de ritu nupt. l. 8. titulo 11. partita 4. ad quod tenetur pater, non solum iudicis officio quoad id cõpellendus est, sed etiam iure obligationis, vt cum alijs probat Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumptione 189. numero 64. quem sequitur Sanch. vbi supra, numero 2.

7 Quinimo quando pater filiam matrimonio collocat absque dotis mentione, tenetur eã dotare iuxta glossam in l. obligamur, verbo lege, ff. de action. & oblig. & plures allegat eandem opin. sequutus D. Couar. in quarto de sponsa. secũda parte, cap. 3. §. 8. numero 7. Palat. Rub. in c. per vestras, notab. 3. §. 20. numero 2. & §. 14. numero 11. Rip. dicens esse omnium in l. prima, numero 56. ff. solut. matr. Ant. Gom. in l. 40. Taur. numero 87. versic. 6. intellige. Padill. in auth. res, quæ, numero 75. C. communia de leg. Baez. de non melior. rat. dot. filiab. cap. 5. numero 6. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. numero 56. & plures alios citans aduersus Bart. & nonnullos alios Thom. Sanchez vbi supra, numero 3. vbi eam bene probat.

8 Addens idem esse, si filia nupsit cũ patris consensu cum modica, & minus competenti dote, quia potest augmentum petere secundum Bald. Paul. & Baez. quos refert. Fateor tamẽ difficile esse obtinere in hoc vltimo in praxi, siquidẽ dos fuit moderata ex conuẽtione vtriusq; partis, nec vnquam vidi simile augmẽtũ dotis peti in

9 actu practico. Adeo autem verum est patrem teneri filiam dotare dum eam nupti tradit, vt procedat etiam si ei alimenta præstare non teneatur, quia est dives, vt tenẽt Bald. Angel. Paul. Alex. & Hippol. quos refert Baez. vbi supra, d. cap. 5. numero 5. & cap. 2. numero 26. Palat. Rub. vbi supra, tertio notabil. §. 14. numero 1. & Couar. vbi supra, numero 8. Padill. in d. auth. res, quæ, numero 67. Menoch. vbi supra numero 68. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 5. contra Bart. in l. mulier, §. cum proponeretur, numero 3. ff. ad Treb. & probatur expresse hæc communis sentẽtia contra Bart. in d. l. 8. titulo 11. partita 4. ibi, *cà quier aya ella algo de lo suyo, o de otra parte, o nõ, tenudo es el padre de la casar, è de la dotar*, & ibi notat Greg. Lop. in

10 glossa, *el padre*.

Vbi etiam quod non solum filiæ nubenti tenetur pater dotem constituere, sed etiam monasterium ingredienti, vt tenet Bal. in d. l. fi. C. de dot. promis. & alios

11 plures referens Sanchez vbi supra, numero 6. vbi idem probat cum Auend. si filius velit ad sacros Ordines ascendere.

12 Quod autem dubitationem habet, est an pater teneatur dotare filiam maiorem 25. ann. ipso inuito nubentem, qua in re

sunt, qui existiment patrem teneri si bona promisit dotem, alias secus, & sibi imputet vir, quod de dotis promissione tam ime egerit, ita Bart. in d. l. obligamur in fi. ff. de act. & obligat. Abb. in cap. 1. num. 6. de despons. impub. & ibi Præpos. numero 3. idem Abb. in rep. cap. Ecclesia, numero 20. de constit. Montal in l. 10. titulo 1. partita 4. & Sylvest. in summa, verbo dos, quæstione 4. ibique Tabien. quæstione 3. numero 4.

Verior tamen multo est opinio contraria, imo quod in specie suprad. pater teneatur filiæ dotem constituere, quamuis filia minime dotem promiserit, indignoque nupserit, sic de filia maiore tenet indistincte Rip. in l. 1. numero 57. ff. solut. mat. & clare Menoch. vbi supra, numero 58. Francus in cap. vnic. §. Porro, numero 1. & 2. de despons. impub. lib. 6. Baez. de non melior. ratione dotis filiab. cap. 18. numero 2. & cum eis Sanchez vbi supra, numero 11.

13 Sed magis variant DD. circa eum articulum, an pater teneatur dotare filiam minorem 25. ann. ipso inuito nubentem: siquidem quatuor opiniones in eo inueniuntur cum suis Authoribus: prima habet patrem indistincte teneri dotare filiam absque eius consensum nubentem iuxta glossam verbo parentum, *el primero*, in c. fi. 32. quæstione secunda, quam tenent, & sequuntur plures Authores, vt constat ex Gudisalu. de Paz in sua Pract. tertio tom. c. 6. §. 12. n. 12. & alijs: secũda docet teneri dotare quando nupsit digno, secus si indigno, nec distinguit an filia promiserit dotẽ necne? sic glossa in cap. de raptoribus in fin. 36. quæstione 1. & ibi Archid. Ioan. And. in c. accedens in fin. de Procurat. & ibi Ant. numero 16. practic. forẽ. titulo de dot. §. 2. Franc. in cap. vnic. §. Porro, numero 1. & 2. de despons. impub. lib. 6.

Tertia sententia absolute habet teneri dotare licet sit minor, & nubat indigno, licet dotem nõ promiserit, ita Palat. Rub. in d. ca. per vestras, notabil. 3. §. 10. in principio & §. 13. numero 1. & §. 15. numero 1. & §. 16. per totum, & inspecto iuris rigore dicit esse veram D. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. cap. 16. numero 8. fatetur tamẽ minorem dotem esse dandam aetera

mino-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minori viri qualitate, & hæc sententia mihi non displicet, eamque alios allegans sequutus sum lib. 2. pract. q. 1. numero 4.

Quarta sententia est Mōralui in l. 10. titulo 1. partita 4. Rosell. verbo hæreditas, numero 10. Angel. verbo dos, numero 4. Sylvest. quæstione 4. Tabien. quæstione 3. numero 4. & Armill. aur. numero 6. tenentium, vt si filia nupserit digno, dotemque promiserit, teneatur pater eam dotare, secus si nō promisit, vel nupsit indigno.

In tanta varietate opinionum Thom. Sanch. d. lib. 4. de matrim. disputatione 26. numero 16. cum pluribus sequentibus rem hanc octo conclusionibus explicat nos citans lib. 1. pract. quæstione 1. & alios quamplures, quibus inhæredum iure erit, quoties de hoc contigerit dubitari.

Prima conclusio est, pater tenetur dotare filiam minorem nubentē digno sine tamen consensu patris, & dotis promissione, Sanchez plures referens vbi supra, numero 16.

Secunda conclusio: si filia minor absque patris consensu, & dotis promissione nupsit digno, tenetur pater eam dotare: hanc conclusionem, & præcedentem limitant aliqui nisi filia diues sit, possitque dotem promissam, aut non promissam soluere, tunc enim licet dignissimo nubat nō tenetur eam pater dotare. Neque obstat d. l. 8. tit. 11. partita 4. in verbis supra in contrarium relatis, quia dicunt eam l. lo qui quando patris consensu filia nupsit, vt aperte ex ea colligitur ibi, *tenudo es el padre de la casar, è de la dotar*, & ratio ipsa naturalis postulat, vt filiam diuitem spretoque patre nubentem pater non teneatur dotare, ita tenent D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 8. numero 8. & Ludou. Lop. in prima parte Instruct. in noua editione, cap. 294. §. sequitur alia quæstio, & eos referens Thom. Sanch. d. disputatione 26. numero 18. vbi hoc inter hos casus inquit distare, quod quando filia nupsit digno, & est pauper, tenetur eam pater plene dotare, quando autem indigno, non tenetur plene, sed rātum iuxta quantitatem alimentorum, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt, vt statim dicetur in sequenti conclusione.

Tertia conclusio est, quando vir vel fœmina indignum matrim. iniere, si ita diuites essent, vt alimenta haberent, non tenetur pater dotare, si autem alimentis carerent, tenetur pater dotare in modica quantitate conuenienti ad alimenta vitæ necessaria, & hoc propter æquitatem naturalem, ne fame pereant, vt tenent vbi supra Rip. nu. 59. Couar. 7. Molin. 8. nos numero 5. Anton. Cuch. Baez. Veracruz, Ludou. Lop. Manuel, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 19.

Quarta cōclusio: pater tenetur alimēta prestare filio absque eius consensu decenti vxorem, si aliunde non habeat, Decius in l. nuptias 30. in fi. ff. de reg. iur. Palat. Rub. vbi supra, §. 13. numero 1. in repetitione cap. in 3. notab. D. Molin. lib. 2. de Hisp. primog. cap. 16. numero 2. Riminald. multos referens cons. 133. numero 42. volumine 2. & Sanch. vbi supra, numero 20.

Quinta conclusio: non tantum tenetur pater præstare alimenta filio pauperi, sed etiam vxori eius, ita plures referens Sanch. vbi supra, numero 21. ampliana cōtra Ludou. Lop. etiam si talis filius indignam vxorem duxerit, & numero 23. sextam conclusionem constituit resoluens, quod is coniux dicitur indignus, cui alter matrimonio copulari non potest absque dedecore iuxta ciuitatis mores secundum Bart. & alios plures DD. quos ibi ad hoc citat, & numero 24. septimam conclusionem constituit, vt indignus coniux etiam iudicetur ex bonis animi, vt si mali moribus imbutus sit, vt in meretrice, quod sit persona indigna, & in viro, qui meretrica tur, vel leno est, & numero 25. quod indignus dicitur etiam coniux ex bonis fortunæ nisi aliūde excessus hic in diuitijs cōpensetur, vt si pauperior nobilior sit, & numero 26. vltimam suam conclusionem collocat dicens, quod indignus etiam habeatur is, cum quo matrimonium consistere non potest ob aliquod impedimentum, nisi in eo sit dispensatum secundum Bald. & alios quos refert.

SVM-

SVMMARIVM Cap. LXXXI.

1 CONDICTIO *honesta, & possibilis de præsenti, vel de præterito adiecta matrimonio illud non vitiat, nec suspendit, si est vera; secus si falsa sit.*

Si vero sit condictio de futuro suspendit matrimonium, vt nullo modo valeat quousque ipsa verificetur, vt in numero 2.

Et numero tertio, quarto, & quinto, quomodo sit intelligendum.

6 *Condictionis verificatio apposita in contractu matrimonij vel sponsalium de futuro an debeat constare parocho, & testibus, necne? & numero septimo.*

Et quid in dubio, an scilicet sit in hoc tenenda sententia Theologorum vel Canonistarum contraria? numero octauo.

9 *Copula habita inter contrahentes matrimonium condictionaliter an operetur implementum condictionis quasi ab ea videatur recessum per copulā subsequutam, attento iure communi, & stante Sancto Concil. Trident.*

10 *Condictio inter consanguineos, vel affines, si Papa dispensauerit, an eo dispensante, remaneat verificata, & celebratum matrimonium.*

Et an requiratur scientia dispensationis, numero 12.

Sponsalia de futuro an hodie post Concil. Trident. subsequuta copula efficiantur de præsenti, maxime si interfint parochus, & testes?

Et quid si condictio sit de certa dote constituenda, numero 13.

14 *Matrimonium contrahens de præsenti sub condictione honesta, an possit consensum reuocare ante condictionis implementum?*

CAPITVLVM LXXXI.

De condictione honesta, & possibili de præsenti, præterito, vel futuro adiecta matrimonio, an ipsum suspendat?

1 CONDICTIO honesta, & possibilis de præsenti, vel de præterito adiecta matrimonio illud non vitiat, nec suspendit, sed si condictio tunc est vera, vt si pater tuus vult, vel voluit, est statim validum matrim. stando in iure cōmuni: si autem est falsa, statim est irritum, ita D. Thom. in 4. distinct. 29 quæst. vnic. art. 3. quæstiuncula 3. quē omnes sequuntur, vt affirmat Thom. Sanch. de matrim. lib. 5 disput. 6. num. 1. vbi etiam quod licet D. Thom. solū loquatur de condictione de præsenti, omnes idē dicūt in condictione de præterito, quam conclusionem cōmunem bene ibi iure probat.

2 Condictio tamen possibilis, & honesta de futuro suspendit contractū matrimonij, vt nullo modo valeat, dū cōdictio non impletur: tex in c. super eo, & in c. de illis de condict. appos. l. 3. tit. 4. partita 4. & in hac conclusione omnes conueniunt, secūdum Thom. Sanch. vbi supra, numero 2.

3 Est tamē inteligenda primo hæc secūda cōclusio, quādo cōdictio adijcitur in ipso actu cōtrahēdi matrimoniū, secus si ex interuallo, matrimonio iā pure celebrato, cū enim iā semel suū effectū sortitum sit, nec liceat cōmuni consensu ab eo recedere, nullā admittit cōdictionē: argumēto l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub mod. & in terminis ira tenet glos. in d. ca. de illis, verbo huiusmodi verbis, & ibi cōmuniter DD. de condi. appos. D. Coua. in 4. Decretal. 2. parte, c. 3. §. 1. n. 8. Nauar. in summa c. 22. n. 62. Paludan. & Summistæ, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, num. 3.

4 Secundo præfatā conclusionem verā intelligunt nonnulli, quos citat Abb. in d. c. de illis, num. 5. vt procedat, vt condictio de futuro tūc suspendat, quando refertur ad arbitriū alterius, vt contraho tecum, si pater consenserit: quia est circa substantialia matrim. nēpe circa cōsensum: secus de alia cōdict. vt cōtraho tecū si tantā do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem dederis, cum enim sit circa qualitatē, non suspendit, sed statim valet matrimonium, hæc tamen declaratio, & intelligentia minime vera est, nec tenenda, sed potius contrarium, nempe quod vtraque cō dictio supradict. suspendat, vt probatur nuncupatim in d. cap. de illis, & in d. l. 3. titulo 4. partita 4. & ibi Gregor. Lopez in verbo casar, & communiter alij quamplures DD. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 5. vbi numero 6. admonet, condictionem præd. si tantū mihi donaueris, appositam in matrimonij celebratione, intelligi debere quando est causa iusta dandi, vt in dotem, vel quia est disparitas inter contrahentes, alias enim est condictio turpis iuxta l. si ita stipulatus *la tercera*, §. si tibi nupsero, ff. de verb. oblig. quare tanquā condictio turpis non suspendet, sed reijcietur, vt cum alijs pluribus Author. hoc ibi tenet, & probat.

5 Tertio est intelligēda prætata secūda conclusio, vt quamuis condictio honesta suspendat tam matrimoniū quam sponsalia vsque ad condictionis euentum, nec sit vsque tunc perfecta obligatio, attamen non potest aliter recedere ab sponsione antequam condictio deficiat, sed tenetur expectare vsque ad condictionis euentū, vt in proprijs terminis tenet glossa in d. c. super eo, verbo alieno, de condict. appos. & ibi Hostiens. & communiter DD. D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 3. in initio numero 6 & nos lib. 1. Can. non. quæstionum, cap. 22 numero 22. in fine, Marc. Anto. Cuch. in suis Institut. mai. lib. 5. titulo 11. numero 54 & 55. in fin. Matienç in rubrica tituli 1. lib. 5. nou. collect. Reg. glos. primo, numero 63. & bene probat alios referens Thom. Sanch. d. lib. 5. disputatione 6. numero 8.

6 Illam tamen quæstionem difficilem censet, atque pro vtraq; parte late examinat in proposito idē Thom. Sanch. d. lib. 5. de matrim. disputatione 8 numero 23 & 24. an si matrimonium celebretur de præsenti sub condictione de futuro coram parocho & testibus efficiatur purum statim impleta condictione de futuro, vel si contrahatur matrimonium de præsenti sub condictione de præsenti, vel de præterito, vt si coram parocho, & testibus aliquis dicat, contraho tecum, si pater tuus cōsentit, vel modo cōsentit: an si vera est condictio, sit statim matrimonium, vel sit necessarium constare eidem parocho, & testibus verificationem condictionis de futuro, de præsenti, vel de præterito respectiue in singulis præd. casibus? In primis nāque fundat esse certum hoc desiderari, & allegat Petr. de Ledesm. id dicentem, & tenentem, qui licet loquatur tantum in cō dictione de futuro, eius tamen rationes idem omnino probant, scilicet non esse matrim. quando condictio est de præsenti, non tamen constat parocho, & testibus de condictionis veritate: inquit tamen numero 24. se negare non posse rationes d. primæ sententiæ vrgentissimas esse, & quæ conuincere videntur: nihilominus cōtrariam partem, nempe, vt sufficiat parochum, & testes interesse illi matrimonio de præsenti siue condictio sit de præsenti, siue de futuro, nec sit necessarium, vt præsentes sint condictionis verificationi, vt ibi late quoque fundat, & probat dicens sibi valde probabilem esse hanc opin. & tandem inquit. quod eam videntur clare tenere Nauar. lib. 4 consil. titulo de condict. appos. in vtraque editione, consil. 1. numero 6 & Manuel Rodrig. in sua summa in 2 edit. cap. 219 conclus. 18. num. 19. (sed est c. 216. cōclusione 18. n. 19.) vbi dicunt matrim. semel contractū coram parocho, & testibus sub cōdictione licita, non esse opus, vt post aduentū cōdictionis iterū fiat coram parocho & testibus, quia aduenientе cōdictione retrotrahitur, ac manet perfectū, ac si à principio factū fuisset: idē Thom. Sanch. d. lib. 5. disput. 8. nu 22.

7 Quid tenēdū? Ego priorē opinionem veriorē esse cēseo, & iuxta cōmunē opinionē Theologorū verissimā, & tenēdā, quæ habet quod in præsenti illa specie, de nouo cōdictione nō sit matrim. onium de præsenti, sed sponsalia de futuro, & ideo nouus cōsensus de præsenti ad matrimoniū requiritur, vt latissime cū D. Thom. & cōmuni contra communē Canonistarum probauimus cēsentes præfatā cōmunem sententiā Canonist. esse falsam lib. 1. Canonic. quæsti. c. 22. nu. 21. & 22. quā etiā esse cōmunē Theolog. profitetur Manuel Rodr. vbi supra, & est cōmunis Theolog. probabilissima, vt plures allegans, nempe D. Thom. numero 4. distinctione 29 quæstione vnic. articulo 3. quæstiuncula 3. & alios, & nos, alioſque Iuristas profitetur idem Sanchez lib. 5. disputatione 8. numero 3. tametsi numero 5. contrariam sententiam Canonistarum, & aliquorum Theolog. probabiliorem existimet, & probet, & in specie in condictione inter inhabiles, si Papa dispensauerit, ibidem Sanchez numero nono, & decimo. Ergo cum præd. matrimonium etiam de præsenti celebratum sub condictione de futuro, de præsenti, vel de præterito non sit statim matrim. de præsenti quousque constet condictionem esse verificatam, sed sponsalia de futuro, etiamsi fuerit celebratum per verba de præsenti, consequitur, quod licet principio præsentes fuerint parochus, & testes, attento Decreto Sancti Concilij non sufficiet, cum non fuerit matrimonium de præsenti, sed tantum sponsalia de futuro, sed requiritur nouus consensus de præsenti coram parocho, & testibus purus. & perfectus, quo celebretur matrimonium de præsenti, vt post Concil. Trident. cum communi Theolog. proculdubio seruanda testatur Didac. Perez in l. prima, titulo 1. lib. 5. Ordin. folio 41. quem nos sequuti sumus, & merito d. cap. 22. sub d. numero 22. ibi, quæ hodie proculd. accedat, quia Concil. Trident. exigit, vt parochus, & testes assistant vero matrimonio, quod tale est simpliciter, & inducit vinculum indissolubile, vt de illo testificari possint, sed illud matrim. condictionale, non est simpliciter matrim. sed sponsalia de futuro, vt probauimus, nec indissolubile, nec possunt vere parochus, & testes testificari de matrimonio contracto, cum illud pendeat à cōdictionis verificatione futura, vel de præterito, aut de præsenti: ergo nullo modo est matrimoniū: & confirmatur, quia finis Concilij est, ne possint sponsi ad alias transire nuptias, cum de prioribus minime constet Ecclesiæ, sed hoc inconueniens minime cessat, si parochus, & testes nō interſint verificationi condictionis, ergo non est matrimonium absolute.

Tertio, quia super verificatione condictionis potest esse controuersia citra præsentiam parochi, & testium, nempe vtrum condictio de futuro sit postea verificata hoc vel illo modo, aut forma debita, vel conuenta, vel non, & idem in condictione de præsenti, vel de futuro an tunc sic se habuerit necne, & præterea, an testes hoc sufficienter deponant, vel an sint habiles, integri, & legitimi, vel contestes necne: ergo non potest hoc matrimonium absolute censeri validum, nisi de nouo pure, & cum vera certitudine, & nouo consensu de præsenti puro, & irreuocabili, & non condictionato coram parocho, & testibus celebretur.

8 Quarto, quia in dubio, & in concursu duarum opinionum securior, & communior Theologorum est tenenda, & sequenda ne matrimonialis contractus periculo nullitatis subijciatur, & quamuis in foro conscientiæ, stante verificatione indubia condictionis possit teneri, & defendi opinio Nauarr. Manuel. & Sanch. attamen in foro exteriori verior, & receptior est prima opinio contraria, quam defendimus cum communi Theologorum, quam communem esse profitetur Manuel vbi supra contra suam, & Nauarr. opinionem. Ergo sequenda est communis Theologorum, & nostra tanquam verior, & securior, quāuis ambæ possint esse, & sint probabiles, sed Theologorum, & nostra multo quidem probabilior, & tenenda in iudicando, & consulendo; præmaxime post Concil. Trident. & cum his cessat disputatio septima eiusdem Thom. Sanchez lib. quinto, loquitur enim supposita pro vera opinione Canonistarum.

9 Quod si pendente condictione illius matrimonij initi coram parocho, & testibus contrahentes habeant copulā, præsumerer Ecclesia recessisse à cōdictione, & perfeciſſe matrimonium attento Iure Communi, iuxta cap. de illis, & per tuas de condict. appos. non tamen post Concil. Trident. cum requiratur nouus consensus de præsenti exprimendus coram parocho, & testibus iuxta eius formam, & communem opinionem veriorem Theologorum supra adductam: & hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tantũ in foro externo, vt voluit Tho. Sanch. ſtatim citandus, & iterum lib. 1. diſput. 26. nu. 12 vbi expreſſe tenet, & probat id, ſed etiam in matrim. cũ poſt conditionis implementũ requiratur nouus cõſenſus expreſſus ad perficiendũ matrim. ſub cõditione honeſta, & poſsibili ab initio: & Cõciliũ corrigat matrimonia præſumpta, vt ſupra in matrimonijs nullis probauimus contra eundẽ Thom. Sanch. qui etiã in hoc in d. diſputatione 8. n. 25. lib. 5. proſequens ſuam priorem opinionem tenet contrarium.

10 Idẽ cẽſeo dicendũ ſi duo cõſanguinei cõtrahãt corã parocho, & teſtib⁹ per verba de præſenti ſub cõditione: ſi Papa diſpẽſauerit, ſuppoſita opin. Theologorum, quã tenuimus contra Canoniſtas, quæ habet nõ eſſe matrimoniũ abſque nouo conſenſu, quãuis Thom. Sanch. diſput. 8. n. 26. in principio teneat contrarium ſuppoſita opinione Canoniſtarum contraria, quam ibi num. 10. ipſe tenuit, & defendit.

11 Sic etiã ſponſalia de futuro quamuis antiquitus adueniente cõditione per copulã tranſibant in matrim. iuxta cap. is, qui fide de ſponſal. & docẽt cõmuniter DD. tã Iuriſperiti, quã Theologi, quos ibi refert Sanch. nu. 26. & alij quãplurimi; hodie tamen poſt Concil. Trid. hoc eſt correctũ, cum ceſſauerit matrim. præſumpta, vt ibi quoq; probat, & nos docuimus ſupra alio cap. quãuis ſecus eſſet ſi ſponſalia illa, & copula habita affectu vxorio fieret corã parocho, & teſtibus, quia iã ſeruatur forma, vt tenet Sanch. d. num. 26. & diximus vbi ſupra.

12 Et an tunc requiratur in ipſis ſcientia diſpenſationis obtentæ necne? diſcrepant DD. in hoc, quos bene cõciliat ibi Sanch. ita, nẽpe vt ſi nomine cõtrahentiũ ſit obtenta diſpenſatio, ſat ſit vt is, qui impetrauit, ſciat eſſe obtentã: ſi vero non nomine eorũ, ſed ipſis ignorantibus impetrata ſit diſpẽſatio, neceſſariũ eſt, vt ſciant eam eſſe obtẽtã, quia alias nil prodeſſet diſpenſatio, nec priuilegium, quare perinde eſſet, ac ſi ſine diſpenſatione cõmixti eſſent, cum illa à tempore ſcientiæ impetrantiũ, vel procuratoris tantum profit.

13 Quod ſi cõditio adiecta ſponſalibus ſit de dote cõſtituenda, quãuis olim recedi videbatur à condictione per copulam, & hodie etiã ſi omnia fiant corã parocho, & teſtibus, hoc tamẽ intelligendũ eſt ad hũc effectũ, vt nõ expectetur cõditionis euẽtus ad purificandũ matrim. non tamen, vt dotis ſoluendæ obligatio extincta ſit, quia hoc nullo iure deciditur, ita Sot. in 4. Sent. diſtinct. 29 q. 2. art. 3. poſt tertiã concluſ. verſic. contra hoc autem, quẽ refert, & ſequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. diſputatione 26. num. 13. & recte.

14 Denique illud eſt obſeruandũ, quod ſi contrahens matrim. de præſenti ſub conditione honeſta, reuocet cõſenſum ante cõditionis euẽtũ, nullo modo adueniẽte cõditione purificatur matrim. ſed cogẽdus eſt purificare, quia iam prior cõſenſus non durat: gloſ. in c. ſuper eo, verbo alieno de condict. appoſit. & ibi communiter DD. Coua. in 4. Decret. 2 parte, c. 3. in initio n. 6. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. inſtit. mai. tit. 11 n. 54. & alios allegãs Thom. Sanch. d. lib. 5. diſputatione 8. nu. 1. vbi quod hoc procedit etiamſi reuocatio altero ignorãte fiat iuxta tex. in c. fin. de procurat. in 6. ſecundum Couar. & Cuchum vbi ſupra.

SVMMARIVM Cap. LXXXII.

1 *Condictiones contra ſubſtãtiam matrimonij in ipſo appoſitæ vitiant illud condictiones vero turpes, aut impoſsibiles pro nõ adiectis habentur, vt in exemplis hic poſitis, & in numero 21. & 38.*

2 *Bona matrimonij tria cõſiderãtur, vt hic.*

3 *Condictiones, & pacta contra tria bona matrimonij tollunt ipſius ſubſtantiam, & conſenſum debitum.*

4 *Condictio contra ſubſtantiam matrimonij in ipſo adiecta quando ipſum vitiet, vel non? & numeris ſequẽtibus, vbi quomodo hoc intelligendum ſit.*

8 *Condictio adiecta matrimonio, nempe ſi te adulterandum tradideris, eſt contra ſubſtantiam matrimonij, ac proinde illud vitiat.*

9 *Condictio adiecta matrimonio, ſcilicet ſi prolem neces, aut mutiles, aut eam mancam reddas, aut oculos eruas, eſt contraria bono prolis, ac proinde vitiat matrimonium.*

10 *Condictio illa adiecta matrimonio, ſcilicet ſi prolem à nobis ſemper abijciamus, & alendam exponamus, an vitiet ipſum matrimonium?*

11 *Condictio appoſita matrimonio, nempe cõtraria bonis ipſius ſi eſt honeſta illud vitiat, vel tantũ quãdo eſt turpis?*

12 *Matrimonium contractum inter Beatam Virginem Mariam, & Ioſeph quomodo proceſſerit?*

13 *Condictio adiecta matrim. ſcilicet contraho tecum ſi prius te voto caſtitatis ſic obſtrinxeris, vt numquam à me petas, nec reddas debitum, an vitiet matrimonium? ¶ Et quid in pacto, vel condictione adiecta de non exigendo debitum, num. 14.*

15 *Condictio, vel pactum adiectum matrimonio, vt liceat ingredi religionẽ ante conſummatum matrimonium, illud non vitiat. ¶ Secus in condictione, quod tenerentur ambo, vel alter ingredi religionem ante vel poſt matrimonij conſummationem, num. 16.*

17 *Condictio illa adiecta matrimonio, nẽpe quod alter coniux minime teneatur debitum reddere, quoties alteri petere nõ licet, an vitiet matrimonium.*

18 *Cõdictio appoſita in matrimonio ab altero tantum coniugũ contra ſubſtantiam matrimonij an illud vitiet?*

19 *Conſenſus diuerſitas vitiat contractũ, vt quando alter pure conſentit, alter vero ſub condictione.*

20 *Condictiones adiectæ in ſponſalibus de futuro contra ſubſtantiam, & naturam ipſorum ea vitiant.*

21 *Matrimonij in materia, in dubio in foro conſcientiæ ſtandum eſt intentioni contrahentium: in foro vero externo præſumptioni iuris, & Eccleſiæ.*

23 *Eccleſia nunquam præſumit verum matrimonium, vbi ex ipſa forma contractus non apparet conſenſus, & quare excludat turpem cõdictionem.*

Et quid in alijs contractibus, numero 24. & 39. vbi ratio differentiæ in hac ſpecie aſſignatur, quare condictio turpis in matrimonio non vitiet ipſum, alios vero contractus irritet?

25 *Condictio adiecta matrimonio, nempe ſi te adulterandam proſtitueris, incitat ad peccandum, & non reijcitur, ſed vitiat matrimonium.*

26 *Condictio turpis adiecta matrimonio illud vitiat, quoties contracturis appareret non aliter contrahentes voluiſſe contrahere.*

27 *Condictio turpis de præſenti, vel de præterito nõ reijcitur de matrimonio illa verificata, vt in exemplis de quibus hic: ſecus autem non.*

28 *Condictio in ſponſalibus de futuro adiecta, ſcilicet contraham tecum ſi mecũ concubueris, an ſit turpis necne?*

Et quid in alijs condictionibus, ſcilicet, ſi te virginem inuenero, vel ſi in primo coitu mihi placueris, numero 29.

30 *Condictiones turpes appoſitæ in ſponſalibus de futuro reijciuntur, ſicut appoſitæ in matrimonio.*

31 *Condictiones impertinentes, vt hic, ſuſpendunt matrimonium.*

32 *Modus turpis aut impoſsibilis, vel contra ſubſtantiã matrimonij appoſitus in eo an illud vitiet? & numeris ſequentibus.*

37 *Sponſalia contracta in diem, nempe cõtraham tecũ abhinc vno anno, an ſint valida, & obligent?*

40 *Cap. fi. in 2. parte de condict. appoſit. 7. intellectus, qui omnes reprobantur.*

Et num. 41. ponitur verior, & tenendus.

42 *Condictio impoſsibilis reputata à contrahentibus poſsibilis, non reijcitur à matrimonio, vel ſponſalibus, vt hic.*

43 *Condictio impoſsibilis ad hoc vt reijciatur à matrimonio, requiritur quod illud cõtrahentes conſcij ſint iuris hoc diſponentis. ¶ Item quod ſit dubia cõtrahentium intentio an animo conſentiendi, vel potius irridendi eam condictionem apposuerint: ſecus ſi ex alijs coniecturis conſtaret condictionẽ impoſsibilem appoſitam fuiſſe loco abſque animo contrahendi, vt in numero 44. & numero 45.*

46 *Condictio impoſsibilis appoſita in matrimonio, ſiue de præterito, præſenti, vel de futuro reijcitur.*

47 *Condictio impoſsibilis de iure appoſita in matrimonio reijcitur ſicut impoſsibilis de facto.*

48 *Condictio de ſolo facto impoſsibilis, an*

Universidad de Deusto
Biblioteca

reijciatur de matrimonio?

49 *Conditio adiecta matrimonio, quæ ex sui natura possibilis est sed ex accidẽti impossibilis, vel ex lapsu tẽporis, nõ reijcitur de matrimonio.*

50 *Conditio adiecta matrimonio, si virgo es, non reijcitur sed valet.*

51 *Conditio impossibilis contraria substãtiæ matrimonij an sit reijcienda?*

52 *Conditio illa adiecta matrimonio, si non ascẽderis Capitolium, an reijciatur, vel annullet matrimonium.*

CAPITVLVM LXXXII.

De condictionibus contra substãtiam matrim. turpibus, & impossibilibus adiectis matrimonij contractibus.

1 GREGORIVS IX. Sũmus Pontifex in c.fi. de cõdict. appos. decreuit, quod condictiones cõtra substantiã matrimonij, puta si alter dicat alteri, contraho tecum, si generationis prolem euites, vel donec inueniam aliam honore, vel facultatibus ditiorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas, vitiãt matrimonialem contractum, quãtũcunque sit fauorabilis, licet aliæ condictiones appositæ in matrimonio sint pes, aut impossibiles fuerint, debeãt propter eius fauorẽ pro non adiectis haberi. De primis cõdictionibus cõtra substãtiã matrimonij agit etiam idẽ statuens l.5. tit. 4. partita 4.

De condictionibus contra substantiam matrimonij.

2 De secundis l.6. quæ est finalis eiusdẽ tituli, & vtrobique Gregor. Lopez.

Circa priorẽ partẽ d.c.fi. de cõdictionibus contra substantiã matrimonij agentem obseruandum est. In matrimonio tria bona considerari, nempe bonũ fidei, quã mutuo sibi coniuges in vita coniugali præstãt: deinde bonũ prolis, & deinde bonũ sacramẽti, & per hæc tria bona matrimoniũ honestatur, ita docent cõmuniter Theologi cum Magistro Sent in 4. distinctione 31. qui omnes hanc doctrinã à D. Augustino didicerũt lib. 9. super Genes. c. 7. & probat Greg. de Valent. tom. 4. disput. 10. q. 4. de bonis matrim. punct. 1. col. 1810.

Et quamuis hæc tria bona matrimonij nõ sint de eius essentia, quoad exequutionẽ, sunt tamen de essentia quoad obligationẽ, vt puta quod coniuges obligentur ad vitã perpetuã & indiuiduã, & ad fidem sibi seruandã, reddẽdo debitũ, negãdoque corpus alijs, prolẽque non impediendum, sed educandũ, si Deus eam dederit, vt late explicat Thom. Sanch. de matrim. lib. 2. disputatione 29. n. 12. repetit lib. 5. disputatione 9. numero 2.

3 Vnde condictiones, & pacta, per quæ cõiuges ad aliquid his contrariũ obligantur, tollũt matrimonij substantiã, & debitũ cõsensum, vt in d.c. fin. in 1. parte, & in d. l. 5. tit. 4 partita 4. & in c. solet 32. q. 2. & probat latius Thom. Sanch. d. lib. 5. disput. 9. n. 3. vbi n. 4 quod hoc procedit etiã stando iuri naturali, vt bene docet Petr. à Ledesma de matrim. q. 47. art. 5. dubio 4. cõclus. 2. & 3. & quãuis plura contra dispos. d.c.fi. in sua 1. parte pro ratione dubitandi adducat idẽ Thom. Sanch. n. 1. eis tamen satisfacit num. 14.

4 Nũc vero decisio d.c.fi. in 1. parte dũ loquitur de cõdictionibus contra substantiã matrimonij in ipso adiectis, vt illud vitient, primo intelligi debet, quando condictio adiecta aduersatur præsenti matrimonio; secus vero erit, si alij matrim. adijciatur, quia tũc præsens matrim. nõ vitiabit, vt cõtraho tecũ, si feceris, vt cõiux Petri adulteretur, vel sumat venena sterilitatis, vt docet Palud. in 4. Sent. distin. 29. q. 2. art. 5. n. 27. Ludou. Lop. in suo Instruct. conscient. 2. parte in materia de matrim. c. 42. quos refert, & sequitur Thom. Sãch. d. lib. 5. dispu. 9. n. 5. quare talis cõdictio tãquã turpis reijcietur iuxta d.c. fi. in 2. parte, & quæ infra circa eam partem agemus.

5 Secũdo eadẽ prima pars d.c.fi. intelligenda videtur siue condictio repugnans substãtiæ matrimonij sit de futuro, siue de præsenti, quia tex. in hoc indistincte loquitur de his cõdictionibus, vt vitient ipsum matrim. ita tenet D. Tho. in 4. dist. 29. q. vnic. art. 3. quæstiuncula 3. & alij plures, quos refert ibidẽ Thom. Sanch. num. 6.

Contrarium tamen verius esse videtur, nempe, quod sola cõdictio de futuro contra substantiam matrimonij illud vitiet, secus quando est de præsenti, vel de præterito, quia tũc valida erit condictio: tex. namque in d.cap. fin. loquitur de condictionibus, sed condictio proprie nõ est, nisi quando confertur in futurum: deniq; Summus Pontifex id exprimit ibidem, nẽpe, si alter dicat alteri, contraho tecum si generationis prolem euites, vel donec inueniam aliam honore, vel facultatibus ditiorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas: idem constat ex d. l. Regia 5. titulo 4. partita 4. vt patet in eius exemplis supra relatis, & multum interest in proposito inter has cõdictiones, vt patet ex Authoribus hanc secundam partem tenentibus cõtra primam, qui sunt Palud. in quarto, distinctione 29. quæstione 2. articulo 5. numero 26. & 27. Adrian. in quarto, quæstione 3. de matrim. dubio 9. § respõdeo ad primum, quod maior, vers. ex hoc patet respõsio ad secundum, & in vers. ad tertium dico, D. Couarr. in quarto de sponsa. 2. parte, cap. 3. §. primo, numero 9. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 12. num. 7. & cap. 4 numero 1. in commẽto litera, F. Barth à Ledesma de matrim. dubio 25. conclusione 10. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 5. disputatione 9. numero 6 qui numero 7. saluat priorẽ sententiam in vno casu de quo ibi per eum.

6 Dubiũ tamẽ est circa hãc primã partẽ d.c.fi. de cõdictionib. appos. an procedat nõ solũ, quãdo adijciẽs cõdictionẽ cõtra substãtiã matrim. principaliter intendit, vt sequeretur aliquid cõtra matrimonij substantiam, vt donec aliã ditiorẽ inueniam, cõtraho tecũ, qui est casus d.c.fi. sed etiam quãdo nõ principaliter id intẽditur, sed aliquid aliud, etsi id deficiat, velit matrimoniũ dissolui: vt cõtraho tecũ, etsi dotẽ nõ dederis, aut adulterium admiseris, volo te posse relinquere: & nõ procedere in hac vltima specie, sed quod talis cõdictio non vitiet matrim. sed tãquã turpis reijciatur, & maneat purũ ac validũ, tenẽt Ioan. Andr. in c. 1. n. 2. & ibi Vincent. & Ant. de Butr. n. 2. Anchar. n. 2. & 3. Abb. n. 2. & Alex. de Neuo num. etiã 2. & in c.fi. n. 4. de condict. appos.

Cõtraria tamẽ sententia in hac specie verior est, & tenẽda, imo & huiusmodi cõdictio vitiet etiã matrim. & hoc eisdẽ rationibus quibus tex. nostri c.fi. in 1. parte sunt dati: in vtroq; enim casu cõdictio resolutiua est cõtra substãtiã matrim. siquidẽ tollit eius substãtiã ac principale bonũ matrimonij, scilicet esse perpetuũ, atq; inseparabile vinculũ: ergo implicat habere legitimũ cõsensum ad matrim. requisitũ cum prædicta cõditione separabilitatis, & ideo merito hãc opinionẽ tenẽt, & probãt Abb. sibi cõtrarius in d.c. fi. n. 2. de cõdict. appos. Cardin. in d.c. 1. n. 2. & ibi Præpos. n. 1. & in d.c. fi. n. 4. D. Couar. in 4. de spons. 2. parte c. 3. §. 1. n. 10. Lanzel. instit. Iur. Cano. lib. 2. tit. de spons. §. spõsalia cõtracta sub cõdictione, verb. pura, Ludou. Lopez in 2. parte Instruct. noui in materia de matrim. c. 42. fol. 1088. quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 5. disputatione 9. num. 8.

7 Et cõdictio cõtra substãtiã matrim. illud vitiat, nõ solũ quãdo apponitur in vim obligationis, sed etiã suspẽsiue, vt meritò cõtra Adrian. voluit Couar. vbi sup. nu. 7. & expressius Marc. Ant. Cuch. lib. 5. instit. mai. tit. 11. n. 113. necnõ & Sãch. vbi sup. n. 9. cõtra Ludo. Lop. etiã vbi supra, tex. nãq; in d.c.fi. de cõdi. appos. generaliter loquitur de cõdictionibus cõtrarijs matrim. & propriè est cõdictio quãdo suspẽdit: deniq; quia quãdo apponitur ea cõdictio suspesiue adhuc inducit obligationẽ repugnãtẽ matrim. quod sub ea cõdictione cõtrahitur, ergo adhuc vitiat. ¶ Ex quibus

8 primo deducitur cõdictionẽ illã, si te adulterãdã tradideris, esse cõtrariã matrim. etsi nõ addatur, & mihi debitũ nõ solueris, atque ita vitiare matrim. Quidquid cõtrariũ teneat Angel. in summa, verbo matrim. 3. n. 11. matrim. nãq; fides vtriusq; cõprehẽdit iuxta illud Pauli: Vir nõ habet potestatẽ corporis sui, sed vxor, neq; vxor sui, sed vir: & præterea hæc nostra, & aliorũ sententia cõtra Angel. probatur in d.c. fin. vbi hoc exẽplũ expresse ponitur ab sq; prædi. additione: merito igitur Angelũ reprobãt quãplures DD. quos refert, & sequitur Thom. Sãch. d. lib. 5. disput. 9. n. 11. qui omnes hãc partẽ tenẽt, quã hic probamus estq; cõmunis recepta, & secura sententia.

9 Similiter illa cõdictio, si prolẽ neces, aut mutiles, aut eã mãcam reddas, aut oculos ernas, est cõtraria bono prolis, atq; ita vitiabit matrim. vt tenet Ludo. Lopez vbi

supra d. cap. 42. folio 1088. colũna 2. necnon & Sanch. num. 12. vbi num. 13. agit.

10 Quid dicendum sit de ea cõdictione; si prolẽ à nobis semper abijciamus, & alẽdam exponamus: licet enim nonnulli censeant vitiare matrim. tanquam contrariã eius secũdario fini, secus de illa cõdictione, ne filios proprio lacte nutrias, secundum Petr. à Ledesma de matrim. dubio 25. conclusione 4. cæterum probabilius est, neutram harum cõdictionum esse cõtra substantiam matrimonij, quia non est omnino contra bonum prolis, ita melius tenent Ludouic. Lopez vbi supra, & Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 47. articulo 5. dubio 4. ad 5. argum. solutione 2. quos sequitur Sanch. d. nu. 13.

11 Verum illa quæstio valde inter Authores controuersa est, an condictio contraria bonis matrimonij, si honesta sit, illud vitiet, vel tantum, quando est turpis? nempe si duo cõtrahãt hac lege, vt in perpetua castitate viuant, aut consummato matrimonio religionem profiteantur.

In hoc dubio duæ sunt opiniones contrariæ: prima habet condictionem honestam, licet contrariam bonis matrimonij illum non irritare, vt in exemplo proposito. Primum fundamentum huius partis est, quia copula carnalis non est de essentia matrimonij, licet sit cõtra bonum prolis, ergo cõdictio de illa non habenda non illi aduersatur, atque ideo nec illud irritat: & confirmatur, quia hac condictione videntur contraxisse Beata Virgo Maria, & Sanctus Ioseph.

Secundum, quia si ambo ante matrimonij contractum voto simplici religionis, aut castitatis se astrixissent, esset verũ matrimoniũ: non obstãte ea obligatione, qua alteruter tenetur ab altero minime petere debitũ, ergo idẽ erit, quãuis ea cõdictio apponatur in ipso cõtractu: sed & sunt pro hac opinione alia fundamẽta, eãque tenent, & probãt Paludan. Abulens. Barbat. & alij quos refert Thomas San- 12
ch. lib. quinto de matrim. disputatione 10. numero 1. vbi eam dicit vere esse probabilem, & refert Soto dicẽtem, nõ esse omnino improbabilem.

Secunda principalis opinio habet eiusmodi condictionem, de qua agimus, vitiare matrimoniũ. Primo, quia quãuis nõ sit de essentia matrimonij, vt proles, & copula intẽdãtur expresse, requiritur tamẽ ne adijciatur dissensus cõtrarius potẽtiæ seu possibilitati ad illa, idest ad prolem, & copulam cum ius, & potentia ad carnalẽ copulam sit substantialis: matrimonium nãque essentialiter consistit in mutua corporum traditione quia vterque constituitur dominus alterius corporis ad quod dominium intrinsece consequitur ius, & potestas vtendo illo corpore: sed quando in contractu matrimonij apponitur condictio, vt vterq: cõiux maneat in perpetua castitate, non solum tollitur copula carnalis, sed etiam ius, & potestas ad talem copulam, obligatur namque ad non petendum, nec reddendum, quæ obligatio efficaciter impedit, ne sequatur tale ius, & potestas, quantum est ex parte sua: ergo quãuis condictio illa honesta sit, repugnat tamen intrinsecis, & necessarijs, ac matrim. illud destruit. Secundo eadem sententia probatur, quia illa cõdictio est contra bonum prolis: ergo irritatur. Præterea Summus Pontifex in d. cap. fi. expresse disponit cõdictionem contra bonum prolis matrimonium annullare, nec distinguit, an condictio honesta sit, vel turpis, nec vim facit in cõdictionis turpitudine, sed in repugnantia bonis matrimonij, ergo æque illis repugnat siue turpis, siue honesta sit, & ideo merito hanc sententiam tenet D. Thom. in quarto Sent. distinctione 28. quæstione vnic. articulo 4. ad tertium, & alij quamplurimi Authores, quos in vnũ congerit dicens eam esse probabiliorem Thom. Sanchez vbi supra, numero 2. ex quibus manifeste constat hanc esse receptiorem, veriorem atque tenendam sententiam: vbi numero 7. respondet ad argumenta contraria dicens ad primum, quod licet copula non sit de essentia matrimonij, est tamẽ obligatio, & potestas ad copulam, quæ per id pactum tollitur.

Ad confirmationem de matrim. contracto inter Beatam Virginem, & S. Ioseph respondet Thom. Sanch. d. numero 7. quod ipsi non contraxerunt cum ea cõdictione sed absolute, & vere cõsentientes in ius, & potestatem suorum corporum, quamuis vterque haberet propositum

tum seruandi castitatem, & ita D. Thom. 14
in quarto, distinctione 30. quæstione 2. articulo 1. quæstiuncula 2. ad tertiũ, inquit, Virgo implicite consensit in copulam, at copula nunquam fuit in proposito: erat enim à Deo certificata nũquam subsequi debere: quod optime explicat Pater Suarez de vita Christi, quæstione 29. articulo 2. sectione 1. in fi. folio mihi 126. dicens potuisse Beatam Virginem consentire in verum matrimonium, non consentiendo actualiter, & explicite in carnalem copulam neque absolute, neque sub illa condictione; si Ioseph debitũ petisset, quia iam erat certa illum nunquam petiturum, vnde superuacaneus, & otiosus fuisset talis actus, dixit autem Suarez actualiter, & expresse, quia in radice, & in causa videtur habuisse hunc consensum consentiendo in matrimonium, quod de se ad talem copulam ordinatur, & ita inquit idem Suarez videtur loqui Caiet. & Augustinus in cap. Beata Maria 27. quæstione 2 dum dixit: Beata Maria committens virginitatẽ 16
suam Diuinæ dispositioni consensit in carnalem copulam, non illam appetendo sed Diuinæ inspirationi in vtroque obediendo: hanc explicationem Suarez refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 2. de matrim. disputatione 28. numero 4. qui d. disputa- 17
tione 10. numero 7. lib. 5. satisfacit cæteris fundamentis prioris opinionis.

13 De condictione autem: contraho tecum, si prius te voto castitatis sic obstrinxeris, vt nunquam à me petas, nec reddas debitum: licet aliqui censuerint non vitiare matrimonium, quos refert, & sequitur Petrus de Ledesm. de matrimonio quæstione 47. articulo 5. dubio 4. in solutione ad secundum, §. quod vero attinet, folio 235. verius est, & tenendum vitiare matrim. quia est contra bonum prolis, vt docent, & profitentur Sotus in quarto sent. distinctione 29. quæstione 2. articulo 3. versic. in prima autem cõclusione, D. Couar. in quarto Decret. secũda parte, cap. 3. §. 1. numero 5. Barthol. à Ledesm. de matrim. dub. 25. conclusione 4. & Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 4. numero 1. & lib. 12. cap. 2. in fin. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 5. disputatione 10. numero 3. & nos quoque probamus.

14 Idem dicendum est in pacto appositio in matrimonio de non exigendo debitũ, vt cum Adrian. Viguerio, & alijs contra Sylvest. verbo matrimonium 4. quæstione 7. tenet idem Sanch. vbi supra, num. 4. qui numero 5. idem probat in pacto de nunquam cohabitando simul, secus si ad tempus: si autem fieret pactũ, vt certis diebus abstinerent à copula, vt sextis ferijs, vel alio tempore vltra bimestre præfinitum à iure post initum matrimoniũ, esset irritum matrimonium.

15 Pactum autem appositũ in matrimonij contractu, vt liceat ingredi religionẽ ante consummatum matrimonium, non vitiat ipsum, quia iure inest ea cõdictio, vt cum alijs bene resoluit Thom. Sanch. vbi supra, numero 6. vbi idem docet in qualibet alia cõdictione apposita, quæ iure inest, & similiter in ea cõdictione, vt liceat vtrique ex communi consensu post consummatum matrim. religionem profiteri.

Secus in cõdictione quod tenerentur ambo, vel alter ingredi religionem ante, vel post matrimonij consummationem, quia ea condictio est contra matrimonij substantiam, ac proinde non valeret matrimon. vt ibi bene probat.

17 Vlterius si credimus M. Ant. Cucho lib. 5. instit. mai. titulo 11. numero 112. condictio illa apposita in matrimonio, vt alter coniux minime teneatur debitum reddere, quoties alteri non licet exigere, matrim. non vitiat: sed verius, & tenendũ est contrarium, quia præfata cõdictio est contra matrimonij substantiam, atque proinde ipsum vitiet, ita tenent, probant & docent respõdẽdo contrarijs Adrian. & docent reliqui in quarto, quæstione 3. de matrim. dubio 4. D. Couar. in quarto de sponsalib. secũ da parte, cap. 3. §. 1. numero 6. Ludouic. Lopez in suo Instruct. conscient. in materia de matrimonio, cap. 42. folio 1080. columna 2. Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 47. articulo 5. dubio 4 circa solut. ad tertium, dub. 2. folio 236. & Thom. Sanch. lib. 5 de matrimonio, disputatione 11. numero 2. vbi numero 3. cum Adrian. & Petr. de Ledesma vbi supra, quod valet condictio, nec vitiet matrimonium, quod possit coniux debitum negare, quoties id

Universidad de Deusto Biblioteca

sibi licet, quia alter non habet ius iustitiæ ad petendum, vt si alter adulteretur, vel petat in loco sacro, quia à iure ineſt.

18 Quod si condictio contraria matrimonio apponatur ab altero tantum ex contrahentibus, an vitiet matrim. quatuor opiniones refert in hoc Thom. Sanchez d. lib. 5. de matrim. disputatione 12. per totam. Prima est tenentium, requiri, vt vitiet matrim. vt apponatur ab vtroque contrahente, ita, vt si alter contrahens apponat, & alter contradicat, aut taceat, valebit matrim. & hanc tenent Innocent. in d. cap. fi. de condict. app. numero 1. & ibi Host. paulo post princip. Ioan. And. numero 2. Ant. de Butr. numero 7. Cardinal. numero 1. & in fin. Enriq. numero 4. Alex. de Neuo numero 8. Præpos. numero 1. & eã dicit valde probabilem D. Couar. in quarto de sponſ. 2. parte, cap. 3. §. 1. numero 11. & sequuntur alij plures relati cum suis fundamentis per Thom. Sanch. vbi supra, num. 1.

Secunda sententia habet non esse matrimonium, sed sponsalia; hanc tenent aliqui relati per Couar. vbi supra, & probãt Enriquez, & Ludouic. Lopez citati per Sanch. vbi supra, num. 2.

Tertia sententia docet non esse sponsalia, nec matrimonium: hanc tenẽt Imol. Aret. Couar. Anton. Cuch. Adrian. & Petrus de Ledesma relati per Sanch. vbi supra, numero 3. & procedit secundum eundem Ledesm. licet copula statim sequatur.

Quarta sententia habet, vt si copula sequatur sit matrim. vnde supponit, quod copula deficiente non erit matrimonium: hanc tenent Abb. in d. cap. fin. numero 6. Rosela, Sylvest. Greg. Lopez, & Lanzelotus, quos refert Sanchez vbi supra, qui 21
numero 5. in hac varietate opinionum inquit, primam, & quartam sententias esse valde probabiles, tertiam cæteris probabiliorem: ego vero, etsi videam primam esse satis receptam, eam non sequor. Secũdam & quartã improbo. Tertiam autem omnino probo, teneo, & sequor tãquam
19 verisimã, & probabiliorẽ. ¶ Diuersitas namque in consensu vitiat contractum, vt quando alter pure cõsentit, alter vero sub cõdictione, l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. non enim vniuntur inter se consensus, ex qua vnione contractus oritur: ergo cum in hoc matrimonio inuenia tur hæc diuersitas, erit nullum, quod si dicamus tacẽdo alterũ cõtrahentẽ videri cõsentire alteri adijcienti cõdictionem contra substantiã matrimonij, vel etiã tradendo corpus etiam cũ contradictione. Respondeo eo ipso vitiari matrimonium, ac si ambo sub eadem condictione ab initio contraxissent ex decisione d. cap. fi. in prima parte egimus de condictionibus contra substantiam, & naturam matrimonij in eo appositis, vt vitient ipsum matrimonium.

Idem est dicendum ac tenendum in eiusmodi cõdictionibus appositis in sponsalibus de futuro, vt docet D. Thom. in 4. Sent. distinctione 27. quæstione 2. articulo primo in corpore, communiter receptus per Theologos, quos refert Thom. Sanch. d. lib. 5. disputatione 14. numero 1. qui numero 3. bene intelligendos esse omnes eos, quando condictio contraria ponitur tanquam implenda post matrim. quia semper illud annullat, secus quando ante debet impleri, quia tunc, si est contra inseparabilitatem, vt contraham tecum nisi ante initum matrim. aliam ditiorem, aut pulchriorem inuenero; quia tunc non vitiat matrimonium: si vero sit cõdictio cõtra fidem matrimonij, vt si ante matrim. forniceris, tunc valebũt sponsalia reiecta 22
præd. condictione tanquam turpi, si vero aduersetur bono prolis, vt si ante matrim. venena, quibus sterilis efficiaris, sumas, vitiat sponsalia, vt ibi recte probat reiecta alia distinct. Petri de Ledesma.

De condictionibus turpibus adiectis contractu matrimonij.

Hactenus egimus de condictionibus contra substantiam, & naturam matrimonio adiectis, vt ipsum vitient, dicamus iuxta ordinem d. cap. fin. de condict. appos. de condictionibus turpibus, quæquidem sicut & impossibiles reijciũtur, & pro nõ adiectis habentur, ac proinde remanet purum, & validum ipsum matrim. fauore ipsius matrimonij, vt inquit tex. noster.

Et in primis antequam rationem huius decisionis inquiramus, supponendum est, in hac materia in foro conscientiæ standum

standum esse intentioni contrahentis: in dubio autem standum est præsumptioni fori exterioris, & definitioni Ecclesiæ, vt fatentur vniuersi DD. & docet cum eis 26
Thom. Sanchez lib. 5. de matrim. disputatione 1. numero 4. communiter autem adijciuntur eo animo condictiones turpes, vt adimpleantur: ergo his non impletis nec sponsalia, nec matrimonium communiter obligabunt, contrarium probat d. c. fi. ergo procedere non potest.

23 Nihilominus tamẽ decisio nostri tex. recte procedit, & seruanda est: licet enim maxima difficultas sit in cognoscẽda eius ratione; cum Ecclesia nũquam præsumat esse verum matrimonium, vbi ex ipsa forma contractus non apparet consensus, alias enim temerarie præsumeret, & absque causa: sed ex forma contractus matrimonij celebrati sub condictione turpi nõ apparet consensus absolutus, sed sub illa condictione: ergo, &c.

Attamen in nostra specie ideo Ecclesia excludit turpem condictionem, quia ad peccandum incitat, quare censetur, vt impossibilis, id namque possumus, quod honeste possumus, l. nepos Proculo 125. ff. de verb. oblig. ita Sotus in 4. distinctione 29. quæstione 2. articulo 3. paulo post princip. conclusione 2. Greg. Lopez in l. 6. in glos. si furtares, titulo 4. partita 4. Palat. noster Cõcanonic. lib. 5. de cõtract. c. vltim. vers. quamobrem dixerim, Barth. à Ledesm. de matrim. dubio 25. conclusione 9. Ludou. Lopez in secunda parte Instruct. in materia de matrimonio. c. 43. ad fin. & hæc est vera ratio ad nostrum tex. secundum Thom. Sanch. lib. 5. de matrim. disputatione 15. num. 4.

24 Neque obstat contra hanc rationem, & decisionem nostri tex. quod similiter incitet ad peccandum condictio turpis de 27
futuro apposita in alijs contractibus præter matrimonij contractum, & nihilominus non reijcitur, sed vitiat contractum, vt infra hoc cap. numero 39. dicemus.

25 Item, quia similiter condictio contraria substantiæ matrimonij, vt si te adulterandam prostitueris, incitat ad peccãdum vt patet, & tamen non reijcitur, sed vitiat matrim. vt in d. c. fi. in prima parte: ergo non ideo reijcitur condictio turpis, quod ad peccatum incitet, his namque bene satisfacit Thom. Sanchez d. disputatione 15. numero 6.

Addens quod si in nostra specie de cõdictionis turpis adiectione, de qua agimus ex alijs coniecturis deprehenderetur nõ aliter voluisse, & contraxisse, quam sub ea condictione, in vtroque foro non erit matrimonium purum, vt docet optime D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3 §. 2. numero 5. & idem in cõdictionibus impossibilibus probauit Thomas Sanch. d. lib. 5. disputatione 3. numero 17. & de vtrisque d. disputatione 15. numero 6. versic. vnde fit; vbi numero 7. versic. sed dico inquit, d. cap. fi. intelligendũ esse modo contrahentes norint cõdictionem esse turpem, quia si honestam esse crederent, non reijceretur, sed sortiretur naturam aliarum condictionum honestarum, vt impleta condictione, & non aliter obligatio matrimonij, vel sponsalium consurgeret, ita tenet Adrian. in quarto, quæstione 3. de matrimonio, dubio 7. & D. Couar. vbi supra, numero 6. & Ludouic. Lopez in secunda parte sui Instruct. consc. in materia de matrim. cap. 43. folio 1093. oportet etiam, vt præd. condictiones habeantur pro non adiectis in matrimonio, vt vterque contrahens norit ius eas reijcere, & habere prò non adiectis, vt probat cũ Alexandro Carrer. Sãch. disputatione 15. numero 7. vers. oportet etiam, & loquens in condictionibus impossibilibus idem quod in turpibus in hac eadem specie probauerat d. lib. 5. disputatione 3. numero 11. & 12. quæ sunt maxime notanda in praxi, forsitan namque & raro hoc nouerint contrahentes matrim. sub præd. condictionibus turpibus vel impossibilibus.

Condictio tamen turpis, quando est de præsenti, aut de præterito non reijcitur de matrimonio; nempe: contraho tecum, si es inimica Petri, vel si hominem occidisti, illa namque verificata valebit matrimonium, secus autem non, ita docet D. Thom. in quarto distinctione 29. quæstione vnic. articulo 3. quæstiuncula tertia, & ibi Palud. quæstione 2. articulo 5. numero 28. & alij quamplures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 5. dispu-

disputatione 15.n.5.contra Victor.in summa,in materia de matrim.nu.260. tenentē, quod iuxta dispositionē d.cap.fi. conditio turpis de præsenti,aut de præterito habetur pro non apposita in foro exteriori: sed falsitur in hoc ex supradictis.

28 De illa autem conditione sponsalibus adiecta,contraham tecum si mecum concubueris,an sit turpis,necne? sunt opiniones. D. Couar. in quarto de sponsal. se 32
cunda parte, cap.3. numero 13. & Anto. Cuch.lib.5. instit. mai. titulo 11. num.51. censent, eam conditionem non esse turpem,ac proinde suspendere contractum, quod post Concil. Trident. locum habere non potest,cum iam sponsalia de futuro non transeant in matrim. de præsenti per copulam, & sic conditio illa turpis 33
est.

Glossa vero in cap.primo de sponsal. duo.verb. permiserit,& ibi Ant. de Butr. numero 6. Anchar.in fin.Abb.numero 6. 34
Præpos. numero 4.& alij Summistæ censent, eam conditionem non suspendere sponsalia.

Rectius tamen alij censent,si intelliga tur de conditione turpi, reijci tanquam 35
turpem, & manere sponsalia absoluta: si vero de concubitu licito, & matrimoniali,suspendere vsque ad aduentum conditionis:hanc opin. tenēt Card.in d. cap.1. 36
numero 3.de spons. duo. & ibi Alexan.de Neuo,numero 9.& 10.Adrian. Sotus, & Nauar. quos refert,& sequitur Thom. Sāch. de matrim. lib.5. disputatione 16. nu-
29 mero 3. vbi numeris sequentibus agit de 37
alijs conditionibus,si te virginem inuenero,contrahā tecum,vel si in primo coitu mihi placueris.

30 In sponsalibus quoque de futuro conditiones turpes adiectæ reijciuntur sicut appositæ in matrimonio, vt habet cōcors omnium Doctorum sententia indubitata, 38
& receptissima,quamuis cōtrariam dicat probabilem Petrus à Ledesm. vt late probat,& sequitur præd. receptissimam sententiam, & tenendam cum suis Authoribus Thom. Sanch. vbi supra,lib.5. disputatione 17.per totam.

31 Conditiones autem impertinentes adiectæ matrimonio, nempe si quis contrahat cum aliqua hac conditione, si non est cæca,muta,coecles,leprosa, aut alia insigni turpitudine deformata, vel hāc edocta es artē ad alendam vitam,suspendunt contractum matrimonij,nec aliter est validum, nisi illis stantibus, vt tenet, & late probat idem Thom. Sanch. d.lib.5.disputatione 18. per totam, vbi loquitur etiam in conditione,si es pulchra,aut bene morigerata.

Sed an idem quod de conditionibus est dictum hucusque, dicendum quoque sit de modo,& demonstratione, & causa latissime agit pro & cōtra Thom. Sanch. d. lib.5.disputatione 19. per totam,qui tādem rem hanc aliquibus conclusionibus tenēdis absoluit cum suis Authoribus. Prima est.

Modus contrarius substantiæ, aut bonis matrimonij ipsum annullat, sicut & cōdictio contraria,vt ibi late probat numero 5.

Secunda cōclusio est, si modus sit impossibilis,vt cōtrahо tecū, vt digito cœlū tangas,valet omnino matrimonium reiecto modo, & similiter si sit turpis, vt ibi per eum, numero 7.

Tertia conclusio est, si modus est necessarius,vt contraho tecum, vt moriaris, habetur statim pro impleto,vt ibi per eū, numero 8.

Quarta conclusio, si modus sit honestus,& possibilis nō suspendit matrim. sed statim est validum, vt ibi per eum, numero 9.

Quinta conclusio,si sponsalia contrahantur in diem, vt contraham tecum ab hinc vno anno, quamuis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum,at non suspendunt,sed statim sunt pura, & obligant,vt ibi late probat,numero 11.

De conditionibus impossibilibus adiectis matrimonio.

Nunc vero agamus de conditionibus impossibilibus adiectis matrimonio, & eas quidem pro non adiectis sicut turpes haberi propter fauorem matrimonij decidit expresse tex.in d.cap. fin.in secunda parte de condict. appositis, & l.6. titulo 4 partita 4.

Ex quibus iuribus cōstat,quod matrim. contractū sub cōditione impossibili est statim validum reiecta condictione.

Con-

Contra hanc definitionem pro ratione dubitandi adduco plura. Primum est, quod quando adijcitur condictio impossibilis, nulla videtur esse coniectura consensus,sed imo potius dissensus:vt constat ex communi vsu loquendi: dum enim petita negare volumus, dicere solemus, dabo tibi,si digitō cœlum attigeris,quasi expressius dicam, vel saltem dicere velim, quod sicut cœlū digito attingere est impossibile, ita nolo obligari tibi ad hoc adum, licet hoc promittam sub illa condictione, vel quia scio esse impossibile digito cœlum attingere, sicque hoc verificari non 40
potest, ideo & tibi hoc promitto. Ex quo manifeste colligitur dissensus dandi vllo unquam tempore: ergo cum cōtraho matrim.cum aliqua sub condictione,si digito cœlum attigerit,vel sub alia impossibili,eodem modo deficit consensus contrahendi,& potius significatur dissensus, ergo nullum est matrim. deficiente consensu, qui necessario requiritur ad valorem matrim.vt sunt de hoc quāplura iura vulgaria.

39 Secunda difficultas est,quia cæteri cō tractus sub condictione impossibili celebrati non valēt, l. impossibilis,septima in ordine,ff. de verb. oblig.§. si impossibilis instit. de inutilib. stipul.l.non solum 30 ff. de act. & oblig.l.3. titulo 4 partita 6. sed matrimonium maiorem libertatem consensus desiderat,quam cæteri contractus, quia cæteros contractus merus non irritat,nec ab eis excluditur pœna,vt constat ex late traditis per Thom. Sanch. lib.4.de matrim. disputatione 8.numero 4. cum sequentibus,quod secus omnino est in matrim. vt in cap. cum locum, & cap. cum apud de sponsal, cum simil. ergo à fortiori non valebit matrimonium cum præd. condictione impossibili celebratum.

Tertio ex ratione d.l. non solum, vbi loquens in condictione impossibili adiecta in cæteris contractibus,inquit, quia in ea re,quæ ex duorum, pluriumve consensu agitur,omnium voluntas expectatur; quorum proculdubio in huiusmodi actu, talis cogitatio est, vt nihil agi existiment appositā ea condictione,quam sciant esse impossibilem: ergo fauor matrimonij absque contrahentium consensu illud validum efficere minime potest.

Quarto,quia quando condictio est facto ipso,& non à natura impossibilis,vt si montem aureum mihi dederis,ius præsumit dissensum iuxta glossam in §. impossibilis,verb.impossibilis,instituta de hæred. instit. & constat ex l. cum hæres 4. §. 1. ff. de stat. lib. ergo sine consensu matrimonium valere non potest,hanc & alias difficultates, & rationes dubitādi cōtra tex in d. cap. fi in secunda parte de condict. appositis adducit, & congerit Thom. Sanchez lib.5.de matrimonio,disputatione 3. numero 1.

Vbi numeris sequentibus septem intellectus ponit ad illum tex.Primus est Paludan. in 4. distinctione 29. quæstione 2. articulo 5. conclusione 5.numero 34. nēpe, quod in foro conscientiæ non sit legitimum matrim. si consensus defuerit in apponente condictionem impossibilem, sed teneri vere contrahere ob præceptū impositum d. cap. fin. de condict. appos. sed hunc intellectum merito improbant cōmuniter DD.quos ibi refert Sanch.numero 2. quia Ecclesia in d. cap. fi.non imponit cōtrahendi præceptum, sed definit reiecta condictione impossibili matrimonium sub ea celebratum esse validum.

Secundus intellectus ad d. ca. fi. de cōdict. app.est Adrian.in 4.in materia de matrimonio,quæstione 3.dubio septimo,nēpe,vt præd. cap.fi. non intelligatur, quando contrahentes norūt condictionē esse impossibilem,tunc enim manifeste videntur dissentire, & refutare matrim. vnde non est habenda pro adiecta: intelligi ergo debet ille tex. dum contrahentes reputabant esse possibilem eam condictionem:sed hunc intellectum reprobat etiā ibi Sanch. numero 3.ex rationibus de quibus ibi per eum.

Tertius intellectus est, matrimonium adiecta condictione impossibili vitiari,& ita non haberi pro adiecta,& quod tex. cōtrarius in d. cap. fin. in secunda parte non agit de condictione suspendente matrimonium,sed de resoluente; quæ iam matrimonium semel contractum, & perfectum in euentum condictionis resoluit, vt constat ex exemplis ibi adductis, nempe,si te adulterādam prostituas, & donec inue-

inueniam aliam pulchriorem,&c. impleri enim non possunt hæ conditiones,nisi matrimonio iam perfecto,& hoc denotant verba illa d. cap. fi. in fui secunda parte,licet aliæ conditiones si turpes aut impossibiles fuerint, &c. dictio namq; alias similes præcedentibus,in prima parte refert,& præterea,quia exceptio debet esse de regula,l. nam quod liquide,§. fin. ff. de pen. legat. vnde sensus illius tex. est, quod quãdo conditio impossibilis est resolutiua, quæ impleri debet,matrimonio iam contracto habetur pro non adiecta, & manet matrimonium legitimum, & pure contractum,vt contraho tecum,si cœlum ascendas,sed nihilominus hic intellectus est contra torrentem omnium Doctorum,& non verus,vt pluribus rationibus eum merito improbat Thom. Sanch. d. disputatione 3. numero 4. lib. 5.

Quartus intellectus est, non fuisse Põtificis mentem, dũ dixit, impossibilem cõditionem habendam pro non adiecta, quod eo ipso iudicatur matrimonium sub tali conditione contractum validum esse,sed eius sensum esse, quod impossibilis cõditio habeatur pro non adiecta, ideſt, quod non magis noceat contractui matrimonij,quam si non fuisset appositа: vnde dumtaxat voluit,quando per alias conjecturas præsumitur adfuisse consensum reputandum esse matrimonium, ita Sot. in quarto, distinctione 29. quæstione 2. articulo 2. verſ. mens ergo Pontificis,& in verſ. & in summa nos nihil aliud, & in solutione ad primũ, & vterq; Ledesm. in locis relatis per Thom. Sanch. d. disputatione 3. numero 5. vbi hunc intellectum ex pluribus quoque improbat.

Quintũ intellectum adducit idem Author ibi numero 6. ex Ludou. Lop. quem quoque ibi improbat.

Sextus intellectus est, vt decisio d. ca. fi. in secunda parte non intelligatur de cõditionibus à natura impossibilibus, vt si cœlum digito attigeris: hæ namque vitiãt matrimonium,quia cum non apponantur vt adimplendæ, irrisorius est contractus iudicandus,sed intelligitur de conditione in se impossibili,& sic adiecta, vt adimplenda, quia natura possibilis erat, at est pensata contrahentium qualitate impossibilis,vt si fœminæ pauperi aliquis paupertatis suæ conscius dicat,contraho tecum, si des in dotem Regnum, aut cẽtum mille aureos, hæ enim conditiones, quæ obseruandæ proponuntur, repelli debent à matrimonio, & pro nõ adiectis haberi: sic docent viri doctissimi, vt refertur Couar. in quarto de sponſ. secunda parte, cap. 3. §. 2. numero 9. & Ledesm. in secundã partem 4. quæstione 45. articulo 1. fol. 441. nec abhorret Sot. in 4. distinctione 29. quæstione 2. articulo 2. verſ. profecto res, nec Couar. vbi supra hunc intellectũ omnino reprobat, sed displicet Thom. Sãch. d. disputatione 3. numero 7. ex pluribus quæ ibi adducit: & præcipue, quia cõmuniter DD. intelligunt d.c. fin. de condict. appoſ. in secunda parte de conditionibus naturaliter impossibilibus, ita gloſſa ibi, verbo contra substantiam, & ibi Henricus, numero 4. & 6. expressa l. 6. titulo 4 partita 4. & ibi Gregor. Lopez, in gloſſa Monte de oro, & tenent alij infiniti Authores congesti per Sanch. ibidem.

Septimum intellectum ad illum tex. (vltra Thom. Sanchez vbi supra) inueni nouiter assignatum à Gregorio de Valen. in quarto tom. disputatione 10. quæstione 3. de consensu requisito ad matrim. puncto tertio, verſ. ea consideratio est, colũna 1798. Nempe quod qui appositа conditione turpi, vel impossibili cum aliqua persona contrahit, non solet idipsum in vanum, & otiose facere, sed vt expectationi, & desiderio personæ satisfacere videatur: nullo autem modo satisfacere videretur, si ex animo vellet contractũ matrimonij ex conditione pendere, quæ vel omnino impleri nõ potest, vel nõ sine peccato: non enim esset putandum, quod altera persona alioqui prudens talem conditionẽ admitteret, & sic minime illi ea ratione satisfieret, quoniam igitur animus in eiusmodi contractibus esse solet, voto alterius personæ contrahentis satisfacere, merito præsumi potest non serio adiungi huiusmodi conditiones, quæ si serio adiungerentur minime alteri contrahenti satisfieret: iam vero cũ ex vna parte præsumi possit in tali casu deesse serium consensum, si videlicet tantum modo conditio impossibilis, vel turpis consideretur, & ex

& ex alia parte respiciendo ad finem contrahendi, qui moraliter loquẽdo solet esse alteri contrahenti satisfacere, prudenter præsumi possit adesse tunc serium, & absolutum consensum, non pendentem ex adiecta conditione, recte potuit Greg. 9. illius Decretalis Author statuere propter fauorem matrimonialis causæ adesse potius consensum absolutum ob rationem iam dictam, quam non adesse præsumeretur. Quod si forte ex alijs circunstantijs aliquando appareret totam huiusmodi actionem fuisse institutam iocose, & ludibriè, non dubium est (inquit ille) quin matrimonium sit habẽdum pro inualido, quia solum vult Pontifex, vt ex ipsa quidẽ conditione impossibili, vel turpi adiecta non fiat iudicium, quod matrimoniũ fuerit inualidum, sed potius contrarium præsumatur, nisi aliud aliquid manifeste obstet, vt bene hoc attigit Soto in loco citato, & tandem inquit Greg. de Valen. quod nec sibi videtur non incõmoda huius difficultatis explicatio.

Sed quamuis hæc doctrina vera in se sit, incerta tamen, & generalitati illius tex. interpretatio mihi videtur, & non absoluens omnino difficultatem eius, nec aperiens eius sensum clarum.

Quare verior mihi, & tenendus videtur alius, quem vltimo loco assignauit illi tex. Thom. Sanch. vbi supra, numero 18. omissis pro nunc fundamentis late ab eo ibi suppositis à num. 8. cum sequentibus quousque eius intellectum percipiamus.

41 Est igitur verus intellectus d. c. fi. in 2. 42
eius parte, quod omnes fideles dum sacramenta recipiunt, censentur ea recipere iuxta Ecclesiæ intentionem, & dum contractum ineunt matrimonij, & norunt cõditionem esse impossibilem, eãque reijci ab Ecclesia, & pro non adiecta haberi, sed præsumere consensum esse purum, & absolutum, videntur velle pure contrahere iuxta intentionem Ecclesiæ, & vt ipsa Ecclesia præsumit, & iudicat tale matrimonium, nisi aliter explicet suam intentionẽ, ita tenent Paludan. in 4. distinct. 29. q. 2. in fi. Couar. in 4. de sponsalib. 2. parte, c. 3. §. 43
2. n. 1. Greg. Lopez in l. 6. tit. 4. partita 4. verbo, *monte de oro*, ad fi. Metym. C. de restit. q. 23. duplici colũna ante fi. §. ad cognoscendum autem, Palat. lib. 6. de cõtract. cap. 6. conclusione 1. & 2. Alex. Car. lib. 3. de sponsal. c. 5. quos sequitur Thom. Sanchez vbi supra, d. num. 18.

In eo autem consistit in hoc fauor matrimonij, quod in dubio Ecclesia ea verba præsumit accipi in sensu absoluto, perinde ac si conditio impossibilis, vel turpis adiecta non esset, ita vt ipsa nihil penitus operetur, in dubio nãq; pro matrimonio iudicandum est iuxta tex. in cap. fi. de sententia, & re iudic. cum enim vertatur periculum animæ, si forte separentur, qui legitime sunt coniuncti, & alijs coniungantur matrimonijs, elegit Ecclesia in dubio, quod animæ tutius est: satius enim est contra statuta hominum dimittere legitime coniugatos, quam contra legem Dei eos separare, vt cauetur in cap. licet ex quadã de testib. ita cum alijs Thom. Sanch. d. disputatione 3. numero 15. at in cæteris contractibus extra matrimonium non vertitur periculum animæ ex annullatione eorum ob appositionem cõditionis impossibilis, & hæc est vera ratio differentiæ inter eos ex vna parte, & contractum matrimonij ex altera, & in hoc consistit eius fauor, cui inititur decisio d. c. fin. in secunda parte de condict. appoſ.

Nunc autem pro comprobatione, & declaratione nostri tex. & huius octaui intellectus, & præd. resolutionis in eo contentæ, quam tenent præcitati Authores, & sic potest dici recepta & vera, ac proinde tenenda.

Primo obseruãdũ duximus, quod cõditio impossibilis reputata à cõtrahentibus possibilis nõ reijcitur à cõtractu matrimonij, vel sponſalitij, sed suũ sortitur effectũ in vtroque foro: quare tex. in d. cap. fin. in secunda parte intelligendus est, quando sciebant contrahentes conditionem esse impossibilem, secus si possibilem eam esse reputabant, vt quatuor fundamentis, & plurium Doctorum authoritate comprobat Thom. Sanch. lib. 5. disputatione 3. numero 8. per totum cum 2. numeris sequentibus.

Secundo obseruandum est, quod ad hoc, vt condictio impossibilis habeatur pro non adiecta vltra cognitionem impossibilitatis cõditionis, exigitur etiam, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt contrahentes cõscij sint constitutionis d.cap.fi. statuentis eam condictionem haberi pro non adiecta,& censeri purũ matrimonium,imo non sufficit si alter ex cõtrahentibus norit condictionem esse impossibilem,& ius statuere haberi pro non adiecta:sed oportet quod vtrumque notum sit ambobus contrahentibus, vt late iure cõprobat,& tenet post alios Authores,quos citat Sanch. vbi supra,d.disputatione 3. numero 11. cum sequẽtibus:quare moraliter loquendo, vt ipse inquit numero 14. nunquam (ego vero dico raro) eueniet casus in quo iudicandum sit etiã in foro exteriori, matrimonium contractum sub condictione impossibili esse validum, quia nunquam erit notum hoc ius saltem fœminæ contrahenti.

44 Tertio erit obseruandum, condictionem impossibilem haberi pro non adiecta, quando dubia est contrahentium intentio,an animo consentiendi, vel potius irridendi eam cõdictionem apposuerint, rũc enim fauore matrimonij(vt diximus) præfertur pars illius conseruatrix,& præsumit Ecclesia ea verba accipi in sensu absoluto, ac si condictio præd. adiecta non esset:quare si ex alijs coniecturis constaret condictionem impossibilem ioco appositam esse absque animo contrahendi, tunc etiam in foro exteriori non haberetur pro non appositа, sed vitiaret matrimonium,quia iam intentio contrahentiũ non est dubia, ita probat cum alijs Sanch. vbi supra,numero 15. & 16. vbi numero 17. ponit duas cõiecturas dissensus in hac specie.Prima est, quando sic contrahens expressit, nolle se aliter contrahere nisi illa condictione eueniente.Secunda quando magna est disparitas inter contrahentes, quia hæc coniectura satis indicat dissensum, & facit præsumere loco contractum esse matrim. vt per eundem lib.3. disputatione 15.num.7.

45 In summa decisio d.cap.fin.in 2. parte de condict. appos. non solum locum habet in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ, dum contrahentes incerti sunt ac dubij an oppositam habuerint intẽtionem, sicut de Baptismo,ac cæteris sacramentis, dum ea recipiens non est certus de contraria intentione,iudicandum est in vtroque foro iuxta intẽtionẽ Ecclesiæ recepisse, vt late probat respondens obiectioni Petri de Ledesma Thom. Sãch. d.lib.5. disputatione 3.numero 20.qui numeris sequentibus infert iuxta supradicta,ad intellectum Clement. vnic. de consang. & affinit. & cap.fin. de bigam. vt ibi per eum.

Ad rationes dubitandi,& difficultates supra adductas contra decisionem tex. in d. cap fi. in 2.parte de condict. appos. respondet idem Sanch. vbi supra, numero 24.

46 Tandem decisio tex.in d. cap. fi. in 2. parte de condict. appos. procedit non tantum in condictione impossibili de futuro appositа in matrimonio,sed etiam in condictione impossibili de præterito, vel de præsenti,secundum Palud. dicentẽ forte hoc esse verum in 4. distinctione 29. quæstione 2.articulo 5.numero 28.D Couar.in quarto de spons 2.parte,cap.3.§.2. numero 2.Greg. Lop.in l.6 in glossa,*mõte de oro*,ad finem,titulo 4.partita4. Adri. & alios,quos refert,probat, & sequitur Thom. Sanch.d.lib.5. disputatione 4. numero 3.& 4.

47 Procedit etiam tex.in d. cap. fin. in 2. parte in condictionibus iure impossibilibus, sicut in impossibilibus per naturam, nempe vt illæ quoque reijciantur, secundum Couar. & Gregor. Lop. vbi supra, necnon & Thom. Sanch. numero 6.& 7. vbi numero 8 hoc intelligit, si condictio referatur ad ius præsens, secus si ad futurum, vt in exemplo ibi per eum posito cum sua sublimitatione, & num.9. limitat alio modo.

48 De condictionibus autem de solo facto impossibilibus,an hæ quoque de contractu matrimonij reijciendæ sint, iuxta dispositionem d. cap. fi. in secunda parte, an vero suum operentur effectum suspendendo matrimonij valorem vsque ad illarum euentum late agit pro & contra cũ suis Authoribus Thom. Sanch. ibidem numero 12.& 13. vbi numero 14. inquit sibi placere distinctionem Greg. Lop.in d.l.6. verbo,*monte de oro*.

49 Et numero 15. agit etiam de condictione, quæ ex natura sua possibilis est, at ex accidenti est impossibilis, aut ex lapsu temporis,& numero 16. proculdubio tenet partem negatiuam cum sententia recepta quamplurium Doctorum, quos ibi 52 citat,& numero 17.

50 Inde infert conditionem hanc;contra ho tecum si es virgo,non reijci, sed si talis est valere statim matrimonium, secus si talis non sit,quia est honesta conditio,& natura sua possibilis, quamuis per accidens suppositа defloratione impossibilis sit,vt tenent DD. quos ibi ad hoc citat.

51 De conditione vero impossibili contraria substantiæ matrimonij agit etiam ibi numero 19. an reijcienda sit, vel potius annullet matrimonium ? & resoluit non reijci, sed annullare matrim. vt contraho tecum, si veneris ad exequias meas, quod est idem ac post obitum meum:& si militer contraho tecum, si non ascenderis Capitolium, quia cum sit conditio negatiua,cuius contrarium toto vitæ curriculo fieri potest, & est idem ac si diceret, contraho tecum post mortem meam, vt habetur in §. si quis stipuletur, instit. de verb. obl. & refert DD. ita tenentes in proposito,estque verum, & tenendum.

TERTIA PARS
DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

SVMMAR. Cap. LXXXIII.

IMPEDIMENTA *matrimonij quædã sunt, quæ impediunt,non tamen dirimunt iam cõtractum, quædam vero quæ impediunt & dirimunt.*

2 *Matrimonium an interdicatur feriarum tempore ipsiusque cõsummatio, benedictiones, & sponsæ in spõsi domum traductio?*

3 *Matrimonium an liceat cõtrahere, & nuptias benedicere tempore interdicti, & cessationis à Diuinis?*

4 *Excommunicatus maiori excommunicatione potest valide matrimonium contrahere.*

Peccat tamen mortaliter si ante absolutionem illud contrahat, vt in num.5.

6 *Excommunicatus minori peccat mortaliter contrahens matrimonium ante absolutionem.*

7 *Matrimonium scienter contrahens cũ excommunicato an peccet?*

8 *Matrimonium contrahere cum excommunicato minori nondum denunciato nulla culpa est.*

9 *Matrimonium contrahentes excommunicati ambo an peccent?*

10 *Excommunicatus maiori, an possit spõsalia de futuro cum iuramento celebrare absque culpa lethali?*

11 *Benedictiones nuptiales conferri non possunt ligati excõmunicatione maiori.*

12 *Excommunicatus maiori , vel minori tenetur præmittere absolutionem antequam contrahat matrimonium.*

13 *Confiteri an teneatur contracturus matrimonium antequam illud contrahat.*

14 *Suspensus etiam generaliter si solis minoribus Ordinibus sit,non peccat contrahendo matrimonium.*

15 *Doctoratus gradum accipiens excommunicatus validus est,siue sit in iure Canonico, siue in Sacra Theologia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM LXXXIII.

1 IMPEDIMENTA matrimonij quædam sunt, quæ licet ipsum licite cõtrahi impediant, contractum tamen de facto non dirimunt: quædam tamen sunt impedientia, & dirimentia iam contractũ prioris gradus, impedimenta non aduersantur essentiæ matrimonij, sed solennitati, & ornamento alicui accidentali, & ideo illud minime dirimũt: posterioris autem generis sunt cõtraria essentiæ matrimonij, ideo que id dirimunt: ea autẽ enumerat, & declarat Thom. Sanch. de matrimonio, secundo to. m. lib. 7. disputatione 6.

2 An autem feriarum tempore interdicatur matrimonium, eius cõsummatio, benedictiones, ac sponsæ in sponsi domum traductio, & sic pro explicatione tex. in c. Capellanus de ferijs, & c. nõ oportet, 1. & 2 & c. non licet, & c. ne vxorem 33. q. 4. & Decreti Concil. Trident. sess. 24. de reformat. mat. cap. 10. vbi solennitates nuptiarum certis temporibus interdicũtur, latissime agit ibidem Thomas Sanch. d. lib. 7. disputatione 7. per totam.

3 Et quæst. 8 an tempore interdicti, & cessationis à Diuinis liceat matrimonium contrahere, & nuptias benedicere.

4 Excommunicatus maiori excommunicatione valide matrimonium contrahere potest, vt probatur in c. significasti de eo, qui duxit in matr. &c. & quia licet peccet excommunicatus matrimonium contrahens, non tamen est tex. illud irritans, & in terminis ita tenet glos. in c. fi. verbo sacramentis de sententia excommunicat. in 6. & in cap. nullus verb. quod si, de consecrat. distinctione 4. & in cap. illud verbo negãtur, *el primero*, distinctione 95. & in d. ca. significasti in notabili educto post casus positionem. & ibi cõmuniter DD. Nauar. in c. consideret, § cautus, numero 26. de pœnit. distinctione 5. & in Manual. cap. 22. numero 8. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 6. in initio numero 3. Ant. Cuch lib. 5. Instit. mai tit. 11. n. 170 & tit. 12. n. 33. Matien. in rubrica tit 1. glos. 1. num. 136 lib. 5. nou. collect. Reg. est communis, vt plures allegans cũ Couar. & alij. Bart. Hugolin. de excõmunicatione maiori Tabol. 2 c. 7 § 2. incipiẽti, vidimus hucusque n. 4. pag. mihi 359. & sequitur plurimi ex Iurisperitis, & Theologis, quos refert, & sequitur Thom. Sanch d. lib. 7. disputatione 9 num. 2.

5 Vbi numero 3. cũ alijs pluribus, quod peccat mortaliter ligatus maiori excommunicatione si ante absolutionem ab illa contrahat matrimonium, quia excommunicatio hæc priuat receptione sacramentorũ sub mortali, cũ sit materia grauissima, & n. 4. an sit duplex peccatũ mortale.

6 Et numero 5. quod similiter est peccatum mortale contrahere matrim. cum excõmunicatione minori ante absolutionẽ ab ea, quia hæc etiam interdicit sacramentorum receptionem sub culpa mortali.

7 Et numero 6. agit de eo, qui scienter matrim. contrahit cum ipso excõmunicato an peccet, in quo ita distinguit.

Quod aut excõmunicatus est denũciatus, aut notorius clerici percussor, qui solũ iubentur vitari per Concil. Constant. Martin. V. incip ad vitanda scandala, &c. & tunc proculdubio cõtrahens cũ huiusmodi excommunicatõ peccat mortaliter iuxta communem Doctorum sententiam; quoniam participat in sacramento cum ligato excommunicatione maiori, qui est vnus ex casibus, in quibus participatio hęc est mortalis, secundum omnes, & num. 9. docet in hac specie duplicem culpam lethalem admittere contrahentẽ matrimoniũ cũ excõmunicato denuntiato, vel notorio clerici percussore, quando ipsum inducit hic contrahens.

Si vero excommunicatus non est denunciatus nec notorius clerici percussor, peccat etiam mortaliter contrahens matrim. scienter cũ eo, secundum cõmunẽ Doctorum placitum, quos refert ibidem Thom. Sanch. num. 7 ipse tamen nu. 8. latissime, & optime probat in hoc casu contrarium existimãs hoc esse verius attento præfato Cõcil. Cõstant. de cuius litera & intellectu late egimus supra lib. 1. Canon. quæstionũ c. 1. n. 1. cũ sequẽtibus, & mihi quoq; hæc sententia vera videtur, licet cõtraria sit cõmunis, & probabilissima.

8 Vnde secũdũ eũdẽ Sãch. vbi supra, n. 10. nulla erit culpa cõtrahere matrim. cũ excõ cõmunicat. minori ligato nõdũ denũciato.

Et

9 Et numero 11. late agit, & distinguit, quando vterque contrahens est excommunicatus.

10 Et num. 12. an excõmunicatus maiori possit spõsalia de futuro cũ iuramẽto celebrare absq; culpa lethali, & probat cõtra Palud. nullam culpã hunc incurrere, præter solam venialem participationis cũ altero in contractu humano, casu quo cæteræ participationes ia humanis culpam inducerent.

11 Benedictiones autẽ nuptiales cõferri non possunt ligati excõmunicatione maiori, vt est certũ apud DD. quos refert, & sequitur Sanch. ibidẽ num. 13. vbi quod est peccatũ mortale ea ratione, qua interest excõmunicatus Missæ, & officio Diuino benedictionis, atque in re sacra participat cũ alijs assistentibus. Quod si excõmunicatio minor sit, nullam dicit esse culpam benedictiones recipere, quia sola sacramẽtorũ receptione priuat, vt fatetur Palud.

12 quẽ ibi citat: & num. 14. ex dictis infert teneri excõmunicatũ, siue maiori, siue minori prẽmittere matrimonij cõtractui absolutionem ab excommunicatione casu, quo esset mortale cum illa cõtrahere iuxta suprad.

13 At verò, confessionẽ sacramentalem nõ tenetur præmittere, quãuis peccato lethali sit præpeditus, vt tenent Veracr. & Manuel Rodr. quos citat, atque ita Cõcil. Trident. sessione 24. ca. 1. de matrim. solũ hortatur ad cõfessionem, & communionem præmittendam.

14 Suspẽsus etiã generaliter si solis minõribus ordinibus initiatus sit, nõ peccat cõtrahens matrimonium, aut benedictiones suscipiens, vt cũ alijs bene probat Thom. Sanch. vbi supra d. disputatione 9. nu. 15. de quibus etiã agit P. Suar. de censur. tom. 3. disputatione 10. sectione 3.

15 Ex quibus à fortiori dicendũ est gradũ similiter Doctoratus excommunicato collatũ validũ, & ratũ esse, quia neque iurisdictionẽ includit, neque vllo iure speciali impeditur, quominus collatus valeat, vt tenet Hugolin. vbi supra, c. 18. §. 1. folio mihi 487. per totũ post Cardin. & Ioann. Andr. & Deciũ, quos in idẽ citat, quod maxime certũ est de gradibus, qui authoritate Regia dantur, nã de gradu Theologiæ, vel Iuris Canonici, qui dãtur authoritate Põtificia magis dubitari potest, quia magis spirituales vidẽtur, & Ecclesiastici. Nihilominus tamẽ, quia nõ sunt proprie beneficia, aut Ecclesiasticæ dignitates, & de eis non est aliquod ius expressum, quod rigurosius rem hanc interpretemur, tenebit igitur & hic gradus Theologiæ, vel Iuris Canonici collatus excõmunicato, vt probat Suar. de cẽsur. disputatione 16. sectione 2. n. 4. vers. ac propterea pag. 308. col. 1.

SVMMAR. Cap. LXXXIIII.

1 CATECHISMVS *quis sit, & vnde dicatur.* ¶ *Et num. 3.*

2 *Tenens puerum in Catechismo contrahit cognationem spiritualẽ imperfectam impedientem quidẽ, sed non dirimentem matrimonium.*

4 *Cognatio spiritualis vna tãtum pullulat in patrino Catechismi, & baptismi simul.*

Secus si sint diuersi patrini, quia quilibet suam cognationem spiritualem contraheret, vt in numero 5.

6 *Catechismi impedimentum an sit sublatum per Sanctum Concil. Trident.*

7 *Parochus tenetur habere librum, in quo scribat nomina patrinorũ baptismi.*

CAPITVLVM LXXXIIII.

De impedimento Catechismi.

1 CATECHISMVS est instructio fidei, quæ fit ante ianuã Ecclesiæ super baptizando, diciturque sic à Catechizo, idest instruo, vt in cap. ante Baptismum de consecrat. distinct. 4. ita docent, & tenent omnes Summistæ super hoc verbo.

2 Is autẽ, qui tenet puerũ in Catechismo cõtrahit cognationẽ spiritualẽ imperfectã, impedientẽ quidẽ, sed non dirimentẽ matrim. vt in c. 2. de cognat. spirit. in 6. & in c. cõtracto de cogn. spirit. ¶ Est enim

3 Catechismus quædã futuri baptismi professio, eiusque initiũ, & est quædã regeneratio imperfecta per fidem, quã protesta-

Ee 2 tus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur Patrinus pro paruulo, vt cũ D. Thom. in 4. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 3. Durand. ibi, q. 1. art. 2. n 8. Ricard. art. 1. q. 2. probat Tho. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 10. nu. 1. & 2. qui numeris sequentibus late materiam hanc declarat.

4 Et n. 8. ad fin. libenter fatetur cũ Palat. in 4. distin. 42. fol. 928. cũ sequenti, quod quoties esset idẽ Patrinus in Catechismo, & Baptismo vnica tantũ pullularet cognatio, superflum enim esset alia.

5 At vbi diuersi essent Patrini vterque suam cognationem contraheret.

6 Dubium tamen est an hoc catechismi impedimẽtum sublatũ sit prorsus per Cõcil. Trident. sess. 24. de matrim. c. 2. vbi ad primũ gradũ restricta est, & contracta cognatio, orta cognatio, & nulla in eo camentio fit Catechismi: eodẽ nãque modo videtur dicendũ restrictã esse cognationẽ Catechismi ad primũ tãtũ gradũ, & hanc opinionẽ in terminis tenẽt atq; probant Nauar. in Manual. Latin. c. 22. n. 72. versic. ad quæstion. autẽ, Maiolus lib. 3. de irregul. c. 25. n. 14 § Catechism. Palatius d. distinct. 42. disputatione vnic. fol. 927. Manuel. in summa 1. tom. in 2. editione, c. 226. in fine, Barth. à Ledesm. de matrim. dubio 46. in fin. in 2. editione, Enriquez lib. 2. de Baptism. c. 15. in fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 56. art. 3. §. in huius expositionẽ, Ludou. Lop. in 2. parte Instruct. conscient. de matrim. cap. 46. impedimento 4. Hugolin de matrim. c. 20. n. 5. Viual. in cã delabro 1. parte de matrim. n. 91. Philiarc. de officio sacerd. tom. 1. parte 2. lib. 2. c. 4. Vega 1. tom. summæ, c. 33. casu 39. ad fin. Nõ est igitur omnino sublatũ hoc impedimentũ attento d. c. Cõcil. Trid. quando quidẽ suprad. Authores tenent esse restrictũ ad primũ gradũ, ergo non est sublatũ; quod etiam supponere videtur, qui post Cõcil. Trid. scribentes docent esse impedimẽtũ, prout sunt Matiẽç. in rubrica tit. 1. glos. 1. n. 148. lib. 5. nou. collect. Reg. Ant. Cuch. lib. 5. Institit mai. tit. 12. n. 17. Lanzelot. in instit. Iur. Cano. lib. 2. tit. de triplic. cognation. per Catechismũ, versf. dissoluetur, Toletus in summa lib. 7. ca. 14. in fi. & alij, & tenent in terminis Palati. vbi supra, & Bart. de Ledesm. d. dub. 46. de matri. in priori editione: quæ sentẽtia est valde probabilis, secundum Thom. Sanch. d. disputatione 10. nu. 11. in fin.

Contraria tamen sententia, imo quod hoc impedimentũ Catechismi sit omnino sublatũ per Concil. Trid. est verior, & tenẽda, vt ex verbis eius sdẽ Sãcti Concilij manifeste ostendit, & probat Thom. Sanchez vbi supra, n. 12. citans quãplurimos DD. modernos hanc partem tenentes, & profitetur eam esse modo communem.

7 Addens nu. 13. expedire, vt parochus scribat in libro (quẽ habere debet ad describẽdũ nomina Patrinorũ Baptismi iuxta d. cap. 2. sessione 24. de matrim.) an sint illi patrini in solo Catechismo, quod puer sit iã domo baptizatus iuxta DD. quos ibi ad hoc refert: ipse vero nõ solũ hoc probat, sed etiã existimat parochũ ad hoc teneri, cuius in hoc sententia probabilis est vel saltem securior, etsi non præcisa.

SVMMARIVM Cap. LXXXV.

1 *VOTVM simplex castitatis impedit matrimonium contrahendũ, contractum tamen non dirimit.*

2 *Matrimoniũ scienter cõtrahens cũ adstricto voto simplici castitatis peccat mortaliter.*

3 *Votum religionis, aut ordinis sacri assumendi aut matrimonij non ineundi impedit matrimonium contrahendũ, contractum tamen non dirimit.*

4 *Voto simplici castitatis, aut religionis, vel sacri ordinis assumẽdi, aut matrimonij non ineundi adstrictus non potest matrimonium cõtrahere absque dispensatione.*

5 *Votũ habenti impediens matrimoniũ cõtrahendũ, non tamen illud dirimens, interroganti, an valeat matrimonium contrahendũ aduersus præd. votum, qualiter secure sit respondendum.*

Et an liceat tunc consulere malum simpliciter, vt maius malum euitetur, vt in exemplo de quo numero 6.

7 *Lot factũ Genes. 19. cap. qualiter à culpa excusari valeat?*

8 *Mala non sunt facienda, vt inde bona euentant, & quomodo hoc intelligendum sit?*

9 *Cap. 19. Iudicum explicatur.*

CA-

CAPITVLVM LXXXV.

De impedimento matrimonij voti simplicis.

1 CERTISSIMVM est in iure votum simplex castitatis impedire matrimonium cõtrahendum, non tamen iam contractum dirimere, vt habetur in cap. consuluit, & in cap. veniens, & in cap. rursus qui cleric. vel vouent. & in cap. vnic. de voto in Sexto, & Epistola Innocent. I. ad Victicum, cap. vltimo, & cap. quidam, distinctione 27. quod desumptum est ex D. Augustino libro de bono viduit. ad Iulianam, cap. 10. & cap. si vir eadem distinctione, cap. nuptiarum 27. quæstione prima, quod est ex D. Augustino eodem lib. de bono viduit. cap. octauo, & probat Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 11. numero quarto, l. 11. ad fi. titulo 2. partita 4. quæ ita se habet. *Mas si el voto es simple segun dize en la ley de que fezimos en miente en esta, comoquier que embarga el casamiento, que non vala, non lo deue desfazer despues que fuere fecho*, & ibi Gregor. Lopez glossa fi. ampliat, vt procedat etiamsi ille, qui vouit simpliciter c, ontrahat cum eo, qui simiiter vouerat, iuxta glossam in cap. fin. 27. quæstione 1. quam sentẽtiam tenent etiã Astens. in sua summ. secunda parte, lib. 8. titulo 16. articulo vnic. quæstione septima, & Summistæ cõmuniter, nempe Rosella verbo impedimentum, impedimento 4. numero 6. Angel. verbo matrimonium 3. impedimento 5. numero 5. Syluester verbo matrimonium 7. quæstione 5. dicto 6. Tabien. verbo impedimentum, impedimento 2. quæstione 6. numero 7. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 73. Ve tacruz in prima parte sui Specul. Cõiug. articulo 15. dubio 3. & Matienç. in rubrica tituli 1. glossa 1. num. 152. lib. 5. nou. collect. Reg. quos sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 11. num. 10.

2 Addit Greg. Lopez vbi supra, quod ille, qui contrahit cum vouente simpliciter, si est conscius voti alterius peccat mortaliter, iuxta glossam in cap. 1. 27. quæstione 2. sequitur alios allegãs Thom. Sanchez vbi supra, numero 11.

3 Vbi respondet contrarijs, & addit idẽ eadem ratione dicendum esse de contrahente cum habenti votum religionis, aut ordinis sacri assumendi, aut non ineundi matrimonium: cum hæc etiam vota, & iuramentum de his rebus, etsi matrimoniũ impediant contrahendum, id iam contractum non dirimunt, vt de iuramento castitatis affirmat Syluest. in summa, verbo matrimonium 7. quæstione 5. dicto 10. & de voto religionis docent Ant. Cuch. lib. 5. de Instit. maior. titulo 12. numero 18. Tolet. lib. 7. suæ summæ, cap. 14. num. 3. Grasis in prima parte decis. lib. 2. ca. 85. in fin. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. Manuel 1. tom. suæ summ. in 2. editione, c. 224. numero 1. & de voto Ordinis sacri assumendi Enriquez, & Manuel vbi supra, & de voto non ineundi matrimoniũ Enriquez ibidẽ, & nemo de hoc dubitat, vt affirmat supradictos sequutus Thom. Sanch. vbi supra, num. 7. id ampliat procedere in votis cõditionalibus, vt ibi per eũ.

4 His tamen votis astrictus non potest matrimoniũ cõtrahere absq; dispẽsatione quãuis vehemẽtissimis carnis stimulis vrgeatur, expertusq; sit passim se succũbere, nec vires ad resistẽdũ sentiat, siue votũ anteceserit difficultatẽ hanc se cõtinẽdi, siue subsequutũ sit: estque hoc certissimũ, vt bene probat Sanch. vbi supra, num. 9.

5 Cõsultus fui, qualiter respõderi liceat astricto castitatis voto, vel alijs votis, quæ similiter impediũt matrimoniũ contrahẽdũ, & contractũ non dirimunt, roganti an valeat matrimonium contra id votum celebratũ? & inueni hunc articulũ late examinantem Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, q. 11. n. 12. vbi primo loco refert opinionẽ Hostiens. in summa titulo de voto, §. quot sunt species votorũ, num. 5. satis scrupulose loquentis, nẽpe habẽti votum castitatis, & roganti an posit matrimoniũ inire respondendũ esse eũ non posse: & vlterius instanti an contractũ valeat, denegandam esse responsionẽ, quia si respondeatur inualidũ esse, erit mendaciũ; si autẽ validũ esse, præbebitur occasio cõtrahẽdi matrimoniũ cũ peccato mortali, atq; ita respõdẽs eadẽ culpa lethali inficietur, quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

opidionem sequitur Gregor. Lop. in l. 2. in glossa, *tantenudo*, tirolo octauo, partita prima, Alueric. Astensis, Gaeta, Vega, & alij quos citat ibidem Sanchez, alij vero dicunt saltim eum non delinquere lethaliter, prout sunt Sum. Rosel. Sylvester, & Ant. Cuchus.

Ipse tamen Sãchez in hoc pũcto plura dicit. Primo esse prudenter eludendũ sic interrogantem. Secundo nullam esse culpam scandali, seu occasionis peccandi datæ respondere dicendo peccari mortaliter, at matrimonium esse validum, vt ibi probat. Tertio dicit posse adesse peccatum incautæ respõsionis, vt si quis videat fragilem interrogare, qui vera doctrina abusurus est ad contrahendum id matrimonium cum sacrilegio mortali, potestque commode cauta responsione celata veritate absque mendacio interrogantem eludere, peccauit namque prudenter & minus, caute se habens, propalans veritatem, non tamen erit peccatum mortale, sed culpa venialis, nisi in respondente adsit malitia, quamobrem satius erit respondere grauissimum, & atrox sacrilegij crimen esse violari voti, & ex huiusmodi sacrilego matrimonio infelices admodum exitus ac Dei supplicia posse iure optimo timeri: atque ita diuertendo in alia sermonem, obliuiscetur interrogans directæ responsionis, quod si ea prudens diuersio non sufficeret, vt interrogans desistat ab incepta interrogatione, nulla erit culpa in respondente veritatem, quæ profecto sententia prudens est, vera & tenenda, & iuxta eam respondendum in simili specie.

6 Denique pro expeditione huius capitis quærendum est, an ei qui venereis tẽtationibus vexatus passim succumbit, neque alijs medijs adhibitis sit spes, vt illi consulatur, liceat suadere, vt matrimonium contrahat, quamuis voto castitatis simplici astrictus est, & sic an liceat minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, & ad id inducere illum? Quam rẽ exactissime pertractat in vtraque specie Thomas Sanchez d. lib. septimo, disputatione 11. numero 14. cum pluribus sequentibus vsque in fin. & tandem numero 29. in priori specie refert duas opiniones contrarias Authorum, & ipse resoluit moraliter, & in plurimum loquendo numquam licitum esse tale consilium, nisi eo voto ligatus ita malo inhæreat, vt nec dispensationem petere velet, neque à venereis desistere, sed omnino paratus esset ad illis vacandum: speraretur que matrimonio inito illi malo consultum fore, tunc namque licebit id consilium dare, quo à maiori malo retrahatur, quia omnia requisita ad honestandum minoris mali consilium concurrunt.

In secunda vero specie, an liceat minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, & ad id inducere illum duplicem refert sententiam quamplurium Doctorum. Primam quæ habet illicitum hoc esse, & eam satis probabilem appellat numero 15. sed veriorem existimat contrariam, nempe licitum esse consulere minus malum causa vitandi maius, quando is, cui consulitur, constitutum apud se habebat maius illud malum perpetrare, & alia via à malo proposito reuocari nequit, cap. duo mala distinctione 13. vt si quis decreuerit occidere aliquem, & nullo modo possum eũ euertere ab eo animo, possum ei consulere, vt potius eum percutiat, vel ab eo furetur, vel si quis certus sit adulterium perpetrare nec alio modo retrahi possit, potest illi suaderi, vt potius fornicationem simplicem admittat, ex cap. si quod verius 33. quæstione secunda, de cuius intellectu ibi late agit, nos, & alios quamplures citans, & tandem huius sententiæ quamplurimos DD. congerit d. numero 15. & præcipue nos citat lib. secundo Canonic. cap. 23. numero 43. cum sequenti, Matienç. Molin. Manuel. & alios, & numeris sequentibus alia plura adducit in hac materia pro ampliatione, & declaratione dictæ secundæ sententiæ inferens ex ea ad nonnulla.

7 Hinc scire oportet qualiter factum Lot, Genes. 19. à culpa excusari valeat, qui Sodomitis libidine furẽtibus abutendo hospitibus, quos domi exceperat proprias filias stuprandas obtulit, vt sic exple ta libidine à peiore sodomiæ scelere abstinerent, inquit enim tex. ille: Nolite, quæ-

so, fratres mei, nolite malũ hoc facere: habeo duas filias, quæ necdũ cognouerũt virũ, educãeas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit: dũmodo viris istis nihil faciatis mali, &c. de qua re latissime agit Pereyra d. cap. 19. disputatione 1. Ex superioribus namque iuxta secundam præfatam sentẽtiã satis receptam, & veriorem, quæ habet licitum esse consulere minus malum causa vitandi maius, quando is cui consulitur constitutum apud se habet maius illud malum perpetrare, & alia via à malo proposito reuocari nequit, probari videtur à culpa excusari id factum Lot; siquidem Sodomitæ illi parati, & cõstituti ibant ad domum Lot, ad sodomiam cõmittendam cum eius hospitibus, & ita Sanctum Lot excusat D. Ambros. lib. de Patriarch. lib. 1. de Abraham, cap. 6. prout refertur in cap. offerebat 32. quæstione 7. Offerebat (inquit ille) Sanctus Lot filiarum pudorem: nam si illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quam aduersus natura delinquere, præferebat domus suæ verecundice hospitalem gratiam, etiam apud Barbaras gentes inuiolabilem.

Hoc idẽ tenuit D. Chrysostomus homil. 43. in Genes. D. August. lib. de mendacio cap. 7. D. Thom. quæstione 1. de malo, articulo quinto, ad 14. Adrian. quodlibet. primo, articulo 3. ad octauum, Caietan. & Oncala in eundem locum Genes. 19. idem Caietan. secunda secundæ, quæstione 78. articulo 4. notabil. 3. ad fi. Greg. de Valent. secunda secundæ, disputatione quinta, quæstione 21. puncto 4. colũna 4. Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. secundo tom. disputatione 335. in fi. Aragon secunda secundæ, quæstione 62. articulo septimo, in solutione ad secundum, Carbo de restitutione, quæstione 66. post tertiam conclusionem, versiculo hoc factum, & hoc magis placet Thomæ Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 11. numero 28. vbi refert opiniones dissidentes in modo excusandi Lot, eique magis placet is, vt Lot minime obtulerit filias ea mẽte, vt Sodomitæ illis abuterentur, sed quod ea submissione illius deflexi ad hospitum Sodomitico abusu temperarent, vt si quispiam in se vehementer indignanti pugionem offerat dicens; me eneca, non eo animo vt is mortem inferat, sed vt ea submissione placatus illam se det, sic Caietan. Oncal. & Molin. vbi supra, & merito Pereira d. c. 19. disput. 1. in fi. si à culpa excusandum sit factum illud, hunc excusandi modum omnibus præferri, vt inquit Thom. Sãchez d. numero 28. ad fi. tandem Pereira hoc relinquit iudicio rectius sentientis.

Rursus pro contraria parte id factum damnant D. August. lib. quæstionum super Genes. cap. 41. & refertur ca. 1. distinctione 4. dicens perturbationi Lot, & mẽti tanto malo permotæ, potius quam sano consilio tribuendum esse, & lib. contra mendacium cap. 9. Pereira late d. cap. 19. Genes. disputatione 1. in fin. Sot. lib 6. de Iustitia, & Iur. quæstione 1. articulo 5. columna penultima, versiculo at vero Lot, Salon de Iustitia, & Iur. secũda secundæ, quæstione 78. controuers. prima, in solutione ad quartum, in fi. & late hanc partẽ comprobat, & tenet respondens cõtrarijs Nicolaus de Lyra d. cap 19. super illa verba: habeo duas filias, necnon ibi Abulens. Thom. Anglicus, Hugo, Dionysius Ferus, & alij quos refert Thom. Sanchez vbi supra d. numero 28. Pro quibus maxime vrgẽt verba illa d. c. 19 educã eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit: & ita inquit Molin. vbi supra, quod quauis Lot non peccaret suadendo minus illud malũ, si solum ad Sodomitarum culpam attendas, peccaret tamen cõtra iustitiam ac pietatem paternam aduersus proprias filias, illas etiam ad vitandum maius Sodomitarum peccatum eis prostituendo.

8 Quibus adde nõ esse facienda mala, vt inde eueniant bona iuxta dictũ Apostoli: Et potius debemus omnia mala pati, quã peccato consentire: sic Diuus Augustinus alibi dicit: cum ergo causæ articulus venerit, vt hæc cõditio proponatur, aut faciẽdum esse contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandũ, quorũ duorũ homo si cogatur alterũ eligere cõminãte morte persecutore ibi eligat Deo dilecto emori, quã Deo offenso viuere; habetur in homilia Euangel. primæ diei infra octau Sãcti Lauren. incipiẽte: Nisi granum frumẽti cadens in terram, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 Vnde similiter senex ille de quo Iudicum decimo nono, qui viris illis Ciuitatis Gabaa poscētibus, vt educeret virum, qui ingressus fuerat tanquam hospes domum suam, vt eo abuterentur, respondit: Nolite fratres mei, nolite facere malū hoc, quia ingressus est homo hospitium meū, & cessate ab hac stultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. Quibus non assentientibus tradidit concubinam illudendam, qua tota nocte abusi fuerunt, vt ibi in specie probat Nicolaus de Lyra super illis verbis: educam eas, &c. quia nullus debet cōsentire in hoc, quod est peccatū maxime mortale de genere suo, vt euitet in alio maius peccatū, quod etiam ibi probat Abulens. & profecto pars hæc secunda contra priorem probabilior videtur, nisi in aliquo velimus excusare factum Loth propter perturbationem animi tanti periculi, in quo erat constitutus, quamuis ignorantia iuris naturalis adhuc non videbatur esse tolerabilis, quare suspendo iudicium in re tam graui, & controuersa inter DD. relinquens hoc doctioribus.

SVMMAR. Cap. LXXXVI.

1 RAPTVS *Iure ciuili attēto dirimebat matrimonium inter raptorem, & raptam celebratum.*

2 *Raptus ab initio nascentis Ecclesiæ non dirimebat matrimonium, nisi quatenus consensus decrat raptæ.*

3 *Raptus Iure Canonico antiquo, & nouiori an interdicatur.*

Et numero quarto, vbi de intellectu cap fi. de raptorib.

5 *Raptus alienæ sponsæ an hodie impediat matrimonium cum ea vel alia?*

6 *Raptus hodie attento S. Concil. Trident. quādiu impediat matrimonium? & numeris sequentibus, vbi de ipsius Cōcilij intellectu in hoc agitur.*

9 *Raptus de quo in Sancto Concil. Triden. an requirat traductionem de loco ad locum?*

10 *Raptor fœminæ, vt cum alio contrahat matrimonium, an incurrat pœnas Sācti Concil. Trident.*

11 *Raptus pœna an requirat copulam, vel non?*

12 *Raptus pœna an habeat locum attento Concil. Trident. quando ipsa volens adducta fuit?*

13 *Raptus pœna an habeat locum sequuta pœnitentia rapientis, antequam perueniatur ad locum, ad quem rapiebatur, & cætera, vt hic.*

14 *Raptus importunis precibus factus, aut si fœmina conducto pretio extrahatur, an sit puniendus eisdem pœnis?*

Et quid si dolis circunuenta virgo extrahatur? numero 15.

16 *Raptus pœna non est locus si virgo consentiens, ignorantibus tamen parentibus, abducatur? & numero 17. quid quando fœmina volens, inuitis parentibus abducitur?*

18 *Stuprum an committatur quando fœmina sponte sua ad lectum viri causa luxuriæ accedit, ipsaque ab eo carnaliter cognoscitur? & numeris sequentibus.*

21 *Raptus cuiuscumque mulieris an comprehendatur in Decreto Concil. Trident.*

22 *Raptus propriæ sponsæ de futuro reclamantibus parentibus non comprehēditur sub Decreto Sancti Concil. Trident de hoc agentis.*

23 *Raptus pœna an habeat locum in fœmina virum nolentem rapiente? & numero 30.*

24 *Sponsalia de futuro inter raptorem, & raptam contracta non valent.*

25 *Raptor debet quoque pati pœnas Iure Communi impositas, moderate tamen.*

26 *Raptor fœminæ ad matrimonium contrahenaum si ipsam ducat in vxorem an liberetur ab infamiæ pœna, de qua in Concil. Trident.*

27 *Raptus ad matrimonium contrahendum qua pœna puniatur Iure Communi, & de alijs circa intellectum l. vnic. C. de rapt. virgin. remissiue.*

28 *Anathematis pœna non est latæ sententiæ, sed ferendæ.*

29 *Raptus pœna de qua in Concil. Triden. locum habet, vbi ipsum est receptum, alias imponitur pœna Iuris Communis.*

30 *Raptus pœna an habeat locum in fœmina rapiente virum ad matrimonium contrahendum.*

Et an sit nullum matrimonium contractū cum iuuene rapto violenter ibidem.

CAPITVLVM LXXXVI.

De impedimento raptus.

1 RAPTVS Iure Ciuili attento dirimebat matrimonium inter raptorem, & raptam, vt clarè constat ex auth. de raptor. mul. § vnic. versiculo, quia enim, ibi, tale stare matrimonium prohibuimus, per quem textum ita tenēt Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 6. numero 9. & Thom. Sanchez de matrim. lib. 7. disputatione 12. num. 1.

2 Ab initio nascentis Ecclesiæ non alia ratione raptus fuit impedimentum Ecclesiasticum, nisi quatenus, vel quandiu consensus raptæ deerat, vt late probat Fr. Basilius de Impedim. matrim. cap. 39. pagina 569. versiculo, igitur circa hoc.

3 Iure Canonico antiquo interdictum erat matrimonium inter raptorem, & raptam, ca. de puellis, cap. si autem, & c. placuit 36. quæstione 2. & quamuis communiter DD. illo iure attento dicant esse inualidum, non tamen id constat ex illis iuribus; sed tantum fuisse interdictum.

Hodie vero Iure Canonico nouiori præd. iura corriguntur per tex. in cap. fin. de raptorib. quo conceditur matrim. inter raptorem, & raptam, & ita est seruandū, secundū cōmunem Doctorū sententiam.

4 Et quamuis nonnulli DD. eum tex. intelligant, ita demum valere inter raptorē, & raptam matrim. si puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita consensum præbeat, secus vero alias ex d. ca. fin. ibi: rapta puella legitime contrahet cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum, & quod antea displicuit, tandem incipiat complacere: verumtamen satis est, vt matrim. valeat eo iure attēto, si rapta adhuc sub potestate raptoris existens vere libere cōsentiat. Hoc est enim quod intendit, & petit d. cap. fin. nempe consensum postmodum adesse, idest, si iam dissensus cessauerit, quoniam si voluisset matrimonium esse nullum, dum rapta est sub raptoris potestate, hoc expressē declarasset, vt fecit Concil. Trident. de quo infra, & ita hanc partem meritō probant, & tenent cum alijs D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. § 9. numero 1. Abulens. super cap. 5. Matth. quæstione 203. ad 3. Maior in quarto, distinct. 29. quæst. 2. conclusione 2. Turrecremat. in c. apud Misericordem in fin. 36. quæstione 2. Alphons. à Veracrucē in prima parte Specul. Coniug. articulo 15. ad fin. Matienç. in Rubrica tituli 1. glosia 1. numero 142. lib. 5. nou. collect. Reg. Marc. Ant. Cuch. lib. 5 Instit. maio. titulo 12. num. 123. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 14. num. 4. Emanuel Rodrig. in primo tom. suæ summæ in secunda editione, cap. 232. numero 4 Vega in secundo tom. suæ Syluæ, cap. 34. casu 157. notabil. 4. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 12. numero 42. vbi quod sic intelligendus est Decian. lib. 8. tract. crim. cap. 13. nu. 48. aliud innuens, sed nihilominus sentiens: si rapta re vera libere cōsentiat.

5 Raptus autem alienæ sponsæ impedit hodie matrim. ita vt raptor ille nec cum rapta, nec cum quacūque alia possit inire matrimonium, non tamen contractum dirimit, vt in cap. statutum 27. quæstione 2. estque communis omnium Doctorum sententia, vt plures referens profitetur Thom. Sanch. vbi supra, numero 43. vbi numeris sequentibus late agit de hoc impedimēto raptus alienæ sponsæ circa eius intellectum, & declarationem: hodie autē Sacrosancto Concil. Triden. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 6. ita cāuetur.

6 Decernit Sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consi-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtere matrimonium, quod ſi rapta à raptore ſeparata & in loco tuto, & libero cõſtituta illũ in virum habere cõſenſerit, eã raptor in vxorem habeat: & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant: teneatur præterea raptor mulierem raptã, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non duxerit decenter arbitrio iudicis dotare.

7 Ex cuius tex. contextura patet matrimonium contractum inter raptorem, & raptã dum ſub raptoris poteſtate exiſtit, nec ſeparata eſt, ac in loco tuto, & libero conſtituta eſſe prorſus nullum, & ſic raptus pro eo tempore eſt impedimentum dirimens, vt docent Nauar. in Manual. Latin. cap. 22 numero 74 & lib. 4. cõſil. in 1. editione, titulo de ſponſal. conſil. 32. numero vnic. & in ſecunda editione lib. 5. titulo de rapto. conſilio ſecundo, numero vnic. Alphonſus à Veracruce, Ouand. Toled. Enriquez, Azeued. & alij plures, quos refert, & ſequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, diſputatione 13. numero 2. Fr. Baſil. vbi ſupra, pagina 570. verſiculo tertio deniq;, Sanchez vbi ſupra ampliat cum Enriquez, vt procedat licet rapta adhuc ſub raptoris poteſtate conſtituta re vera libere conſentiat, quia Concil. Trid. non eam ſolam libertatem petit ad huius matrimonij valorem, ſed vt plene rapta libera ſit à raptoris poteſtate.

8 Dubitant DD. an hic tex. Concilij intelligendus ſit de omni raptu ſiue cauſa ineundi matrimonij, ſiue cauſa ſolius libidinis explendæ factus ſit, an vero de raptu, quod tantum cauſa matrimonij celebrandi committitur? & quidem ex generalitate d. cap. 6. Concilij in vtroque caſu procedere videtur, & ſic in omni raptu ſiue cauſa matrim. celebrãdi, ſiue etiã cauſa explendæ libidinis, quam ſententiam probant, & tenent expreſſe Emanuel Saa in Summa, verbo matrimonium in principio numero 9. dicens ſic declaraſſe Congregationem Cardinalium, & Don Ioan Vela de pœnis delict. cap. 29. §. ſed ego indiſtincte, & voluit Alph. à Veracruce in Appendic. ad Specul. Coniug. vbi de raptu agit folio 81. §. hic conſiderandum, vbi inquit intelligi hoc Decretum de omni raptore: & eſt ſatis probabile, vt affirmat Thom. Sanch d. diſputatione 13. numero 3. in fin.

Alij vero cenſent in eo Decreto, ſolos fœminarum raptores cauſa contrahendi matrim. cum eis cõprehẽdi, pluraque fundamenta pro ea parte adducũt, inter quæ fortius videtur illud, quod cum d. cap. 6. Concilij corrigatius commune dict. cap. fin. de rapt. & ſit pœnale, eſt reſtringendum, maxime quod præd. cap 6 ſit pœnale, & ideo hãc ſententiam tenent Salzed. in practic. crim Bernard. Diaz cap. 78 in fin. & Manuel Rod. in ſua Summa, primo tom. in ſecunda editione, cap. 13. numero 7. Vega 2. tomo ſuæ ſummæ, ca. 234. caſu 157. notab. 1. & hanc ſequitur dicens eſſe probabiliorem Thom. Sanch. vbi ſupra, numero 4.

Quid tenendum? ego cenſeo ſtandũ eſſe in hoc declarationi Cardinaliũ, ſi qua ſit authentica dirimens hanc quæſtionem, quod ſi nulla ſit, ſequor hanc ſecundam partem ratione præd. pro ea adducta.

9 Plura tamen in propoſito ſunt obſeruãda pro intellectu, & declaratione illius Decreti Sancti Concilij Trid. & materiæ de qua agimus. Primum: ad hoc vt raptus comprehendatur in hoc Decreto deſiderari traductionem de loco ad locum, vt generaliter iure probauit Thomas Sanch. d. lib. 7. num 20. 21. & 46. & ſpecialiter in terminis Concilij probatur ex ipſomet cap 6. ſupra allegato in illis verbis: Quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, & iterum poſtea ibi: quod ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, &c. quæ verba hoc denotant, & ſignificant, & ita in terminis tenẽt hanc ſententiam Nauar. lib. 5. conſil. in vtraque impreſ. titulo de raptor. conſil. 1. numero vnic. Manuel Rodrig. in primo tom. ſuæ ſummæ ſecunda editione, cap. 232. numero 2. Emanuel Saa in ſumma, verbo matrimonium in principio, numero 9. Vega in ſua ſumma ſecundo tom. cap. 34. caſu 157. notabil. 2. quos ſequitur Sanch. d. lib. 5. diſputatione 13. numero 7.

10 Secundum: non eſſe locũ pœnis præd. cap. 6. ſi quis proprio motu, non petente, qui

qui matrimonium initurus eſt, fœminam rapiat, nõ vt ſecum, ſed vt cum alio matrim. contrahat, hic namque raptor non incidet in pœnis d. Decreti, ac proinde valebit matrimonium cum illo tertio initũ, ſi fœmina re vera libere conſentiat, quãuis nondum extra raptoris poteſtatem ſit.

Secus ſi ad inſtantiam inituri matrimonium rapiat, tunc namque matrim. initum cum illo erit inualidum, niſi prius in loco tuto, & libero fœmina cõſtituatur, & incurret ille, qui inſtauit, vt raptus efficeretur cæteras pœnas tãquam verus raptor per interpoſitam perſonam ad effectum matrimonij: is vero, qui raptum exercuit, tamquã auxiliũ raptui ferens ad finẽ ineũdi matrimonium incurret excõmunicationem, & cæteras auxiliãtium pœnas: at cum ipſo valide poteſt fœmina contrahere prius quam in loco tuto, & libero reponatur, cum auxiliũ ferentes non puniãtur in illo Decreto ea pœna, vt matrimoniũ cum ipſis cõſiſtere nequeat, donec fœmina ſit ad locum tutum reſtituta, ita rectè deduxit Thom. Sanch. d. diſputatione 13. numero 7. 15

11 Vbi numero 8. tenet nihil referre in caſu d. Decreti, quod ſequatur copula, vel non ſequatur ad pœnas illius Decreti incurrendas.

12 Tertium non eſſe locum ijs pœnis ſi fœmina volẽs abducta ſit, quamuis abductione ſequuta voluntatem mutet prioris facti pœnitẽtia ducta, ſecus ſi initio abductioni renitatur, quamuis poſt abductionẽ factam velit, vt late iure cõmuni probat Thom. Sanch. d. lib. 7. diſputatione 12. numero 7. & in terminis Concilij diſputatione 13. numero 9.

13 Vbi numero 10. probat eſſe locum præd. pœnis, quamuis rapta cauſa matrimonij ineundi non ſit perducta ad locum deſtinatum, ſed in ipſo itinere raptor reſipiſcat: eo quod delictum hoc raptus in ipſa adductione conſummetur, & probauit idem Sanchez diſputatione præcedenti,

14 numero 21. ad fi.

Quartum non eſſe locum præd. pœnis ſi ſolis importunis precibus, aut pretio conducta fœmina extrahatur, hic nãque non eſt verus raptus, vt late probat idem Sanchez d. diſputatione 12. numero 10. cum ſequentibus, & numero 32. vbi ſecus, ſi tales eſſent preces, vt violentiæ æquiparentur, & in terminis hanc limitationem tenent Marc. Ant. Cuch. lib. 5. Inſtit. mai. titulo 12. numero 120. & Alphonſ. à Veracruce in Appẽdice ad Specul. Coniug. vbi agit de rapta folio 82. in verſiculo cõſequenter etiam, quos refert & ſequitur Thom. Sanchez d. diſputatione 13. numero 11.

Vbi numero 12. quod ſi dolis circumuenta virgo extrahitur, non eſt locus his pœnis, quia non eſt proprie raptus cũ ibi nulla inueniatur violentia, vt probauit diſputatione præcedenti, numero 32. nec obſtare dicit, quod tradidit ibi numero 11. nempe hoc ſufficere, vt ſit locus pœnæ, l. vnic. C. de rapt. virg. quoniã ea lex id explicat, at Decretum Concil. Trident. d. cap. 6. de reformatione matrim. ſeſſione 24. ſolos raptores comprehendit, & cum ſit pœnale, & correctorium, reſtringendum eſt, vt de vero, & proprio raptu intelligatur, & quando dolus opponatur etiam libertati matrimonij ſicut & violẽtia cum vtrumque volũtatem auferat; nõ tamen omnis dolus id efficit, ſed is ſolus, qui verſatur circa perſonæ, aut conditionis errorem, & quamuis huiuſmodi ſit dolus, ac proinde auferat libertatem, & valorem matrimonij, non tamen infert vim, quæ ad propriam rationem raptus his pœnis obnoxij neceſſaria prorſus eſt, quod verum quidem intelligerem, niſi talis eſſet dolus, qui violentiæ æquiparetur, vt in caſu præcedenti de importunis precibus, quando violentiæ æquiparantur, diximus.

16 Quintum non eſſe locum præd. pœnis ſi virgo conſentiens ignorantibus tamen parentibus abducatur: non enim eſt hic proprie raptus, vt probauit Thom. Sanchez d. diſputatione 12. numero 36. quare recte hanc fallentiam in terminis Concilij probant Veracruz, Cuchus, Enriquez, & Emanuel Saa, quos refert, & ſequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. diſputatione 13. numero 13.

17 Vbi numero 14. late agit, an idem ſit dicendum, quando fœmina volens parentibus tamen inuitis extrahitur, & refert

duas

duas opiniones, primam quamplurium Doctorum affirmantium, tunc has pœnas incurri, quia est verus raptus, vt idemmet probauit disputatione præcedenti, numero 12. & 35. secundam penitus contrariam, quæ est propria sua ipsius: Ego prio rem tamquam veriorem, & receptã probo atque in praxi tenendam esse censeo. 21

18 Similiter voluntas libera puellæ ingerentis se absque aliqua violentia, dolo, vel persuasione ex parte viri, vt pura, quia ipsa attraxit illum ad concubitum veniendo ad lectum eius, immunem reddit stuprato rem in vtroque foro ab omni damno, & restitutione, quia ipsa eum prouocauit, atque induxit.

19 Imo quod magis est hoc procedit saltem in foro interiori animæ, etiam quando puella verbis blandis leuiter rogata libere stupro consensit deficiente tamen dolo, fraude, atque nimia persuasione, vel prece, vt late cum communi probauimus lib. primo Canonic. quæstionum, cap. 37. numero 23. versiculo secundus casus est, & in versiculo tertius casus est.

20 Vbi numero 24. contra Sotũ, & Specul. Coniug. verius existimauimus, & tenendum, quod in hac specie, si pater, vel curator puellæ accusaret stupratorem, debeatur illi æstimatio damni ei prouenientis, quia maiori egit pecunia ad dotandum eam, & etiam iniuriæ quæ sibi illata est, vt 22 ibi cum alijs bene probauimus, & tenent Beatus Thom. Caietan. & alij multi grauissimi Authores, quos congerit Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 14. numero 11. ipse tamen ibi cum alijs probabilius esse dicit, quod in hac specie stuprator nihil teneatur parentibus, aut tutoribus restituere, cuius Authoris fundamenta leuia, & non quidem concludentia sunt, vt ex ipsis patet, cum re vera consensus, & libera voluntas puellæ, quamuis 23 sibi volenti noceat, parentibus autem, aut curatoribus sua interesse vere putantibus præiudicium vllum inferre non potest ipsis inuitis, vel ignorantibus, iuxta veras iuris regulas, & notas, quo fit, vt prior nostra sententia, non sua, magis recepta à nostratibus esse videatur, & iã semel in praxi vidi eam admissam, & multo verior ac probabilior, ac proinde omnino secure te nenda est, præterquam quod eam limitaui vbi supra, numero 25. quando ita occulte mulier volens stuprata sit, vt propter id nullam iacturã in fama, rebus, vel nuptijs passa sit.

Sextum obseruat Alphõs. à Veracruz comprehendi in eo Decreto raptum cuiuscumque fœminæ siue virginis, siue corruptæ, siue meretricis, & inhonestæ coniugatæ, & cuiuscumque status, quod probat, & sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 13. numero 14. Ego vero etsi in cæteris prænarratis fœminis, præter vxoratam, idem sententiam, non tamen impedita alio vero matrimonio attẽto prædict. Decreto Sãcti Cõcil. Trident. quod re vera in raptu mulieris nubilis loquitur: at vxorata non est huiusmodi, ergo, &c. Cui Decreto minus recte satisfacit meo iudicio Sanch. vbi supra, & cum sit pœnale illud Decretum extendi non debet cõtra eius satis insinuatam mentem ad alium casum in ipso non comprehensum: habebunt tamen locum in raptu mulieris coniugatæ aliæ pœnæ à Iure decretæ, non tamen statutæ à d. Concilio, & ideo merito hanc nostram sententiam sensit, & voluit Manuel Rodriguez in sua summa primo tom. in secunda editione, cap. 232. numero primo, quicquid eum improbet Sanchez vbi supra.

Septimum obseruo, non comprehendi hoc Decreto raptum propriæ sponsæ de futuro reclamantibus parentibus, sicut nec Iure Communi, vt in cap. penult. de rapt. & late per Sanchez d. disputatione 12. numero 15. quod Concil. Trident. minime corrigit, vt in terminis cum alijs tenet idem Author in disputatione 13. subsequenti, numero 15. vbi limitat contra Henriquez quando sponsa de futuro nolens rapitur.

Octauũ verius esse, nõ esse locũ his pœnis in fœmina, virũ nolentẽ rapiente, vt probauit Thom. Sanchez d. disputatione 12. numero 25. & disputatione 13. numero 16. aduersus alios quos ibi refert quorum opinionem probabilem fatetur.

Nonũ, quod sicut in Decreto illo Tri- 24 dent. Concil. annullatur matrimonium inter raptorem, & raptam, ita etiam sponsalia de futuro inter ipsos contracta non valebunt, vt bene probauit, & tenet Nauar. lib. 4. consil. titulo de consang. & affi- 29 nit. consilio 3. numero 5. cum sequentibus in priori editione, & in posteriore lib. 5. titulo de raptor consilio vltimo, numero 5. Manuel, & Vega, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 13. numero 17.

25 Deinde obseruandum duxi, quod raptor debet etiam pari pœnas Iuris Communis, moderate tamẽ, vt late per Pegue. decisione crimin. 41. per totam.

26 Ab infamiæ pœna de qua in d. Decreto liberant aliqui DD. raptorem si raptã ducat, prout sunt Henriquez, Manuel Rodriguez, & Vega, idemque probat Henriquez de dignitatum incapacitate, sed verius, & omnino tenendum existimo cum Thom. Sanchez d. disputatione 13. numero 1. minime ab his pœnis eximi raptorẽ etiamsi raptam ducat in vxorẽ, vt expresse probatur in d. cap. 6. Concilij ibi: Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati ac perpetuo infames, omniumque dignitatũ incapaces: hoc enim, includit, inducit, & significat dicto nihilominus, Hispane *con todo esso, ò sin embargo desso, que es de auerse casado*, l. fi. ff. de in integr. restitutione, Rebuf. alia iura allegans in l. 59. §. ea quæ nihilominus, ff. de verb. significatione, & probat latius hanc opinionem Sãchez vbi supra, d. numero primo, qui tandem ad fi. d. numeri primi recte quoque probat à pœnis d. Decreti liberum esse parochum assistẽte matrimonio raptoris, aduersus Maiol, quem citat.

27 Quid autẽ sit raptus, quæue eius pœna attento iure antiquo, & qualiter attento eodem iure ante Concil. Trident. matrimonio ineundo impedimentum sit, & sic de intellectu l. vnicæ, C. de raptor. virgin. & similium, & l. Regiæ 3. titulo 20. partita 7. cum materia, & cap. si quis virginem 36. quæstione 2. vbi asseritur, si quis virginem, vel viduam (nisi desponsauerit) rapuerit cum sibi fauentibus anathema sit. Late agit omnino videndus Thom. Sanchez d. lib. 7. de matrim. disputatione 28 12. per totam, qui numero 2. probat contra alios verba illa, anathema sit, non esse

latam, sed ferendam sententiam.

Et frater Basilius vbi supra, pag. 570. columna 2. versiculo verum, cum sequentibus, qui prius columna 1. versiculo circa quod Decretum, &c. duo alia obseruat. Primum, id Decretum Cõcilij habere locum in his locis, in quibus receptum est Concil. Trident. alias secundum quod antiquo iure statutum est in cap. fin. de rapt. alterum idem Decretum intelligendum esse de raptoribus, & non esse extendendum ad raptores fœminas, vt notat Specul. in Appẽdic. ad art. 32. in prima parte, quia difficile ius præsumit viro inferri violẽtiam, quod si re vera esset etiam iu- 30 ueni illata vis, matrimonium esset nullum Iure naturali ob consensum coactũ, quod mihi non displicet, cum militet eadem ratio in vtroque, ergo idem ius statuendum est iuxta iura vulgaria, & dicemus infra capite ab hinc secundo de impedimento vxoricidij, &c. numero 6.

SVMMAR. Cap. LXXXVII.

1 INCESTVS *commissus à viro cũ consanguineis suæ vxoris impedit matrimonium contrahẽdum, non tamen dirimit iam contractum.*

Et eius rationem, numero 2.

Et idem in incestu commisso ab vxore cum consanguineis viri, vt in numero 3.

Et vtrumque ampliatur, numero 4.

5 *Coniux incestuosus vsque ad quartum gradum impeditur petere debitũ ab vxore.*

6 *Incestuosus non impeditur petere debitum ab vxore, nisi quando incestus cõmittitur ex illicita copula vsque ad secundum gradum attento S. Concil. Trident.*

7 *Impedimentum incestus ab oriatur cũ consanguineis sponsi, vel sponsæ de futuro, contra publicæ honestatis impedimentum, & numeris sequentibus.*

8 *Impedimentum publicæ honestatis ex sponsalitia hodie iuxta Sanctum Concil. Trident. non extenditur vltra primũ gradum.*

9 *Incestus cum affine nullo subsistẽte matrimonio præstat impedimẽtum perpetuum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

petuum matrimonio contrahendo.

10 *Impedimentum incestus non oritur cũ cognata legali, vel spirituali.*

11 *Impedimentum incestus pluribus in casibus non obstat matrimonio contrahendo: primus est, quando ignoranter fuit commissus incestus, vt in numero 11.*

Secundus est, quando fœmina à consanguineo mariti violenter cognita sit, vt in numero 12.

Et an tunc mariti consanguineus incurrat impedimentum ad contrahendũ matrimonium, numero 13.

Et quid si vxor in præd. specie, non omnino inuita, sed timore compulsa consensit incestui, numero 14.

Tertius casus, quando semen viri non cecidit intra vas mulieris, sed extra, vt in numero 15.

Quartus casus est quando incestus commissus fuit mortuo iam altero coniuge, vt in numero 16.

Et de intellectu cap. transmissæ de eo qui cognou. consˆ. vxor. suæ, quod videbatur contrarium agitur numero 17.

Et an impedimentum incestus occulti obsit matrimonio contrahendo, numero 18.

Et an sententia requiratur super incestu, vt impedimentum præstet matrimonio contrahendo, numero 19.

20 *Incestus commissus cum propria cõsanguinea an impediat matrimonium contrahendum cum non consanguinea sicut commissus cum affinibus.*

21 *Deficiente Iure Canonico recurrendũ est ad ius Regium.*

22 *Consuetudine obtentum est, vt non petatur dispensatio incestus commissi cum consanguinea ad contrahendum matrimonium cum alia, quæ non est consanguinea.*

23 *Episcopus potest dispensare cum incestuoso propriæ consanguineæ ad contrahendum matrimonium cum alia non consanguinea.*

CAPITVL. LXXXVII.

De impedimento incestus.

1 INCESTVS commissus à viro cum cõsanguineis suæ vxoris impedit matrim. cõtrahendum, non tamen dirimit iam contractum, cap. 1. cap. transmissæ de eo qui cogn. consang. vxor. suæ, & ita censent atque decernunt communiter omnes DD. vt per Zeuall. in suis Communibus contra Communes primo tom. quæstione 737. statim in principio.

2 Et ratio est, quia talis incestus habet ex propria natura impedire exactionem debiti à coniuge, eo, quod inde coniuges efficiantur affines, ita Caiet. 2. 2. quæst. 154. articulo 9. columna 2. §. ad secundam obiectionem: atque ita incestus præstat hoc impedimentum matrimonio ineundo, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis contractæ, secundum D. Thom. in 4. distinctione 34. quæstione vnic. articulo 5. in solutione ad argumenta, & ibi Ricard. articulo 4. quæstione 2. ad primum, Torrecremat. in cap. quædã cum fratre 32. quæstione 7. numero 2. ad 3. & Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 15. numero 1.

3 Vbi numero 2. idem probat, si è contra vxor incestum committat cũ consanguineis viri, & allegat plures hoc tenẽtes, & nos lib. 1. Canonic. quæstionum, cap. 23. num. 5. & 21.

4 Et ampliat hoc Sanch. numero 3. vt non tantum ipsis coniugibus reis huiusmodi incestus interdicatur aliud matrimonium, sed etiam illis consanguineis cõiugis, cum quibus alter coniux incestum admisit, vt ibi bene iure probat.

5 Iure autem antiquo attento impedimentum hoc incestus ad hoc, vt coniux ille incestuosus arceatur à petitione debiti, extenditur vsque ad quartum gradum: argumento cap. non debet de consanguinit. & affinit. vt probauimus lib. 1. Canonic. quæstionũ, cap. 23. numero 5. & hoc tenent Hostiens. & omnes quotquot de hac re disputant, secũdum Thom. Sanch. qui

qui aliquos allegat, & iure etiã probat dicens, quod ita semper consuetudine receptum est, idque tamquam verissimum amplectitur Thomas Sãch. lib. 9. de matrim. disputatione 27. numero 12. & prius lib. 7. disputatione 15. num. 4.

6 Sed hodie attento Sancto Cõcil. Trident. session. 24 de matrim. cap. 4. hoc impedimentum affinitatis ex illicita copula in specie præmissa admissa cum consanguineis alterius coniugis, non extenditur vltra secundum gradum quoad debitum, vt latissime, & fortissime iure probauimus d. lib. 1. Canonic. quæstionum, c. 23. in fi. vbi alios allegauimus, hoc idem tenẽtes: & quamuis nonnulli graues viri post nos hanc verissimam nostram sententiam momorderint atque in eam, vt canes latrauerint, & contrariam probauerint, prout in specie sunt (vltra eos, qui ore tenus cũ non scripserint, nec commentaria ediderint in publicum) Angles, Cañedo, & multi Theologi Salmantini, & Compluten. & Petr. Ledesm. & Veracr. quos refert Sanchez dict. lib. 9. disputatione 27. num. 13. iam postremi apud posteriores, & grauiores Authores nostra præfata sententia præualet, & obtinet, prout sunt Ouãd. Palatio, Enriquez, Viualdus dicens multos DD. consultos Salmanticæ, & Compluti idem tenuisse, & præterea eã quoque probant Cãdelabrum Aureum 7. sacrament. Emanuel Rodrig. & Saa, Petrus de Ledesma, & Vega, quos refert, & sequitur nobiscum tenens Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 15. numero 4. & latius d. lib. 9. disputatione 27. numero 14. dicens multo probabilius hoc esse. ¶ Quinimo præfata nostra verissima sentẽtia hodie canonizata est declaratione Congregationis Cardinalium, quam refert Sanch. d. disputatione 27. numero 14. quæ ita se habet: Cõgregatio Concilij censuit, Decretum Trident. sessione 24. de matrim. cap. 4. ad primum, & secundum gradum restringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractum, censere etiam ad eosdem gradus restrinxisse impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate prouenie te ex illicita copula à viro cum consanguinea suæ vxoris post matrim. habita: alias duas similes declarationes Cardinalium refert Fatinat. in quarta parte super hoc eodem Decreto Concil folio mihi 71. colũna 1. quæ sunt huiusmodi, Congregatio censuit idem de impedimento affinitatis superueniente post matrimonium contractũ. Alia S. D. N Gregor. XIII. ex sententia Congregationis dixit per hoc Decretum sublatum censeri impedimentum quoque superuenientis affinitatis post cõtractum matrimonium: quia si impedimẽtum dirimens sublatum est, quod maius est: ergo & istud quod solum impedit, ne is, per quẽ cõtracta est affinitas, sine peccato possit exigere debitum, quod minus est: Præterea Concilium sustulit tertiũ, & quartum: ergo in omnibus.

7 Dubium tamen est in proposito, an impedimentum hoc oriatur ex copula cum consanguineis sponsi, vel sponsæ de futuro contra publicæ honestatis impedimentum? & quidem in hac quæstione, etsi Angel. de Clauas. in sua summa, verbo incestus numero 5. & Veracruz in prima parte Specul. Coniug. artic. 25. in quodã dubio, quod mouet post secundam conclusionem, id negent, verius tamen est, & receptius ex ea copula oriri impedimentũ contrahendi matrim. ex tex. in cap. 2. de eo, qui cogn. consang. ibi: si matrem spõsæ suæ cognouit, si sponsæ numquam carnaliter adhæsit, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere: ex quibus verbis cõstat tex. illũ loqui in spõsa per verba de futuro, nam si esset de præsenti, non posset cum alia contrahere ex dispensatione Episcopi, de qua tex. ille intelligitur, quia Summus Pontifex eam sibi non reseruauit, vt ibi docent hoc vltimum Abb. & Alexand. de Neuo num. 3. & quod ille tex. intelligatur de sponsalibus de futuro iam solutis ob affinitatem ortam cum sponsa ex copula cum eius matre, tenet glosa ibi, verbo matrẽ sponsæ, Innocen. Host. & communiter DD. & probatur etiam in cap. duo puberi de desponsat. impub. & in terminis, quod ex præd. copula oriatur impedimentum contrahendi matrimonij, tenet glos. in d. ca. 2. verb. ex dispensatione de eo qui cogn. cõsang. vx. suæ, & ibi Ioan. Andr. num. 4. Ant. de Butr. num. 2. & 5. Præpos. nu. 4.

Matienç.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matienç. alios allegans in rubrica tituli 1. glossa 1.numero 138.lib.5. nou. collect. Reg. & quamplures alios Theologos citans Thom.Sanch.d.disputatione 15.numero 5. vbi quod secundũ veriorẽ opinionem DD.hoc impedimentum est temporale,nimirum dum viuit complex delicti cum quo incestus ille contra publicam honestatem admissus est, & ita docent Abb. in d.cap.duo pueri,numero 7.Alex. de Neuo,numero 9. Præpos. numero 4. in principio,D. Couar.in quarto Decret. secunda parte,cap.6. in principio,Anton. Cuch.lib.5.Instit.maio.titulo 12. numero 28.& Ludou.Lopez in secunda parte Instruct. de matrim. cap.46. impedimento quinto in fin.

8 Et quamuis olim hoc impedimentum ad quartũ gradum protrahebatur, hodie vero non excedit primum gradum.Quare hodie sponsus de futuro rem habẽs cũ consanguinea sponsæ in secundo gradu, nullum incurret impedimentum,quia statutum est ob publicam honestatem violatam,at publica honestas non excedit hodie primum gradum iuxta Decret. Cõcil. Trident. sess.24.de matrim.cap.3.ita tenet Alphonsus à Veracruz in prima parte sui Specul. Cõiug.articulo 23.in dubio quod 11
mouet post secundam conclus. quem sequitur Thom.Sãch. d.disputatione 15. numero 5. ad fin. lib. 7. de matrimonio,vbi numero 6. bene probat præd. impedimẽtum esse perpetuum quando quis copulã habuit cum consanguineis sponsæ de præsenti ante matrim. consummatum, non secus ac si esset copula cum cõsanguineis coniugis cognitæ: sicut etiam accedenti ad consanguineam sponsæ de præsenti ante matrimonij consummationem interdicitur petitio debiti, vt cum alijs probauimus lib.1. Canon.quæstionum,cap.23.numero 15. & post nos, alios plures citans idem probat Sanch. d. numero 6. vers. & ita:estque receptissima, vera, & tenenda sententia.

9 Quinimo incestus cum affini, nullo subsistente matrimonio præstat impedimentum perpetuum matrimonio contrahendo, vt probatur in cap. si quis cum matre 34.quæstione 2. & in cap. si quis duabus 33.quæstione 2. & in cap. si quis viduam 32.quæstione 7. ita docent Nauar. in Manual. Latin.cap.22.numero 74. Anton.Cuch.lib.5.Instit. maio.titulo 12.numero 27.in fin.Cordu. in sua summa,quæstione 55. Toledo lib.5. suæ summæ c.12. numero 4. Petrus de Ledesma, & alij plures quos refert Thom. Sanch. d. disputatione 15.numero 7.vbi temperat hãc sententiam,vt procedat in casu valde speciali(in quo loquitur)incestus cum matre,& filia,sentiens non omnem incestum cum affinibus, orta affinitate ex fornicatione impedire:sed quando est cum matre,& filia, & tũc ipsæ quoque incurrẽt idem impedimentum si conscię fuerint incestus, vt expresse dicitur in d.cap. si quis cũ matre,quæ restrictio mihi non displicet. 10
Impedimentum autem non oritur ex incestu cum cognata legali, vel spirituali, quia is proprie incestus non est:nec inuenitur tex. illud statuens,ita tenet Nauar. lib.4. consil. in secunda editione,titulo de cognat. spiritual. consil.8.numero 8. Magister Palacios Concanonicus noster Ciuitaten. in quarto, distinctione 34. quæstione vnic. articulo 1.& alij,quos refert, & sequitur Thomas Sanch. vbi supra, numero 8.

Nunc autem supradicta omnia de incestu cum consanguineis coniugis, quod impediat matrimonium contrahendum, limitanda, & moderanda sunt cũ nostræ facultatis Authoribus, pluribus modis, quos congerit,& differit Thomas Sanch. d. lib.7. disputatione 15. numero 9. cum sequentibus,de quorum veritate hic breuiter, & summariè agemus.

Primo limitantur, vt ipsa procedant, & intelligantur, quando scienter admissus est incestus, secus alias,vt expresse requirit tex. in ca.primo de eo,qui cognou. consang.vxo.suæ,quod omnes communiter DD. profitentur,an autem excuset ignorantia culpabilis,& solius facti, an etiã iuris late agit idem Thomas Sanch.lib.10. de matrim. disputatione 32. numero 44. & dicemus infra.

Secundo limitantur, quando fœmina à consanguineo mariti violenter cognita sit,vt habetur in cap. discretionem de eo, qui cognou. consang. 12

Mariti vero consanguineus, qui violenter 13

lenter eã cognouit, tanquã veri incestus reus,& affinitatis cõtractæ inter virũ, & vxorẽ incurret impedimẽtũ ad cõtrahẽdũ matrimonium,ita Sanch.vbi sup.n.10.

14 Vbi, quid si non omnino inuita, sed timore compulsa consensit incestui.

15 Tertio temperantur, vt procedant si incestuosa copula sit consummata,ex qua oritur affinitas,alias secus, nempe quãdo semen à viro emissum non fuit intra vas legitimum fœminæ, vt cum alijs probat 18
ibi Sanchez num.11.

16 Quarto limitantur,vt procedant,quando incestus commissus est cum consanguineis coniugis adhuc viuentis; secus si mortuo iam coniuge perpetretur, tunc namque non præstabit id impedimentum,ita Dominic. à Soto in quarto, distinct.37. quæstione vnic. articulo 1. paulo post primã conclus. Cordub. in suo quæst. lib.1. quæstione 12. articulo 1.columna 2. vers. notetur etiam:Enriquez lib.12. de matrimon.cap.2.numero 1. Vivald. in suo Candelab.Aur.7.Sacram. prima parte,vbi de matrimonio agit,nu.96. Emanuel Saa in sua summa,verb.matrimoniũ, vbi de impedimentis tantum impedientibus,numero 7. Vega dicens esse omnium in secundo tom. suæ summæ cap.5.casu 2.

17 Adest tamen contra hanc sententiam tex. qui videtur expressus in cap.transmissæ 4.in ordin.de eo,qui cognou.consang. vxoris suæ,vbi loquitur quando vxore defuncta incestus cõmissus est decidens hoc casu matrimonium de facto contractum tenere,exactionem tamẽ debiti esse prohibitam,quamuis vir reddere debitum teneatur,etsi l.13.titulo 2. partita 4. indistincte,& generaliter in hoc casu loquatur in 20
incestu cõmisso *con parienta de su muger*, & sic videtur vtrumque casum comprehendere, scilicet, siue viua, vel mortua vxore is incestus commissus sit iuxta dispositionem d.ca. transmissæ, hocq; apertissime sentiunt Palud in 4. distinctione 34. quæstione 1. articulo 2. conclusione 2.& ibi Supplemẽtum Gabrielis quæstione vnic. articulo 1. Caeta.in repet.cap.ad limina 30.quæstione 1.§.4. numero 295. dicentes ad hoc impedimentum incurrẽdum nihil referre an adulterium reperiatur cum incestu,necne?& in proprijs terminis hanc secundam sententiam tenent, & probant D. Sanchez dicens esse rem manifestam lib.7.select.interpret. cap.10. in principio,Quand.in 4.distinctione 41. disputatione vnic. propos.8. Petrus de Ledesm. dicẽs esse rem certissimã de matrim.q.58.art.4 dubio primo,quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. disputatione 15.nu.12.& hanc amplector tãquam veriorem,& probatam in d.cap.transmissæ.

Quinto limitantur secundum aliquos DD. vt procedant in incestu non occulto, secus si occultus sit,quos refert Thom. Sanch.d.lib.7.disputatione 15.n.13.qui tamen rectius meo iudicio probat, & tenet contrarium,tũ quod nullo iure probetur præd. limitatio; tum etiã quia incestus est ei⁹ naturæ,vt semper occulte cõmittatur: vnde si præd. limitatio vera esset, raro aut nũquã locus esset huic impedimento:quare merito cõtra d.limitationẽ tenet glossa in c.qui dormierit,verbo neutram 32.q.7. & Alfons. à Castr.lib.2.de lege pœnal.ca. 5.§.rursus,5.argumento, & nos d.lib.1. Can.quæstionum cap.23.num.8.

Sic etiã mihi nõ placet alia & 6. limitatio nõnullorũ existimãtiũ, vt tũc incestus impediat,quãdo præcesserit iudicis sentẽtia circa illud,vt videtur placere Palatio, & Simanc.quos refert Sanch. ibidẽ n. 14. cõtra eos etiã tenẽs imo ꝙ nõ desideretur sentẽtia,vt incestuosus priuetur iure petẽdi debitũ,vt late probauit idẽ Sãch. lib.10. disputat.30. n.2. & ob easdẽ rationes nec ad incurrẽdũ hoc impedimẽtũ requiratur sentẽtia,sicut nõ desideratur ad incurrẽdũ impedimẽta dirimẽtis criminis, vt sentiũt Castr. in loco præcit. & Petrus de Ledesm.de matrim.q.58.art.4 in fine. ¶ Magna tamẽ cõtrouersia est inter DD. an incestus cõmissus cũ proprijs cõsanguineis impediat matrimoniũ contrahendũ, sicut cõmissus con affinibus, quæ hic necessario esset discutiẽda,nisi nouissime,& exacte iã fuisset discussa per Tho. Sãch. d.lib. 7.de matrim.disputat.15.n.15.per totum, vbi duas opiniones sibi inuicẽ cõtrarias refert,& fundat allegans pro vtraque parte quamplurimos DD. antiquos,& modernos Iuristas,& Theologos.

Prima opinio est satis recepta,& cõmunis,quod huiusmodi incestus cõmissus cũ 19

propria cõsanguinea impediat matrim.cũ alia quacũque fœmina, quã tenet glos. in cap.de incestu,glos. fin.35.quæstione 3.& vltra DD. innumeros eam tenentes probat expresse l.13. titulo 2. partita 4. ibi,*el vno de ellos* (scilicet, *que impiden contrahermatrimonio*) *vn peccado que llamã en Latin* incestus,*que quiere tanto dezir como peccado,que home faze faziendo à sabiendas con su parienta, o con parienta de su muger, o de otra con quien ouiesse iazido fasta el quarto grado*, vbi Gregor. Lopez in glossa,*con su parienta*, refert easdẽ secundas opiniones contrarias, & in fine illius glossæ inquit, quod quia ista nostra lex ita interpretatur Iura Canonica, standum est forte ei,& Doctoribus Iuris Canonici ita tenentibus, & est quam valde probabilis, secũdũ Tho. Sanch.vbi supra. 22 23

Secunda opinio, quæ communis & tenenda, & recepta appellari potest,habet contrarium, imo quod hic incestus cum propria cõsanguinea commissus minime impediat matrim.contrahendum,& hanc tenent Diuus Thom. Couar. & alij quamplures Authores vtriusque Scholæ relati per Sanch.vbi supra,vbi eam probabiliorem reputat,& vltra eum hanc opinionẽ sequuti fuimus lib.12 Canonic. quæstionum cap. 15.nume. 6. vbi quod hæc est communis Theologorum sententia contra priorem communem contrariam Canonistarum,hanc secũdã sequitur, & fundat Zeuallos in suis Communibus contra Com. primo tom. quæstione 737.numero 3.cum sequẽtibus, vbi eam veriorem, & receptiorem appellat addẽs, quod semper illam defendit in iudicando,& consulendo, & re vera negari non potest,quin hæc sit magis probabilis, & cõmunis sententia:sed cum prima contraria communis etiam sit, & expresse approbata in d.l. Regia partitæ in verbis supra relatis in praxi seruanda videtur, quia Iure Canonico non reperitur expresse aliquid decisum in hoc,sed sint opiniones diuersæ, & ambæ communes.

21 Deficiente namque Iure Canonico recurrendum est ad ius Regium, quia leges Castellæ,& Hispaniæ sunt Ius Cõmune inter nos, & non municipale, vt latè probat Did.Perez in 3.p.q.procemial.ordin.per totam: si enim esset Ius Canonicum quo clare probaretur secũda præd. opinio, ei prorsus esset standũ in materia Canonica,prout est hæc impedimẽti matrimoniorum aduersus ll. Ciuiles, & etiã Regias:sed cum in hac specie Ius Canonicum nihil decidat, sed opinionibus diuersis,& contrarijs datus sit locus, vt vidimus & Iure Regio probata sit expresse præd. prima opinio ea in praxi sequenda erit per supradicta.

Verum consuetudine obtentum esse dicetur,vt in casu incestus nõ petatur dispensatio etiam ab Episcopo, vt cum Palud. Nauar.& Cordub.diximus vbi supra numero 8.& dicemus statim infra latius.

Et quod Episcopus in hoc casu possit dispensare est cõmunis sententia, vt probauimus eodem lib. 1. Canon. quæstionũ cap.23.numero 12.vbi numero 14. quod vbi non est consuetum petere dispensationem ab Episcopo, nec est hominum memoria,vt Episcopi dispensent ad contrahendũ matrim. cũ alia legitima vxore, nec ad petitionem debiti,sed potius Episcopi hoc scientes longo tempore dissimulassent,non est necessaria eorum dispensatio,quia videntur tacite consentire, ac si dispensarent.

SVMMAR. Cap. LXXXVIII.

1 *VXorcidium ira, odio, vindicta adulterij cõmissum impedit matrimoniũ contrahendum, contractũ tamen non dirimit: ampliatur num.2.vt procedat, etiamsi maritus vxorẽ in adulterio deprehensam propria authoritate occidat: limitatur tamen num.3. si vir adulterã sibi traditam authoritate iudicis occidat.*

4 *Vxor virum occidẽs an iure impediatur cum alio matrimonium inire?*

5 *Verba gratia frequentioris vsus posita in lege eam non solent restringere, quin ad casum minus frequẽtẽ extẽdatur.*

6 *Fœmina rapiens virum an incurrat pœnas l. vnic C. de raptu virgin.*

7 *Finis legis dupliciter potest considerari, aut in communi, aut in particulari: quãdo cessat primo modo, cessat obligatio legis, non autem quando cessat in particulari,*

CA-

CAPITVLVM LXXXVIII.

De impedimento vxorcidij, & viricidij.

1 XORCIDIVM ira, odio, vindicta adulterij cõmissum impedimentum Canonicum est,ne vir aliam vxorem ducere possit, non tamen dirimit matrimonium,cap. interfectores,& cap. admonere,& cap. quicumque 33. quæst.2. estque receptissima ab omnibus sententia.

2 Quod procedit etiam si maritus vxorem in adulterio deprehensam propria authoritate occidat, vt in d. cap. quicunq; ibi,absque certa probatione, & in specie ita tenent D.Thom. in quarto, distinctione 37.quæstione 2.articulo 2. in corpore, & ibi communiter Theologi, & alibi sæpissime,quorum plures refert,& sequitur Thom.Sanch. lib.7.de matrimonio,disputatione 16.n. 2.contra alios quos refert n. 3. dicens minime eos esse audiendos.

3 Secus tamen est si vir adulteram sibi traditam iudicis authoritate occidat, tunc enim hoc impedimentum non incurrit,vt probatur in d. cap. quicunque ibi, absque lege, absque certa probatione: gravitas namque peccati est causa huius impedimenti,vt in l.14.titulo 2.partita 4. sed hoc deficit in proposito, igitur non est impedimentum,atque ideo hanc opinionem tenent plures, quos refert, & sequitur contra Ouand. Thom. Sanch.vbi supra, n.4.

4 Quod autem maiorem difficultatem habet est,an idem impedimentum ad matrimonium cõtrahendum incurrat vxor, virum interficiens? & in hoc sunt duæ opiniones cõtrariæ, prima est negatiua: quia Iura Canonica hoc impedimentum ita tuentia de solo vxorcidio loquuntur,nec videtur eadem ratio de viricidio, quia hoc est rarissimum, & vxores non sunt pröptæ ad id,imo sunt timidæ, at vxorcidium est frequens,quia viri sunt audaciores,& procliuiores ad id delictum perpetrãdum,& ideo ad virorum audaciam,& inclinationem cohibendam Ius Canonicum pœnam hanc statuit viro interficienti vxorem,non autem è contra vxori viri vxorem,non autem ratione,& alijs motus Thom.Sanch.d.lib.7.disputatione 12.numero 25.defendit pœnas viri raptoris fœminæ non extendi ad viri raptricem cum Cyno & alijs DD. quos refert dicens hoc esse verius,& in terminis hãc partẽ cũ Sylvest. Armil. Ledes. Veracruz, Matien. Toledo & Emanuel Saa,tenet,& veriorẽ dicit idẽ Thom.Sanch.d.lib.7. disput. 16. n.6.

Nihilominus tamen contrariam sententiam,& sic affirmatiuam in nostra specie viricidij veriorem, & tenendam esse censeo; imo quod idem impedimentum incurrat vxor virum interficiens ad matrim.ineundũ;quoniam vir, & vxor sunt correlatiua, & militat in vtroq; casu eadẽ ratio,& ideo dispositũ in vno censetur in alio dispositum, vt in iuribus vulgaribus.

Imo maior est ratio in viricidio, gratius siquidem delictum est si vxor virum occidat,cui tanquam capiti debet reuerentiam,& subiectionem: & rationes positæ in cap.admonere 33 quæstione 2.vbi hoc impedimentum vxorcidij statutum est, procedunt etiam in viricidio ibi,occidisti vxorem tuam partem corporis tui legitimo matrim. sociatam, filios tuos orfanos fecisti: & ita merito hanc partem tenent plures numero Authores,& graues, nempe Palud. Supplementum Gabrie.D. Antoni. Soto,Nauar. Ant. Cuch. Viguerius,Palatios,Enriquez, Ludouic.Lopez, Philliarcus,Viualdus,& Hugolin.quos refert Thom. Sanch. d. disputatione 16. numero 5.dicens quod hoc affirmant multi, & valde probabiliter.

Neque obstant fundamenta prioris partis negatiuæ,tum quia non sunt peremptoria,nec nimirum vrgentia: tum etiam quia etsi Ius Canonicũ in proposito loquatur tantũ de vxorcidio,hoc cõtigit, & est gratia frequentioris vsus,eo quod frequentius hoc contingat quã viricidium.

5 Verba autẽ gratia frequentioris vsus posita in lege, eam nõ solent restringere, quin ad casum minus frequentẽ extendãtur,vt probauit idẽ Sanch.lib.6.disput.19. n.10.& late Tiraquel.de retract.linagier. §.20. glos. vnic.n.4. cũ seqq.præsertim cũ eædẽ rationes impedimẽti vxorcidij, imo & maiores militẽt in viricidio,vt probauimus, & hoc impedimẽtũ vxorcidij nõ sit cõtra Ius Cõm.sed secãdũ Ius Canonicũ, & sic nõ obstat l.si vero §.de viro,ff. solut. matrim. ¶ Neque obstat opinio de fœmina rapiente virũ,quod in ea non habeãt lo-

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum pœnæ l.vnic. cum simil. C. de rapt. virg. quam retulimus defendere Sâchez cum alijs. Contraria namque sententia, & sic affirmatiua in ea quoque specie est verior, quam tenet glossa in d.l. vnic. verbo sponsa, & eam ad hoc dicit singularem, & vnicam. Angel. de Perus. ibi in fi. & quod semel vidit in Ciuitate Florentiæ quandam meretricem cõburi ex eo, quod per vim rapuerat quendam pulchrũ puerum, & hæc est communis opinio, vt ex alijs hoc affirmantibus profitetur, & eam sequitur Anton. Gom in l.80. Taur. numero 37. estque receptior, vt constat ex numero Authorum, & fundamentis eam tenentium, atque probantium, quos cõgesserat prius idem Sanchez d. disputatione 12. numero 24. per totum, quare eius fundamentum pro sua opinione infirmum atque insufficiens est, præsertim quod vir, & vxor sunt correlatiua, non sic in viro, & fœmina, qui minime quidem sunt coniuges.

7 Accedat præterea communis doctrina in materia de legibus, quæ habet, quod finis legis dupliciter potest cessare, aut in communi pro tota Republica, aut in casu particulari: quando cessat primo modo, cessat obligatio legis, non autem quãdo cessat in particulari, essentia namque legis est, quod respiciat bonum commune, in illumque tendat tanquam in finem; ita Magister Aragon de Iustitia, & Iure, quæstione 62. de domin. in versiculo restat nunc respondere, pagina mihi 161. & iterum, quæstione 67. de iniustitia Iudicis, articulo secundo, versiculo quarto est aduertendum, pagina 467. columna 1. sed in nostro casu non cessat finis legis in cõmuni pro tota Republica, sed in particulari pro illa, vel hac fœmina raro rapiente virum: ergo cum duret adhuc finis legis in communi locum habere debent pœnæ d.l. vnic. C. de rapt. virg. in fœmina rapiente virum, quamuis raro hoc accidat: hactenus de impedimentis solum impedientibus matrimonium.

De impedimentis dirimentibus matrimonium.

SVMMAR. Cap. LXXXIX.

1 *ERROR personæ dirimet iure naturæ matrimonium, non tamen sunt irrita cætera sacramenta ex errore personæ, vt in numero 2.*

2 *Error personæ an irritet sacramenta, numero 1. & 2.*

3 *Error qualitatis, aut doli antecedentis, an vitiet matrimonium?*

4 *Matrimonium non irritatur ex mendacio, & subreptione ad ipsum inducentium, & quid si tantus esset dolus, vt cõsensum auferret? numero 5. & quid quando qualitas, in qua erratur, ponitur per modum conditionis? num. 6.*

7 *Error qualitatis, quando redundet in errorem personæ, ita vt tunc vere circa personam erretur, ac proinde matrimonium sit nullum.*

8 *Matrimonium non vitiatur ex solo nõminis errore, quando de corpore constat.*

CAPITVLVM LXXXIX.

De impedimẽto erroris personæ, & qualitatis.

1 ERROR personæ dirimit iure naturæ matrimoniũ, quia est circa substantialia ipsius matrimonij & error in hoc libertatem, & consensum aufert, l. si per errorem, ff. de iurisdi. omn. iudic. & errantis nullus est consensus, nec voluntas, l. cum testamentum, & l. non idcirco, C. de iur. & fact. ign. at matrimonium absque consensu est iure naturæ irritum: error autem in hoc est circa substantialia, nempe circa traditionem corporum, quod ad matrimonij essentiam pertinet.

2 Et quamuis cætera sacramenta non sint irrita ex personæ errore, vt si quis baptizet, confirmet, vngat, absoluat, sacris ordinibus initiet Petrum existimans esse Ioannem, valent namque hæc sacramenta, & ita Genes. cap. 27. dum Isaac benedixit filio suo Iacob existimans esse Esau, errauit in persona, & tamen fuit valida benedictio, vt constat ex literæ contextu ibi: Benedixique ei, & erit benedictus: attamen hæc est ratio differentiæ inter matrimonium, & reliqua sacramenta: quod matrimonium indiuiduas personarum contrahentium conditiones respicit: & iuxta illas determinatur consensus, cũ hæ conditiones per se, suapteque natura conferant ad indiuiduam vitæ consuetudinem inter coniuges retinendam, in quo consistit matrimonij essentia: in cæteris autem sacramentis non expectãtur conditiones indiuiduæ recipientium, vtpote, quæ nihil conferunt ad sacramẽti finem, ac proinde per accidens se habent ad intentionem ministri, vt applicantis tale sacramentum: idemque est in alijs cõtractibus humanis extra matrimonij cõtractũ, quorum iustitia commutatiua solã æqualitatem inter rem, & pretium, & rei venalis vsum ac commoditatem respicit, & ita nihil officit error in persona venditoris, vel emptoris, dummodo æqualitas prelij, idem vsus, & commoditas seruentur: vnde fit vt error personæ iure naturæ dirimat matrimonium contractum, quicquid sit in alijs sacramentis, & contractibus, ita tenent, & docent contra glos. in summa, verbo quod autem 29. quæstione 1. affirmantem hoc impedimentum esse introducto solo Iure Ecclesiastico, Host. in summa titulo de matrim. numero 26. & alij quamplures DD. antiqui, & moderni, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, disputatione 18. n. 12. cum sequentibus, inde inferens ad nõnulla, & respõdẽs cõtrarijs; ex quibus cõstat hanc esse communissimam sententiã.

Estque communis, & certa sententia, vt etiam affirmat Fr. Basilius in tract. de impediment. matrim. cap. 22. versiculo consentiunt ergo: pagina 278. quam etiã priustenuit D. Thom. in quarto Sentent. distinct. 30. q. 1. art. 2. & Suar. in tertiã partem D. Thom. tom. 3. disputat. 13. sectione 4. ad fi. versiculo dixi autem, & Cãdelabr. Aureum 7. sacram. titulo de matrimonio, quæstione 127. vbi quod error personæ iure naturali impedit matrimonium, quia tollit liberum consensum, error autem seruitutis tantum impedit Iure positiuo, ex cap. proposuit de conuersione coniug. Victoria in sum. de matrim. num. 270.

3 Sed an idẽ sit in errore qualitatis seu doli antecedentis, qui ineundo matrimonio causam præber, ita quod alias non celebraretur, nempe vt dirimat huiusmodi matrimonium, dubitant DD. quorum nõnulli tenent, id matrimonium in foro cõscientiæ irritum esse, secus in foro exteriori: in hoc namque affirmant validum esse, ita sentit Præpositus in cap. vltimo, in fin. de coniug. leprof. & Metymna de restitutione, quæstione 33. paulo post principiũ, versiculo quibus præmissis: quamuis id relinquat cogitandum Euerar. in sua centuria legal. in loco à matrimonio spiritual. ad carnal. num. 2.

Nihilominus tamen contraria sententia verissima est & tenenda, imo quod in præmissa specie matrimonium non irritetur, quia is error seu dolus non efficit matrimoniũ inuolũtarium sicut nec professionem religionis, quamuis secus sit in voto simplici, spõsalibus, & alijs cõtractibus ex rationibus de quibus per Thom. Sanchez lib. 10. disputatione 9. num. 20.

4 Secũdo, quia matrimoniũ etiã nõ irritatur ex mẽdacio, & subreptione ad ipsum inducentiũ iuxta tx. in c. cũ in Apostolica de sponsal. & ibi Ant. de Butr. n. 3. Abb. nu. 2. Præpos. num. etiam 2. & Alex. de Neuo num. 3. & ita merito in terminis tenent glos. verbo actionẽ, in l. à Diuo Pio 58. ff. de ritu nupt. quam sequuntur cõmuniter DD. vt constat ex Couar. in 4. de sponsal. 2. parte, ca. 3. §. 7. num. 3. & lib. 1. var. resolut. c. 5. n. 1. & Didac. Perez in l. 11. tit. 1. lib. 5. Ordinam. §. dubitatur vtrũ matrim. dolo cõtrahatur, fol. 15. Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 13. q. 3. n. 11. Greg. de Valen. in 2. 2. disput. 5. q. 20. puncto 4. § 2. probatur conclusio. Molin. Theolog. 2. tom. de Iust. & Iur. tract. 2. dis. 352. paulo ante 2. conclus. §. illud est obseruandũ, & dispu. 259 § illud postremo, Ant. Cuch. lib. 5. Instit. Maior. tit. 12. nu. 212. & eam

sequuntur alij quamplurimi Authores, antiqui, & moderni, quos refert & sequitur, & pluribus fundamentis comprobat Thomas Sanchez lib. 7. disputatione 18. numero 18.

5 Vbi numero 19. inquit eam temperare quosdam quando tantus esset dolus, vt consensum auferret, quia tunc irritaret matrimonium, secundum Abbatem, Curtium, Angel. Sylvest. & alios quos ibi refert; quamuis ipse existimet eam moderationem non esse necessariam.

Ego vero in hac specie sequor, & veram censeo, atque receptam hanc limitationem, siquidem videam, quod deficiente omnino consensu sit nullum matrimonium, vt in iuribus vulgaribus.

6 Limitatur secundo præfata communis sententia, quando qualitas in qua erratur, apponitur per modum conditionis in ipso contractu, quando matrimonium initur, siue verbis exprimatur, siue mẽte cõtrahentis retenta sit, tunc namque irritatur matrimonium, vt si contrahens eam actu intentionem haberet, duco hanc, si dives aut nobilis sit: tunc enim deficiente ea qualitate deficit conditio, & subinde consensus sub illa præstitus, atque ita matrimonium erit nullum, quia conditio est honestatis ita D. Bonauentura in quarto, distinctione 30. in expositione literæ numero 4. Palud. ibi, quæstione 1. art. 2. numero 2. conclusione 2. D. Antonin. in tertia parte suæ summ. tit. 1. cap. 2. in fi. Sotus, & alij, omnes quos refert & sequitur Thomas Sanch. d. disputatione 18. num. 21. vbi quod requiritur, vt ea intentio apponendi talẽ conditionẽ sit actualis, aut virtualis, nimirũ vt contrahens habeat tunc illam actu, vel virtute, quia antea habuit, nec per cõtrarium actum reuocata sit; nõ vero sufficit intentio habitualis, vt bene ibi probat.

Nec displicet in proposito distinctio Fr. Basil. de impedim. matrim. ca. 22. pag. 278. ad fi quæ habet, quod si consensus feratur expresse in substantiam contractus, & tamẽ circa alias circunstantias nihil expresse cogiter, neque de oppositis, & in hoc casu existimat ipse validum esse iure naturæ contractum quoties error nõ est circa substantiam, neque circa circunstantias, quæ sint substantiales illi actui, etiamsi re vera, si aliquid de circunstantijs alijs cogitaret quæ sunt extrinsecæ, aut ad eas aduerteret, non contraheret. At si error sit circa circunstantias substantiales non valet, vt ibi latius explicat.

7 Error qualitatis, quando redundet in errorem personæ, ita vt tunc vere circa personam erretur, ac proinde matrimonium sit nullum, latissime agit pro, & contra, & constituit regulas in hoc cũ suis declarationibus Thom. Sanchez d. disputatione 18. numero 25. cum sequẽtibus vsque in fi. qui in proposito est omnino videndus: & tandem numero 38. in summã redigens ea omnia, inquit breuiter tunc id accidere, quando erratur circa qualitatem, quæ certam personam designat, quæ contrahenti prius nota non erat absque illa qualitate: nec constat, mentem cõtrahentis fuisse in personam sibi præsentem, quæcumque illa sit consentire.

8 Ex quo infertur non vitiari matrimonium ex solo nominis errore, si de corpore constat: argumento contractus emptionis, & vẽditionis, l. in venditionibus 9. ff. de contrah. empt. & in terminis ita tenẽt Ant. de Butrio in cap. tua, numero 14. de sponsal. Maior. in quarto, distinctione 30. quæstione 1. notabil. vltim. ante primam conclusionem, Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 53. articulo 1. dubio 4. Caiet. in repetition cap. ad limina 30 quæstione 1. § 4 numero 324. Lanzelot. in sua Instit. Iur. Canon. lib. 2. tit. de nupt. ad fin. quos refert, & sequitur Tho. Sanch. vbi supra, num. 27.

SVMMARIVM Cap. XC.

1 *ERROR conditionis seruilis cũ eius ignorantia reddit matrimonium nullum.*

2 *Error conditionis personæ inter infideles non vitiat matrimonium, nisi aliqua speciali eorum lege irritetur.*

3 *Error seruitutis ignoratæ nõ perpetuæ, sed ad tempus an dirimat matrimonium?*

4 *Libertas concedi non potest pro tempore limitato, sed semper pro quocũque tẽpore concessa, est perpetua.*

5 *Matrimonium contractum ignoranter cum ancilla statu libera nõ valet, & quid si modicum tempus deficiat ad consequendum omnino libertatẽ, numero 6.*

7 *Ratione vnæ ex duabus assignatis à qua cumque dispositione cessante, non obid cessat dispositio, altera ratione remanente.*

8 *Spiennium ad sponsalia de futuro valide contrahenda à iure requisitum an requiratur, quod sit omnino completum, necne?*

9 *Matrimonium contrahens ignoranter cũ ancilla, & postea eam cognoscens carnaliter affectu vxorio iam manumissam, ignaras manumissionis non censetur reualidare matrimonium.*

10 *Matrimonium cum ancilla contractum ignoranter per decennium reualidatur, vt hic.*

11 *Matrimoniũ cõtrahẽs ignoranter cum ancilla an possit detecta seruitute propria authoritate ab ea recedere.*

12 *Ignorantiæ seruitutis vnius contrahentis matrimonium cui incumbat onus probandi? & numeris sequentibus.*

13 *Ignorantiam allegans profundamento suæ intentionis eam probare debet.*

15 *Scientia non præsumitur alieni facti, sed potius ignorantia.*

16 *Ignorantia probatur iuramento eam allegantis.*

17 *Error conditionis seruitutis tunc nocet matrimonio contrahendo, quando tẽpore eius contractus erat nota in eo loco.*

18 *Scientia eorum quæ communiter innotescunt, præsumitur?*

19 *Matrimonium ignoranter contractũ cum libertæ validum est.*

20 *Error seruitutis non veræ, sed adscriptitiæ, vel originariæ non dirimit matrimonium.*

21 *Serui adscriptitij qui sint.*

22 *Matrimonium scienter contractum inter seruos, & matrimonium liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo non ignorata seruitutis conditione validum est.*

23 *L. cum ancillis, C. de incestis nuptijs, corrigitur Iure Canonico attento.*

24 *Matrimonium contrahens scienter cum ancilla an peccet.*

Est tamen irregularis, vt in numero 25.

26 *Matrimonium contrahens scienter cũ propria ancilla an sit irregularis.*

Irregularis an sit contrahens matrimonium scienter cum seruæ, vel ancillæ propriæ, num. 25. & 26.

27 *Error seruitutis vnius ex contrahentibus ignoratæ quando impediat, & dirimat matrimonium, & quando non?*

28 *Seruus contrahens cum ancilla credẽs eam esse liberam valide contrahit.*

CAPITVLVM XC.

De errore conditionis seruilis.

1 ERROR conditionis seruilis, quando liber contrahit cum ancilla, eius conditionem ignorans, vel libera cum seruo reddit matrimonium nullum, tex. in ca. secundo, tertio, & vltim. de coniug. seru. cap. si quis ingenuus 29 quæstione 2. cum simil. l. Regia 11. titulo secundo, partita quarta, ratio est secundum D. Thom. & communiter Theologos, quia is error valde bonis matrimonij aduersatur, bono sacramenti, & individuæ cohabitationi, cum seruus debeat in domo domini habitare, ab eoque possit mitti in partes remotas, ibi vendendus: bono fidei, quia non potest ad libitum reddere debitum, sed cum ei vacauerit, satisfeceritque obsequijs in quibus à domino occupatur: bono prolis, quia nequibit eam alere, cum omnia domino acquirat, nec erit in parentis potestate, vt religiosè educetur, & hæc conclusio est apud omnes certissima & Iure Canonico, & Regio expresse approbata, & decisa: procedit tamen iure solo Ecclesiastico attento, non vero de iure naturali, vt cum probabiliori, & magis recepta Doctorum sententia aduersus nõnullos latissimè probat Thomas Sanchez lib. septimo de matrimonio, disputatione 19. numero 16.

2 Vbi numero 17. quod valet matrimonium inter Infideles initum cum errore conditionis, nisi aliqua speciali eorum lege irritetur, eo quod legibus Ecclesiasticis id irritantibus minime astringantur, licet satis probabile sit non valere sicut quoq; valde probabile est iure naturæ, cui subijciuntur etiam Infideles, id matrimonium esse nullum, vt censuit, & probauerat idem Sanchez vbi supra, numero 15. cum pautioribus.

3 Idemque probant DD. in seruitute ignoratanõ perpetua, sed ad tempus, nẽpe cum pro certo tempore conceditur seruo libertas, vt eo transacto in pristinã redigatur seruitutem, dirimet nãque matrimonium eo medio libertatis tempore contractum, vt tenent, atque probant D. Soto in quarto, distinctione 35. quæstione vnic. articulo 2. colũna quarta, versiculo ad hæc, Ledesm. in secundam partẽ quarti, quæstione 54. articulo primo, ad fi. Manuel Rodriguez in primo tom. suæ summæ in secunda editione, cap. 220. numero 3. & Vega in secũdo tom. suæ summæ, cap. 34. casu 67. §. *nota que aunque*, sed contra eos merito probat valere in præmissa specie matrim. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatione 19. numero 3.

4 Quoniã libertas cõcedi nõ potest pro tempore determinato, sed semel pro quocunque tempore concessa est perpetua, vt in l. libertas 31. alias 32. iuncta l. ideo statim sequenti, ff. de man. testament. & probat latius Sanchez ibidem.

5 Quod si liber contrahat matrimoniũ cum ancilla statu libera, cui ex tẽpore aliquo, vt abhinc biennio concessa est libertas ignorante libero eam conditionẽ seruilem indistincte, non etiam valebit matrim. propter errorem, & ignorantiam conditionis personæ, vt in terminis tenet Angel. in summa verbo matrimonium tertium, impedimento quarto, numero 6. & Syluester verbo matrim. octauo, quæst. 2. dicto 3.

6 Hanc tamen conclusionem temperat Thom. Sanchez, d. disputatione 19. numero 4. nisi modicum tempus deficiat, vt statim liberam, & plenam acquirat libertatem, quia tunc id matrimonium valebit, quoniam in hac specie cessant rationes primæ conclusionis in primo huius cap. affirmatæ, & insuper hoc temperamentum alijs rationibus ibi comprobat, dicẽs, quod quamuis neminem inuenerit hoc temperantem, consultis tamen viris doctissimis illis visa fuit hæc sua sententia valde probabilis.

Mihi autem talis non videtur, sed potius contrarium, siquidem in hac specie nõ cessant omnes rationes, quibus Ecclesia ducta irritauit matrimonium inter liberum, & ancillam, etiamsi intra breuetẽpus sit acquirenda libertas, siquidem liber contrahens cum huiusmodi statu libera ignorauit conditionem eius cum qua matrimoniũ inscius contraxit, & re vera eo tẽpore fœmina serua erat; at quod breui tempore consequutura esset libertatẽ, quid ad rem, siquidem liber homo cũ ea tamquam omnino libera contrahens matrim. si sciret tempore contractus matrimonij ipsam de seruili conditione, & statu esse, credendum omnino sit non contracturum; deceptus igitur fuit, & consensus defuit, quia nihil tam contrarium consensui, quam error: ergo est nullum matrimonium. Ecclesia igitur non solum suprad. rationibus irritat matrimonium à libero homine cum ancilla eius conditionis ignaro contractum, sed etiam ex defectu consensus: quare etsi deficerent priores rationes, adest tamen hæc defectus cõsensus, qua sola tanquam sufficiente sustinetur dispositio: argumento tex. in §. affinitatis, Instituta de nupt. vbi probatur, quod quoties eiusdem dispositionis duæ sunt rationes, sublata è duabus altera non ob id cessat dispositio reliqua remanente.

7 Cæterum autem illius Authoris fundamenta non astringunt, existimare præterea eundem, breuius spatium sex mensium sufficere ad valorem præd. matrimonij, quasi hoc sit modicum tempus potius ex arbitrio pendere, quam iure probari videtur, siquidem valor matrimonij ex modico, vel alio tempore non debet esse impendenti, cum matrimonium sit actus legitimus, sed initium contractus est inspiciendum, an sit tunc temporis validum, aut nullum: ergo, &c.

Præterea

8 Præterea hæc nostra sententia comprobatur ex traditis in similibus terminis per eundem Thom. Sanchez lib. primo, disputatione 16. numero 4. vbi quærens, an septennium requisitum ad valorẽ sponsalium de futuro requiratur, quod omnino completum sit, vel satis sit moraliter completum esse, quia parum deficit, quando non constat malitiam supplere ætatẽ, refert opinionem aliquorum, qui censent sufficere moraliter completum esse, vt si duo, vel tres dies deficiant, quia quod parum distat, nihil distare videtur: teste Aristot. secundo Physic. ipse vero Thom. Sãchez ibidem affirmat probabilius sibi esse exigi septennium metaphysice completum, vbi de malitia ætatem supplente non cõstat, quod etiam ea ratione ibi probat, quia vel vna die deficiente vere non diceretur septẽnium completum, sed incœptum: item quia ad testamentum in quo requiruntur quatuordecim anni completi, si vna dies deesset, non valeret testamẽtum: similiter non valeret professio, si vna 10 dies deficeret ad 16. ann. complementũ, & hanc partem refert tenentes Couar. & alios DD. dicẽtes esse speciale fauore matrimonij, vt satis sit vltimam diem septẽnij inchoatam esse, eisdem igitur rationibus profitendum necessario est in specie d. temperamenti nullum esse matrimonium etiamsi breui tempore statu libera libertatem plenam consequutura sit, siquidem ante plenam libertatem consequutã ancilla vere sit, hocque ignorans, sed credens omnino esse, & fuisse semper liberã cum ea seruitutis ignoratæ tempore liber matrimonium contraxerit, alias non contracturus, si id sciret, propter dedecus suæ personæ, & indecorem suæ prolis, & generationis. Quæ profecto sententia verissima est, tametsi in quæstione modò enarrata in simili adducta de ætate septẽnij, ad spõsalia de futuro nondũ completa aliud latius, & melius probauerimus cõtra eũdem Thom. Sanchez supra hoc eodem libro in principio cap. 2. numero 5. cum sequentibus, idem nunc in eodem articulo de quo ibi teneo, & probo.

9 Præterea contrahens matrimoniũ ignoranter cum ancilla, & postea affectu vxorio copulam habens cum eadem iam manumissa ignarus manumissionis, non censetur reualidare matrimonium nullũ præcedens, quia videtur ex antiquo consensu accedere, glossa in ca. final. de coniug. seru. in fin. & in cap. si quis ingenuus 29. quæstione secunda, quam sententiam sequuntur communiter Summistæ, prout sunt Gofredus titulo de coniug. seru. numero 8. Rosel. verb. impedimentum, impedimento 3. numero 2. Syluest. verbo matrimonium 8. quæstione 2. dicto 2. Tabien. verbo impedimentum, impedim. 1. quæstione 12. numero 13. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 33. Greg. Lopez in l. 4. tit. 5. partita 4. in glos. *no es anfi*, Marc. Ant. Cuchus lib. 5. Instit. mai. titulo 12. numero 50. & multi alij Theologi moderni, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 2. disputatione 36. sub numero 3. septimo fundamento: consensus namque ab initio nullus fuit, & illa ignorantia semper durat, quare copula tũc non reputatur nouus consensus.

Validum tamen erit matrimonium liberi cum ancilla cum errore conditionis seruilis, quando transierit decennium ex quo illa ancilla est in possessione libertatis, nulla sibi circa statum cõtrouersia mota, vt probatur in cap. penultim. de cõiug. seru. vbi non auditur fœmina allegans viri seruitutem, qui probauit decennio se tanquam liberum gessisse absque aliqua controuersia sibi mota, quia eo decennio libertas præscribitur, hoc est acquiritur, imo quinquennio, vt inquit glossa ibi verbo decẽnio per l. 1. & l. si pater C. ne de stat. defunct. hoc tamẽ procedit quoad forũ exterius, quia in eo præsumitur matrimonium in præmissa specie, sed in foro conscientiæ secus est, nisi post præscriptam libertatem nouus adfuerit consensus cognita prioris matrimonij inualiditate, vt voluit Paludan. in quarto, distinctione 36. quæstione 1. articulo 2. numero 15. & clarius Palat. ibi disputatione vnic. col. 5. versic. Porro quicquid, & vers. sequẽti, quod verissimum esse affirmat Thomas Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 19. numero 6. ad fin. si ante matrimonium initum ancilla illa iam legitime præscipsisit libertatẽ, concurrentibus adeam præscriptionem requisitis, tunc namque matrimoniũ

esset legitimum, quia esset liberi cum libera innuens à contrario sensu (quamuis id non exprimat) secus esse alias, nempe quã do ante illud matrim. non esset præscripta legitime libertas, licet post matrim. celebratum cõpleretur præscriptio: & quidem recte meo iudicio, quoniam re vera tempore contractus matrimonij non erat vere liber, eiusque conditio, & status erat ignoratus à libero contrahente cum ea.

11 Coniux autem seruitutis alterius ignorans, detecta eius seruitute poterit propria authoritate recedere, quia hoc occulto, & sine scandalo fit, ita tenent Ricard. Astens. Angel. Sylue. Nau, Soto, Ludou. Lop. Bart. à Ledesm. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 7. addens, quod si matrim. sit occultum (vt si iam testibus nec libro parochi probari possit, quia obierunt parochi, & testes, ac liber amissus est) potest etiam libere propria authoritate recedere, quoad habitationem, eo quod sit certus, matrimonium fuisse nullum, & cesset separationis scandalum, vt tenent DD. quos ibi refert: secus alias, nempe quando nõ cessat scandalum, tunc namque iudicio Ecclesiæ opus est, vt ibi bene probat.

12 Sed cum ignorantia seruitutis irritet matrimonium, dubitatur cui incumbat onus probandi præd. an alleganti ignorãtiam seruitutis eam probare teneatur, vel alteri coniugi seruilis cõditionis onus incumbat probandi scientiam? & videtur primum ex tex. in cap. fi. de coniug. seru. ibi: Mãdamus quatenus, si cõstiterit quod miles ignoranter contraxit cum ancilla: ergo ipsi alleganti ignorantiam incumbit onus probandi eam: præmaxime cum ancilla sit in possessione matrimonij: ergo quousque liber prætendens nullum esse matrim. ob ignorantiam seruitutis sui cõiugis suam intentionem tanquam actor probauerit, & sic suam ignorantiam, tuenda est in sua possessione matrimonij, & non spolianda.

13 Quando enim quis allegat ignorantiã pro fundamento suæ intentionis eandem probare debet, vt cum Felin. & alijs tenet Mascard. de probat. volumine 2. conclusione 279. numero 39. & in terminis, de quibus agimus, hanc partem tenet Henriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 10. numero 5.

14 Verum hæc opinio vera non est, sed potius contraria, imo quod coniux seruilis conditionis teneatur in proposito probare scientiam suæ conditionis, & status in altero, & ignorantiam liberi non præsumi dum contrariam non probatur.

15 In alieno namque facto non præsumitur scientia, sed ignorãtia, vt in regula præsumitur ignorantia de reg. iur. in 6. & in l. verius, ff. de probat. & in l. fi. ff. pro suo, cũ simil. Mascar. de probat. tertio tom. conclus. 1214. n. 50. vbi quod hoc est verũ si allegetur, secundum Bald. & alios, quos citat idem Mascard. conclus. 879. verb. ignorantia nu. 1. & 6. volum. 2. & ita merito in terminis hanc sententiam tenent Hostiens. in d. c. fi. n. 3. super verbo constiterit, & ibi Ioan. And. n. 3. Ant. de Butrio num. 6. Abb. nu. 6. Cardin. in principio in prima oppos. Alex. de Neuo nu. 5. & Præpositi. n. 4. quos refert, & sequitur Tho. Sanch. vbi supra, nu. 8. ad fundamenta contraria respondemus.

16 Ignorantiam probari iuramento eam allegantis, tex. in ca. vt iura. & in c. nulli in fin. de elect. in 6. cum simil. quæ cumulat infinitos Authores citans Mascard. secundo tom. de probat. conclus. 881. n. 1. cũ sequentibus. Limitanda autem est secunda 17 sententia supradicta, & proculdubio communis, & tenẽda, vt ex plerisque eius Authoribus constat quando tempore contractus matrimonij conditio coniugis seruilis esset communiter in eo loco nota.

18 Quoniam præsumitur scientia eorum, quæ communiter innotescunt, cap. 1. de postul. Præl. cap. quod dictis, distinct. 16.

19 Matrimonium autem contractum cũ liberta, idest cum ea, quæ ancilla fuit, iam tamen libertate donata est, etiam ab ignorante eius conditionem, validum est, quia est vere libera, ac proinde eius conditionis error, cum non sit seruitutis præsentis, non obstat matrimonij firmitati, vt cũ alijs tenet D. Couar. in 4. 2. parte, c. 3. §. 7. n. 1. vers. Primum, tenent etiam communiter Summistæ, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 19. num. 10.

20 Quinimo error seruitutis non veræ, sed adscriptitiæ, vel originariæ nõ dirimit matrimonium, vt tenent Hostiens. in summa titulo de coniug. seru numero 9. Ioan. And. & communiter scribentes in cap. 2. numero 2. de conieg. seru. M. Ant. Cuch. lib. 5. instit. mai. tit. 12 num. 55. & ante eũ alij plures Authores, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 10. aduersus gloss am, & Palud.

21 Qui autem sint hi serui ascriptitij, & originarij declarat ex alijs idem Sanch. ibidem num. 1. nempe ascriptitij, qui glebæ, seu prædio colẽdo sunt perpetuo addicti inde numquam recessuri, dominisq; prædiorum annuos redditus omnes præter sumptus, & victum reddituri: originarij autem sunt orti ex his ascriptitijs, & omnes hi ascriptitij, & originarij sunt vere liberi, quamuis ad certas operas teneantur.

22 Matrimonium autem scienter contractum inter seruos, & matrimonium liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo non ignorata seruitutis conditione validum est, ita definitur in cap. secundo de coniug. seru. & in cap. si quis liber 29. quæstione 2. & in cap. si quis ingenuus eadem caus. & quæstione, l. Regia 11. titulo 2. & l. 1. titulo 5. partita 4.

23 Vnde Iure Canonico, quod in hac re prævalet, corrigitur l. cum ancillis, C. de incest. nupt. decidẽs non valere matrim. inter liberum, & seruam: valet siquidem nostro Iure Canonico attẽto detecta seruitutis conditione, vt in præd. iuribus quæ sunt præferenda in hac materia Iuri Ciuili, vt in cap. penult. & final. de secund. nupt. & ita tenet glossa in d. cap. si quis liber in fin. Ioan. And. & alij quamplures Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanch. vbi supra, num. 13. ad fi.

24 Quinimo secundum veriorẽ opin. nõ peccabit vllo modo liber absque vrgenti causa, vel valde cõmoda scienter ancillã ducens in vxorem, vt bene probat Angel. de Clauas. in sua summa, verbo matrimonium, impedimento 4. in fin. quem refert, & sequitur contra Dom. à Soto aliud volentem Thom. Sanch. vbi supra, num. 14. in principio, qui ad fin. d. numeri vers. fi vero affirmat, quod ille, qui seruilis conditionis est, decipit liberum, & cõtrahit matrimonium cum eo conditionis ignaro, proculdubio peccat lethaliter, tum quod reddat matrimonium irritum, tum quod in re grauissima decipiẽs notabilem irroget iniuriam secundum Angel. vbi supra, Nauar. in Manual. materna lingua composito cap. 22. numero 33. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 10. numero 3. & Petr. de Ledesma de matrim. quæstione 52. articulo 2. difficultate 1. ante primam cõclusionem.

25 Ducens autem scienter ancillam in vxorem est irregularis, ex tex. in cap. si quis viduam, distinctione 34 ex Canonib. Apostol. cap. 18. de sumpto. vbi dicitur, si quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam nõ potest esse presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiũt; vilis namque & infamis persona reputatur ancillam ducens, & ita eum esse irregularẽ affirmat glossa ibi verbo ancillam, & in cap. 1. verb. legem. 29. quæst. 2. & tenent communiter DD. quos refert, & sequitur aduersus Henriquez aliud sentientẽ Tho. Sanchez d. lib. 7. disputatione 19. numero 14. in versiculo est tamen irregularis, amplians idem esse verum, quamuis ancilla virgo sit, alias nihil decideret ille tex. si quidem ducens etiam liberam non virginem est irregularis ob bigamiam contractam, & deinde, quia tex. ille indistincte loquitur de ancilla, & ita sentiunt plerique scribentium.

26 Quid autem erit quando liber duceret in vxorem propriam ancillam virginem, an ex hoc incidat in irregularitatem, variant DD. & partem negatiuam, vt veriorem contra alios probat Sanchez vbi supra, in versiculo, non tamen consentiunt.

27 Non tamen omnis conditionis error matrimonium nullum efficit, sed ille ex quo fit deterior errantis conditio, secus si erretur in pari, aut digniori conditione, quare solum erit nullum matrimonium quando liber contrahens errat in seruili alterius conditione, quem liberum quoque credebat, si autem credebat alterum seruum, & sit liber siue sit ipse seruus siue liber, valebit matrimonium, quia errat inuẽniens digniorem conditionem quam ipse putabat, hæc est certissima, & communissima

sima sententia,& tenẽda,vt late eam probat infinitos eius Authores congerens Thom. Sanchez d.lib.7. disputatione 19. num.23.

28 Vbi quod similiter valebit matrimonium si seruus contrahat cum ancilla credens eam liberam, quia serui conditio nõ efficitur deterior, sed æqualem suæ conditionem reperiat, & numero 24. respondet argumentis contrarijs.

SVMMARIVM Cap. XCI.

1 *ANCILLA efficitur libera domino eius eam collocante in matrimonium viro libero ignaro suæ conditionis.*

Idem est si dominus dicat clerico, quod eos coniugat matrimonio, vt in numero secundo.

Et ampliatur numero tertio.

Limitatur numero 4.

5 *L.5. titulo 22. partita 4. intellectus.*

6 *Seruus contrahens matrimonium sciente domino an efficiatur liber.*

7 *Ancilla contrahens matrimonium tacente domino, an eo ipso consequatur libertatem, & numero sequenti.*

Et quid in seruitute impropria, quæ est ascriptitia, num.9.

10 *Ancilla libera efficitur ex eo quod dominus nuptui eam tradat, & instrumentum dotis conficiat.*

Et quid si dominus præsens matrimonio id non conficiat, sed alius, num.11.

Et quid in ancilla ascriptitia numero 12.

13 *Ancilla an efficiatur libera, domino eius contrahente matrimonium cum ea.*

Et quid attento iure nostro Regio, numero 14.

15 *Dominus manumittendo matrem ancillam, filij quos habuit ex ea manumissi quoque censentur.*

16 *Matrimonium contractum ab ancilla, vel seruo cum persona libera ignara eius conditionis, cum consensu domini, vel eo sciente, & tacẽte an matrimonium sit validum, vel non in casibus in quibus ancilla, vel seruus consequitur libertatem?*

17 *Iure Canonico deficiente recurrendum est ad Ius Ciuile, & in nostris Regnis ad Ius Regium.*

18 *Vir an possit se pretio venũdare in præiudicium matrimonij; & sic vxoris?*

Et quid in ipsa vxore, numero 20.

19 *L. fin. titulo 5. partita 4. intellectus.*

CAPITVLVM XCI.

Libertas an censeatur data seruo, vel ancillę ex matrimonio eiusdem permissu domini celebrato?

1 DOMINO collocante seruũ, vel ancillam matrimonio cũ persona libera ignara seruitutis, eam minime detegendo, eo ipso talis seruus, vel ancilla libertatẽ consequitur, ita decidit expresse rex in auth. ad hoc, C. de Latin. libert. desumpta ex authentica de nupt. §. si vero Decretum, vers. hoc autem decernimus, collectione 4.

2 Idẽ erit si dominus dicat clerico, vel alij, vt coniungat seruum cum libera ignoranti seruitutẽ, ea tacita, quia perinde est ac si ipse dominus coniungeret, ita tenet Alphons. à Veracruz in prima parte sui Specul. articulo 30. in fine, & vtrumque late probat, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 20. numero primo, vbi quod hoc non est in pœnam fraudis, sed fauore matrimonij, vt valeat contra Veracruz, & vtrumque Ledesm.

3 Nec desiderari credit iudicis sententiam, vt is seruus liber fiat, vt ibi bene probat: & insuper numero 2. minime quoq; desiderari dolum in eo domino tradenti nuptui ancillam libero tacita seruitute.

4 Si tamen vterque contrahens est seruus, vel si alter liber conscius est seruitutis, quamuis dominus consentiat, tradatq; mancipium in matrimonium, non consequitur seruus libertatem, vt bene probat D. Couar. in quarto Decret. secunda parte ca. 3. §. 7. numero primo, versic. secundo, Anton. Cuch. lib. 5. Instit. Maio. titulo 12. num. 48. Valasc. de iur. emphyt. q. 37. numero 5. Molin. Theolog. primo tom. de Iustitia, & Iur. tract. 2. disputatione 39. §. septimꝰ est, & alij plures, quos refert & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 3.

5 Quare l. Regia 5. titulo 22. partita 4. decidens, *que casandose siervo alguno con muger libre sabiendolo su señor, è non lo cõtradiziendo fazese el siervo libre porende, è que esto mismo seria si casasse la sierua con hombre libre:* debet intelligi, quando coniux liber fuit seruitutis ignarus, vt explicat l. 5. titulo 5. eadem quarta partit. facit etiam l. 3. tit. 11. lib. 4. fori, & ita explicant D. Couar. Valasc. & Sanch. vbi supra. addit Couar. se vidisse ita semel in Regio Prætorio Granatensi per sententiam definitum.

6 Vnde audiendus non est Abb. in cap. illud numero 11. de præsumption. dicens seruum forte consequi libertatem, quando domino sciente matrimonium contrahit, argumento rex in cap. si seruus scientẽ, distinctione 54. ibi: quod seruus promotus ad ordines sciente domino efficitur liber, hoc tamen cum sit in fauorem sacri Ordinis definitum, non est ad matrimonium trahendum, in quo eadem ratio non inuenitur, ita & recte Thom. Sanch. vbi supra, numero 3. in vers. vnde.

7 Controuertunt DD. an quando dominus non collocat ancillam in matrimoniũ cum libero seruitutis ignaro, sed conscius matrimonij tacet seruitutem, ex hoc solũ videatur ancillæ suæ donare libertatem, vel non? & partem negatiuam probarunt Paladan. in quarto, distinctione 36. quæstione 2. articulo 1. numero 8. in fin. & ibi Supplementum Gabriel. quæstione 1. articulo 3. conclusione 2. in fin. & vt probabilius defendit Veracruz in suo Specul. Coniug. prima parte, articulo 30. §. dubitatur ad hoc, & Ludouic. Lopez secunda parte sui Instructor. vbi agit de matrimonio cap. 47. de impedimento conditionis, columna 5.

Contraria tamẽ sententia in præmissa specie, nempe satis esse ad hoc, vt seruus, vel ancilla consequatur libertatem, vt domino tacente conditionem seruilem conscioque matrimonij, illud celebrẽt cũ persona libera seruitutis ignara, est verior, magis recepta, & tenẽda, vt expresse definitur in d. authentica ad hoc, C. de Latina libertate, in authẽtico de nupt. collatione 4. §. si vero Decretum, versiculo hoc autẽ decernimus, & hoc ratione culpæ, doli, & grauis iniuriæ cõtrahenti libero illatæ per dominũ ex sua taciturnitate, quare dignus est, vt in pœnam illius fraudis, & fauore matrimonij, vt illud sit validum, mancipium libertatem consequatur, & hanc sententiam tenent glossa in cap. si quis ingenuus, verbo faciat, *el primero*, 29. quæstione 2. & alios allegans D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte, ca. 3. §. 7. numero 1. versiculo secundo, Valasc. de iur. emphyteot. quæstione 37. numero 4. Molin. Theolog. primo tom. de Iustitia, & Iure tract. secundo, disputatione 39. §. 7. est, Ant. Cuch. lib. 5 Instit. Mai. titulo 12. numero 48. Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 54. articulo 4. paulo post princip. & alij plures Sumistæ, quos refert & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 20. numero 5. & approbatur hæc opinio, & sententia in l. prima, titulo 5. partita 4. ibi, *è si siervo de alguno casasse con muger libre: ò home libre con muger sierua estando su señor delãte, ò sabiendolo: si non dixesse estonce que era su siervo, solamente por este fecho, que lo vee, ò lo sabe, è callasse face se el siervo libre, è non puede despues tornar à seruidũbre*, idem probat l. 5. titulo 22. partita 4.

8 Admonet tamen Sanchez vbi supra, numero 6. requiri dolum in domino sic tacente, vt mancipium consequatur libertatem, quia d. authentica ad hoc expresse petit, vt dominus ex studio taceat, & idem in d. §. si vero Decretum, versiculo hoc autem decernimus, vbi glossa verbo ex studio, & Bald. in d. authentica ad hoc, in principio, & probat latius Sanchez vbi supra inferens ex eo, dominum non plecti hac pœna amittendi serui, si non aduertens, vel ex simplicitate quantumcunque culpa lata interuenerit taceat, quia deficit dolus, & ita quod ignorantia quantumcũque crassa facti, vel iuris excusabit, hæc autem admonitio etsi Iure Communi vera sit, Iure tamen nostro Regio deficere videtur ex d.ll. nempe ex d.l. prima, in d. versiculo, *è si siervo*, &c. ibi, *estando su señor*

Universidad de Deusto
Biblioteca

señor delante, ò sabiendolo; si nõ dixesse entonces que era su sieruo solamente por este fecho q̃ lo vee, ò lo sabe è callasse facese el sieruo libre è non puede despues tornar à seruidumbre: expendo namque verba illa clara in proposito: *solamente por este fecho que lo vee, ò lo sabe, è callasse*: ergo non requiritur dolus, sed sola visio, vel scientia absque cõtradictione sufficit: idem cõstat ex d.l. 1. tit. 22. ibi, *sabiendolo su señor, y no lo contradiziendo*: confirmatur, quia conditores harum ll. Regiarum cum scirent iure Communi requiri ad hoc dolũ domini tacentis, hunc excluserunt serio, contenti sola scientia, & taciturnitate domini, vt in d.l. prima, titulo 5. parti. 4. Adde, non desiderari sententiam iudicis, vt huiusmodi dominus priuetur dominio, vt bene probat ibidem Sanchez: intellige ergo q̃ ipso facto libertas cõparatur, donec iudicis sententia declaratoria accedat, si id à domino negetur. 11

9 In seruitute tamen impropria, quæ est ascriptitia, superiora dicta numero 7. versic. contraria tamen sententia, non procedunt: nam eadem seruitute ascriptitia permanente eius error non obstat valori matrimonij, vt prædiximus: quare fallitur Valasc. de iur. emphyt. quæstione 37. numero 4. contrarium affirmans, vt cum glossa, & Salic. rectius probauit, & tenet Sanchez vbi supra, n. 7. 12

10 Ex suprad. deducitur, quod si dominus nuptui tradat ancillã suam libero seruitutis conscio, & dotis instrumentum ancillæ conficiat ex hoc quoq; eo ipso ancilla libera efficitur, quod probatur in l. vni. §. sed & si quis homini, C. de Latin. lib. & licet in eo tex. non fiat mento scientiæ hominis liberi seruitutis ancillę, id tamen cõstat ex authen. ad hoc, statim sequenti, dũ ibi deciditur, quod quando alter ignorat seruitutẽ, ancilla consequitur libertatem, siue dominus eam in matrimonium collocans dotale cõfecerit instrumentum, siue non: vnde vt speciale aliquid contineat d.l. vnic. in d. §. sed & si quis homini, necessario intelligi debet, quando etiam scienter dominus ancillam tradit cõficiens dotalia instrumenta, & ita merito hanc deductionem probarunt Molin. Theol. 1. tom. de Iustit. & Iur. secundo tractatu, 13 disputatione 39. § septimus est, & ante eũ Abb. in cap. illa, numero 11. de præsumpt. quos sequitur Sanchez vbi supra, nu. 9. Vbi non credit Abb. vbi supra hoc extendenti ad dominũ constituentem dotem aut donationem propter nuptias seruo, ex d.l. vnic. §. sed & si quis homini, nõ inquam credit Abbati in hoc, quia ibi de sola dote est sermo, & de sola ancilla, & quando lex voluit seruum quoque ample cti id explicat, vt cõstat ex d. auth. ad hoc. Nihilominus eadem ratio in effectu mihi in vtroque casu militare videtur fundata in actu confectionis instrumenti dotalis, aut donationis propter nuptias à domini seruo, hoc est in fauorem serui.

Nec etiam Sanch. fidem præbet Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 10. numero 4. versi. 5. dicenti ancillam censeri manumissam si seruus præsenti domino, & non contradicente dotalia instrumenta ancillæ conficiat, nam tex. solum id decernit quando ipse dominus cõficit, vnde nõ est cur extendatur ad permissionem, vt alius conficiat, quod verius credo contra Enriquez.

Idem censeo cum Sanch. contra Valasc. vbi supra, num. 4. vbi tenebat seruum quoque ascriptitium hanc consequi libertatem ex confectione dotalium instrumẽtorum facta per dominum: hoc namque verum non est, sed potius contrarium ex supra modo dictis.

Quod si dominus ancillam propriam ducat in vxorem, etsi glossa, & alij nõnulli affirmẽt iure Communi eam statim cõsequi libertatem, verius tamen est contrarium, vt tenent, & probant D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. § 7. numero 1. versic. tertio, Concanonic. noster Magist. Palat. in 4. distinctione 30. disputatione vnic. columna 13. Molin. Theolog. d. disputatione 39. §. sextus est, Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 10. numero 4. in commento litera, Z. Emanuel Saa in summa verb. matrimonium, vbi agit de impedimentis dirimentibus numero 1. versic. si dominus, Viuald. in Candelab. sacrament. prima parte de matrim. numero 125. & Sanch. d. lib. 7. disputatione 20. numero 11.

Iure tamen nostro Regio contrarium 14 deciditur in l. 1. titulo 13. partita 4. ibi, *esso mismo seria si alguno ouiesse hijo de su sierua, e despues de esso se casasse con ella, ca tan gran fuerça ha el matrimonio, que luego que es fecho, es la madre porende libre, e los fijos legitimos*, & expresse notat Greg. Lop. ibi in fin. ex solo matrimonio competere matri libertatẽ, neq; ad id est necessarium filium prius conceptum esse ex ea ancilla sic nupta, vt bene probat Thom. Sãch. vbi supra, numero 12. sed omisit allegare pro hoc expressam l. 5. ad fin. tit. 22. partita 4. ibi eam, *dezimos que si el señor se casasse con su sierua, que seria la sierua libre porende.*

15 Sufficit autem quod dominus manumittat matrem, vt filij quoque, quos ex ea habuit, censeantur manumissi, vt docent cum Fulgos. D. Couar. Molin. & Sãchez vbi supra id ampliantes, vt procedat etiã in filijs spurijs, nempe tempore quo ipse, vel ancilla erant coniugati.

16 Tandem hic decidenda venit quæstio illa, an quando ancilla, vel seruus contrahunt matrim. cum persona libera ignara seruitutis domino tradente in matrim. vel sciente, & tacente seruitutem, in quibus casibus consequitur libertatem ex ipso matrimonio, vt prædiximus, matrimonium ipsum sit validum, vel non? & partem negatiuam tenet in hoc D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 3. §. 7. numero 1. vers. secundo, in fin. cuius opinio expresse approbatur in l. 1. ad fin. tit. 5. partita 4. ibi, *è maguer que dize de suso, que el sieruo se torna libre, porque vee, o sabe su señor que se casa, e lo encubre, con todo esto, no vale el casamiento: porque ella no lo sabia que era sieruo, quando caso con el: fuerasende si despues lo consintiesse por palabra, o por fecho*: & ibi Gregor. Lopez in glossa penultima inquit, concordat cap. 2. & cap. fi. de coniug. seru. sed hæc iura nõ loquuntur quando dominus tradit suam ancillam in matrim. vel eo præsenti, sciente, & tacente celebratur, qui est noster casus, sed quando liber ignoranter cum ancilla contraxit absq; domino eiusque scientia, & taciturnitate celebratur matrim. tũc namque similiter matrim. est nullum, & separatur, nisi postea hoc sciens eam cognouerit, vt in illis iuribus, & in l. 11. tit. 1. & in l. 3. tit. 5 partita 4. qui est alius diuersus casus ab eo de quo hic agimus.

Nihilominus tamen contrarium, imo quod matrim. in præmissa specie sit validum, dicit esse tenendum Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 20. numero 14. tum quia probatur in auth. de nupt. §. Decretum, versiculo hoc autem decernimus, & in versiculo si vero, collatione quarta: rũ etiam, quia glossa, & communiter DD. in cap. vltim. de coniug. seruo. & alij quam plurimi Moderni, quos congerit ibi Sanch. in fin. tenent hanc affirmatiuam sententiam, & semoto Iure Reg. non dubito quin hæc secunda opin. per DD. sit magis communiter recepta ex fundamentis de quibus per ipsos, quam dicit quoque esse tenendam Sanch. non obstante d.l. Regia expressa contrarium decidente: cui respõdet, solum arguere conditores illius legis fuisse in ea opinione negatiua, non tamẽ habere vim legis, quoad decisionem nullitatis matrimonij eo quod sit fori Ecclesiastici, bene tamen quoad libertatem dandã seruo illi, quia hoc est fori secularis: nõ tamen iste Author allegat tex. vllum Iuris Canonici, quo decidatur in specie de qua agimus validum esse matrimo. quod si is esset, vel sit, fateor standum esse eidem: adducit tamen eam rationem pro valore matrimonij, quod cum statim eodem momento, quo perficitur matrimonium, maneat coniux seruilis conditionis affectus liber, seruitus illa est nullius considerationis, nec obest matrimonij fini, nec affert incommoda ob quæ Ius Ecclesiasticum irritauit matrim. cum errore conditionis celebratum.

Hæc tamen ratio non omnino vrget siquidem ex alia ratione irritatur eo casu matrimonium præter illam, nempe ex defectu sufficientis consensus, siquidem si liber tempore contractus matrimonij sciret conditionem ancillæ, vel serui cũ qua vel cum quo contrahit matrim. proculdubio illud credendum est minime initurum propter infamiam, & notam suæ conditionis, & status seruilis deficiente autem consensu, cui nihil contrarius est quam error, vt dicebamus cap. præcedenti, nullum est matrimonium, vt in iure est notissimum, rectius igitur d.l. Regia videtur rationem reddere

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddere nullitatis matrim. scilicet, *porque ella no lo sabia que era sieruo, quando con el caso*, quasi arguat defectum consensus, vt postea in finalibus verbis id expressius insinuat, dum limitat suam præcedentem decisionem negatiuam dicens, *fueras ende si despues lo consintiesse por palabra, o por hecho*: ergo prius defecit consensus 18
propter errorem præcedentem: hodie tamen consensus posterior attento Sancto Concil. Trident. non valet nec ratificat præcedens matrim. nullum, nisi coram parocho, & testibus is præstetur, si a principio hæc solennitas defuit.

Quid tenendum in præd. quæstione principali? ego quidem omnibus supradictis attente consideratis censeo in his Hispaniarum Regnis seruandam esse decisionem d.l. Regiæ primæ ad fin. tit. 5. partit. 4. prout firmissime, & proculdubio docent Couar. & Gregor. Lop. vbi supra: nec obstant fundamēta contraria Thom. Sanch. eiusque opinio: quoniam tex. in auth. de nupt. §. si vero Decretum, versic. hoc autem decernimus, & in versic. si vero, vbi expresse deciditur, quod in specie nostra in individuo valeat præfatum matrim. corrigitur expresse, & nuncupatim per d.l. Regiã partitæ, quæ in his Regnis est omnino obseruanda, & practicanda, similiter communis opinio Theologorũ, & aliorum, quæ habet validum esse præd. matrim. quam pro se citat idē Sanch. corruit ex d.l. Regia contraria pariter, & altera ratio, qua fundatur idem Author, ibi nec etiam obstat, quia in nostro casu defectus consensus impedit valorem matrimonij, vt modo dicebamus.

Denique, & peremptorie, quod de Iure Canonico, cui in hac materia standum est, non video tex. vllum decidentem validum esse præd. matrim. in specie de qua agimus, quod si is esset D. Couar. nec Gregor. Lopez eum ignorarent, sin autem adhuc contendatur eum esse, ostēdant eũ, eique stabimus proculdubio, sed cum is non inueniatur.

17 Et deficiente Iure Canonico recurrēdum sit ad Ius Cõmune Ciuile, vt in cap. 1. & 2. de nou. operunt. & in his nostris Regnis Ius Regium sit Ius Commune inter nos, non vero Ius Ciuile antiquũ Romanorum, illud Ius Regium omnino in decisionibus causarum deficiente Iure Canonico obseruandum est, vt bene probat Didac. Perez in 3. quæstione proœmiali in Ordinamentum Regale, in versiculo his tamen non obstantibus vsque in fin.

Et suprad. nostra sententia contra Sãchez cõfirmatur, & comprobatur ex alia verissima eiusdem Sanchez lib. 7. disputatione 23. numero 8. qui cum in numeris præcedentibus illius disputationis egisset, an licitum sit viro se venundare? & cum communi D. Thom. & aliorum Theologorum sententia probasset numero 2. integrum esse viro se venundare, renitente vxore, quamuis non vacet culpa lethali ea venditio absque iusta causa facta, vt ibidē per eum numero 4. dicto tamen numero 8. inquit, quod quamuis dicta per eum circa viri venditionem sint vera attento Iure Communi, attamen affirmat, & tenet quod in hoc Hispaniæ Regno est seruanda lex Regia final. tit. 5. partita 4. contraria quæ ait: *Si por ventura el marido se tornasse sieruo à sabiendas, por auer razon de se partir de su muger, non deue valer ni se departira el casamiento, antes lo puede la muger demandar è sacarlo aun de la seruidumbre si quisiere: è esto es porque ha de tener honra a ella e a sus hijos si los ouiere*: Ergo ita in nostro proposito de quo agimus, seruanda est in Regno Hispaniæ d.l. 1. ad fin. tit. 5. partita 4. iam prius relata pro nostra sententia contra Sanchez.

19 Nunc autem in transitu obseruandũ est, quod licet d.l. fin. tit 5. partita 4. loquatur in euentu, in quo vir se data opera vēdit in fraudem matrimonij: attamen Gregor. Lopez ibi in glossa *a sabiendas*, dicit supplendum esse maxime, quia idem est dicendum, licet non fiat venditio ea intētione, cum eadem ratio præiudicij vxoris decoris ipsius, & filiorum habeat locum in hoc casu, vnde idem Gregor. Lopez in glossa *sacarle*, ait, posse venditionem retractari iuxta illius decisionem, quamuis ea non impediat vsum coniugij, quia ratio dicti dedecoris, quã assignat l. illa militat etiam in hoc casu: ac proinde, inquit Gregor. Lopez, vxorem retractantem hanc venditionē non teneri soluere pretium, vt alias decisum est in patrono in l. 3. ff. si liber. ingenu. esse dicatur, & vtrumque sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 23. d. num. 8.

20 Vbi nu. 9. probat cum cõmuni Doctorũ sententia, quos refert, manifestũ esse, minime posse seipsam seruituti mancipare absque viri consensu contra Hugon. Archidiac. & Bellam. dicentes posse vxorem se inuito viro venundare.

SVMMARIVM Cap. XCII.

1 *Serui licite possunt inuitis dominis matrimonium contrahere, & numeris sequentibus.*
2 *Domini non possunt prohibere ne serui matrimonium ineant.*
3 *Domini prohibendo coniugia seruorum peccant mortaliter.*
4 *Dominis quid liceat facere cum seruis contrahētibus matrimonium ipsis dominis inuitis, & numero 6.*
5 *Pater quid possit facere cum filio matrimonium contrahente contra ipsius voluntatem.*
7 *Serui vxorati contra voluntatem dominorum cui potius obedire teneantur, occurrēte necessitate domini, & vxoris eodem tempore petentis debitum.*
8 *Domino an liceat seruum coniugatum in longinquas partes vendendum mittere?*

CAPITVLVM XCII.

An possint serui inuitis dominis matrimonio copulari.

1 Licitvm est seruis, inuitis dominis, matrimonium contrahere, ita deciditur in cap. 1. de coniug. seru. & ibi communiter Scribētes, D. Thom. in 4. Sentēt. distinctione 36. quæstione vnic. articulo 2. in corpor. quem omnes sequuntur; estque proculdubio verissimum: ratio communis est, quoniam ius dominorum non se extendit, vt seruis matrimoniũ, eiusque vsum prohibeant, cum ius naturale, & diuinum id concesserit ad naturæ humanæ propagationem. & in remediũ contra cõcupiscentiã, quod ius nec sublatum est, nec auferri potuit iure gentiũ, quod seruitutē induxit: quã rationem ab impugnatione Scoti in 4. distinctione 36. quæstione 1. latè defendit Thom. Sanch. de matrimonio
2 lib. 7. disputatione 21. numero 3. Domino autem non licet matrimonium serui impedire, quare iure optimo serui ab Ecclesia defenduntur ac proteguntur aduersus dominum prohibentem, vt omnes DD. fatentur, eritque culpa mortalis ratione rei grauitatis, vt docet Thom. Sanch. ibidem num. 5. vbi quod nec poterit dominus minari seruo aliquod supplicium seu damnũ inferendum, si matrimonium ineat: nec tuta conscientia eum ob id punire, quia vsus est seruus iure suo, & in nihilo deliquit, vt ibi per eum numero 6. post vtriũque Ledesmã: agitque etiam, quæ culpa sit contrarium facere, & resoluit id ex supplicij qualitate iudicandum esse.

3 Et quod peccet mortaliter dominus, qui impedit seruorum coniugia, cum illis liceat iure naturali contrahere, & pro illis stent ll. Ecclesiasticæ, tenet etiam nouissime Fr. Basilius de Impedim. matrimon. quæstione 2. cap. 23. §. 1. versiculo ex dictis colligitur, vbi quod peccat etiam dominus, si impediat inter seruos coniugatos maritale cõmercium quantum æquitas postulat.

4 Poterit tamen dominus subtractionē beneficij seruo suo huiusmodi, quod in ipsum sua sponte cõfert, minari, vt deinceps fore, vt non ita splendide ipsum induat ac delicate tractet atque in vilioribus occupet.

5 Sicut nec pater potest matrimonij cõtractum filio impedire mala minando, quãuis possit, quæ iure sibi permissa sunt minari, vt exhæredationem casu sibi à iure permisso, subtractionē tertiæ, & quintæ partis bonorum cæteros fratres in eistæ partis bonorum cæteros fratres in eistdem præferendo, vt ll. nostri Regni permittunt, ita Sanch. vbi supra d. numero 5. versic. potest tamē, referens se de hoc vltimò alio loci.

Et numero 8. & 9. agit an domino certiori

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiori facto, mancipium de celebrando matrimonio tractare liceat, illud alio vendē dum mittere, quo se in columē seruet, dānique immunē, quod ex serui matrimonio in ipsum dominum redundat? & tandem cēset, quod si iam matrimoniū cœptum sit, quia seruus fidem suā alligauerat alicui de matrimonio cum ea contrahendo, nefas sit domino eo medio vti: si autem sponsalia inita nōdum sint, possit vtiq; dominus mancipium sic venundare, vt ibi bene, & latè probat.

7 Verum illa quæstio satis controuersa est in proposito, vtrum concurrente vno eodemque tempore obligatione domino inseruiendi, & sic obsequio domino præstādo, & altera petitionis debiti ab alio cōiuge, cui potius teneatur seruus coniugatus satisfacere, (alio qui namque certum est, seruum per contractum matrimonij minime eximi ab obsequijs consuetis domino præstandis, vt probat rex. in cap. 1. de coniug. seru. & ibi communiter DD.)

In quo articulo tres principales opiniones congerit, & fundat cum suis Authoribus Tho. Sanch. d. lib. 7. de matrimonio disputatione 21. numero 12. Prima habet dominum præferendum ex d. cap. 1. & ex regula, qui prior est tempore, &c. quam tenent Gofredus, Innoc. & Hostiens. & probatur l. 3. tit. 5. partita 4. eâque limitāt, quando periculū fornicationis immineret vxori non reddito statim sibi debito, nisi eodē tēpore mortis periculo esset dominus expositus superueniente inimico.

Secunda sententia docet in hac specie speciales circunstantias attendendas esse, nimirum periculū incontinentiæ, aut dānum petenti coniugi ex dilatione imminens, & detrimentum domino redundans ex mora præstādi obsequij, si prius seruus coniugi debitum reddat: & illius causam anteponendā esse, qui maiori necessitate vrgetur, cuique mora grauius damnū inferret: quā sententiā sentiunt atque tenent S. Tho. & alij quā plurimi Authores, quos congerit Sanch. vbi supra, n. 13. vbi quod in dubio, an cætera sint paria, & vtrius necessitas præpōderet, fauendum est matrimonio præsertim incontinentiæ periculo immin'enti, quam sequitur etiam Fr. Basilius vbi supra.

Tertia sentētia ait etiācōtradicēte domino inito matrimonio potius morigerē dū esse coniugi petenti, nisi dominus graui necessitate obsequij statim sibi præstādi opprimeretur, vt si ab hostibus necandus inuaderet: hanc tenere videtur alij DD. nonnulli, & tenent in proprijs termi nis Hostien. & Celaia. quos refert Sanch. vbi supra, numero 14.

Mihi autem semper verior, & receptior atque proinde tenenda visa fuit secūda sententia supradicta, & nunc idem videtur, & teneo cum sua additione, quod in dubio vbi cætera sunt paria, neutrius necessitate præponderante fauēdum sit matrim. præsertim, incontinentiæ periculo imminente, quam nouissime sequitur, & latè probat Sāch. vbi supra, num. 15. quoniam ius coniugis potius, & verusilius est, vt ibi per eum, qui nu. 18. recte docet hoc prudenti moderatione, & non metaphysic. & exacto rigore accipiendum esse, sed morali modo, quia ius potius coniugis, siue volente domino matrimonium sit contractum, siue eo inuito non aufert ius seruitutis ac debita obsequia domino præstanda, vnde licebit domino serui cōiugem sibi seruitute subiectum in necessarijs occupare, & cum alibi proficiscitur secum deferre, vt ei ministret, & in alium locum mittere causa alicuius negotij expediendi, & non erit in potestate alterius cōiugis sitū ea passim ac plus iusto impedire crebra debiti petitione, sicut viro licitum est vxore deserta aliquandiu abesse pro negotijs expediendis, nec ius vxoris est obstaculum huic absentiæ.

8 An autem liceat domino seruum coniugatum in partes longinquas mittere vēdendum? maior, & grauior quæstio est, quam latissime examinat idem Thom. Sānchez d. lib. 7. disputatione 22. per totā, vbi refert in hoc sex diuersas sententias, cum suis fundamentis, & Authoribus, & tandē rem hanc numero 7. cum sequentibus clare, & recte definit septem conclusionibus, ad ipsum ergo erit occurrendum quoties casus contigerit.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XCIII.

1 FILIVS *quoad honores, & nobilitatem sequitur conditionem patris.*
2 *Filius naturalis an & quando gaudeat vel non nobilitate patris.*
Et quid quoad exemptionem tributorum numero 3. cum sequentibus.
4 *Filius naturalis habitus ex ancilla, & viro nobili an paternam nobilitatem consequatur?*
5 *Filij quoad seruitutem sequuntur conditionem matris, etiamsi nascantur ex ancilla propria patris, vt in numero 6.*
7 *Filij quoad libertatem, vel seruitutem sequuntur conditionem matris.*
Partus sequitur ventrem quoad conditionem matris, vt in numeris 6. & 7.
8 *Consuetudo legitime præscripta valet vt filius nō matris sed patris, aut vtriusque parentis seruitutem sequatur.*
9 *Partus ancillæ vt libertate gaudeat quo tempore sufficiat, quod mater fuerit libera?*

CAPITVLVM XCIII.

De filijs an sequantur conditionem patris, vel matris quoad honores & statum?

1 FILIVS quoad honores, & nobilitatem sequitur conditionem patris, ita deciditur in l. cum legitime, ff. de stat. homin. & in l. 3. titulo 21. partita 2. & l. 1. titulo 11. partita 7. quamuis alias vere nobilis sit, qui ex vtroque parente nobili descendit, vt probat Otalor. de nobilit. secunda parte, cap. 2. numero 4. cum sequentibus.

2 Filius naturalis gaudet etiam nobilitate patris de consuetudine, licet aliud sit de Iure Cōmuni, vt bene probat Tiraquel. de nobilit. c. 25. num. 10. cum sequētibus. Iure quoque nostro Regio filius naturalis gaudet nobilitate patris, vt in d. l. 1. tit. 11. partita 7. vbi Gregor. Lopez in verbo amiga, id notat similiter & D. Couar. in 4 de sponsal. 2. parte c. 8. §. 4. num. 4. Tellus Fernandez in l. 11. Taur. nu. 2. Auendañ. in suo dictionario verbo, *hijo natural*, Padilla in l. naturalis num. 10. ff. de præscrip. verbis, Didac. Perez in cap. 1. tit. 1. lib. 4. Ordinamenti, columna 1326. Villalpand. in l. 22. tit. 1. partita 7. §. 42. num. 4.

Contrarium tamen probare videtur expresse l. 3. tit. 15. partita 4. arcens filium naturalē à patris, & aui honoribus: & hanc sententiam, nempe quod filius naturalis non gaudeat nobilitate patris: frequentiorem esse affirmat Couar. vbi supra, d. numero 4. ad fi. & eam tenet Ioann. Orosc. in d. l. cum legitime in fi.

Sed has leges Regias contrarias concordant Greg. Lopez in d. l. 3. verbo, *honras*, Auend. Didac. Perez, & Ioan. Orosc. vbi supra in hunc modum, nempe vt priores leges Regiæ procedant, & seruandæ sint quoad nobilitatem patris, eam namq; consequatur filius naturalis ex patre nobili genitus, d. vero l. 3. titulo 15. partita 4. quoad alios honores, quos non consequitur filius naturalis, quam concordiam sequitur etiam, & probat Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 24. num. 1. ad finem. Melior tamen verior, & omnino tenenda mihi videtur in proposito alia cōcordia inter has leges Regias ne sint contrariæ, prout re vera non sunt, nēpe quod leges priores Regiæ admittentes filios naturales ad nobilitatem patris, loquantur, & procedant in filijs omnino naturalibus ab ipsis legibus pro talibus habitis, quamuis non sint de concubina domi retenta, nam & hi naturales dicuntur ex l. 9. Taur.

L. vero præfata 3. tit. 15. partita 4. loquatur, & procedat in filijs ex damnato coitu natis, qui cum insuccesibiles patri sint tā ex testamento, quā ab intestato, vt l. 10. & 11. tit. 13. par. 6. & d. l. 9. Taur. quæ hodie est l. 7. titulo 10. lib. 5. nou. collect. Reg. nimirum, si & ab honoribus, & patris nobilitate arceantur, & quod d. l. 3. loquatur in hac specie, colligitur ex eius verbis, ibi, *E demas no podrian heredar los bienes de los padres, ni de los abuelos, ni de los otros parientes, que descienden de ellos, anſi como dizen las leyes que fa-*

blan en esta razon, quæ sunt d.l. 10. & 11. titulo 13. partita sexta, at filius naturalis bene succedit in totum patri ex testamento, ex d.l. 11. tit. 13. partita sexta, & l. 10. Taur. & alijs fratribus agnatis, ex l. fin. titulo 13. partita sexta, imo & ab intestato succedit patri in duabus vntijs, ex l. 8. titulo 13. partita sexta, ergo in filijs vere naturalibus non loquitur, nec potest intelligi d.l tertia, titulo 15. partita quarta, sed ratum in natis ex damnato coitu: quod clarius patet ex l. quarta eiusdē tituli 15. partita quarta, quæ in filijs naturalibus loquitur, eosque admittit ad honores patris, & per consequens l.d. 13. præcedens, de qua agimus, non loquitur in filijs naturalibus, aliter enim superflua esset d.l. quarta, quod non est dicendum: ita in terminis obseruauit, & intellexit d.l. tertiam Padilla in d.l. naturalis, numero 11. & 12. & Rojas de successione. ab intestat. cap. 15. in fin. quos refert, & sequitur præd. concordiam assignans Azeued. in l. 10. numero 51. versic. ego tamen, titulo octauo, lib. quinto nouæ collection. Reg.

3 Dicens quod sic intrepide tenendum est, filium naturalem gaudere nobilitate patris, etiam quoad tributorum exemptionem, vt tenent Palac. Rub. Petr. Dueñas ab eo ibi relati, & veriorem, & probabiliorem testatur Antonius Lara in l. si quis à liberis, in principio, ff. de lib. agn. & D. Couar. in quarto, secunda parte, cap. 8. §. quarto, numero quarto in fine, vbi ita in Granatensi Prætorio iudicatum asserit, & tenent alij plures Regnicoli, quos ibi etiam refert, & sequitur Azeued. vbi quod ita intrepide tenēdum est cum communi nostrorum, quod filius naturalis quoad omnia gaudet nobilitate patris, cæteri vero filij non legitimi non gaudeant nobilitate, nec honoribus patris.

4 Filius autem naturalis habitus ex ancilla, & viro nobili an paternam nobilitatem consequatur, cum postea manumittitur, agit latè Thomas Sanchez vbi supra, numero quarto, & inquit pium, & satis probabile esse nobilitatem comparare consequuta libertate, quod sequimur, tametsi non sit expeditum quin in contrarium plura adduci possint.

5 Quoad vero seruitutem, filij sequuntur conditionem matris, ita vt si mater ancilla sit, filij sunt serui eius, cuius est mater, quod si mater sit libera, filij quoque liberi erunt, cuiuscumque conditionis sit pater: l. partum, C. de rei vendic. §. penult. instit. de iur. person. §. sed & si quis, inst. de ingenuis: tex. in cap. fin. de seruis non ordin. idem continebat lex vetus, vt constat cap. 21. Exodi, ibi: Si dominus dederit ancillam suam alicui in vxorē, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erūt domini sui: ratio verior meo iudicio est, quia proles corpus recipit à matre tamquam administrante materiam, ex qua id formatur: seruitus autem ad corpus pertinet, ita D. Thom. & communis cum eo in quarto, distinctione 39. quæstione vnic. articulo quarto, in corpo. omissis alijs rationibus vna Bald. in l. final. paulo post princip. C. de seru. fug. & Salicet. in l. partum in fin. & alia, Angel. in d. §. sed & si quis, numero primo in fin. de ingen.

6 Et procedit præcedēs decisio, & conclusio etiamsi aliquis ex sua ancilla filium, vel filiā habeat, quia similiter is suus filius, vel filia proprius suus seruus vel ancilla erit, vt probatur in l. secunda, C. si mancip. ita fuerit alien. iuncta glossa ibi verbo filium, & in l. fin. C. cōmun. de manumiss. & in terminis ita tenet Padilla in l. naturalis, numero quinto, ff. de præscript. verb. quem sequitur, & probat Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputat. 24. nu. 6.

7 Procedit etiam eadem cōclusio, quāuis filij non ex legitimo matrimonio procreentur, sequuntur enim quoad libertatem, & seruitutem conditionem matris, vt cauetur in l. & seruorum 5. versic. ingenui sunt, ff. de statu homin. imo quamuis non desint, qui teneant filios legitimos ex matrimonio conceptos non sequi conditionē matris, sed patris: verior tamē & recepta sententia Canonistarum cū glossa in cap. fi. in fin. de seru. non ordinand. & in cap. primo verbo dissoluenda de cōiug. seruor. Rosel. & Sot. quam verissimam appellat eam sequutus Sanchez vbi supra, numero 8. habet contrarium, nēpe filios ex legitimo matrimonio procreatos sequi conditionē matris, quoad libertatem, & seruitutem.

Vale-

8 Valebit tamen consuetudo legitime præscripta, vt filius non matris sed patris aut vtriusque parentis seruitutem sequatur, quia cum res hæc sit ex iure humano potest præuaiere consuetudo, cap. fin. de consuet. & probatur in terminis in cap. licet de coniug. seru. dum tex. ille supponit secundum leges cuiusdam Prouinciæ fœtum, quoad seruitutem sequi conditionem patris, nec id improbat, & ita tenent communiter Canonistæ in cap. primo de coniug. seru. & in cap. fi. de seruis non ordinād. & in d.c. licet, Padilla in d. l. naturalis numero secundo, ff. de præscr. verbis, Molin. primo tomo de Iustitia, & Iur tractatu secundo, disputatione 33. ad fin. & alij plures Canonistæ, & Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 9.

9 Obseruandum tamen erit pro declaratione supradictorum, sufficere tempore conceptionis aut natiuitatis, aut medio tempore, matrem liberam fuisse, vt partus libertate gaudeat: vt si ancilla prægnas sit manumissa, deindeque ante partum in seruitutem redacta, proles nata libera erit ob libertatem matris medio illo tempore comparatam, vt expresse habetur in d. §. sed & si quis, instituta de ingen. & manum. vbi, quod non debet calamitas matris proli in vtero existenti nocere; vnde sufficit vt per minimum temporis momentum à conceptione vsque ad partum mater libera fuerit, ad hoc vt soboles libera sit, ita expendunt glossa in cap. fin. verbo deteriorem partem 32. quæstione quarta, Hostiens. in cap. fin. numero primo, de seru. non ordin. & ibi communiter DD. Soto in quarto, distinctione 35. quæstione vnica, articulo quarto, columna prima, ante versiculum addit vero, & Molin. vbi supra, & Thom. Sanchez d. disputatione 24. numero 10. vbi ex Molin. ait id in fauorē libertatis constitutum esse natura rei postulanti, potius solius partus tempus expectandum, & numero 11. declarat quomodo hoc sit intelligendum, & numeris sequentibus vsque ad numerum 16. inclusiue plura deducit, & declarat hanc materiam quomodo intelligenda sit: nu. 17. late agit de cōmuni ancilla duorum, aut plurium dominorum ab aliquo illorum manumissa, & post eam manumissionem antequam soluatur pretium alteri domino suæ partis, quam habebat in ancilla, pariat, an proles erit serua, & resoluit affirmatiue late id probans, & declarans quomodo id sit intelligendum, & numero 18. agit de ancilla statu libera, & numero 21. cum sequenti an domino promittente se manumissurum certo tempore seruam promissione ipsi ancillæ facta, & non impleta tempore præfixo, fœtes post id tempus conceptus sit liber, aut saltim teneatur dominus eum manumittere.

SVMMARIVM Cap. XCIIII.

1 VOTVM *solemne religionis impedit, & dirimit matrimonium postea contractum, votum tamen simplex tantum impedit contrahendum, non tamen impedit postea contractum.*

2 *Votum solemne ad impediendum matrimonium postea contractum solum dicitur, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, & numero 7.*

3 *Votum simplex est generale comprehendens multam materiam, scilicet castitatis, religionis, &c. vt hic.*

4 *Votum solemne particulare est, quia non fit nisi de castitate in clericatus ordinibus, & de religione per professionem.*

5 *Matrimonium post solemnem religionis professionem subsequutum est irritum.*

Et quo iure sit hoc introductum, numero 6.

8 *Continentia est annexa ordini sacro, ita vt illum sponte suscipiens teneatur imposterum continere.*

9 *Continentia clericorum non tantum obligat ad continendum à nuptijs, sed etiam à quocumque actu venereo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 *Ordo sacer quo iure matrimonium dirimat.*
11 *Continentia annexa ordinibus sacris, an sit de Iure Diuino, vel constitutione Ecclesiæ.*
Et an sit ex voto, quod Ecclesia annexit ordini sacro? numero 12.
13 *Continentia annexa ordinibus sacris an obliget quando sacer ordo fuit irritus ex iusta causa, licet voluntarie acceptus?*
Et quid quando vi præcisa fuit quis promotus ad ordinem sacrum? num. 14.
15 *Continentia in ordinato ordine sacro metu an obliget? & numeris sequentibus.*
16 *Baptizatus metu compellitur seruare fidem & reliquas Ecclesiæ leges.*
17 *Ordinatus sacris metu, & non consentiens Iure Canonico, & Regio non recipit characterem.*
18 *Ordinatus sacris ante vsum rationis, vel ante pubertatem an teneatur ad continentiam?*
19 *Prima tonsura, & quatuor minores ordines non impediunt matrimonium contrahendum.*

CAPITVLVM XCIIII.

De impedimento voti solemnis, & ordinis.

1 VOTVM solemne religionis impedit, & dirimit matrimonium postea contractum, votum tamen simplex tantum impedit contrahendum, non tamen impedit postea contractum, textus expressus in cap. meminimus. tertio in ordine, & in cap. rursus sexto, cap. fin. qui cleric. vel vouent. cap. vnic. de voto lib. 6.

2 Vbi quod voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta, & solum votum debere dici solemne ad dirimendum matrimonium postea contractum, quod solemnizarum fuit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, consonat l. 11. titulo secundo, partita quarta, Tolet. in Summ. lib. quarto, cap. 18. in principio vbi, quod
3 votum simplex est generale comprehendens multam materiam, fit enim de castitate, religione, eleemosynis, peregrinationibus, & multis alijs.

4 Votum autem solemne particulare est, quia non fit nisi de castitate in clericatus ordinibus maioribus, & de religione per professionem, de qua re latissime plura differit, & præcipue in quo consistat votum solemne Thomas Sanchez lib. septimo de matrimonio, disputatione 25. per totam.

5 Estque fide certissima tenendum matrimonium subsequutum post solemnem religionis professionem esse irritum, vt est definitum in Concil. Trident. sessione 24. de matrimonio, Canone nono, & ante per alia Concilia, & Summos Pontifices, & ita docuerunt Sancti Patres, vt latissime aduersus Hæreticos nostri temporis eorum rationibus confutatis, probat atque defendit Bellarmin. in suis Controuers. lib. secundo de Monach. à cap. 22. & Thomas Sanchez lib. septimo de
6 matrimonio, disputatione 26. numero primo, vbi numero secundo latissime agit, quo iure id matrimonium sit irritum, & relatis tribus opinionibus cum magis cõmuni sententia resoluit solo Iure Ecclesiastico id statutum esse.

7 Nũc dicamus de ordine sacro: & quidem ordo sacer impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, tex. expressus in cap. primo, qui cler. vel vouent. qui loquitur in Diacono, & Subdiacono, & in cap. secundo eiusdem tituli: cap. si quis eorum, & cap. erubescant, & cap. lectores, & cap. placuit 32. distinctione, cap. à multis de ætate, & qual. l. 16. versiculo, *onde qualquier clerigo*, titulo secũdo, partita quarta, quæ loquitur *en Subdiacono, o Diacono, o Preste.*

8 Continentia namque annexa est ordini sacro, ita vt illum sponte suscipiens teneatur in posterum continere, hoc est conuenientissimum, vt probatur in quampluribus textibus Iuris Canonici, & definitum extat de fide sessione 24. Sancti Concil. Trident. Canone 9. 13
& latissime comprobant Michael de Metymn. de sacrorum ordin. contin. lib. 2. & 3. Bellarm. in suis comment. lib. 1. de cleric. cap. 19. cum sequentibus, Valentia in suis controuers. lib. vnic. de cœlibat. à cap. 3. vsque in fi. & in quarta parte tract. de Sacramen. ordinis, disputat. 9. q. 5. puncto 5. per totum, & Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 27 n. 2. vbi nu. 3.

9 Quod hæc continentia clericorũ non tantum obligat cõtinere à nuptijs, sed etiã ab omni actu venereo perinde ac votum castitatis, eandem veritatem Catholicam, nempe per ordinem sacrum dirimi matrimonium postea celebratum, comprobat idem Sanchez vbi supra, disputatione 28. num. 2. qui numero 24. cum sequentibus.

10 Latè agit quo iure sacer ordo matrimonium subsequens dirimat, & relatis in 14
hoc tribus opinionibus remanet cum cõmuniori, & veriori solo Ecclesiæ statuto dirimi matrimonium subsequens per ordinem sacrum.

11 Illa tamen quæstio in proposito etiam controuertitur, an continentia annexa ordinibus sacris, siue ex voto, siue ex constitutione Ecclesiæ proficiscatur, sit Iure Diuino annexa: aut potius ex sola Ecclesiæ 15
cõstitutione statutis ordinatos in sacris teneri ad continentiã aut ad votum continentiæ emittendum in ordinis sacri susceptione, quam rem exactissime peragit Sãch. d. disputatione 27. numero 4. & 5. vbi relata primum, & fundata sententia nonnullorum Theologorum tenentium Iure 16
Diuino annexam esse continentiam ordini sacro: remanet cum contraria sententia, tanquam veriori, (& meo iudicio receptissima) quod solo Iure Ecclesiastico annexa sit continentia sacris ordinibus cum D. Thom. 2. 2. quæstione 88. articulo 11. in fi. corpor. & quamplurimis alijs magni nominis Theologis, & Canonistis, quam probo cum eisdem.

12 Similiter ibi num. 9. cum sequentibus latissimè agit de alijs in proposito, an scilicet præd. obligatio, qua tenẽtur sacris initiati ad cõtinentiã seruandam sit ex mera constitutione Ecclesiæ hoc illis præcipiẽtis, vel ex voto, quod Ecclesia annexit ordini sacro.

13 Superiora limitãtur in promoto inualide ad sacros ordines, qui tamẽ vere promoueri voluit, at ordo fuit irritus defectiõe aliquo substãtiali requisito, aut quia ordinãs se finxit Episcopũ: eo nãque sic ordinato si matrimonium contrahet, validum erit matrimoniũ iuxta glossam verbo approbatis in c. vnico de voto in 6. & ibi Archid. n. 3. Ioan. And. ad fin. Dominic. nu. 14. & alios allegans Thom. Sanch. vbi supra, n. 13. vbi eam verissimã appellat addẽs cũ Palud. Supplemen. Gabriel. verius esse in hac specie hunc sic ordinatũ ad nihil prorsus obligari, tametsi Ioan. Andr. Dominic. ac Brunel. quos ibi prius retulerat, tenuerint saltẽ voto simplici teneri ad castitatẽ ac proinde peccare matrimoniũ cõtrahẽs, prima tamẽ sententia negatiua mihi in hoc dubio verior videtur.

14 Secundo limitãtur in promoto siue assumpto ad ordinem sacrũ vi præcisa, quia cũ desideretur volũtas, nõ valet ordo nec character recipitur, vt cõstat ex ca. maiores de Baptism. & hoc cõstat inter omnes teste Tho. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 29. nu. 1. quidquid cõtrarium probabilius censeat Fr. Basilius de Impediment. matrim. cap. 3. §. 4. fol. 67.

15 Deniq; sunt, qui in assumpto ad ordinẽ sacrũ metu affirmẽt, obligare eũ ordinẽ ad cõtinẽtiã, ac proinde matrimonium postea celebratũ esse irritũ, quia sic ordinatus recipit caracterẽ ordinis, cui annexa est castitas, voluntas nãque coacta volũtas est, c. merito 15. q. 1. cum similibus.

16 Sic etiã videmus, quod metu baptizatus cõpellitur seruare fidẽ ac reliquas Ecclesiæ ll. eo quod caracterẽ recipiat, c. de Iudæis 45. dist. quod est ex Concil. Toler. 4. c. 56. huius opin. Authores pluſquã duodecim congerit Thom. Sanch. d. disputat. 29. n. 4. lib. 7. vbi eã valde probabilẽ appellat, eãq; probare videtur Rota in nouissimis, 1. p. decis. 560. nu. 7. cũ seqq. & Soto lib. 7. de Iust. & Iur. q. 2. art. 5. in solutione ad vltimũ argumẽtum post Sylu. in sum. verb. ordo 4. q. 1. d. 2. supplemẽtũ Summæ Pisanæ verb. ordinatus 1. n. 6. Tabien. verbo ordo 2. Armil. verbo ordo n. 14. Palud. in 4. distinct. 38 quæst. 3. art. 4. conclus. 6. nu. 28. D. Antonin. in 3. parte suæ Summæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

titulo 14.cap.16.in fi.& eſt lex Regia pro hac opinione 32. tit.6.p.1.ibi,*onde porque algunos dudaron ſi aquel que es ordenado por miedo podria recibir por la orden ſeñal dentro en el alma* (hoc eſt characterem) *ò non, departiolo el Derecho de Sancta Igleſia deſta manera, que ſi a alguno faze premia que reciba orden amenazandolo que le tomaran el beneficio ſi non ſe ordenare, mager aquel conſienta, por tal miedo como eſte pues recibio la orden de fuera ya finca el alma dentro ſeñalada por ella: demanera que es tenudo de viuir ſin caſamiẽto, ſi a la ſazon que lo ordenaron non era caſado: porq̃ la ordẽ ſagrada ha tal virtud que mager no prometa de guardar caſtidad el que la recibe, tenudo es de mantenerla*, & ibi Montalu.in fi.

Sed rurſus contrariam ſententiam, ſcilicet aſſumptum ad ordinem ſacrum metu cadenti in virum conſtantem nullo iure cogi continentiam ſeruare, tenent gloſa in cap.vbi iſta, verbo honorẽ 74. diſtinctione: & ibi Hugo, & Archidiacon. in fi. & Dominicus ibi quoque in fin. gloſ. in c. maiores, §. vltimo, verbo conditionaliter in fine de Bapt. & ibi Hoſtienſ.eodẽ verbo numero 38. & Henrichus numero 7. & alij quamplurimi DD. Iuris Pontificij, & Theologi, quos refert Thom. Sanchez vbi ſupra, numero 5. inter quos Gregor. Lopez in d l.32. gloſſa, *que le tomara el beneficio*, vbi inquit, quod licet prima opinio videatur tutior, nempe, quod quando vis non fuit præciſa, ſed conditionalis, teneatur continere, tamen in rigore iuris illa videtur verior, quod quando fuit metus cadens in conſtantem virum, quod nõ teneatur continere, & ſic quod poſsit contrahere matrimonium iuxta opin. gloſ.d. cap. vbi iſta. Nauar. lib.1.conſil. titulo de his, quæ vi, in priori editione, conſil.ſecundo, numero 4. cum ſequentibus, & conſil. 3.numero 2. & conſil.4.numero 1. in poſteriori editione conſil.4. numero 4. cum ſequentibus, & conſil.2. numero 1. & 3. & conſil. 5. numero 2. & in Manual. Latino cap.22.numero 51. ad fin. & numero 52. Balthaſar Mogollõ in tractatu de his, quæ vi, cap. 8. §. 2.numero 13. vbi numero 5. refert tribus ſententijs ſe obtinuiſſe in iudicio hunc non teneri continere, & deciſ. Rotæ Roman. nouæ diuerſorum 561.numero 1.ad fin. cum ſequentibus, vbi in fi. concludit ſtylum Rotæ hanc ſententiam approbare Manuel Rodriguez in primo tom. ſuæ ſummæ, ſecunda editione, cap. 224. numero 5. & ſecundo tom. cap.96. numero 4 concluſione 4. Emanuel. Saa in ſumma verbo ordo, numero 24. & alij, quos refert Sanch. vbi ſupra, cum ſuis fundamentis dicens numero 5. in principio, hoc ipſum cenſere eſſe probabilius; & inferens numero 6. poſſe hunc licite matrimonium contrahere ex mente Doctorũ, & aliorum, qui id in proprijs terminis docent, & numero 7. id ampliat, vt procedat quamuis metus non ſit cadens in conſtantẽ virũ, modo ſit talis, vt præ timore illo ordinatus eſſet, eoque ſecluſo minime ordinaretur, & numero 9. limitat ſecundam principalem opin. ſupradictam, quando metu quãtumuis graui initiatus poſtea ratificaſſet verbo, vel facto, vtens ſemel ordine accepto, idque ſine coactione aliqua, is namque impoſterum non poſſet reſilire, ſed tenetur continere adinſtar aliorũ clericorũ, qui ſponte ad ordines aſſumpti ſunt, ex rationibus de quibus ibi per eum, & allegans ita tenentes Nauar. Manuel Rodriguez, & Veg. & numero 11.reſpõdet fundamentis adductis pro priori parte.

Quid tenendum in præfat. articulo principali? ego vtramque opinionem cenſeo de iure probabilem, ſecundam vero magis receptam, & approbatam eſſe, & in praxi obſeruatam attento Iure Communi.

De Iure tamen noſtro Regio expreſſe approbatur prima opinio affirmatiua per d.l.32. in verbis ſupra relatis, & ibi notat Gregor. in principio gloſſæ, *que le tomara el beneficio*, ibi: quia coacta volũtas volũtas eſt, licet poſtea ad fi.d gloſſæ obliti verborum d.legis dicat ſecundam videri veriorem iuxta gloſſam d. cap. vbi iſta, quæ gloſſa loquitur attento Iure Cõmuni, ſed præd. l. Regia decidit expreſſe contrarium aſſerens, *que anſi lo departio el derecho de Sancta Igleſia*, & ſic Ius Canonicum. Vnde in noſtris Regnis proculdubio videtur tenẽda, & obſeruãda præd. prima ſententia attenta d.l. Regia eam approbante, & declarante ſic deciſum eſſe Iure Eccleſiæ hoc eſt Canonico, & præterea fortiſsimis quoque fundamẽtis probata remaneat Iure Cõmuni d. prima ſententia, ſecũda vero quamuis ſit receptior, non tamen Iure Canonico reperitur expreſſe probata, ſed tantum aliquibus fundamentis, & argumentis, & authoritate plurium Doctorum ſequuta, vnde merito, vt deficiente expreſſo Iure Canonico recurrendum ſit ad Ius noſtrum Regium tanquam commune in ſuis Regnis maxime declaratorium Iuris Canonici, iuxta tradita per Didac. Perez quæſt. 3. proœmialii per totam.

17 Limitatur tamen eodem Iure Regio d. prima ſententia, *quando aquel que ordenaron por miedo nunca conſintio, mas con tradixo toda via, que en eſte caſo dize la* d. l.32. in verſiculo, *mas ſi aquel que no recibe la orden nin finca ſeñalada el alma dedentro por ello, ca la voluntad con el conſentimiẽto en vno faze ſeñal en el alma dedentro*, & ibi Gregor. in gloſſa fi. intelligit hũc verſi. illius l. in coactione abſoluta, vt in c. maiores, §. penultimo, & fi. de Bapt.

18 De ordinato autem ad ſubdiaconatũ, vel alium ordinem ſacrum ante vſum rationis, vel poſtea ante pubertatem an teneatur ad continentiam ac proinde matrimonium non poſsit poſtea contrahere, necne? agit late Thom. Sanch. lib.7. de matrim. diſputatione 30. per totam, ſed quia caſus hic eſt de raro contingentibus, eum hic examinare prætermitto.

19 Prima vero tonſura, & quatuor minores ordines non impediunt matrim. vt probat Sanch. d. lib.7. diſputatione 31. quod eſt proculdubio veriſimum, quia nullus eſt tex. id vetans, imo id expreſſe iure conceditur, vt ibi probat numero 3. vbi numeris ſequentibus late agit, an vlla culpa ſit reſilire à præd. minoribus ordinibus, & matrimonium contrahere, aut ſaltem eos ordines recipere abſque intentione ad ſuperiores aſcendendi, ſed nec etiam hoc eſt de noſtra materia matrimonij, ſed id ſolum de quo ſupra egimus in hoc cap.

Alia de tranſitu coniugis ad religionẽ, & ſacros ordines ante conſummationem matrimonij, & poſtea latè tractat Fr. Baſilius de impedimẽt. matrim. cap. 19 in principio cum ſuis §§. apud ipſum videnda quoties opus fuerit.

SVMMARIVM Cap. XCV.

1 LIcentia *vnius coniugis manentis in ſeculo poſt conſummatum matrimonium, non ſufficit ad hoc vt licitus ſit ingreſſus alterius coniugis in religionem, niſi vterque ad religionem migrauerit, præterquam in caſu ſenectutis, &c. vt hic.*

2 *Aetas quæ eſſe debeat tam in maſculo quam in fœmina poſt conſummatum matrimonium ad hoc vt coniux poſsit in ſeculo remanere.*

3 *Aetas potentiæ generãditam in viris, quam in fœminis.*

4 *Licentia Epiſcopi an ſit neceſſaria ad hoc vt coniux ſenes poſt ingreſſum religionis alterius poſsit remanere in ſeculo, conſummato tam matrimonio, & numeris ſequentibus.*

5 *Palatij opinio improbatur circa tranſitum religionis coniugis iuuenis altero religionem profitente.*

6 *Votum temporale coniugis manentis in ſeculo an ſufficiat altero religionem profitente.*

7 *Votum caſtitatis perpetuum coniugis manentis in ſeculo an efficiatur ſolemne, eo ipſo, quod alter profiteatur.*

8 *Coniux ſenes remanens in ſeculo ſuſpectus de incontinentia an debeat quoque profiteri?*

9 *Votum coniugis iuuenis remanentis in ſeculo non ſufficit, quamuis ita vitæ honeſtæ ſit, vt nullus incontinentiæ timor ſubſit.*

10 *Coniux manens in ſeculo ratificans alterius coniugis profeſsionem abs ſui licẽtia factam non indiget religionis ingreſſu, quamuis iuuenis ſit.*

11 *Profeſsio coniugis facta de licentia ſpõtanea alterius valida eſt, quamuis in ſeculo remanens iuuenis ſit & de incontinentia ſuſpectus.*

12 *Ordinis peruerſio, quando non eſt de ſubſtantia, non vitiat actum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peruersio ordinis quando de substantia non est actum, non vitiat, numero 12.
13 *Professio coniugis altero manente in seculo absque voto an valida sit?*
14 *Coniux professus à religione reuocatus per coniugem tenetur post mortem ipsius ad religionem redire in casu de quo hic.*
15 *Matrimonium initum à coniuge professo est irritum.*
16 *Aduersus altos de quibus hoc numero 16.*
17 *Coniux professus reuocatus ab altero coniuge tenetur ei debitum reddere.*
Non tamen debet petere, vt in numero 18.
19 *Professio coniugis facta altero coniuge ignorante, vel eo cõtradicente post consummatum matrimonium an valida sit.*
Limitatur numero 20.
21 *Coniux inualide professus transeundo ad aliud matrimonium peccat mortaliter?*
22 *Votum professionis factæ ab altero coniuge irritæ an habeat vim voti simplicis?*
23 *Coniux absque licentia alterius professus an teneatur ab ipso reuocatus redire post eius obitum ad religionem?*
24 *Coniugi licentiam concedenti alteri cõiugi metu cadenti in constantem virum extortam, integrum est professum repetere; secus quando metus leuis fuit.*
25 *Coniux manens in seculo potest reuocare licentiam a se præstitam dolo graui alteri coniugi ad ingrediendum religionem.*
26 *Coniux manens in seculo, qui non præstitit licentiam alteri coniugi ingrediendi religionem, sed tacuit, potest eum reuocare à religione.*
27 *Professus absque alterius coniugis licẽtia aut cum ea, dolo aut metu extorta an possit resilire coniuge altero adulterante.*
Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap. 19 intellectus.

CAPITVLVM XCV.

De licentia coniugis, & alijs requisitis ad hoc vt alter coniux post consummatum matrimonium possit in religione profiteri? & quid quando id fit absque consensu remanentis in seculo?

1 LICENTIA vnius coniugis manentis in seculo post consummatum matrimonium nõ sufficit ad hoc, vt sit licitus ingressus alterius coniugis in religionem nisi vterque ad religionem migrauerit, præterquam si manens in seculo sit senex, & absque incontinentiæ suspitione, tunc nãque requiritur, vt is votum castitatis emittat, ita expresse deciditur in cap. cum sit, & in cap. vxoratus, & in c. ad Apostolicã de conuers. coniug. iuxta quam distinctionem est intelligendus textus in cap. 1. eodem titulo, in quo omnes communiter conueniunt.

2 Quæ autem ætas sit in hoc proposito senectuti tam fœminæ, quã masculo agit latè Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio disputatione 32. numero 15. & 16. vbi relata opinione Soti, & aliorum existimantium ætatem 60. ann. requiri ad hoc vt fœmina dicatur senex, ipse Sanch. censet nẽ videri hanc ætatem in proposito præscribendam senectuti, sed id prudentis arbitrio committendum, & tandem numero 16. versiculo ex his ergo, existimat virum sexagenarium esse dijudicandum ad hũc effectum senem, vt docent Authores numero præcedenti ab eo citati, & fœminas quinquagenarias credit esse senes ad eundem effectum.

3 Quia licet secũdum Aristotel. & alios Authores, quos allegat vt plurimum finis generandi sit viris septuagesimus annus, mulieribus quinquagesimus, demum tamen sexagesimus annus est iam communiter viris terminus generandi attento naturali generãdi statu, quod si contrarium contingat, accidenti potius quam naturæ tribuendum est, vt ibi probat, cuius opinionem in hoc probo.

4 Dubium tamen est, vtrum sit necessaria licentia Episcopi in casu dictorum iurium? Et quidem pro parte affirmatiua adduci solet tex. in cap. si vir, & vxor 27. quæstione 2. inquit enim: si vir, & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat, glossa iuxta tex. in d. cap. primo de conuersione coniug. verbo reuocari, dum dicit: si coniux senex sit sat esse votum eius in seculo interueniente Episcopi authoritate, & eam exigi docent Hostiens. in d. cap. cum sis, numero 3. super verbo permittas, & in d. cap. vxoratus numero vnic. super verb. publico, & ibi Ioãnes Andr. numero 1. super verbo conspectu Ecclesiæ, & Anchar. ibi numero 4. notabil. 3. Ant. de Butr. numero 4. Cardin. in fin. & esse de substantia valoris professionis tenent nõnulli, quos refert Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 32. numero 3. explicans præfatam licentiam Episcopi posse ad tria requisita esse: Primum ad valorem professionis, secundum vt recte fiat, quasi sub præcepto sit ea petenda, tertium ne coniux quamuis legitime professus possit reuocari ad coniugem manentem in seculo: sicut reuocari potest quando coniux manens in seculo non vouit continentiam, sed concessit licentiam, vt dicitur in cap. 1. de conuersione coniug. quamuis tunc professio fuerit valida.

Quod primum censet Sanchez vbi supra, eam Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis valorem ex fundamentis de quibus ibi per eum, & ita sentiunt glossa in d. cap. si vir, verbo conscientia, & alij quãplures Canonistæ, & Theologi, quos ibi citat, nec dissentit l. Regia secunda, ibi. *Pero deue ser fecho por mandado del Obispo, o de alguno de los otros Prelados de la Sancta Iglesia, que hã poder de lo mandar*, non enim hoc requirit l. illa tanquam necessarium ad professionis valorem, sed de honestate; teneret itaque ingressus, & professio in specie præmissa sine licentia Episcopi, vt cum glossa, & cæteris DD. tenet ibi Gregor. Lopez in glossa, *del Obispo*, & cum eo Sanch. vbi supra, sic intelligens d. l. Regiam, & mihi quoq; placet. ¶ Quoad secundum similiter verba d. cap. si vir, ibi: nullatenus sine Episcopi conscientia fiat non inducunt præceptum, sed honestatem, vt tenent, & docẽt ibi Archidiacon. numero primo, super verbo fiat, & Bellam. numero vnic. & alij quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra addens ex Ioan. Andr. & Cardinal. consuetudine receptum esse, vt ea licentia non petatur.

Quoad tertium existimat Sanchez nihil ad rem facere defectum licentiæ Episcopi, aut eam interuenisse quoad reuocationem, vt ibi bene probat. Magister Michael de Palatio noster Cõcanonicus in quarto, distinct. 27. disputatione secũda, columna 33. versic. quo circa, fol. 589. censet transitum ad religionem coniugis iuuenis, vt alter licite profiteatur, nõ debere esse ad professionem emittendam, sed potius vt ibi inclusus à vagationibus arceatur, atque ideo consultum sit incontinentiæ periculo, præstatque huic opin. argumentum tex. in cap. vxoratus de conuers. cõiugat. ibi: Si autem fuerit talis, quæ suspitione non careat, voto continentiæ celebrato, à secularium hominum conuersatione remoueatur.

Hæc tamen præd. Authoris opinio vera quidem non est, ac proinde non tenẽda, sed imo necessarium esse vt coniux ille iuuenis profiteatur, vt probatur in eodẽ cap. vxoratus in verbis immediate sequẽtibus ibi, & in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuo cõmoretur: & expressius in cap. cum sis de conuers. coniug. ibi, nisi vterque ad religionem migrauerit, & in cap. primo, eodem tit. ibi, nisi vxor ad religionem transierit: & in cap. Agathosa 27. quæstione secunda, ibi, postquam copulatione cõiugij viri atque mulieris vnũ corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte manere in seculo, & in terminis hanc sententiam tenent Abb. in d. cap. vxoratus numero 3. & in cap. accedens, numero 2. eodem titulo de conuers. coniug. Sylvest. in summa, verbo diuortium, quæstione 13. numero 2. Dominic. à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 4. columna antepenultim. vers. potest & vnus, Palatios sibi contrarius in quarto, distinctione 32. disputatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne secunda, columna 10. folio 718. in vers. at vrgentior est, & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. de matrimonio, disputatione 32. numero 4. ad fin. vbi etiam, quod non est satis, si profiteatur vir assumpto habitu Equitũ Diui Ioãnis, quia etsi ea sit professio solemnis, at hi remanent in seculo cum periculo incontinentiæ, quod est contra tex. in d. cap. vxoratus.

6 Nec sufficit votum temporale coniugis manentis in seculo, nempe dum coniux professus superstes fuerit, vt in d. c. 1. de conuersion. coniug. ibi: nisi vxor ad religionem transierit, aut perpetuo castitatem seruare promiserit: & in c. ad Apostolicam eodem tit. ibi, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat, ita tenent Hostiens. Ioan. Andre. Ant. de Butrio, & alij, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 5. estque verisimum, & tenendum.

7 Illa tamen quæstio in proposito difficilis admodum est, an scilicet votum castitatis perpetuum coniugis manentis in seculo, efficiatur solemne, eo ipso, quod alter profiteatur: ac proinde irritum reddat matrimonium contractum contra id castitatis votum à manente in seculo post obitum coniugis professi? in qua plures DD. affirmantes, & alios negantes refert Thom. Sanch. vbi supra, numero 6. cũ sequentibus, existimans numero 8. nulla ratione id votum effici solemne, ex glos. in cap. seriatim: verbo post mortem, distinctione 32. & alios quos citat resoluens matrimonium post obitum viri professi celebratum ab vxore esse validum, quamuis peccet contra votum simplex: quæ sentẽtia mihi verior, & tenẽda videtur, siquidẽ in proposito de quo agimus (quidquid sit de ordine sacro à viro de licentia vxoris assumpto) nullus tex. probat contrarium, & cum sit res odiosa, & in matrimonij præiudicium non venit extendenda.

8 Illud autem obseruãdũ est in proposito, quod si coniux senex in seculo manẽs suspectus sit de incontinentia, non sufficit eius votũ in seculo, sed requiritur vt ad religionem transeat, iura nãque de hac materia agentia non solum, & absolute ponderant ætatem, sed simul vt coniux in seculo manens de incontinentia suspectus nõ sit: cap. cum sis, & cap. vxoratus, & cap. ad Apostolicam, & cap. significauit de conuers. cõiugat. Ratio præterea, quare iura id decreuerunt, est, ne coniux religionem profiteatur, manente altero in seculo cũ incontinẽtiæ periculo, cui cõsulere voluerunt, ergo in quacumque ætate id periculum sit, manet ratio prohibitionis, & hanc opin. ita latissime comprobat, & tenet cũ alijs respondens difficultatibus contrarijs Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 32. numero 9. per totum.

9 Vbi numero 10. quod nec etiam sufficit votum præd. vbi coniux manens in seculo est iuuenis, quamuis ita honestæ vitę sit, vt nullus incontinentiæ timor subsit, & numeris sequentibus alia pertractat vtilia in proposito, quorum illud satis notabile est.

10 Quod si alter coniux absque alterius licentia professionem faciat, ac manens in seculo ratificare velit, non indigit religionis ingressu, quamuis iuuenis sit, sed satis est in seculo castitatem vouere, vt ibi per ipsum alios allegantem, numero 14.

11 Deinde & secundo scire oportet, validam esse professionem coniugis de licẽtia spontanea alterius emissam manentis in seculo cum voto castitatis, licet hic sit iuuenis, & suspectus de incõtinentia; quoniam non est de substantia professionis cõiugis professio alterius, sed tantum desideratur, quando hic est iuuenis, vt professio alterius licite fiat, nõ ergo est nulla si prætermittatur hic ordo.

12 Peruersio autem ordinis, quando non est de substantia, nõ vitiat actum, vt in l. 1. & ibi Bald. C. de appell. Bart. in l. prolatam, C. de sentent. &c. DD. in cap. exhibita de iudic. & in terminis, de quibus agimus, ita tenet Federic. de Senis consil. 37. ad fin. Hostiens. in summa titulo de conuers. coniug. numero 8. Innocent. in cap. primo, numero 1. verb. seruare, eodem titulo, & ibi Abb. numero 8. dicens esse omnium, Anchar. numero 3. & Cardin. in finẽ, Aretin. consil. 59. numero 8. versic. si ergo, Summistæ Rosell. verbo impedimẽtum, impedimento 11. in principio. Syluest. verbo matrim. 8. quæst. 12. dicto 4. Tabiena verbo matrimonium 1. quæst. 3. numero 4. Dominic. à Soto in quarto, distinctione 27. quæstione 1. articulo 4. columna penultim. versic. casus autem, Nauar. lib. 3. consil. titulo de conuers. coniugat. in priori impressione, consil. 5. numero 3. & in posteriori consil. 14. numero 3. Gregor. Lopez in l. 12. in glossa, *vale el casamiento*, titulo 7. partita 1. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 9. & alios referens, & dicens esse certum Thomas Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 33. numero 2. & ita proculdubio est tenẽdũ, quicquid contrarium teneat Angles, quẽ ibi nuncupatim citat, & improbat.

13 Et quamuis non desint, qui præfatam communem, veram, & receptissimam sen- 16
tentiam limitent, vt non procedat, quando coniux manens in seculo nullum votũ emisit asserentes tunc nullam esse præfatam professionem alterius, vt sunt Innoc. in cap. quidam, statim in principio, & numero 3. & 4. de conuers. coniugat. Victor. in summa de matrimonio, numero 253. & Emanuel Saa in summa verbo religio. numero 33. verissima tamen sentẽtia est in contrarium, imo quod etiam in hoc casu præfata professio sit valida, tum eisdem rationibus, quibus idem probauimus in priori casu: tum etiam ex cap. ex parte, *el primero*, de conuers. coniug. & c. Agatosa 27. quæstione 2. & in terminis hanc sententiam tenent glossa in d. cap. vxoratus, verbo nullatenus, & in cap. ex parte, *el primero*, in fin. de conuers. coniug. & alij quamplures DD. Iuris Pontificij, & Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 33. numero 4. ex quibus constat hanc esse verissimam, & receptissimam sententiam.

14 Tertio animaduertendum est, coniugem professum à monasterio reuocatum eo quod defecerint aliqua iure requisita, & coniugi restitutum, teneri, eo coniuge defuncto ad monasterium redire, quia vere professus est, ac solum coactum redire ad coniugem manentem in seculo ad consolendum periculo incontinentiæ, quæ morte cessat, ita decidit expresse tex. in d. cap. ex parte, *el primero*, de conuers. coniug. & tenent glossa in d. cap. Agatosa verbo debeas 27. quæstione 2. Hostiens. in summa de conuers. coniug. numero 8.

Abb. in capit. primo, numero 8. eodem titulo, Gregor. Lop. in l. 12. in glossa, *vale el casamiento*, titulo 7 partita 1. & alij plures vtriusque Scholæ Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanch. vbi supra, numero 5.

15 Vnde cum alijs inferens, quod si professus ille aliud matrimonium tunc ineat, erit irritum huiusmodi matrimonium ratione voti solemnis in illa professione valida emissi, sed meo iudicio debebat dicere in illa professione inualida, non vero valida, & sic defecit in litera Sanchez dictio in, vt patet ex d. cap. ex parte ibi: de iure, &c.

Quare nescio, quo iure potuerit dicere Palatio in quarto, distinctione 32. disputatione 2. columna 13. & 14. præfatam professionẽ reuocatione cassari, ac proin de matrimonium postea initum esse validum, quem sequutus est Vega in summa secundo tom. cap. 34. casu 104. § *lo tercero*, hoc enim est cõtra tex. in d. cap. ex parte, *el primero*, de conuers. coniug. & contra communem præfatam opinionem huius tertiæ obseruationis, & ideo merito eos reprehendit Thom. Sanch. d. numero 5. ad finem.

17 Quarto obseruandum est in præmissa specie, professum hunc reuocatum ad coniugem manentem in seculo teneri illi debitum reddere, alias nãque frustra fuerit reuocatio, nec per eam consuleretur incontinentiæ manẽtis in seculo, imo graviori periculo exponeretur, licet enim cõiux concedens licentiam profitendi videatur iuri suo renuntiare ac proinde videatur alterum non teneri reddere debitum, attamen, quia renuntiatio non fuit sufficiens, & perfecta defectu modi ab Ecclesia præscripti, suspenditur voti exequutio ad hunc effectum, vt reddere teneatur, vt tenent Scotus in quarto, distinctione 32. quæstione vnic. Paludan. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. d. disputatione 33. numero 6.

18 At hic professus tenetur non petere debitum secundum Scotum, & Sanchez vbi supra contra Turrecrem. tenentem neutrum posse exigere: sed & alias quæstiones huic materiæ concines differit latẽ Sanch. d. disputatione 33. numero 8. cũ sequen-

sequentibus, apud quem sunt videndæ.

19 Hactenus egimus de professione coniugis facta cum licentia alterius coniugis: nunc videamus an professio cõiugis post consummatum matrimonium facta, ignorante altero coniuge, vel eo sciente contradicente tamen valida sit, & an potius professus reuocandus sit à religione, sicque reuocatus ad quid teneatur?

Et in hoc de viro professo vxore cõtradicente, & ad eius instantiam reuocato, decidit tex in cap. quidam de conuers. coniug. quod votum non tenuit, vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: & quod vlterius non poterit vxorem accipere, quia promisit se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc votum tenuit, & in mulie re quæ virum defunctum credens professa est, & postea à viro reuocata, respõdet Summus Pontifex in cap. placet de conuers. coniugat. quod licet votum eius vsquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare, promisit enim intrando monasterium se non exacturum carnis debitum, quod erat in potestate ipsius: redire vero ad seculum non erat in eius potestate, & 21 ideo quantũm ad ipsam tenuit votum, cõsultius itaque inquit Summus Pontifex ibi, & ei congruentius ad salutem, vt ad monasterium redeat, si vero ad hoc inducinon poterit ipsa inuita non est cogẽda.

Proculdubio igitur est iuxta iura præd. professionem illam non habere vim voti solennis professionis: habebit tamen vim voti simplicis, & obligat cõiugem in quãtum se obligare potuit, nempe vt in eo matrimonio abstineat se à debiti exactione, & eo per mortem soluto ab alio matrimonio ineundo, & ab alijs quæ aduersantur castitati promissæ; tenebitur tamẽ ad coniugem reuocatus reddere illi debitum, vt probant præd. textus. Hæc tamen recte 22
20 intelligit Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 34. numero 3. Nisi coniux ille emitteret votum castitatis in ea professione dependenter ab illa eiusque valore, & ex fine immediato permanendi in religione: tunc namque in virtute talis 23 intentionis ad nihil voluit obligari cassata illa professione. Vnde vt professionem irritam faciens maneat voto simplici ligatus, desideratur intentio obligandi se independenter à professionis valore atque eam intentionem præsumit ius, vbi de cõtraria non constat, vt patet ex dictis iuribus.

Vnde eo casu, quo id votum castitatis obliget iuxta superiora, ratione illius voti castitatis coniux inualide professus, & ad alterum reuocatus, non solum non poterit exigere debitum cogendo, sed etiam humiliter id petere non poterit, vt cum Alber. & alijs pluribus Authoribus recte probat, & tenet Sanch. vbi supra, numero 4. contra Nauar. in suo Manual. ca. 12. numero 60. & Henriquez de matrim. lib. 12. cap. 2. numero 9. & lib. 11. cap. 15. numero 9. tenentes exactionem debiti coactiuam in præmissa specie esse prohibitam in dictis iuribus, non vero humilem debiti petitionem, hoc nãque falsum est, cum vtrumque censeatur prohibitum ratione d. voti castitatis, quia etiam humilis petitio debiti est prohibita ratione voti castitatis in præmissa specie emisso, eo casu, vt prædiximus, quod id votum castitatis obliget.

Soluto tamen eo matrimonio coniux ille inualide professus in specie præmissa transeundo ad aliud matrimonium peccabit mortaliter tamquam voti simplicis castitatis violator: matrimonium tamen huiusmodi validum erit ac ratum: quia id votum non fuit solemne, sed simplex, ita tenet glossa in d. cap. Agatosa, verbo debeas 27. quæstione 2. & est communis, & receptissima sententia, vt constat ex numero plurimorum Authorum, quos ad hoc congerit, & sequitur Sanch. d. disputatione 34. numero 5. lib. 7. & probatur in l. 12. titulo 7. partita prima, & ibi Gregor. Lop. in glossa vale, & eam tenent Summistæ omnes quos nũcupatim ibi refert Sanch.

Sed an votũ illud religionis emissum in ea professione irrita vim habeat saltem voti simplicis religionis, agit Thomas Sanchez vbi supra, numero 8. cum 2. sequentibus probans numero 10. latissime id votum religionis omninò fuisse irritum.

Inde inferens numero 11. ad decisionem illius quæstionis an coniux absq; licentia alterius professus teneatur ab ipso reuocatus redire posterius obitum ad religionem? 24

Glossa namque in d. cap. quidam, verbo non tenetur de conuers. coniug. affirmat eum ad id teneri ac peccare non redeundo explicans illum tex. dum expresse dicit non teneri redire, idest non esse cogendum ab Ecclesia, atque ita d. cap. placet eodem titulo loquens in eodem casu dicit inducendum esse redire, non tamen cogendum, quam glossam sequuntur quã plures Authores, quos ibi ad hoc citat, & pro eadem l. expressam 12. titulo 7. partita 1. & refert alios dicentes posse hunc cogi redire ad religionem non ad petitionẽ 25 monasterij, sed ex Episcopi officio, cuius est cogere à peccato resilire.

Verũ cõtraria sententia, nẽpe hũc culpæ immunẽ esse quãuis ad religionẽ non redeat, verior lõge est ac tenẽda ex tex. in d. c. quidam de cõuers. cõiug. vbi asseritur hũc post cõiugis obitũ non teneri ad religionẽ redire, culpa ergo vacat nõ rediẽs, quia vbi obligatio non est, transgressio nullã culpã inducit. præterea si esset peccatũ eo casu ad religionẽ non redire, eũ obligaret Ecclesia ad redeundum, cum igitur hoc non faciat, sed imo declarat, eum nõ teneri ad religionẽ redire, vt expresse cauetur in d. cap. quidam: ergo non peccat non redeundo ad religionem soluto illo matrimonio, quia Ecclesia nihil disponit cũ peccato. Deinde quia in d. c. placet eodem tit. solũ dicitur consultius, & cõgruẽtius ad huius salutẽ fore, vt ad monasteriũ redeat, ergo ad id non tenetur de rigore neque peccat non redeundo, quia ductus authoritate Iuris Canonici non redit, vnde præfat. l. partitæ aliud decidens cũ Authoribus prioris partis stante Iure Canonico præfato in contrariũ non habuit vim nec potestatẽ obligãdi ad peccatũ, tandẽ quia votũ illud religionis, vt prædiximus fuit prorsus irritum: quare merito hanc se 26 cundam sententiã melius, & rectius probarũt, & tenẽt alij plures Authores, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, n. 12.

Ex supra dictis etiam alia plura deducit numeris sequentibus vsquẽ in fin. idem Author, ad quem recurrendũ erit in materia, & mature differenda, quæ ibi latè pertractat, quoties casus contigerit.

Coniugi autem licentiã cõcedenti alteri coniugi metu cadenti in constantẽ virũ extortã integrũ est professum repetere, secus, quando metus leuis fuit, vt cõstat ex tex. in c. accedens de conuers. coniug. & in terminis docẽt quãplures DD. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 35. num. 1. cũ sequẽtibus, vbi eã latè probat, & plura ex ea deducit, & tandem nu. 8. omnia dicta per ipsum in disputatione præcedenti de coniuge absque licentia professo (quorum aliqua prædiximus) dicenda esse de professo cum licentia metu extorta.

Similiter, quando licentia fuit dolo graui extorta coniux manens in seculo poterit reuocare professum: tex. in cap. veniens ad fin. ibi: super reuocatione ipsius, &c. vbi mulieri concederetur reuocatio viri, qui dolo licentiam extorserat nisi fuisset fornicaria; atque ita hoc in terminis tenent Canonistæ, & Theologi quos referunt, & sequuntur Gregor. Lopez in 2. glossa, *gelo estorgasse*, titul. 10 partita 4. & Thom. Sanch. d. disputatione 35. num. 9. vbi etiam Summistas citat.

Et quãuis in præmissa specie glossa in d. c. veniẽs verbo captiose, de conuers. cõiug. & ibi Abb. Anchar. & Cardinal. tenuerint præfatã licẽtiã fuisse validã eo q dolus in his spiritualibus non nocet: verius est professionẽ illã esse irritã, & nullam, vt cum Hostiens. Ioan. Andr. Cardin. Palacio, & Petro de Ledesma rectius probat, & tenet Sanch. d. disputatione 35. nu. 10. addens se credere, vt nec vim voti simplicis religionis habeat ea professio, sed solius castitatis quoad abstinendũ à debiti petitione, & ab alio matrimonio, quãuis si iniretur, validũ esset, & tandẽ nu. 12. inquit in hoc euẽtu omnia dicẽda esse, quę numeris præcedentibus vsque ad nu. 9. dixerat, quando licentia fuit metu extorta.

Quando vero cõiux in seculo relictus nec cõsensum, nec dissensum præstitit, sed sciẽs alterius ingressum tacuit, & dissimulauit, concordant DD. licitũ esse manenti in seculo professum reuocare, quia licentia desideratur, vt cõiux eo iure priuetur, sola autẽ dissimulatio nõ est licẽtia, vt plures allegãs post Greg. Lopez vbi supra affirmat Sanch. qui num. 13. id indistincte

pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

probat siue coniux dissimulans norit ius, eam taciturnitatem reputari consensum, siue id ignorauerit,& numeris sequētibus
27 alia vtilia in proposito declarat.& disputatione 36.latè agit an cōiux professus absq; licētia alterius coniugis,aut cum ea, dolo, aut meru extorta possit resilire coniuge altero postea adulterante.
28 De intellectu autem tex. Decreti Cōcil. Trident. sessione 25. de regular. cap. 19.ibi:quicumque regularis prætendat se per vim, & metum ingressum religionē, &c.latissimé agit idem Thom. Sanchez lib.7.de matr.disputatione 37.per totam, vbi octo quæstiones principales agitat apud ipsum videndas quotiescumque casus occurrerit, hic autem eas examinare non libuit ne materiam matrimonialem latius,quam oporteat,extendamus.

SVMMARIVM Cap. XCVI.

1 CONIVGATVS *ad sacros ordines promoueri non potest nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus.*
Nec tunc est necessaria licentia Episcopi, vt in numero 2.
3 *Coniuges non sunt permittendi simul cohabitare quando vir de licentia vxoris profitentis continētiam, ad sacros ordines est promotus, vt hic.*
4 *Coniux ad sacros ordines promotus sola spontanea vxoris licentia absque alijs à iure requisitis, an possit ab ipsa reuocari?*
5 *Vxor,quæ voto castitatis emisso,licentiã concessit viro ad sacros ordines suscipiendos,redditur inhabilis ad matrimonium contrahendum post viri vitam,& an de facto contractum dirimatur?*
6 *Vxor,quæ contradixit ordini sacro suscipiendo à marito ; eaque reluctante maritus fuit sacris initiatus, non prohibetur eo mortuo matrimonium inire.*
Et quid in vxore tacite consentiente virum sacris initiari? numero 7. & numero sequenti.
9 *Maritus ad hoc vt possit ad dignitatem Episcopalem promoueri, vltra licentiam vxoris, necessaria est quoque ipsius professio in religione.*
10 *Maritus ordines sacros suscipiens absque licentia vxoris an irregularis efficiatur?*

CAPITVLVM XCVI.

De requisitis ad hoc vt vir ex licentia vxoris possit ad ordines promoueri?

1 TEXTVS in cap. coniugatus de conuers.coniugat.decidit, vt nullus coniugatorū ad sacros ordines promoueatur,nisi ab vxore contrientiam profitente fuerit absolutus:non igitur desideratur ingressus in religionē vxoris siue senex , siue iunior sit,sed satis est in vtroque euentu, vt castitatem in seculo voueat, nec sufficit licentia sola vxoris absque præd.voto,hoc namque necessarium est,vt probari literaliter videtur in d. cap. coniugatus:hanc sententiam tenet glossa in cap.Episcopus, verbo sequestrato 77.distinctione,& in cap.quia sunt,verbo religiosam 28.distinctione,& in d.cap. coniugatus,verbo cōtinentiam,& in cap. 2. verbo castitatem de cleric. coniug. & in Extrauag. antiq. Ioan. XXII. de voto verb. nouerit, l. 40. in principio titulo 6. partita 1. & sequuntur plures relati per Thom. Sanch. lib.7. de matrimonio,disputatione 39.numero 1. vbi quod hæc sententia est valde probabilis, & numeris sequentibus alias quatuor opiniones refert in hoc,quarum quintam cæteris probabiliorem existimat n.6.nempe quod si vxor sit senex non suspecta de incontinentia, sufficiat votum continentiæ ipsius in seculo:secus si iuuenis sit,tunc namque requiritur ingressus ipsius in religionem:tex.igitur in d.cap.coniugatus iuxta hanc distinctionem intelligendus, & restringendus est ex tex. in d. cap. Episcopus distinctione 77. ibi:religione promissa, &c. Præterea si vxor iuuenis professa compellitur ingredi religionem,vt cap. præcedenti diximus , à fortiori vxor promouendi ad ordines,

ordines,denique quia vxor iuuenis, quantumuis casta sit incontinentiæ periculo exposita manens in seculo,non ergo credendum est Ius Canonicum voluisse, vt ea manente in seculo vir ad sacros ordines promoueretur , & in terminis ita tenet glossa in cap. si se,verbo separetur 28. distinctione, D. Couar. alios allegans in quarto Decret. secunda parte,cap 6. §. 3. numero 3. Nauar. in Manual.cap. 22. numero 52 l. 38. in fin. titulo 6. partita 1. & ibi Gregor. Lopez verbo, *muy vieja*, & in l.2.verbo,*en orden*,tit. 10. partita 4. Anto. Cuch.lib.5. Institt. maio. tit.12. n.223. & alij quamplures Authores,quos refert & sequitur Sanch vbi supra,num.6.
2 Nec insuper est necessaria licētia Episcopi cum licentia vxoris, vt probauit Sanch.lib.7. disput.32.n.3.& disput.39.nu.7. contra Maiol. lib.1.de irregular,cap.4.numero 9.
3 Nec hi coniuges, si suspecti sunt, permitti debent simul habitare,secus si suspecti minime sint,quia tunc satis est cubiculum sequestrare,quippe qui Apostoli secum ad lucebāt vxores,vt eis ministrarēt; c. omnino distinct.21.ita docēt glos. in d. c. Episcopus,verbo sequestrato, & in d.c. volumus in fin. & ibi Hugo, Archid. Dominic. num.5. & Turrecremat. nu. vnic. Abb.in d. c. coniugatus n.5. de conuers. coniug. Francis. Marcus decis.734. nu.6. parte 2. quos sequitur Sanch.d.disput.39. n.8. addentes,quod etiamsi suspitione carerent,non sunt permittendi in eodem lecto,aut in eadem camera esse , sed solum in eadem domo :imo moraliter loquēdo existimat Sanch.& prudenter atque secure,nec in eadē domo habitare permittendi sint,quāuis ex se id sit licitū , non tamen vacat magno incontinentiæ periculo, aut saltem non leuem ansam iniquæ suspitionis,& scandali præbebit.
4 An autē vir ad ordines sacros promotus sola spontanea vxoris licentia absque alijs à iure requisitis,possit ab ea saltem ex iudicis officio ad consortiū coniugale reuocari,agit late Sanch. d. disput.39 n. 10. cū sequentibus: vbi relata opinione Dominici à Soto tenentis posse hunc professum, de quo agimus ,reuocari, quē sequitur Barthol. à Ledesm. quos citat:item & contraria communi sententia D. Thom. & aliorū,inquit Sanch.sibi placere eā distinctionem,vt siquidem vxor suum consensum præstitit non ignara iuris statuentis,quid ipsa efficere debeat , vt vir legitime promoueatur ad ordines, nullatenus reuocabitur vir eius promotus ad ordines solo cōsensu, secus si id ius ignorauit,vtuenent glos.in c. seriatim,verbo post mortē distinct.32. Henrich.in d.c. vxoratus numero 12. de conuers. coniug. & Angel. verbo matrim. 4. num.9. Ego vero opinionem D. Thom. & cōmunem sequor indistincte.
5 Vxor autē,quæ voto castitatis emisso dinē sacrum,redditur inhabilis ad matrimonium contrahēdū post viri vitā , quod si de facto contrahatur erit irritum matrimonium,vt voluit glos. in d cap. seriatim verbo post mortem 32.distinct.& expresse approbatur in d. l.40. tit.6.partita 1.ibi, *e otro si desque ouieren sus maridos muerto, que no se puedan despues casar , e si se casaren no vale* , & ibi Gregor. Lopez in glossa,*que ha en si la ordē*,& hoc inter omnes cōuenit teste Açor in sua summa lib. 13. c.14.q. 11. idem tenent alij quamplures DD. quos refert , & sequitur Thom. Sanch. d. lib.7. de matrimonio,disput.40. n.2.& 3.vbi numeris sequentibus hanc assignat legitimā rationē huius decisionis, quia scilicet Ecclesiastica constitutio ob reuerentiam ordinis assumpti à viro ex licentia vxoris vouentis castitatem reddit eam ad subsequens matrimonium inhabilem, vt dicunt nonnulli,quos ibi refert, & ante eum Açor vbi supra, & eam rationē primo loco reddit d.l.40 ibi , *la vna por la obligacion de la castidad que ha en si la orden*:quæ lex statim addit aliam rationem, sed est eadem cum dicta,nempe , *porque la Iglesia defendio ,que si los clerigos que son de ordenes sagradas ouiessen mugeres, è casassen ellas despues de su muerte de ellos,que no valiesse el matrimonio*, quod probatur in cap. quia sunt,& in cap.si se,distinctione 28. idem colligitur ex cap. si qua vidua,eadem distinctione, & ex cap. seriatim in fin. distinctione 32.

Ex quibus non est tenenda contraria sent. quorundam antiquorum, de qua per

Universidad de Deusto
Biblioteca

glos. in d. c. si se, ad fin. explicando textus contrariũ probantes vt intelligantur, quã do mulier professa est, quã opin. sequutus est etiã Dominic. à Soto lib. 7. de Iustit. & Iur. q. 5. art. 3. in solutione ad secundũ in fin. ea solũ ratione quod nõ sit cur id votũ efficiatur solẽne, ideoque secundũ hanc opin. licet peccet mulier, quæ voto castitatis emisso licentiã cõcesit viro ordinis sacri assumendi, non tamen redditur inhabilis matrimonio cõtrahendo post viri obitum, sed solum peccabit contra votũ: hæc tamen vltima sententia vera non est nec tenenda, vtpote contra præd. iura, quæ minime patiuntur præd. interpretationẽ sed indistincte probãt nõ valere matrim. contractũ post mortem viri in præmissa
6 specie. ¶ Limitatur tamẽ prior sentẽtia tenenda, quãdo vxor præd. licentiã ordinis sacri assumendi non concesit marito, sed imo vir ea reluctante est sacris initiatus, non enim videtur vxorẽ ad aliquid obligandam absque cuius consensu vir promotus est, secũdũ D. Thom. in 4. distinct. 37. q. 1. art. 2. ad 4. quẽ sequitur Sanch. d. disputatione 40. nu. 4. aduersus Açor. lib. 13. Instit. moral. cap. 14. quæst. 11.

7 Sed quid erit in vxore tacite consentiente virũ sacris initiari veluti, quia non expresse consensit, vel dissensit, sed conscia promotionis viri ad ordines dissimulauit? & tũc quidem inter omnes quoque conuenit, vt inquit Açor vbi supra, matrimonium ab vxore huiusmodi contractũ post mortem viri esse irritum: idem tenẽt glossa in d. ca. quia sunt, verbo fuisse 28. distinct. & ibi Archidiacon. & Dominicus, & alij plures, quos congerit, non tamen sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 40. num. 5. & approbatur hæc opinio in d l. 40. ibi: *la vna que non pueden casar despues que ellos son muertos, quser contradigan, o non quando se quisieren ordenar*: quare audiendum non esse censeo Thom. Sanch. vbi supra d. num. 5. ad fin. existimantem contrarium, nempe vxorẽ 10
dissimulantem id non pati detrimentum, quia sola dissimulatio in re tam ardua non reputatur consensus, nec iuri vxoris præiudicat, vt inquit se probasse disputatione 38. num. 15. vbi cum Sylvest. Armil. Ant. Cuch. & Açor tenet contra quamplures alios DD. quos citauerat numero præcedenti, nullum, ex dissimulatione vxoris, quod sacris initietur præiudicium generatur ipsi vxori ad repetẽdum virum: sicut idem esse probauimus in simili specie cap. præcedenti, num. 26. in versiculo quando vero coniux.

Sed nihilominus his non obstantibus in specie, de qua hic agimus, versiculo sed quid erit in vxore, tenenda est prior sententia cõtraria Sanch. tum quia ea verior est, & communis, & lege Regia probata: tum etiam, quia magna ratio diuersitatis militat inter casum nostrum de quo agimus mortuo viro, & altero reuocandi virum, in primo namque permansit mulier in sua scientia, & taciturnitate vsque ad mortem viri, vnde nimirum quod sibi noceat sua propria, & tam longa taciturnitas, & dissimulatio, quæ nihil aliud potest importare nisi consensum verum, & irreuocabilem: in secundo vero quoad reuocationem viri cum hæc fiat eo viuẽte, potuit etiam dissimulatio restringi, ac tẽpore limitari.

8 Rectius tamen meo iudicio censet Sãchez vbi supra, num. 7. supradicta omnia procedere circa nullitatẽ matrimonij ab vxore, cuius consensu expresso, vel tacito vir fuit sacris initiatus, contracti post mortem viri, quamuis vxor præd. iuris ignara esset, vt ibi bene probat cum Bonauentura, Turrecremat. & Gregor. Lopez contra alios, quorum opinionem esse piã, & probabilem profitetur.

9 Ad hoc tamẽ vt vir possit promoueri ad Episcopatũ vltra licentiã vxoris, necessaria est quoque professio ipsius vxoris in religione, vt cũ glos. & alijs pluribus Authoribus bene probat Tho. Sanch. d. lib. 7. de matrim. disput. 41. num. 2. contra nõnullos alios, quos retulerat n. 1. & n. 4. agit, quid quãdo maritus promouetur ad Cardinalis dignitatem, licentia vxoris, & refert opiniones.

10 An autẽ cõiugatus ordines sacros absque licẽtia vxoris recipiẽs sit irregularis, late agit Thom. Sanch. omnino videndus d. lib. 7. de matrimonio, disputatione 49. num. 1. cum pluribus sequentibus.

SVM-

SVMMARIVM Cap. XCVII.

1 BENEFICIA *per sponsalia de futuro non amittuntur.*

2 *Beneficia clerici sacris non initiati an vacent per matrimonium validum ab eo celebratum ipso iure, vel requiratur ad id iudicis sententia?*

3 *Clericus sponsam ducens de præsenti valide, non recuperat beneficium etiam alteri non collatum, quamuis ea ante copulam decedat, vel religionem ingrediatur.*

4 *Matrimonio valide contracto ab habente accessum, & regressum ad beneficium Ecclesiasticum vacat etiam accessus, & regressus.*

5 *Clericus contrahens matrimonium valide non potest priora beneficia retinere, sed tenetur ea statim dimittere.*

6 *Beneficia clerici matrimonium contrahẽtis possunt statim impetrari atque alteri conferri.*

7 *Clericus beneficiatus matrimonium contrahens, non potest beneficium, quod habet, renunciare.*

8 *Clericus coniugatus non debet admitti ad Ecclesiastica beneficia, neque ad sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasticas, nisi forte castitatem voueret perpetuam.*

9 *Pensiones Ecclesiasticæ an vacent per contractum matrimonij?*

10 *Beneficia clerici contrahentis matrimonium nullum ex causis iuridicis an vacent?*

11 *Beneficium curatum aut simplex recipiens aut retinẽs absque animo se sacris initiandi an peccet, & quando teneatur ad restitutionem fructuũ?*

12 *Matrimonium contrahentes scienter infra quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, item & Religiosi, Monachi, & clerici sacris initiati incurrunt sententiam excõmunicationis Canonis.*

13 *Clericus in sacris matrimonium cõtrahens an sit irregularis?*

CAPITVLVM XCVII.

De clerico beneficiato cõtrahẽte matrimoniũ valide vel irrite.

1 CERTVM est in iure beneficia non amitti per sponsalia de futuro, quia hæc statũ plene incompatibilem non inducunt, sed solum in via sunt ad illud comparandum, ita tenent Ioan. Andr. in cap. primo, numero 1. & in cap. Ioannes numero 23. de Cleric. Cõiug. & ibi alibique communiter Canonistæ, D. Couar. in 4. de spõsal. 2. parte, cap. 6. §. 3. num. 4. Nauar. in Manual. Latino cap. 25. num. 120. Minchanc. de succes. creat. lib. 3. §. 22. num. 47. Iulius Clar. lib. 5. recept. sent. §. fi. in Pract. crim. q. 73. n. 3. Dida. Perez, in l. 1. in verfic. tamẽ spõsalia tit. 1. lib. 5. Ordin. fol. 4. Mascar. de probat. cõclu. 182. n. 1. & vltim. cõgerit plurimos dicẽs hoc cõstare apud omnes Tho. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 42. n. 1. vbi improbat Ludo. Lopez ad dẽtẽ, quod secundum omnes est priuandus hic clericus beneficio, sed quod non est verum, nec aliquem inuenire potuit hoc dicentem.

2 Quod si clericus beneficiatus validum cõtrahat matrim. quãuis nõ desint, qui teneãt adhuc nõ vacare beneficiũ ipso iure sed expectãdã esse sentẽtiã, quia cõmunis sentẽtia habet nõ vacare beneficium ante sentẽtiã, quãuis Canõ statuat ipso iure amitti, vt per D. Couar. in 4. de spõs. 2. par. c. 8. n. 10. & in terminis videtur hoc tenere glos. in c. cõiugatus, verbo ad sacros de cõuers. cõiugat. & affirmant expresse Alex. Carrer. lib. 3. de spõsal. c. 3. & Manuel Rodrig. in sua Sum. 1. tom. in 2. editione, ca. 224. n. 1. certissimũ tamẽ est contrarium, imo quod per cõtractũ matrimonij validũ celebratũ à clerico in minoribus cõstitutõ vacẽt statim ipso iure eius beneficia, & hoc non est eo, quod vllum delictũ admiserit cõtrahẽdo matrim. vt sic sentẽtia iudicis desideretur, sed quod se vinculo incompatibili cum beneficio sponte sua innodet, ac proinde eo ipso iure per spõtaneam imissionem illud videatur ipso facto repudiare, & in terminis ita tenent glos. in cap. primo, verbo relinquẽda de Cleric. coniug. & ibi communiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

DD glos. etiã,& Scribentes in cap. vnic. verbo Clericis,de Cleric. coniug. in 6.D. Couar. in quarto de Spons. 2. parte cap. 6.§.3.n.4. Monral.in l.41. glos. vnic.tit.6, partita 1. & ibi Gregor.Lopez in glos. *el beneficio*. Iulius Clar. in Pract. Crimin. §.fi.q.73.n.5. Minch.de succes.creat.lib.3. §.22.n.45.Mascard.de probat. conclusione 182.n. 1.& 2. & nos lib.2. pract. q.104. n.3, & congerit infinitos, idem sequutus Sanch. disput. 42.n. 4. ex quibus patet hãc esse verisimã,cõmunẽ,& receptissimam sentẽtiam,& omnino tenendã, sicque nulla opus est ad hoc Iudicis sententia, vt in terminis explicant Açor, & Ant. Cuch. quos ipse Sanch. ibi ad finẽ refert,& sequitur;qui n.5.cum alijs Authoribus hoc ampliat etiamsi matrim. non fuerit consummatum,& numero 6.

3 Quod clericus hic nõ recuperat beneficium etiam alteri non collatum, quãuis sponsa nondum cognita decedat, aut ad religionem transeat.

4 Idẽ est in accessu,regressu, aut quibuslibet alijs iuribus ad beneficiũ Ecclesiasticum competentibus, vt si quispiam impetrauit gratiam aut rescriptũ ad præbendam vacaturam, vacant enim hæc omnia statim ipsoiure ad instar beneficiorũ per matrimoniũ validũ celebratũ ab eo, quia obtinebat,vel sibi competebat ius ad illa, quia matrimoniũ est status incompatibilis cũ beneficio,& omni iure ad illud competenti, vt bene iure probat, & sequitur allegans plures alios idẽ tenentes Thom. Sanch. vbi supra,nu.7.vbi numeris sequẽtibus plura ex supradictis deducit.

5 Primo,clericũ contrahentẽ matrimoniũ, nullatenus posse retinere priora beneficia, sed teneri ea statim dimittere;ita tenet Nauar. in Manual. Latin. c.25.num. 120. Angel. in Summa verbo Apostasia, num. 2. & iterum in verbo Clericus 5. nu. 1. Sylvest verbo Apostasia, q.3.n.8.in fin. & in verbo Clericus 2.num.2. versic. peccat vero in istis, Toled.lib.4.suæ Summæ cap.18. n.4. Manuel Rodrig. in 1.tomo suæ Sũmæ in 2. editione,ca.30.nu.vltim. & alios allegans Sanch. vbi supra,nu. 10. addens ex eisdem Angel. Sylvest. Nauar. & Toledo, quod Clericus præfatus peccaret retinẽdo, quia esset iniustus retentor rei non suæ, & in re grauissima, & tenebitur insuper si beneficiũ retineat ad restitutionẽ omniũ fructuũ à se post matrim. initum perceptorum secund. Açor, & Vegã,quos refert & sequitur Sanch.ibi dem d. numero 12.

6 Secũdo deducitur,beneficia huiusmodi Clerici coniugati, posse statim tanquã vacantia impetrari,ac alteri conferri,quia inito matrim. nõ iure, sed solo facto possider,Anchar. in c.quod à te, n.4. de Cleric. coniug. Açor lib.5. instit. moral. c.8. q.3. & Sanch. vbi supra,num.11.

7 Tertio infertur, minime posse præd. Clericũ matrim. iã cõtracto resignare beneficiũ in fauorẽ tertij,ita tenent Bernar. Diaz in practic. Canonica in noua editione,c.80. n.5. & Zeuallos in Pract. q.147. n.6.& Flami. Paris.de resignatione benef. lib.3.q.1.num.28. quos sequitur Sanchez vbi supra.

8 Clericus autẽ cõiugatus non debet admitti ad Ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines,aut administrationes Ecclesiasticas,nisi forte castitatẽ voueret perpetuã, & qui vnicã ac virginẽ habuisset vxorem; ita cauetur in ca.2. de Cleric.coniugat.de cuius tex. intellectu, quia difficilis est,vidẽdus erit quoties casus in praxi obuenerit Thom.Sanch. d. lib.7. de matrim. disputatione 42.num.16. per totum.

9 De pensionibus autem per contractum matrimonij an vacent ad instar beneficiorum, late agit, & distinguit idem Sanch. d. lib. 7. disputatione 44. per totam.

10 An vero vacent beneficia Clerici contrahentis matrimonium nullum ex causis iuridicis latissime quoque agit idem Author d. lib. 7. disputatione 43. per totam.

11 De eo denique qui recipit, vel detinet beneficiũ curatum, aut simplex vel pensionem animo non permanendi in statu Clericali, sed trãseundi ad matrimonium an peccet,& quãdo ad restitutionem fructuum perceptorum teneatur, & quando non? egimus lib.2. Canon. quæstionũ.c.5. nu. 20. cũ sequentibus, & latius nũc agit Sanch d.lib.7.disputatione 45.per totam, sed quia præfatæ quæstiones ad materiam ipsius matrimonij principalem, & immediatã non spectant, eas omitto hic.

Contra-

12 Contrahentes scienter matrimonium incestuosum cum consanguinea, vel affine infra quartum gradum à Iure Canonico interdictum absque dispẽsatione Apostolica,itẽ Religiosi, aut Moniales cõtrahentes matrimonium sacrilegum. Præterea clerici in sacris ordinibus constituti matrim. sacrilegum contrahentes, incurrunt excommunicationem Canonis, de qua in Clementina vnica de consang. & affinit. cuius tex. materiam latissime circa præd. excommunicationem declarat Thom. Sanchez lib.7.de matrimonio,disputatione 48. per totam, sed quia nos in hoc libro tantum agimus de matrimonio; non vero de excommunicatione sufficiat attigisse matrimonij nullitatem in præmissis speciebus:cæterum quoad excommunicationem incurrendam illis casibus,& in quibus non incurritur ex defectu rationis d. Clement. vnic. & alij iuridicis non est nostræ materiæ,ideo quoties opus fuerit videri potest apud præd. Authorem recte eam explicantem.

13 An autem clericus in sacris constitutus matrimonium contrahens sit irregularis, agit idem Sanchez in d. lib. 7. disputatione 49. numero nono,cum sequentibus.

SVMMARIVM Cap. XCVIII.

1 CONSANGVINITATIS *definitio.*

2 *Lineæ definitio.*

3 *Linea consanguinitatis est triplex vt hic.*

4 *Linea in alio sensu duplex est directa, & inflexa vt hic.*

5 *Lineæ cum fit mentio,de recta linea intelligitur, vt hic.*

6 *Linea alicuius sumitur sursum, & deorsum,non vero per transuersum.*

7 *Linea recta debet semper succedi in materatibus.*

8 *Frater quilibet constituit suam lineam, & alter frater nõ dicitur de linea sui fratris.*

9 *Stips quid sit & eius definitio.*

10 *Graduum computatio quomodo fiat. Iure Ciuili, Canonico, & Regio vt in numero 11. & 12. vbi littera l. 3. titulo 6. partita 3. refertur.*

13 *Matrimonium in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ, scilicet inter parentes, & filios est ipso iure naturæ irritum ac nullum.*

14 *Matrimonium contrahi inter parentes,& filios anullo casu liceat, nempe si solum ipsi in mundo superstint?*

15 *Filiæ Lot excusantur à culpa, dum cum patre concubuere. existimantes nullum virum superesse, qui generationi deseruire posset.*

16 *Matrimonium inter ascendentes, & descendentes vsque ad quem gradum prohibeatur?*

17 *Matrimonium potest contrahi inter consanguineos existente vno eorum vltra quartum gradum.*

Et quomodo hoc intelligatur, numero 18. vbi de intellectu cap. fin. de consang. & affin agitur.

19 *Gradus omnes contenti Leuitici cap. 18. anobligent in lege noua circa matrimonium dirimendum, & nu.20.*

CAPITVLVM XCVIII.

De impedimento consanguinitatis.

1 CONSANGVINITAS est vinculum personarum ab eodem stipite descendentiũ carnali propagatione contractum, ita D. Thomas in quarto,distinctione 40.quæstione vnic.articul.1. communiter receptus à Theologis,& Iurisperitis,teste Thom. Sanch lib. 7. de matrim. disputatione 50. numero 1. & quamuis aduersus hanc definitionem consanguinitatis insurgant Paludan. in 4. dist.40. q.1.art. 1. & D. Couar. in 4. Decretal.2.parte c.6 §.6. n.1.& 3. eam redarguentes,quod diminuta sit, dum post verba illa,ab eodem stipite, non sit additum, verbũ hoc, propinquo, quo enim tacito, ex præd. definitione colligitur, homines vniuersos cõsanguineos esse, vtpote quia ab eodem Adamo descendunt: nihilominus tamen,secundũ D. Thom. vbi supra, ad 1. non fuit opus eã particulã explicare; quia eo ipso,quod mentio fit in definitione de stipite, intelligitur de ita propin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo, vt virtus eius in descendentibus perseueret: quamuis enim virtus primi parentis Adami perseueret in omnibus descendentibus secundum similitudinem specificam: at non perseuerat secundum similitudinem individuam, iuxta quam auus & parētes assimilant sibi prolem, quæ eorum imaginem, complexionisque, ac morum effigiem refert: virtus namque paterna non secundum totam suam perfectionem descendit in filium, sed imperfectius: & eo debilior, atque imperfectior est quantum in plures generationes deriuatur, ac tandem in tot protendi potest, vt omnino debilitetur, & sic consanguinitatis ratio deficiat, vt author est D. Isidorus lib. 11. Etymol. c. 6 & refertur in c. consanguinitas. 35. q. 4. alio autem argum. Coua. contra præfatam definitionem respōdet, & rectè satisfacit Sanch. vbi sup. versic. redargu t.

2 Cōsanguinitas ipsa distinguitur per lineas, & gradus: linea verò dicitur ordinata collectio personarū ab vno stipite descendentium diuersos continens gradus, seu potiùs ipsæmet personæ cōsanguineæ collectiuè sumptæ: gradus autem est habitudo, seu mensura distantium personarū, qua cognoscitur, quotà consanguinitatis distātia aliqui cōsanguinei cōiungātur.

3 Linea autem consanguinitatis est triplex, quædam linea ascēdentium, alia descendentium, quæ appellatur linea recta, alia est collateralis, seu transuersa, quæ duplex est, quædā æqualis, alia verò inæqualis, vt latiùs hęc declarat cum suis exemplis Thom Sanch. vbi sup. n. 2.

4 In alio sensu linea duplex est, directa, & inflexa: recta autem & ipsa duplex est, descendentium. & ascendentium, l. stemmata. ff. de gradib. paterna, & materna: & est nomen collectiuum plurium personarum, & graduum, Bal. siue Salic. apud Ancharran. consil. 95. n. 7. Menoc. consi. 197. n. 1. & consi. 585. n. 30. quos refert, & sequitur Marc. Ant. Pereg. de fideic. art. 22. num. 4 fol. 195.

5 Sed melior & perfectior est definitio D. Thom. communiter recepta, quam supra adduximus.

Et cùm de linea fit mentio, intelligitur de recta, non de transuersali, ideoque de linea, v. g. Francisci sunt omnes eius descendentes vtriusque sexus masculi, & fœminæ, transuersales autem non sunt de linea Fracisci, sed de alia linea, quamuis ab eodem stipite procedant, sicuti contingit in duabus vijs, quæ ab eodem principio deriuantur, duæ namque sunt, & qui 6 est in vna, non est in alia, vt cum alijs probat Peregr. vbi sup. qui etiam, quod linea alicuius sumitur sursum, & deorsum, non verò per transuersum, & in art. 26. nu. 28. fol. 249. col. 4 quod si pater habuisset filiū, & filiam, in masculo inciperet linea masculina ipsius patris, & in fœmina inciperet linea fœmenina.

7 Et hinc est, vt in maioratus successione linea recta debet semper succedi, vt diximus lib. 2. Canon. qq. cap. 14. num. 46. vbi numeris sequentibus alias regulas cōmunes in materia successionis maioratus circa lineā succedere debētis adduximus.

8 Quilibet autem fratrū constituit propriam lineam, & alter de alterius linea nō dicitur, vt cum Socin. Beti. & alijs docuimus consi. 13. n. 12. & d. lib. 2. Canon. qq. c. 14. n 55. & hæc de linea sufficiant.

Stipes est persona illa, à qua omnes per 9 sonæ, de quarum coniunctione tractatur, descendunt & originem ducūt: quia licèt iuxta D. Isidor. in c. series 35. q 5. truncus, seu stipes arboris consanguinitatis non sit primus parens, à quo omnes descendunt, sed prima eius generatio, hoc est, filij ipsius: attamen iamdiù Ecclesia recepit, primum parentem, à quo procedunt omnes, de quorum consanguinitate agitur, esse truncum, seu stipitem, vt constat ex tex. in cap. ad sedem, & in cap. parentelæ 35. q 5.

10 Ad cōputandos autem consanguinitatis gradus tres regulas constituit Tho. Sāch. d. lib. 7. disp. 50. n. 4. cū seqq apud ipsum videndas: & n. 7. ponit differentiam cōputationis graduum inter ius Canonicum & 11 Ciuile, nempé quod licèt vtrumq; ius cōcordet in cōputatione graduum in linea recta, attamen discordant in cōputatione graduum in linea transuersa, vt ibi per eū: at computatio graduum iuris Canonici seruāda est quoad matrimonia, quia circa hæc ius Ciuile disponere non potest: sed quoad successiones seruanda est computatio graduū iuris Ciuilis, l. 3. tit. 6. p. 4.

D. Co-

D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 6. §. 6. num. 8. vbi addit sic seruandū esse tam in foro seculari, quam Ecclesiastico, sed in alijs cōtractibus, actionibusq; cæteris similibus, quālibet cōputationē in proprio foro seruandā esse refert, & sequitur alios plures idem tenentes allegans Sanch. vbi supra, numero 8.

12 Sed pro clariori intelligentia supradictorū, & vt quilibet hic habeat notitiam eorum, & opus non sit recurrere ad dicta DD. in hac materia referā literā d. l. 3. titulo 6. partita 3. quæ est huiusmodi. *Grados de parētesco se cuētan en dos maneras: la vna es segū fuero de los legos: la otra segun los establecimientos de Sancta Eglesia, e aquella que es segun fuero seglar, se dize assi. Grado es manera de personas departidas, que se ayuntan por parentesco, por la qual manera de departamiento se demuestra en quāto grado sea llegada la vna persona de la otra: asmando toda vta la rayz onde ouieron comiēço: e segun el fuero de los legos: los fijos deste atal que es llamado rayz fazen el segundo grado, quier seā dos, o mas, e los nietos del fazen el quarto grado: e los viznietos fazen el sexto, e segun esto pueden contar adelante. E la otra manera que es segun a los establecimientos de Sācta Eglesia, se dize assi. Grado es conuenible manera, e guisada de personas ayuntadas por parentesco, que decienden egualmente de vna rayz por departidas lineas. E segun a los establecimientos de Sancta Eglesia, los fijos de este tal, que es dicho rayz fazē el primero grado comoquier que sean en las ligneas departidas. E los nietos del fazen el segundo grado, e los viznietos, e el tercero, e los trasuisnietos el quarto, e assi adelante. E la razon porque cuenta el fuero seglar los grados del parentesco de vna guisa, e de otra la Eglesia es esta, porque el fuero seglar cuenta tan solamente en que manera deuen heredar los vnos a los otros quando mueren, e non fazen testamento, e la Eglesia cato en que manera deuen casar. Pero estos dos departimientos, que son entre los grados de estos fueros, han lugar en las personas, que descienden por las linias de trauesso, e no pen las que suben, o descienden derechamēte, ca en estas, amos los fueros acuerdan.*

13 Matrimonium in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ, scilicet inter parentes, & filios est ipso iure naturæ irritū ac nullum, ita tenent vniuersi DD. Theologi, & Iuris vtriusque professores, estq; verissima, & receptissima sententia, & quamuis D. Thom. in quarto, distinctione 40. quæstione vnic. articulo 3. in corpore, nec plerique ex antiquioribus declarent, id matrim. iure naturæ esse irritum, sed tantum affirment esse cōtra ius naturæ: rationes autem, quibus ad id probandum vtuntur, insinuant eorum mentem esse iure naturæ irritari, & in terminis id teneat dicentes nulla humana potestate dispensari posse, vt id matrimonium valide contrahatur, Caiet. 2. 2. quæstione 154. articulo 9. circa solutionem ad tertium, Loazes de matrim. Regis Angliæ, dubio 2. in solutione ad secundū fundament. partis negatiuæ, num. 3. Dominic. à Soto in 4. Sent. distinct. 40. quæst. vnic. articulo 3. cōclusione 2. & Palacios ibidē disputatione vnic. col. 18. vers. Porro autē, Alphons. à Veracruce in 2. parte Specul. Coniug. art. 22. conclus. 1. Valentia in 4. parte, disput. 10. q. 5. puncto 3. §. 4. conuenit, vterque Ledesma, Viualdus, & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. de matrim. q. 51. nu. 7. vbi eam late probat: & num. 8. quod non tantum in statu naturæ corruptæ hoc est verum, imo si natura integra permaneret, Adamo non peccante, idem dicendum esset.

An autē contrahi matrimoniū inter pa- 14 rētes, & filios, ita malū sit, vt in nullo casu citra specialem Dei dispensationē hoc liceat, veluti si soli filius, & mater, aut pater & filia in mundo superessent, discrepant DD. quibusdā affirmātibus adhuc nō licere in præd. euētu matrimoniū cōtrahi, vt sunt Caiet. Ledesm. Loazes. Ludou. Lop. alijs vero & pluribus cōtrariū tenentibus, nēpe tūc id licere, hocq; est verius, vt inquit eos referēs Tho. Sāch. vbi sup. n. 10.

Sic enim D. Chrysost. Homil. 44. in Ge- 15 nes. & D. Ambros. lib. 1. de Abra. c. 6. excusant filias Lot à culpa, dum cū patre cōcubuere, existimabāt enim, nullum virum supereſſe, qui generationi deseruire posset, Genes. 19. ibi: Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui posit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ, veni inebriemus eum vino dormiamusque cum eo, vt seruare posſimus ex patre nostro semen, &c. vbi litera, A. additur, Theodoretus dicēs quod si ebrietas haud omnino culpa vacet, ea tamen fuit, quæ posit excusari ex ratione de qua ibi postea dicit, ipsæ vero filiæ accusari nullo modo possunt: nam cum vidissent quatuor vrbes cum omnibus villis igne deletas, subuersam Segor, facile crediderunt genus humanū esse periturū: & Irenæus: ipsæ filiæ excusabiles sunt arbitrantes, se solas relictas cum patre ad conseruationem generis humani.

16 Prohibitio autem hæc & impedimentum dirimens matrimonium inter ascendentes, & descendentes protrahitur ad quemcunque gradum in infinitum, Adamus si hodie resurgeret nullam vxorem ducere posset, quia communis vniuersi generis humani parens est, ita tenent glossa in expositione arboris consanguinitatis, vers. quæro an inter ascendentes 35. quæstione 5. glossa etiam in l. nuptiæ, verbo ad infinitum, ff de ritu nupt. & in §. ergo, verbo in infinitum, & ibi Angel. numero 2. instit. de nupt. Hostiens. in summa titulo de consanguin numero 9. iuncto numero 17. quæstione 9. Abb. in cap. nō debet numero 8. de consang & affin. & ibi Cardin. paulo post princip. Præpos. numero 10. Enrich. numero 1. Alex. de Nauo ibi, in §. prohibemus, numero 7. & 8. Lambertin. de Iure patron. lib. 2. parte 1. quæstione 9. art. 18. numero 10. D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, cap. 6. §. 10. numero 4. Montalu. in l. 4. paulo post princip. titulo 6. partita 4. & ibi Gregor. Lop. verbo *nunca*, Matiençoin Rubrica tituli 1. glossa 1. numero 176. lib. 5. nouæ collect. Reg. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. Instit. maior. titulo 12. numero 72. & titulo 13. numero 3. & 6. alios allegantes huius opinionis, & plurimos congerit Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 51. numero 12. vbi quod Soto, Durand. & alij explicant hanc prohibitionem esse de iure naturæ, vbi numero 13. probabilius esse affirmat ad aliquem gradum eā prohibitionem terminari & numero 15. cum sequentibus refert quinque sententias diuersas circa ad quartum grandum protrahatur iure naturali attento; quarum vltimæ tāque probabiliori ipse adhæret, quæ habet in solo primo gradu ascendentium, & descendentium esse ita interdictum matrim. iure naturæ, vt irritum sit eo iure attento, vt inter solos parentes, & liberos, ibique refert plures Authores huius sententiæ, ego vero iure saltem Ecclesiastico quidquid sit de iure naturæ censeo vsque ad quartum gradum protēdi hoc impedimentum dirimens, cap. non debet de consang. & affin. & ita tenent alij plures quos ibi refert Sanch. numero 17. cuius tex. restrictio (quæ antea erat vsque ad septimum gradum, vt costat ex ipsomet tex. & ex cap. ad sedem 5. quæstione 5. & ex cap. nullū 35. quæstione 3. cum simil.) intelligenda est, non solum in linea collateralium, seu transuersa, sed etiam in recta descendentium, & ascendentium, vt probauit idem Sanch. d. lib. 7. disputatione 53. num. 1.

17 Duobus tamen cōsanguineis inæqualiter distantes à stipite, si alter distet vltra quartum gradum, alter vero intra illum possunt inuicē matrimonio copulari, iuxta tex. expressum in cap. fin. de consang. & affinit. tunc nam que attenditur gradus consanguinitatis penes distantiam remotioris à stipite, ita vt quarto gradu remotior distat à stipite eodem cōsanguinei illi distent inter se, vt bene probauit idem Sāch. d. lib. 7. disputatione 50. nu. 6. & disputatione 53. num. 4.

18 Dubitari tamen contingit circa decisionem d. cap. fin. an ea procedat, quando alter eorū distat à stipite in primo gradu, verbi gratia, abnepos, vulgo, *dicho el quarto nieto*, distat à quarto auo, quinto cō sanguinitatis gradu, poterit ne matrimonium contrahere cum filia illius quarti aui, quæ ab eo auo distat in primo gradu? & quidam id negant, quia perinde est, ac cōtrahere cū ipso stipite, cum filia stipitis sit cum ipso vna caro: ita tenēt Ioan. Faber in §. inter eas, instit. de nupt. numero vnic. Hostiensis in summa titulo de cōsang. §. vsque ad quartum gradum, numero 11. vers. sed nunquid in quinto, & in cap. quod dilectio, numero 1. & in cap. tua, numero 2. de consang. & affinit. Ioan. de Tiburg. in summa confess. lib. 4. titulo 6. quæstione 7. Cæterum hæc opinio est contra decisionem d. cap. fin. indistincte loquētis, ac proinde merito præd. opinionem communiter DD. improbant asserentes posse inter illos consistere matrimonium, quia vltra quartum consanguinitatis gradum sunt inter se coniuncti, & ita reprobant contrariam opini. Ioan. Andr. numero 2. in d. cap. fin. & ibi Ant. de Butrio numero 4. & in cap. tua eodem titulo, in fin. de cōsang. & affinit. Anchar. in d. cap. tua numero 3. Præpos. in d. cap. fin. in fin. D. Couar. alios allegans in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 6. §. 6. in fin. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 9. numero 2. in fin. Toledo lib. 7. suæ summæ, cap. 5. numero 5. estque communissima sententia secundum Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 53. numero 5. in fin. vbi alios eam sequentes citat.

19 Leuitic. cap. 18. interdicuntur quidam gradus consanguinitatis, & alij affinitatis: quidam Authores in ea sunt sententia, vt omnes gradus Leuit. 18. expressi obligēt in lege noua, ac proinde in illis fuerit prohibitum iure ipso naturæ matrimonium, vnde iuxta hanc sententiam erit prohibitus iure naturæ primus gradus consanguinitatis in linea transuersa æquali, vt inter fratres, & sorores, & secundus in eadem linea transuersa inæquali, vt inter nepotem, & amitam, vel materteram, quorum Authorum nomina, & fundamenta ad lōgum refert Thom. Sanch. lib. 7. de matrimon. disputatione 52. numero 5. sed numero 6. affirmat, verisimam sententiam habere non omnes illos gradus consanguinitatis, vel affinitatis Leuitici 18. prohibitos, esse de iure naturali irritante matrimonium in illis celebratū, atque ideo non obligare omnes illos in l. Euangelica; idq; probat quinque potissimis fundamentis, quorum præcipuum est Cōcilij Trident. sess. 24. de matrim. Canon. 3. vbi ita decernitur: Si quis dixerit, eos tātum cōsanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum: nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut cōstituere, vt plures impediant, & dirimant: anathema sit:

refertque quamplurimos alios Authores huius sententiæ Theologos, & Iurisperitos, & numero 1. hoc declarat.

20 Illa tamen quæstio in proposito satis controuersa est, an esto omnes gradus in linea trāsuersa consanguinitatis prohibiti Leuit. 18. non sint de iure naturali, saltim sit aliquis gradus in ea linea, qui ita iure naturæ interdicat matrimonium, vt illud irriter? in qua tres opiniones diuersas cum suis fundamentis, & Authoribus refert Sanchez vbi supra, numero 9 cum sequentibus: primam, quæ habet in linea inæquali paterna transuersa prohiberi iure naturæ matrimonium in infinitum: secundam vt in nullo gradu lineæ transuersæ consanguinitatis sit ita iure naturæ matrimonium interdictum, vt eodem iure attēto sit irritū, ac proinde attento solo iure naturæ validū esse matrimonium inter fratres, & sorores. Tertia sententia cui tāquam probabiliori adhæret Sanch. vbi supra, habet in solo primo gradu lineæ transuersæ, vt inter fratres, & sorores esse interdictum ac irritū iure naturæ matrimonium, quam tenent Soto, Couarru. & alij quamplurimi Authores, quos ibi congerit deducens primo numero 12. ex hac sententia Infideles matrimonio coniunctos in primo gradu consanguinitatis lineæ transuersæ, vt sunt fratres, separandos esse dum ad fidem conuertuntur, & numero 13. ex gradibus consanguinitatis prohibitis Leuitic. 18. solos esse de lege naturæ irritante matrimonium, & obligare nunc, secluſa lege Ecclesiastica, primum in linea recta, nempe inter parentes, & filios, & primum in linea trāsuersa, nimirum inter fratres, & sorores.

SVMMARIVM Cap. XCIX.

1 AFFINITAS *quid sit, & eius definitio.*
2 *Affinitas ex qua copula contrahatur?*
3 *Affinitas est personarum proximitas ex nuptijs prouenies secundum leges.*
4 *Affinitas durat post mortem eius, qui affinitatis causa fuit.*
5 *Affinitas proprie gradus non habet, sed men-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensurãtur gradus inter affines iuxta gradus consanguinitatis.

6 *Coniuges non sunt inter se affines, sed principium affinitatis.*

7 *Affinitas an oriatur ex matrimonio rato non consummato, vel potius impedimentum publicæ honestatis?*

8 *Consanguinei mariti nullam affinitatẽ contrahunt cum consanguineis vxoris, vt in exemplis hic positis.*

9 *Affinitas ex matrimonio consurgens an iure naturæ dirimat matrimoniũ, in aliquo gradu lineæ rectæ inter ascendentes, & descendentes?*

Et quid in linea transuersali, numero 10.

10 *Papa an possit dispensare, vt quis possit ducere duas sorores successiue in vxores? affirmatur.*

11 *Affinitas iure antiquo, & hodierno vsque ad quem gradum extendatur?*

12 *Affinitas ex copula illicita contracta hodie per S. Concil. Trident. non progreditur vltra primum, & secũdum gradum.*

Et an in vlterioribus gradibus impediat matrimonium contrahi? numero 13.

14 *Affinitas ex matrimonio orta impedit, & dirimit matrimonium intra quartum gradum.*

15 *Copula inter consanguineos, vel affines habita post obtentam dispensationem à Papa, an sit incestuosa vel non?*

16 *Copula habita inter consanguineos, vel affines non impedit exactionem debiti à propria vxore, vel viro.*

CAPITVLVM XCIX.

De impedimento affinitatis.

1 AFFINITAS est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carẽs parentela, ita D. Thom. communiter ab omnibus receptus, in 4. distinctione 41. quæstione vnic. articulo primo, quæstiuncula tertia, argumento secũdo, glossa in arbore affinitatis 35. quæst. 5. Gregor. Lopez in l. 5. in glossa, *por allegãça de personas*, titulo 6. partita 4. dicitur propinquitas, quia in hoc conuenit cum cognatione carnali, ex carnali copula proueniens in quo ab illa distinguitur, & dicitur generaliter ex copula, quia ex ea oritur: omni carens parentela intelligitur per se, & ex parte affinitatis. Cui per accidens est, vt aliquando affinitas, & consanguinitas in eodem reperiantur, vt docent Sanctus Thomas vbi supra, & reliqui.

2 Qualis autem debeat esse copula ad inducendam affinitatẽ, declarat latè Thomas Sanchez lib 7. de matrimonio, disputatione 64. numero 7. cum sequentibus, sed quia hæc fœda, & inhonesta sunt valde atque pene absq; aliquo fructu hic non referam.

3 At secundum ll. affinitas est personarum proximitas, ex nuptijs prouenies, & Iure nostro Regio per d. l. 5. titulo 6. partita 4. & per Gregor. Lopez ibi ita definitur.

4 Duratque affinitas post mortem eius qui affinitatis contrahendæ causa fuit, sicut & cõsanguinitas, vnde mortuo alterutro coniuge, vel alterutro ex fornicantibus non dissoluitur affinitas producta ex copula: tex. in cap. Fraternitatis 35. quæstione 10 cuius decisionis rationem assignat D. Thom. vbi supra, quæstiuncula secunda in corpore.

5 Affinitas autem proprie gradus non habet, sed mensurantur gradus inter affines iuxta gradus consanguinitatis: sicque persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum, iuxta glos. in cap. non debet, verbo in secundo de consang. & affinitate, quod recte explicat Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 64. numero 3. vbi numero 4. agit de dupliti stipite, & linea affinitatis.

6 Vir autem, & vxor non sunt inter se affines, sed principium affinitatis, vt proculdubio cum alijs pluribus docet D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 6. §. 7. numero 7. sequitur Gregor. Lopez in l. 5. in glossa, *del Varon*, & esse manifestum profitetur Sanch. ibidem numero 5. addens ex affinitate non oriri aliã affinitatem, vt latius dixit ipse disputatione 67. num. 2.

7 Dubium tamen est in proposito scitu dignum: nempe, an ex matrimonio rato, non consummato oriatur affinitas, an potius sola publica honestas? & quamuis nõ desint probantes ex præd. matrimonio rato oriri affinitatem, prout eos refert Sanchez vbi supra d. disputatione 64. nu. 24. nihilominus verius est, quod quamuis dici possit oriri affinitatem impropriè, & large, siue quoddam affinitatis initium: attamen verè, & in rigore non oritur affinitas ex matrimonio rato tantum, & non consummato: sed hoc impedimentum vere, & propriè est publicæ honestatis, & non affinitatis, quia deficit copula, ex qua affinitas contrahitur, vt patet ex eius definitione supra adducta: & quia hoc impedimentum publicæ honestatis appellatur in c. fin. 35. quæst. 3. & in terminis ita tenet gloss. in capit. si quis desponsauerit, in fine 27. quæst. 2. Abb. in cap. iuuenis, nu. 4 & in cap sponsam, num. 2. de sponsal. & alij quamplurimi Authores; ex quorum numero constat hanc esse receptissimam sententiam, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. disputatione 64. num. 25. & probatur expresse in d. l. Regia 5. tit. 6. par. 4. ibi, *ca maguer algunos fuessen despo sados, o casados non nasceria cuñadez de ellos à menos de se ayuntar carnalmente*, l. 4. in versic. 2. titul. 1. part. 4. & in versic. *mas de lotro*, &c. eiusdem leg.

Quod hodie approbatur in Bulla Sanctissimi D. N. Pij Papæ V. circa declarationẽ Decreti sancti Cõcil. Trident. super impedimẽto, publice edita anno incarnation. Domini. 1568. Kalend. Iulij: ibi: Vel etiam matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consummata, &c.

8 Obseruandum tamen est in proposito, quod consanguinei mariti nullam affinitatem contrahunt cum consanguineis vxoris, vnde pater, & filius possunt contrahere matrimonium cũ matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auũculus, & nepos cum duabus sororibus, vt decidit expresse tex in cap. super his 5. de cõsang. & affinit. & ibi cõmuniter DD. Couarruu. in 4. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 7. num 6. & Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput 67. num. 2.

9 Deinde an affinitas ex matrimonio consurgens dirimat iure naturæ matrimoniũ in aliquo gradu lineæ rectæ inter ascẽdentes, & descendentes? latissime agit Thomas Sanchez lib 7. de matrimonio, disputatione 66. num. 5. cum sequent. & refert in hoc tres opiniones diuersas: prima docet in ea linea prohiberi iure naturæ matrimonium in quocumque gradu in infinitum secundum Ioann. Andr. & alios plures DD. quos ibi refert d. num. 5.

Secunda sententia habet in primo gradu affinitatis lineæ rectæ prohibitum atque irritum esse matrimonium iure naturæ, vt inter priuignum & nouercam, vel priuignam, & victricum, socerum, & nurum, socrum, & generum, quam ibi late fundat num. 6. & est sententia B. Thom. in illud. 1. Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio: lecti. 1. Soti in 4. sen tent. dist. 41. quæst. vnic. artic. 3. col. antepenul. Nauar. lib. 4. consil. in 2. editione, tit. de sponsal. consil. 14. num. 18. ad fin. D. Couar. in 4. de sponsal. 2 parte. ca. 6. §. 10. num. 6. quam etiam tenet alij quamplures Theologi, & Iuristæ, quos congerit ibidẽ Sanch. d nu. 6. cum suis fundamentis

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori accedit Sanchez num. 7.) affirmat, affinitatem ex matrimonio irritam in nullo gradu lineæ rectæ ita prohibere iure naturæ matrimonium, vt illud irritum reddat, ac proinde secluso iure Ecclesiastico in quocumque gradu esse validum, vt ibi late eam probat allegans plures Authores eam tenentes: iure tamen Ecclesiastico non dubium est matrimonium huiusmodi esse nullum ratione præd. affinitatis, sicut etiam ratione consanguinitatis, ex cã. non debet de consang. & affinit. vt cap. præced. etiam adnotauimus.

10 Idem probat Sanch. vbi supra nu. 11. in linea transuersa, nempe in eã nullum gradum affinitatis prohibitum esse iure naturæ, vt eo attento irritet matrimoniũ, quamuis aliquam præferat naturalem indecentiam, nisi causa aliqua iusta cohonestetur: refertque plures DD. hanc sententiam tenentes, necnon Summos aliquos Pontifices in hoc rectè dispensasse, ac proinde multi alij viri doctissimi varios tractatus ediderunt in huius veritatis confirmationem, & in fauorem matrimonij

Universidad de Deusto
Biblioteca

monij Regis Angliæ Henrici VIII. cum Catherina, qui ob id irritum esse contendebat, nec potuisse Pontificem dispensare, quod ea prius nupsisset fratrii ipsius Hẽrici, quos viros doctissimos ibi refert, & sequitur hanc sententiam, quam certissimam appellat, nempe potuisse Papam dispensare cum præd. Rege, eãque quoque probo affirmans posse Papam dispensare in linea transuersa affinitatis, de qua agimus.

11 Iure antiquo interdictum erat, atque irritum matrimonium cum alter utrius cõiugis consanguineis, sicut cum proprijs vsque ad septimum gradum, itaque vsque ad illum extendebatur affinitas, vt cõstat ex cap. nullum, & cap. æqualiter 35. quæstione 3. hodie autem iustis ex causis restricta est affinitas ad quartum gradum, sicut consanguinitas, per tex. in cap. non debet de consang. & affin. & quãuis nec olim, nec hodie in dictis iuribus mẽtio fiat de affinitate ex copula illicita, sed de orta ex coniugali: at cum ex Iure Canonico constet, ex copula illicita oriri affinitatẽ, sicut ex licita, cap. discretionem de eo, qui cognou. consang. vx. suæ, merito omnes DD. consuetudine sic explicante, metiuntur gradus affinitatis ex copula illicita iuxta gradum ortæ ex licita, & vtramque ad eũdem gradum extendunt attento iure antiquo: quod etiam supponit ita fuisse Sacrosanct. Concil. Trident. sess. 24. de matrim. cap. 4. dum affinitatem ortam ex fornicatione restringit ad secundum gradum, ita tenet & affirmat Thomas Sãch. d. lib. 7. de matrim. disputatione 67. nume 14
ro 3.

12 Quamuis olim attento Iure Communi affinitas ex copula illicita protendebatur vsque ad quartũ gradum, sicut ea quæ prouenit ex matrimonio, vt prædiximus: hodie tamen per Sacrosanct. Concilium Tridentin. session. 24. de matrim. cap. 4. restricta est affinitas ex fornicatione consurgens ad secundum gradum; in vlterioribus vero gradibus statuit, huiusmodi affinitatem ex illicita copula, matrimoniũ postea contractum non dirimere.

13 Contigit autem in praxi dubitari circa hoc Decretum in verbis. in vlterioribus vero gradibus, &c. ibi: matrimoniũ postea contractũ non dirimere, ãnte Motum Proprium Pij V. editum super hoc Ann. 1566. an affinitas ex fornicatione vltra secundum gradum impediret? Concilium namque Trident. in verbis illis: non dirimere, non dicit, nec impedire, sed tantum non dirimere, & facilius quid impeditur à principio, quam ex post facto tollitur, iuxta regulam iuris vulgarem, l. Patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & ideo hanc partem probauit Nauar. in Manuali Latin. antiquo, cap. 22. numero 43. ego vero contrariũ defendi, imo quod nec impediat, nec dirimat, & ita fuit iudiciali sententia pronunciatum: & postea præd. Motus proprius Pij V. declaratũ his verbis: Declaramus, & authoritate Apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in vlterioribus gradibus huiusmodi, libere, & licite matrimonium contrahi possit: & ita Nauar. postea viso d. Motu proprio mutauit sententiam in noua editione, & hanc veram, & approbatam per Piũ V. adduximus lib. 1. Canonic. quæstionum, cap. 23. numero 2. & Gregor. XIII. ex sententia Congregationis idem decreuit, vt refert Farinat. in declarationibus Concil. Trident. super d. cap. 4. & per illud me sequitur alios allegans Thom. Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, disputatione 67. numero 4. vbi quod idem Pius V. declarauit, quod nec affinitas contracta ex fornicatione ante Concil. Trident. vsque ad quartum gradum durat postea, sed similiter restricta est ad secundum.

14 Affinitas autem ex matrimonio orta, non est restricta per Concil. Trident. sed etiã hodie dirimit matrim. vsque ad quartum gradum, ita tenent, & probant quam plurimi Authores, quos refert, & sequitur dicens esse rem certissimam Thom. Sanchez vbi supra numero quinto, per totum.

Sed an attento d. Decreto Concil. Trident. in vlterioribus gradibus præter primum, & secundum ex copula illicita incestus punibilis committatur, late egimus d. lib. primo, Canon. quæstionum, cap. 23. numero 3. vbi partem negatiuam probauimus, quam etiam post nos allegãs alios probauit, & sequitur Sãch. vbi supra numero 7. & numero 8. qui numero 9. agit.

15 An copula inter consanguineos vel affines admissa postquam obtinuerunt dispensationem Apostolicam ad contrahendũ matrim. sit incestuosa, vel non? & distinguit, vt ante dispensationem Ordinarij, cui Pontifex commisit, vt si preces veritati nitãtur, dispenset, accessus ille proculdubio erit incestus, secus vero de copula intercedente post dispensationem factam, & expeditam ab Ordinario, quod
16 probo.

Ex quibus deducitur, & infertur, copulam habitam cum consanguineis alterius coniugis vltra primum, & secundum gradum, puta in tertio, vel quarto, minime hodie impedire debiti exactionem à propria vxore, eaque petere, & exigere poterit absque dispensatione, vt late probauimus d. lib. 1. Canon. cap. 23. numero 21. & post nos cum alijs eandem sequitur, & dicit esse multo probabiliorem Thom. Sãch. alios plures allegans vbi supra, numero 14. & tandem inquit, quod Congregatio Cardinaliũ hoc declarauit his verbis: Congregatio Concilij cẽseuit, Decretum Tridentin. sess. 24. de matrim. cap. 4. ad primum, & secundum gradum restringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractum: censeri etiam ad eosdẽ gradus restrinxisse impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proueniente ex illicita copula à viro cum consanguinea suæ vxoris post matrimonium habita, & nouissime hanc partem probat, & tenet cum alijs, quos citat Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 38. §. primo, versiculo, sed quæstionem, folio 564. in versiculo verum mihi: dicens hoc esse probabilius.

SVMMARIVM Cap. C.

1 COGNATIO *spiritualis, quæ ex baptismo nascitur, inter quas personas cõtrahatur iuxta Sanctum Concil. Trident.*

2 *Cognatio spiritualis ex Baptismo, & Cõfirmatione orta, non est ex Iure diuino naturali, aut ex Diuino positiuo, sed ex solo Ecclesiastico, & numero quarto.*

3 *Cognatio spiritualis ex Baptismo, & Cõfirmatione orta impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit contractum.*

5 *Cognatio spiritualis superueniens non dirimit matrimonium præcedens, peccat tamen coniux patrinus in ea specie.*

6 *Coniux scienter ex necessitate baptizans vel tenens tamquam patrinus in Baptismo, vel Confirmatione filium communem aut alterius coniugis, an priuetur ex hoc iure exigendi debitum.*

7 *Cognationis spiritualis impedimentum an contrahatur in baptismo priuato?*

8 *Cognatio spiritualis in baptismo an contrahatur inter plures personas tenentes puerum in baptismo, vltra quæ describuntur in Sacro Concil. Trident.*

9 *Cognatio aliqua spiritualis an oriatur ex reiteratione solemni priuati baptismi valide collati?*

10 *Cognatio spiritualis an oriatur ex baptismo conditionaliter facto.*

11 *Laicus in necessitate baptizans an contrahat cognationem spiritualem.*

12 *Pater qui in necessitate filium suum ex concubina baptizat, non potest eã ducere in vxorem.*

13 *Cognationis spiritualis species inter susceptum de sacro fonte baptismatis, & filiũ filiamve susceptientis, est sublatũ Decreto Concilij Trident. cap. 2. sessione 24.*

CAPITVLVM C.

De impedimẽto cognationis spiritualis.

1 SAcrosanctũ Concilium Tridentinũ sessione 24. de matrimonio cap. 2. ostendit inter quas personas contrahatur cognatio spiritualis, quæ ex baptismo nascitur;

Circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Circa cuius materiam obseruandum est, quod cognatio spiritualis ex Baptismo, & Confirmatione orta, non est ex Iure diuino naturali, aut ex Diuino positiuo, sed ex solo Ecclesiastico, secundum D. Thom. ab omnibus receptum in quarto Sentent. distinctione 42. quæstione 1. articulo 1. in corpore, vbi iuncto articulo secundo, ad primum, reddit rationem, & probat latè Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 54. num. 2.

3 Iure igitur optimo Ecclesia instituit, vt cognatio spiritualis ex duplici hoc sacramẽto orta impediat, & dirimat subsequẽs matrimonium, quod cauetur in cap. 1. de cognat. spirit. in 6. & in cap. veniens, & in alijs eodẽ titulo in Decretalibus, & rationem assignat Suarez in tertia parte, quæstione 67. de Baptism. articulo 8. in Commẽtario pagina mihi 298. versiculo vltimo.

4 Vnde fieri nequit, vt Iure naturali, aut Diuino positiuo, is effectus sibi competat, ita testatur D. Thom. dicta distinctione 42. quæstione 1. articulo 1. in corpore, estque ab vniuersis receptum secundum D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte, cap. 6. §. 4. numero 1. & Sanch. vbi supra, num. 3. ad fin.

5 Cognatio autem spiritualis superueniens matrimonio, vt quia alter cõiux extra necessitatem fuit patrinus alterius in confirmatione, aut leuauit de sacro fonte filium alterius, aut communem, non dirimet matrimonium præcedẽs, nec ex hoc dissoluitur, peccat tamen coniux patrinus in præd. specie, quia id est prohibitum in cap. primo, & secundo, 30. quæstione 1. quæ iura corriguntur, quoad separationis pœnam per tex. in cap. si vir de cognatione spiritual. vt bene probat Thom. Sanch. lib. 9. de matrim. disputatione 26. numero 5. & insuper priuatur saltem iure petendi debitum, vt tenet Suarez vbi supra, pagina 299. in versic. idẽ impedimentum.

6 An autem coniux ex necessitate scienter baptizans, aut tenens tamquam patrinus in Baptismo, vel Confirmatione filiũ communem, aut alterius coniugis priuetur ex hoc iure exigendi debitum; sunt in hoc duæ opin. probabiles, prima negatiua, quam tenet glos. in d. cap. si vir, verbo debitũ, & ibi Anchar. Præpos. & Cardin. in fin. & alij plures, quos refert Sanch. dicto libro nono, disputatione 26. numero sexto.

Secunda sententia, siue opinio habet contrarium, nempe eum coniugem teneri debitum reddere, priuari tamen potestate illud exigendi ex ratione rex. in d. cap. si vir de cognat. spiritual. ibi, si ex malitia eius sua fraus patrocinari non debet, & ibi notat Abb. numero 5. & communiter cæteri DD. glos. in cap. nosse 30. quæstione 1. verb. non fraudentur, D. Thomas in quarto, distinctione 42. quæstione 1. articulo primo, in corpore, & ibi communiter Theologi, congerit plurimos vtriusque scholæ Authores eam sequutus & probabiliorem affirmans Thom. Sanchez d. lib. 9. disputatione 26. numero 6. per totum, vbi in fine inquit idem dicendum esse si scienter teneat coniux tamquam verus patrinus alium coniugem in baptismo, vel confirmatione, quia cum cognationem spiritualem sua culpa cum illo contrahat, inter dicitur sibi debiti petitio, secundum Enriquez lib. 5. de confirmatione, cap. 3. in fin. & Viuald. in Candelabr. Sacrament. prima parte de Confirmatione, numero 46.

Hanc etiam secundam sentẽtiam principalem communem affirmat Suarez vbi supra, in versic. maius vero dubium ibi, tandem hæc est communis sententia Doctorum, pagina 299. & in versic. quo circa libere fateor, pagina 300. vbi licet fatetur nullum se inuenire in iure sufficiens fundamentum ad hoc impedimentum, tamen quod in re morali communem sententiam deserere difficile est: ego autem & veriorem, probabiliorem, & receptiorem ac proinde proculdubio tenendam censeo hãc secundam sententiam. Idemque dicendum erit, quando coniux non solùm ex certa scientia, sed etiam ex malitia, atque in matrimonij fraudẽ baptizat, aut tenet communem filium, aut alterius coniugis, vt cum alijs pluribus Authoribus bene probat Sanch. vbi supra, numero 8. vbi numero 9. & sequentibus agit de alijs in materia opportunis.

7 Impedimentum autẽ hoc cognationis spiritualis stando iure antiquo contrahitur

hitur etiam in priuato baptismo, nedum in solemni; communis sententia affirmat, vt patet ex D. Thom. Paludan. & alijs d. distinctione 42. Nauar. in Manual. c. 16. numero 34. & cap. 22. numero 40. & Couar. in 4. Decret. cap. 6. §. 4. numero 4. iura namque antiqua generaliter loquũtur de susceptore non distinguendo inter baptismum solẽnem, & priuatum, vnde infert Nauar. idem esse seruandum nunc, quia Concil. Trident. nihil in hoc innouauit, & addit d. cap. 22. numero 39. quod si in eo casu nulli designentur in patrinos, omnes, qui tangunt baptizatum, contrahunt impedimentum, etiamsi sint plures, quam duo, vel tres; quia Concil. Trident. solum restringit hunc numerum ad susceptores designatos, eandem affirmatiuam opinionem veriorem esse affirmat nouissime Fr. Basil. de Impedim. matrim. cap. 34. §. 4. folio 311. versiculo secundo nẽpe spiritualem cognationem oriri etiam ex baptismo priuato, hoc est sine solemnitate vlla ministrato.

Nihilominus tamen contrariam sententiam tenet Dominic. à Soto in quarto, distinctione 42. quæstione 1. articulo 3. circa fin. quam latissime comprobat Pater Suarez vbi supra in versic. vltimo dubitari potest, pagina 300. col. 1. ad fin. cum sequentibus, & tandem fatetur verũ etiã esse post Concilium Trident. posse hanc cognationem contrahi in priuato baptismo, quia Concilium nihil in hoc innouat, quod iure antiquo sit contrarium: non tamẽ probat Suarez ibi, quod Naua. dicebat (de quo sup.) tũc posse plures, quam vnũ, vel ad summum duos spiritualem hanc cognationem contrahere, quia est aperte contra limitationem factam à Concilio Trid. vnde etiã falsum existimat ibi Suar. dicere si nullus ibi sit specialiter designatus in susceptorem, omnes, qui tangunt puerum seu tenent baptizatum, contrahere hoc impedimentum, quotquot illi sint, sed potius in eo casu dicat neminem contrahere, quia Concilium simpliciter voluit, vt non possent esse plures susceptores, quã duo, vir scilicet, & fœmina, & ad hoc voluit, vt qui futurus esset susceptor, esset specialiter designatus, & ideo, qui designatus non est, iam non est susceptor, & consequenter nec contrahit impedimentum, alioqui non vitarentur incommoda, quæ Cõcilium euitare intendit, si possent esse susceptores ad hoc munus non designati, aut plures, quam designati: hæc omnia in baptismo solemni locum habent, & à fortiori in priuato, & quod hæc fere omnia applicari possunt ad susceptorem in sacramento Confirmationis, nam in omnibus est eadem ratio, his tantum exceptis, quæ ad baptismum priuatum pertinent.

Eandem opinionem Suarez cõtra Nauar. modo relatam dicit probabiliorem, eãque sequitur cum alijs, quos citat Tho. Sanchez d. lib. 7. disputatione 57. numero 12. fatetur tamen opinionem Nauarr. non esse falsam, sed probabilem, & numero 11. allegat alios eam tenentes, ego in hoc opinionem Suar. & Sanch. teneo cõtra Nauar. vbi supra. Eam autem communem sententiam, nempe quod tenens puerum in baptismo priuato contrahat cognationem spiritualem tam attento iure communi, quam Concil. Trident. vbi supra censet probabilem allegans aliquos Authores eam sequentes Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 62. numero 13. licet numero 14. affirmet probabilius esse eam non contrahi à susceptore, dicens in hanc sententiam inclinare Sotum, & quod eam tenent Gallego de cognatione spiritual. titulo 2. numero 5. & Suarez vbi supra, Manuel primo tom. suæ Summæ, secunda editione, cap. 226. numero 2. conclusione 2. Veg. primo tom. suæ Summæ, cap. 33. casu vltimo ad fin. sed vt vides ex litera Suarez supra à nobis fideliter relata, potius tenet contrarium cũ communi tam ante Concil. Trident. quã post, nempe vt præd. cognationem spiritualem contrahat tenens puerum in baptismo priuato, hoc est non solemniter ministrato, quæ opinio verior, & tenenda mihi videtur aduersus secundam negatiuã, & præterea censeo, quod nullus alius, quam susceptor in baptismo ita specialiter designatus contrahat prædictam cognationem spiritualẽ ex Decreto expresso eiusdem Concil. Trident. de matrim. sessione 24. cap. 2. per totum, & præcipue in illis verbis: Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint: cognationẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritualem nullo pacto contrahant. Addit Suarez vbi supra in versic. nihilominus tamen, pagina 300. columna 2. quod quauis in baptismo priuato ceremonia susceptoris necessaria non sit, si tamen vere ac proprie voluntarie adhibeatur, & tenens velit munus hoc suscipere, probabile est, quod communis opinio dicit tunc cõtrahi cognationem spiritualem, quia tunc re vera est susceptor, de quo iura loquuntur. Sed contrarius videtur sibi in hoc idem Author inferius dum reprobat Nauarr. opinionẽ, de qua supra in versiculo nihilominus tamen, ibi: non tamen probat, &c. quare necesse est, vt aut teneamus in hoc vnam vel alteram opinionem Suarez ex præd. duabus, & ideo merito Thomas Sanch. vbi supra, numero 15. inquit verius esse etiam tunc minime contrahere cognationem spiritualem, qui in baptismo priuato, quamuis in eo cæremonia susceptoris necessaria non sit, at si vere, & proprie adhibeatur, & tenens velit munus susceptoris obire, eo quod nõ sit in potestate tenentis situm, hanc cognationem contrahere nisi petita ab Ecclesia seruentur, & munus susceptoris non obitur proprie, nisi quando baptismus est solemnis.

8 Quid autem erit, quando plures duobus patrini designantur, aut duo viri, aut fœminæ contra ordinem præscriptum à Sacro Concil. Trident. agit bene de hoc Thom. Sanchez vbi supra, disputatione 57. numero 13. cum sequẽtibus, vbi etiam alias quæstiones in proposito opportunas examinat.

9 Dubium tamen est, an in præd specie ex iteratione solemni baptismi priuati valide collati oriatur cognatio aliqua spiritualis? & quamuis non desint, qui partem affirmatiuam teneant, nempe ex hac iteratione oriri cognationem spiritualem perfectam dirimentem subsequens matrimonium, qui sunt Dominicus consil. 33. numero 4. & 6. Probus in addit. ad Monach. in cap. primo, de cognatione spirit. in 6. numero 2. & 3. & inquit Mandos. de signatura gratiæ, titulo dispensationes matrimoniales, §. magna fuit: in Consilio Rotæ magna fuit suborta quæstio circa hanc rem, quibusdam affirmantibus hanc partem, inter quos erat Felin. qui tũc erat Rotæ Auditor. Nihilominus contrarium fuit concluſum in Consilio Rotæ, secundum Mandos. vbi supra ex solemni illa iteratione nullam prorsus cognationem oriri, siue in rebaptizante, siue in patrinis, & hanc partem sequuntur communiter Sommistæ, & eos alios que referens Tho. Sanch. d. disputatione 62. numero 5. vbi quod absque dubio ita tenendum est.

10 Hinc deducens numero 6. & 7. quod ex baptismo iterato sub conditione, eo quod de prioris baptismi veritate dubitatur postquã constiterit, priorẽ fuisse validum, non oriri cognationem: sed dum id non cõstat, præsumet Ecclesia cognationẽ secundum Sotum, & Bartholom. à Ledesm. quod intelligit, & bene Sanch. quando est merum dubium: nam si sint variæ opiniones probabiles inter viros doctos, quarum altera neget prioris baptismi valorẽ, altera autem affirmet, poterit tota conscientia quispiam vtram harũ eligere, & tenendo baptismum non fuisse validũ, dicet consequenter probabile esse ex eo non oriri cognationem, sed ex iteratione: contrarium vero dicet, si eam opinionẽ amplectetur, quæ sustinet priorem fuisse validum.

11 Laicus autem in necessitate baptizãs, quidquid alij dicant, contrahit cognationem perfectam spiritualem sequens matrimonium dirimentem cum baptizato, eiusque parentibus, quia omnia iura id volunt, & solum excipitur in cap. ad limina 30. quæstione 1. quando coniux filium alterius coniugis in necessitate baptizat, & hoc quoad vsum matrimonij iam contracti, ne scilicet per illum actum prætendatur debiti petitioni, quæ ratio non æque procedit in matrimonio contrahendo; ita tenent Hostiens. in summa titulo de cognatione spirit. §. & an aliquis, numero 8. Abb. in cap. fin. numero vltim. eodem titulo, & alios allegans D. Couarr. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 6. §. 4. num. 4. Greg. Lop. in l. prima, verbo Clerigo, titulo 7. partita 4. Matienç. in Rubrica glos. 1. numero 170. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & alij quamplurimi Authores, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 10. idem probãs in fœmina baptizante in extrema necessitate, estque receptissima, & tenenda præd. sententia, & numero 11. alios allegans.

12 Quod pater, qui in necessitate filium suæ concubinæ baptizat, non potest eam ducere in vxorem.

Alia plura in hac materia cognationis spiritualis examinat, & late pertractat Thom. Sanch. d. lib. 7. de matrimonio à disputatione 54. cum sequentibus, apud ipsum videnda cum ibi sint contesta: superiora tamen diximus, quia suot potiora, & nominatim circa literam Concil. Triden. de matrim. sess. 24. cap. 2. supra relatam, eiusque declarationẽ. Adducit Sanch. d. disputatione 54. aliquas quæstiones, & Motus proprios Pij V. alias declarationes refert Prosper Farinat. volumine 4. decision. & declarat Concilij Trid. super eodem cap. 2. folio mihi 69. & prius decis. 236. folio 25. vbi quod Cõgregat Concilij censuit speciem cognationis spiritualis
13 inter susceptum de sancto fonte Baptismatis, & filiũ, filiãve suscipiẽtis esse sublatam Decreto Concilij cap. 2. sessione 24.

SVMMARIVM Cap. CI.

1 *CONSVETVDO vim habet inducendi impedimentum dirimens matrimonium, & numeris sequentibus.*

2 *Consuetudo inducere non potest, vt inhabiles Iure Canonico ad contrahendũ matrimonium, habiles sint, & numeris sequentibus, præcipue num. 7.*

3 *Consuetudo nullo scandalo adiuncta nõ habet vim dissoluendi matrimonium.*

4 *Consuetudo à Summo Pontifice approbata potest inducere impedimenta matrimonium cõtractum dirimẽtia.*

5 *Consuetudo ad tempus impediẽs matrimonium, & ad tempus separans valet vt hic.*

6 *Consuetudo an possit noua impedimenta matrimonij inducere, & id dirimentia.*

8 *Ratio differentiæ, quare consuetudo possit noua impedimẽta matrimonij inducere, non vero inducta à Iure Canonico tollere?*

9 *Cap. quod super in fi. de consang. ex vna parte, & cap. 1. & cap. super eo de cogn. spirit. ex altera intellectus, & concordia.*

CAPITVLVM CI.

De impedimento consuetudinis ad matrim. contrahẽdum, vel dirimendum.

1 CONSVETVDO vim habet inducendi impedimẽtũ dirimẽs matrimonii, vt probat tex. in cap. super eo in fi. de cognat. spiritu. iuncto ca. 1. eodẽ tit. ibi, nisi consuetudo Ecclesiæ quæ scãdalũ generet, aliter se habere noscatur.

2 Per cõtrariũ autẽ nulla cõsuetudine induci posse, vt Iure Canonico inhabiles ad cõtrahẽdũ matrim. habiles efficiatur, probat tex. in c. quod super in fine de cõsang. & affin. & in d. cap. super eo in 1. sui parte, de cogna. spirit. Si igitur cõsuetudo habet vim inducẽdi impedimẽtũ dirimens, vt in prioribus iuribus, cur eadẽ virtute carebit impedimẽtũ dirimẽs Iure Canonico inductũ auferendi, vt in iuribus secundo loco citatis? certe magnã repugnantiã inter se habere videntur hæc iura, vnde nimirũ quod DD. nostri varie ea interpretentur, & declarent.

Duplex igitur quæstio hic declaranda oriri videtur ex decisione præd. iuriũ. Prima, an cõsuetudo vim habeat, vt possit noua impedimẽta matrimoniũ dirimẽtia statuere? Secũda de eiusdẽ cõsuetudinis potẽtia ad impedimẽta Iuris Canonici abrogãda? quibus discussis, & resolutis apparebit de vera intelligẽtia, & ratione dictorum iurium.

3 In primis separemus certa ab incertis: Primo cõuenit inter DD. consuetudinem quocũque scandalo adiutam, nullam vim habere ad dissoluendũ matrim. semel legitime celebratũ: quia est vinculum iuris naturalis, & diuini, & propter scãdalũ à veritate iuris diuini recedẽdũ nõ est, c. 2. de oper. nou. nunciat. & in regula, qui scandalizauerit, de reg. iur. in 6. sic in ca. fi. de sponsal. duo. decidit non esse standum consuetudini, vt spreto priore matrimonio rato persistatur in posteriori consumato: & in terminis hãc certã cõclusionẽ, & conuenientiã inter omnes docuit glos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cap. 1. de cognat. spirit. verbo nisi consuetudo, Abb. & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 4. numero 2.

4 Secundo, concordant DD. posse consuetudine à Summo Pontifice approbata induci impedimenta matrimonium postea contractum dirimentia, atque Iure Canonico statuta auferri: ita Hostiens. in d. cap. fin. numero 1. de sponsa. duo. & in summa de cognat. spirit. §. quis sit effectus, numero 6. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 3. vbi quod DD. concordes sunt in hoc.

5 Tertio, similiter fatentur omnes valere consuetudinem ad tempus impedientem matrimonium, & ad tempus separantem, non eo quod inualidum sit, sed in pœnam, quod aduersus prohibitionem initum sit, vt tenent Butr. & communiter DD. in cap. 1. & in cap. super eo de cognat spirituali. Thom. Sanch. vbi supra, numero 4.

6 Nunc autem deueniendo ad suprad. duplicem quæstionem, an cõsuetudo vim habeat, vt possit noua impedimẽta statuere matrimonium dirimentia ac eos reddere inhabiles ad matrim. qui Iure Canonico attento habiles erant, DD. maxime discordant, varioſque modos interpretandi prædicta vtraque iura assignant, atque cõstituunt, vt patet ex Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 4. numero 6. cum pluribus sequentibus, qui late eos refert cum suis Authoribus: qui tandem numero 11. explicando suam sententiam existimat: consuetudinem legitime præscriptam, ac rationi consonam iuxta dispositionem c. fi. de consuetud. ad legem statuendã, & statutam derogandam, vim habere inducendi nouum impedimentum dirimens ac subinde matrimonium aduersus eam consuetudinem celebratum esse nullũ, idque solam consuetudinem posse, absque scandalo, & adminiculo alterius iuris, nec ad eam inducendam desiderari scientiam Põtificis, sed eo ignorante posse talem consuetudinem legitime præscribi, suumque operari effectum, dummodo sit consuetudo mixta clericorum, & laicorum, quã sententiam ibi latissime probat, & bene respondens numero 12. fundamentis contrarijs, eamque nos quoque sequimur, & veram censemus, & hoc quoad primam suprad. quæstionem.

7 Quoad secundam autem quæstionem an consuetudo legitime præscripta vim habeat abolendi aliquod impedimentum dirimens efficiendo habiles ad contrahendum inter se matrimonium, qui Iure Canonico inhabiles sunt? fere omnes DD. pro constanti affirmant id non posse consuetudinem: quam sententiam probarunt glossa in d. cap quod super, verbo nõ obstante, & alios referens D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. §. 10. numero 18. Ant. Cuch. lib. 5. instit. maiolo 12. numero 36. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 1. numero 5. in cõmento litera, A. & alij plures antiqui DD. & moderni, quos refert Thom. Sanch. vbi supra, numero 13. cum suis fundamentis; quamuis hanc opinionem ipse non sequatur, sed potius contrariam numero 14. imo quod consuetudine possit derogari legi Ecclesiasticæ statuenti impedimentum dirimẽs inter aliquos matrimonium, ac proinde vi consuetudinis illius posse eos habiles effici ad contrahendum inter se matrimonium: & respondet contrarijs fundamentis. & præcipue d. cap. quod super, cum simil. & tandem refert suæ sententiæ fuisse Innocen. & Supplementum Gabrielis in locis de quibus ibi per eum. ego vero adhuc præfatam communem sententiam cõtrariam sequor, & probo, vt præ. iuribus secũdo loco citatis in principio huius quæstionis probatam.

8 Ratio autem differentiæ inter primũ, & secũdum casum supradictos, quare cõsuetudo legitime præscripta vim habeat inducendi nouum impedimentum dirimens, non autem abrogandi impedimẽtũ à Iure Canonico inductum ad dirimendum matrimonium, ea esse videtur, quia in priori casu præfata consuetudo non est corruptela, & sic nulla, sed potius iure tolerabilis: siquidẽ eã permittit Ius Canonicũ in locis præciratis: in secũdo vero casu secus, vt decidit tex. in d. c. quod super, in fine, ibi: ne autẽ intra gradus prohibitos matrim. cõtrahatur, debes publice inhibere, & præsumptores Ecclesiastica districtione punire, non obstante consuetudine, quæ

quæ dicenda est potius corruptela, & ibi glossa verbo non obstante consuetudine, in versic. sed consuetudo.

9 Tex. vero in c. 1. & in cap. super eo de cognatione spirituali. loquũtur in coniugio filiorum duorum compatrũ, per quorum neutrum deuẽtum est ad compaternitatẽ, vt licite iure possint matrimonialiter copulari stante consuetudine insuper id permittere, nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generet aliter se habere noscatur, vt in d. cap. 1. in fin. & in d. cap. super eo, versic. cæterum, ibi: quod si eiusdẽ Ecclesiæ consuetudo (supple, quæ scandalum generet, vt in d. c. 1. eiusdem tituli non obseruata) habeat inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere; tu simili modo in Ecclesia tibi commissa coniugium huiusmodi fieri non permittas, & si quos tales cõiunctos inueneris iuxta earũdẽ Ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare ab inuicẽ non omittas: ita glos. verbo consuetudo in principio, in cap. super eo.

Obseruo igitur diuersos esse casus d. c. quod super in fin. de consang. & affin. ex vna parte, & tex. in d. cap. 1. & cap. super eo de cognat. spirit. ex altera: in illo enim deciditur ne intra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, non obstante cõsuetudine contraria, quæ dicenda est potius corruptela: in hoc vero, quod filij duorum compatrum per quorum neutrũ deuentum est ad compaternitatem, possint licite inuicem matrimoniaſiter copulari stante consuetudine de hoc Ecclesiæ Metropolitanæ, vel aliarum circumpositarum, hoc permittente: secus si contraria sit consuetudo, quæ non seruata scãdalum generaret, prout certe videtur id generatura dissimilia, igitur hæc sunt, & in diuersis casibus loquentia ac ideo non possunt dici esse directo inter se contraria nec repugnantia: vnde merito quod consuetudo legitime præscripta vim habeat inducendi nouum impedimentum dirimens, vt in d. cap. 1. & cap. super eo de cognat. spirit. non vero abrogandi Iure Canonico, iam inductum.

Secundo obseruo, quod licet tex. in ca. primo, & in cap. quod super de cognat. spirituali. loquantur in casu speciali, quo matrimonio iunguntur filij duorum compatrum, quibus nullo iure matrimonium prohibetur, id tamen extendendum est ad omnes alios casus, in quibus nullũ aliud impedimentum intercedit præter cõsuetudinem scandalo comitatam, vt si hæc obtinuerit in quinto consanguinitatis gradu coniunctos, non possint valide matrimonio copulari, siquidem militat eadem ratio, nec præfatus casus relatus est in d. cap. super eo ad illius decisionem restringendam, sed gratia exempli, ita tenet glos. ibi verbo consuetudo, & in cap. fi. verbo cognouissent de sponsa. duo. & in cap. cũ olim in fi. de cler. coniug. Ant. de Butr. Abb. & alij communiter, quos refert, probat & sequitur Sanch. d. disputatione 4. versiculo, & quamuis vterque textus.

SVMMARIVM Cap. CII.

1 COGNATIO *legalis est effectus adoptionis, exeaque oritur sicut affinitas ex copula.*
2 *Adoptio quid sit?*
3 *Adoptio duplex, perfecta, & imperfecta, vt hic.*
4 *Cognatio legalis triplex vt hic.*
5 *Cognatio legalis imperfecta an impediat, & dirimat matrimonium?*
6 *Legalis cognatio triplex, an impediat, & dirimat matrimonium?*
Et quid de ea, quæ oritur ex linea transuersa? numero 7.
8 *Cognatio legalis, ad hoc vt obstet matrimonio contrahendo, debent concurrere in ea solemnia iuris.*
9 *Cognatio legalis superueniens, an impediat debiti exactionem.*
10 *Cognatio legalis superueniens sponsalibus de futuro ea dissoluit.*
11 *Cognatio legalis triplex an obstet matrimonio perpetuo contrahendo, & ad quas personas, & gradus extendatur?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM CII.

De impedimento cognationis legalis.

1 COGNATIO legalis est effectus adoptionis, ex eaque oritur, sicut affinitas ex copula.

2 Adoptio autem, vt communiter definitur à Iurisperitis, est actus legitimus, per quem fit filius aut nepos, qui non est penè naturam imitans. D. autem Thom. in quarto, distinct. 42. quæstione 2. & communiter Theologi ita eã definiũt: est legitima susceptio extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, vtraque definitio adoptionis in idem coincidit, ita Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 63. numero 1. vbi eam probat.

3 Et numero 2. quod est duplex adoptio, quædam est perfecta, per quam adoptatus transit in adoptantis potestatem, illique succedit, & hæc dicitur arrogatio: altera est imperfecta, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis, & hæc dicitur simplex adoptio, vt probatur in §. adoptio, instit. de adopt. l. 7. titulo 7. partita 4. & ita ab omnibus traditur: differunt autem in multis, vt ibi per Sanch. d. numero 2. qui numero 3. refert, & congerit conditiones, quæ requiruntur, vt licitum sit alicui aliquem adoptare.

4 Cognatio igitur legalis est triplex. Prima est linea recta inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati descendentes, vt in l. quin etiam ff. de ritu nupt. 55. in ordine, & in §. ergo non omnes, instit. de nupt. l. 7. titulo 7. partita 4. Secunda est lateralis, seu in linea transuersa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, l. per adoptionem 17. in ordin. ff. de ritu nupt. & in §. inter eas, instit. de nupt. & in d. Regia l. septima, & in cap. vnic. de cognat. legal. & in cap. per adoptionem 3. quæstione tertia. Tertia est per modum cuiusdam legalis affinitatis, ad similitudinem affinitatis naturalis, quæ est inter adoptantem, & vxorem adoptati: & è contra inter adoptatum, & vxorem adoptantis, vt in l. adoptiuus 14. ff. de ritu nupt. & in l. octaua, titulo septimo, partita quarta, ita distinguit D. Thom. in quarto, distinctione 42. quæstione secunda, articulo tertio, in corpore, quem omnes sequuntur (& merito) teste Sanch. vbi supra, numero sexto, & probat Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 25. versic. sunt autem tres species, pag. 315.

5 Dubium tamen est in proposito, an ex adoptione imperfecta, de qua supra, oriatur hæc cognatio legalis matrimonium impediens ac dirimens, an potius ex sola perfecta, quæ arrogatio dicitur? in quo duas opiniones refert glossa in cap. vnic. de cognat. legal. verbo quandiu, in versic. item posset dici, &c. Primam negatiuam, quod non oriatur: & in versiculo alij dicunt: secundam affirmatiuã, quod oriatur hæc cognatio legalis ex adoptione imperfecta: primam sequuntur, & tenent communiter Theologi, secundam autem affirmatiuam tenent, & sequuntur communiter Canonistæ, vt affirmat Gregor. Lopez in l. septima, glos. *que prosijaron*, titulo septimo, partita quarta, & latius Thomas Sanchez d. disputatione 63. numero 8. & 9. qui licet affirmet satis probabilem esse, & communissimam hanc affirmatiuam Canonistarum referens plurimos eã tenentes; attamẽ adhæret priori negatiuæ tanquam probabiliori d. numero 9. dicens, quod contraria affirmatiua innititur leuissimis fundamentis, quibus respondet inferius numero 10. ad fin. sed insufficienter.

Ego vero sententiam præd. affirmatiuam Canonistarum censeo procul dubio veriorem, receptiorem, & tenendam in iudicando, & consulendo per tex. in cap. ita diligere, cap. per adoptionem 30. q. 3. & ex tex. expresso in cap. vnico de cognat. legal. cuius verba sunt hæc: Si quis per adoptionem mihi soror esse cœperit, quãdiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere nõ possunt: loquitur enim tex. hic expresse, indistincte, & generaliter in adoptione, cuius natura est, vt adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, & nihilominus decidit inter suprad. oriri

oriri impedimentum dirimens. Secundo probatur hæc sententia in individuo, ex l. Regia 7. d. titulo 7. partita 4. ibi, *è por esto parentesco atal embargan se los casamientos, ca el padre que por fija alguna muger, ò la recibe por nieta, o por viznieta, nũca puede cõ ella casar*, &c. Loquitur enim expresse lex illa in adoptione impropria per quam adoptata non intrat in potestatem adoptantis, vt patet ex versiculo præcedenti, ibi, *la segunda es*, &c. nullo igitur pacto his extantibus potest contraria opinio negatiua sustineri, cum lex hæc Regia fulcita Iure Canonico, de quo in d. cap. vnic. expresse, & nuncupatim approbet nostram hanc, quam sequimur, affirmatiuam, vt adnotat Gregor. Lopez ibidem eam tenens, & patet ex tota eius litera præterquam ipsa est cõmunissima, vt fatetur Sanchez.

Non igitur audere quis debet contra tam expressa iura tenere negatiuam, quæ leuiter est fundata, & responsiones assignatæ ad fundamenta affirmatiuè violentiam patiuntur: quibus fit vt minime quoque sint audiendi tenentes oriri tantum ex adoptione imperfecta impedimentum impediens, non tamen dirimẽs sequens matrimonium: & multo minus, qui dicunt neutrum horum oriri, cum vtrumque verius, & receptius sit oriri, vt remanet satis probatum. Vtraque ergo adoptio impedit, & dirimit matrimonium; nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. non distinguemus cum simil. ff. de arbitr. & ita nostram hãc affirmatiuam sententiam sequitur, & probat, & dicit communem contra Thomas Sanchez Fr. Basilius vbi supra, columna prima.

6 Aliud & secundum dubium est, an omnes præd. tres species legalis cognationis impediant, & dirimant matrimonium? de prima specie in linea recta ascendentium non est dubium, sed potius conuenit inter omnes, quod dirimat subsequens matrimonium: de tertia specie, nempe de affinitate legali, licet quidam affirmauerint non obstare matrimonio contrahendo, non tamen est vera eorum sententia, sed iure optimo eam reprobant Hostien. in cap. vnic. de cognat. legal. numero tertio, & ibi communiter DD. nempe Ioan. And. numero 5. Anton. de But. numero 6. Anchar. num. 5. Alexand. de Neuo numero 9. & cæteri omnes DD. tamquam rem exploratam statuunt eam cognationem dirimere, teste Thom. Sanch. d. disputatione 63. numero 13.

7 De secunda specie cognationis legalis in linea transuersa, licet etiam nonnulli teneant, eam matrimonium non dirimere, sed solum impedire, prout sunt Specul. in titulo de cognat. legal. §. vnic. numero 2. & ibi Ioan. And. in addit. videtur eiusdẽ sententiæ fuisse, & eam tenent Præpositi. in d. cap. vnic. in fin. vbi dicit communẽ de cognat. leg & Gaeta in repet. cap. ad limina 30 quæstione 1. §. 4. quæst. 156. numero 405. verius tamen est, & magis cõmuniter receptum per huiusmodi cognationem dirimi subsequens matrimonium, vt probat tex. in d. cap. vnic. dicens, nuptias consistere non posse inter filium legitimum, & sororem adoptiuam, ita tenet glossa in sum. verbo quod autẽ 30. quæstione 3. & in d. cap. vnic. in fin. & ibi cõmuniter DD. D. Couar. in quarto de spõs. al. secunda parte, cap. 6 §. 5. numero 2. & 3. Ant. Cuch. lib. 5. Instit. mai. titulo 24. numero 28. & alij quamplurimi, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra n. 15. qui n. 16. reddit rationẽ. Ex quorũ numero constat hãc esse receptissimam sententiam ac proinde tenendam, præsertim cum sit probata in d. cap. vnic. & approbata in l. 8. ibi, *è este parẽtesco, o cuñadez que se haze segun mandan las leyes nõ embarga tan solamente el casamiento, mas desfaze los si fuere fecho*, & ibi notat expresse Gregor. Lopez in glossa, *mas desfaze lo*, contra priorem opinionem supra relatam.

Ideo autem hoc impedimentum legalis cognationis vim habet, licet legibus Ciuilibus inductum sit, quia sunt præd. ll. Ciuiles Iure Canonico approbatæ, vt cõstat ex tex. in d. cap. ita diligere 30. quæst. 3. & in cap. per adoptionem eadem caus. & quæst. & cap. vnic. cũ simil. de cognat. legal. per quæ iura ita tenet D. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quarto, distinctione 42. quæstione 8. articulo 2. in corpor. & ad quartum, & ibi D. Bonauent. art. 2. q. 2. Palud. q. 1. art. 2. concluſ. 7. n. 25. Abb. in Regula de cogn. legal. n. vnic. Gregor. Lop. in l. 7. verbo, *porque* tit. 7. partit. 4. Dominic. à Soto in 4. diſtinct. 42. q. 2. art. 1. colum. 2. verſic. de adoptione, & art. 2. in fin. & alij plures, quos congerit, & ſequitur Thom. Sanch. diſputatione 63. num. 17.

8 Ad hoc autem quod cognatio hęc legalis obſtet matrimonio, oportet in adoptione facienda ſeruari formam legibus præſcriptam: ea namque non ſeruata, ſed priùs tam coram vicinis aut alijs honeſtis perſonis non interueniente magiſtratu corrueret actus, ac proinde nullum matrimonio impedimentum produceret: ita Hoſtienſ. in cap. vnic. num. 1. de cogn. legal. & ibi communiter DD. Greg. Lopez in d. l. 7. verbo, *ſu carta*, tit. 7. partita 4. in qua l. Regia forma ſeruanda in arrogatione, & adoptione præfigitur, ex qua l. illa inducit prædictum impedimentum: ergo præd. forma non ſeruata, deficit actus, & ſic nõ oritur ex eo præd. impedimentum, quam etiam ſententiam alios allegans ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 18.

9 Vbi num. 19 agit, an hæc cognatio legalis ſuperueniens matrimonio iam contracto, impediat debiti petitionem reſpectu coniugis, qui eam contraxit, & inclinat in partem negatiuam cum Petro de Ledeſma, contra doctrinam generalem Sylueſtri.

10 Si autem cognatio hæc legalis ſuperueniat ſponſalibus præcedentibus de futuro, diſſoluentur præd. ſponſalia: ita tenent Ioan. And. Hoſtiẽ. Anton de But. Anchar. Card. in c. veniens, de cognat. ſpir. & alij, quos refert & ſequitur Sanch. vbi ſupra num. 20.

11 An autem triplex cognationis legalis ſpecies ſuprad. perpetuo obſtet matrimonio contrahendo, & ad quas perſonas, & gradus extendatur, ne longius calamum protrahamus, cùm ſit materia parum practicabilis, videndus eſt omnino id late explicans Thomas Sanchez dict. libro ſeptimo de matrimonio, diſput. 63. num. 24. cum ſequentibus vſque in fin. & F. Baſil. dict. cap. 25.

SVMMARIVM Cap. CIII.

1 IVSTITIAE *publicæ honeſtatis impedimentum tollitur per Sanctum Concil. Trident. vbi ſponſalia quacũque ratione valida nõ ſunt.*

2 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis definitio.*

3 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum iure antiquo durabat vſque ad quartum gradum.*

Et quid hodie attento S. Concil. Trident. num. 5.

4 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum non oritur cum affinibus alterius ſponſi.*

5 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum non oritur hodie ex ſponſalibus irritis.*

Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentũ vbi ſponſalia valida ſunt, hodie non excedit primum gradum, num. 5.

Et an id procedat tam in linea recta, quam in tranſuerſali? num. 6.

7 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum an hodie attento Sacro Concil. Trident. procedat tantum in ſponſalibus de futuro intra primum gradum, vel vlterius in matrimonio.*

8 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum an hodie procedat in his, qui ſecũdo gradu erant coniuncti ante Concil. Trident.*

9 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum an hodie attento Sancto Concil. Trident. procedat in ſponſalibus de præſenti contractis non ſeruata forma Concil. Trident.*

10 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum non oritur, quando factis denunciationibus iuxta formam Concilij, nõ apparet aliquod impedimentum.*

11 *Sponſalia ſi communi conſenſu diſſoluantur, ſunt nulla, ac proinde exeis non oritur iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum.*

12 *Sponſalia contracta ab impuberibus, quando inducant impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis vel non.*

13 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, an oriatur ex ſponſalibus, in quibus defecit interior conſenſus, vel adfuit aliud impedimentum occultum, vt hic.*

14 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum in quem ſenſum ſit perpetuum?*

15 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtũ an oriatur ex nixu ad copulã, abſque matrimonij fide præuia?*

16 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtum non dirimit matrimonium præcedens.*

17 *Matrimonium contractum poſt ſponſalia de futuro cum alia, ex quibus ortum fuit impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, eſt irritum, & qui illud contraxit, tenetur ducere priorẽ ſponſam de futuro niſi in caſu de quo hic.*

18 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtum non oritur ex ſponſalibus contractis cum incerta perſona vt hic.*

Et quid in ſponſalibus conditionalibus ante aduẽtum conditionis? num. 19.

20 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtũ an oriatur ex ſponſalibus cũ Maria ſub conditione cõtractis, ſi poſtea contrahat ſponſalia pura cum eius ſorore? & numeris ſequentibus.*

21 *Pœnitere non licet à contractibus conditionalibus ante conditionis euentum.*

22 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum an oriatur ex matrimonio rato abſoluto non conſummato?*

23 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtum an hodie oriatur matrimonio rato irrito, dum tamen non ſit ex defectu conſenſus.*

24 *Affinitatis impedimentum non oritur ex matrimonio rato non conſummato, remanet tamen impedimentũ vlterioris gradus.*

25 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtum ex matrimonio irrito conſurgens non eſt reſtrictum per Concil. Trid. ad primum gradum, ſed durat vſque ad quartum.*

26 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtum an oriatur ex matrimonio ſub cõditione celebrato.*

CAPITVLVM CIII.
De impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis.

1 SAcroſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. ſic definit: iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentũ, vbi ſpõſalia quacũque ratione valida nõ erunt, Sancta Synodus prorſus tollit, vbi autẽ valida fuerint, primũ gradũ nõ excedant: quoniam in vlterioribus gradibus iã nõ poteſt huiuſmodi prohibitio abſq; diſpendio obſeruari.

2 Hoc autem impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis eſt propinquitas ex ſponſalibus prouenies robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione propter honeſtatẽ eius; ita D. Thom. in quarto Sentent. diſtinctione 41. quæſtione vnic. articulo 1. quæſtiuncula 4. in corpore, quem omnes ſequuntur ſecund. Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. diſputatione 68. numero primo, vbi eam probat ſigillatim, & numeris ſequentibus plurima in propoſito huius impedimenti adducit, explicat, & declarat apud eum videẽda, necnon Fr. Baſil. de impedi. matr. cap. 18. cum ſuis §§ pag. 219. cum ſequentibus: ipſe vero præcipua tantum, & in praxi frequẽtiora atque vtiliora afferam, & proponam.

3 Iure antiquo hoc impedimẽtũ iuſtitiæ publicæ honeſtatis durabat vſq; ad quartũ gradũ, vnde cõtrahẽs ſponſalia de futuro, nõ poterat cũ cõſanguinea alterius ſpõſi vſq; ad quartũ gradũ matrimoniũ valide inire, licet Iura Canonica de hoc ãgẽtia gradũ nõ explicauerint, ſed indiſtincte loquũtur de cõſanguineis, prout ſunt text. in c. literas de deſponſ. impub. c. iuuenis, c. veniens, c. ad audientiã, ca. ſponſam de ſponſ. clarius in c. vnic. de ſponſ. in 6. cum enim conſanguinitas ad quartũ gradum extendatur, intelligenda ſunt præfata iura de cõſanguineis intra quartũ gradũ: ita tenet D. Thom. vbi ſupra, & communiter omnes Theologi, & Iuriſconſulti antiqui, & moderni, quos refert, & ſequitur Sanch. vbi ſupra, num. 8. vbi num 9. hoc ampliat cũ alijs cõtra Franciſ. Vercelin. vt procedat etiam in ſponſalibus irritis.

4 Non tamen oritur hoc impedimentũ cum affinibus alterius ſponſi, vt recte cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra Ioan. Monach docent Ioan. Andr. Franc. Dominic & alij, quos refert & sequitur Sanch. vbi supra, numero 3. qui numero 4. recte etiam probat oriri hoc impedimentum cum consanguineis etiam illegitimis alterius sponsi.

5 Hodie autem hoc corrigitur per Decret. Concil. Trid. supra relatum, quoad duo: primo quoad sponsalia, quacumque ratione irrita: ex quibus ibi deciditur nullum prorsus oriri impedimentum. Secundo quoad gradum, ad quem extenditur hoc impedimentum, quando sponsalia valida fuerint, vt primum gradum minime
6 excedant, & cum Concilium in hoc indistincte loquatur intelligendum videtur tam in linea recta, quam in transuersali: ita Petrus de Ledesm. Manuel Rodriguez, & Vega, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 10.

Nunc vero pro declaratione d. Decreti Concilij operæpretium duxi, quæ postea à Summis Pontificibus, & congregatione Illustris. Cardinal. statuta sunt hic addere, vt melius, & exactius hæc materia intelligatur.

7 Et primo bonæ memorię Pius V. Pontifex maximus suo Motuproprio ann. 1568. Kalend. Iulij declarauit hoc Decretum in sponsalibus de futuro tantum loqui & procedere, nam in matrimonio de præsenti durat adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante hoc Decretum introductum erat, cuius Motus proprij in proposito meminit Farinat. parte 4. declaration. Concil. Trid. super Decret. de reformat. matrim. cap. 3. in principio, pag. mihi 70. col. 1.

8 Secundo; quod facultate huius Decreti gaudent etiam illi, qui ante Concilium contraxerunt in secundo gradu, quia inter illos nulla affinitas præsupponitur, vt refert Farinat. vbi supra versiculo primũ gradum, & tenet quoque Sanchez vbi supra numero 11. dicens, quod qui ante Trident. contraxerat sponsalia irrita cũ aliqua persona, & subinde non poterat copulari matrimonio cum eius consanguineis, potest modo id facere perinde ac si sponsalia illa non contraxisset: etsi fuerunt sponsalia valida ac ideo tunc impeditum erat matrim. vsque ad quartum gradum, iam nunc tãtum impeditur vsque ad primum; vt docent Veracruz, & Enriquez in locis de quibus ibi per eum.

9 Tertio inquit Farinat. vbi supra, quod præsupposita declaratione huius Decreti per constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. censuit Congreg. oriri impedimẽtum iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de præsenti, & nulliter contractis omissa forma Concil. Triden. cap. 1. huius session.

10 Quarto; quod etiam Congregatio censuit ex sponsalibus contractis si factis denunciationibus nõ apparebit aliquod impedimentum, non oriri impedimentum publicæ honestatis.

11 Quinto; similiter Cõgregatio censuit, quod si sponsalia soluantur de cõmuni cõsensu, sint inualida, vt refert Farinat. vbi supra. super illis verbis: Quacumq; ratione valida non erunt: ex qua declaratione Cõgregationis, si ipsa ita se habet, sustinetur opinio Emanuel Saa in sum. verbo matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus agit numero 12. tenet contrahi hoc impedimentum ex sponsalibus de futuro, nisi soluta fuerint communi vtriusque cõiugis consensu, quamuis Thom. Sanchez vbi supra, numero 21. ignarus d. declarationis, improbare nitatur d. opinionem Emanuel Saa.

12 Deinde obseruandum est, quod quando impedimentum dirimens matrimonium est tale, vt in ea ætate, in qua contrahuntur sponsalia, explorari nequeat per experientiã ea non reddere irrita; erunt vera, & legitima ac proinde producũt impedimentũ publicæ honestatis, vt si puer in tenera ætate re vera frigidus aut maleficiatus sponsalia contrahat, impedimentum namque illud adhuc non erat in actu impediendi, cũ in ea ætate puer frigidus, & non frigidus quantum ad generationis actum fit æque impotens: ita tenet Sanct. Thom. in quarto Sentent. disputatione 41. quæstione vnic. articulo 1. quæstiuncul. 4. ad tertium, & ibi Dominic. à Soto, quæstione vnic. articulo 2. columna penult. versic. aliud vero, Sylvest. verbo matrimonium 8. quæst. 14. dicto 1. Ludouic. Lopez secunda parte Instructor. de matrim. cap. 50. col. 2. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, num. 12.

13 An autem quando sponsalia sunt valida de iure, eo quod nullum iuris impedimentum intercedat, sed solum sint irrita ex defectu consensus interni, vel alterius cuiuscumque impedimenti occulti, vt ex voto castitatis, religionis, vel non nubendi interno consurgat, ex illis hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, & sic circa intellectum cap. vnic. de sponsalib. lib. 6. agit latissime Thom. Sanch. vbi supra, numero 13. cum sequentibus, & numero 18. agit, quid quando parentes pro filijs præsentibus, & tacentibus ac dolicapacibus sponsalia contrahunt, vt oriatur tunc hoc impedimentum publicæ honestatis, licet ipsi pueri interius dissentiant: & numero 19. quid quando filij erant absentes, vel si præsentes erant minores septennio, & nondum doli capaces.

14 Præterea hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis in hũc sensum est perpetuum, non quod extendatur ad alium gradum, quam prohibitum, sed ita, vt nec morte alterius spõsi extinguatur, vt tenet glos. in d. cap. vnic. verbo publice, de spõs. in 6. & ibi Ioan. And. numero 5. Dominic. in fine princip. Abb. in cap. sponsa numero 2. de sponsal. & ibi Alex. de Neuo, numero 7. & Præpos. in fin. Dominicus à Soto in 4. distinctione 41. quæstione vnic. articulo 2. columna 4. versic. secunda conclusio, in fin. Toledo lib. 7. suæ summæ, cap. 10. numerõ 5. & Manu. Rodrig. in primo tom. suæ summ. secunda editione, cap. 234. numero 1. Sanch. vbi supra, num. 20.

15 Nec sufficiet solus conatus ad copulã absque præuia matrimonij fide, ad hoc vt oriatur impedimentum hoc publicæ honestatis, vt contra Archid. in d. cap. vnic. numero 10. in fin. de sponsa. in 6. probant ibi Ioan. Andr. numero 3. Anchar. ad fin. Dominicus in principio numer. 12. Alexand. de Neuo in cap. iuuenis, num 20. de sponsal. quos sequitur Sanch. vbi supra, d. disputatione 68. numero 22. d. lib. 7. de matrimonio; vbi addit bene oriri hoc casu quando infantes sponsalia irrita defectu ætatis inierunt, & post conscij priorum sponsalium, & quando iam legitimam ætatem ad ea ratificanda assecuti sunt; nixi fuerunt ad copulam, nam tunc oritur non ratione nixus ad copulam, sed quia est tacita ratificatio priorum sponsal. cap. vnic. de desponsat. impub. lib. 6. & perinde est ac si tunc sponsalia contraherent; & ideo tunc oritur ex illis publicæ honestatis impedimentum.

16 Demum obseruãdũ est, quod licet ex sponsalibus puris, & certis, (dummodo nõ sint nulla ex defectu cõsensus) oriatur efficax impedimentum ad impediendum, & dirimendum sequentia spõsalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissoluendum impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, vt in cap. vnic. de sponsal. in 6. vbi glos. verbo derogatur eã reddit rationem, quia posteriora sponsalia prorsus irrita sunt ratione publicæ honestatis iustitiæ ex prioribus inductæ, ac proinde ex posterioribus nõ potest honestas prioribus derogans consurgere, quod hodie apertum etiam esse attento Decreto Cõcil. Trid. d. c. 3 sess. 24. de matrim. affirmat Sanchez vbi supra, numero 23. siquidem ibi deciditur ex solis sponsalibus irritis minime oriri hoc impedimentum, existimat autem attento iure antiquo tex. in d. cap. vnic. ex ijs posterioribus sponsalibus consurgere impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, licet non ad dissoluenda priora sponsalia, bene tamen ad dirimenda sponsalia, vel matrim. cum alia consanguinea intra primum gradum sponsi, vel sponsæ posterioris; sed quod hodie attento Decreto Trident. nullum prorsus impedimẽtum oritur ex talibus, vt puta quia irrita sunt, quod probo.

17 Hinc deducitur primo, quod si post sponsalia de futuro, cum certa persona, cõtrahat sponsus matrimonium de præsenti cum eius sorore, & nondum illud consummauerit, obligari illum ad seruãdam priori fidem ineundo cum illa matrimonium, quia matrimon. illud posterius irritum nõ inducit impedimentum publicæ honestatis derogans prioribus sponsalibus, quare cum priori validum erit matrimonium: secus si cum posteriori consummasset matrimonium, quia tunc cum neutra posset valide inire, vt cum alijs bene probat Sanchez vbi supra, numero 24. vbi, & n. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia addit apud ipsum videnda.

18 Sponsalibus autem incertis nullum impedimentum oritur, vt si quis det fidem de ducenda in vxorem quandam ex filiabus Titij nulla signata ex illis, tex. in cap. vnic. de sponsalib. lib. 6. præmaxime attento d. Decreto de matrimonio, cap. 5. sessionis 24. Concil. Trident. dum decidit ibi ex sponsalibus irritis non oriri hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis: hæc autem sunt irrita, vt probat late Thom. Sanchez lib. 1. disputatione 26. num. 1. igitur, &c.

19 Idem prorsus dicendum est de sponsalibus conditionalibus, ante conditionis euentum; quare valebit matrimonium celebratum cum sorore eius sponsæ conditione nondum extante, vt in d. cap. vnic. in fin. Vnde per contrarium orietur præd. impedimentum post euentum conditionis, tunc namque sunt spōsalia pura, & habentia perfectum consensum: nec est hoc correctum, sed imo cōfirmatum per Cōcil. Trident. vbi supra, quia nondum extante conditione sunt ea sponsalia irrita: ea vero extante remanent prorsus firma, & absoluta, & ita post Concil. Trident. docent Henriquez, Bart. de Ledesm. Petrus de Ledesma, & Manuel Rodriguez in locis quibus eos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatione 69. numero 2.

20 Sed quid erit è conuerso, si sponsalibus contractis sub conditione cū Maria, ineātur sponsalia pura cum eius sorore? videtur namque ex proxime dictis ex primis sponsalibus conditionalibus non oriri impedimentum ad contrahendum pure cū secunda, quæ est soror prioris, ac proinde non posse redire spōsum ad priorem: oritur namque ex posterioribus sponsalibus impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, ac proinde non posse iam priorem sororem duci; ita tenet glos. in d. cap. vnic. verb. præsenti de sponsalibus in 6. & Summa Tabien. verbo impedimentum, in 11. impedimento, n. vnic. & quidē attento iure communi tex. in d. cap. vnic. verū est, licet enim ibi dicatur per posteriora sponsalia non derogari prioribus, hoc intelligitur de prioribus sponsalibus veris, vt ibi per glossam, verbo præsenti. sed conditionalia non vera sponsalia pendente conditione, eo quod tūc deficit cōsensus. Hodie tamen attento Concil. Trid. d. cap. 3. sess. 24. de reformatione matrim. in casu de quo hic agimus ex posterioribus sponsalibus hoc impedimentum publicæ honestatis iustitiæ non videtur oriri, quia sunt irrita, vtpote contra priorem promissionē, quamuis conditionalem, vt in terminis tenet Thom. Sanchez d lib. 7. de matrim. disputatione 69. num. 3.

Licet enim conditio honesta suspendat tam matrimonium, quam sponsalia vsque ad conditionis euentum nec sit vsque tunc perfecta obligatio, at non potest alter antequam conditio deficiat recedere à sponsione, sed tenetur expectare vsque ad conditionis euentum.

21 Hoc namque est proprium contractus conditionalis, vt ante conditionis euentū neutri liceat resilire inuito altero, vt in l. qui balneum 9. & l. potior. 11. in principio, versic. videamus ad fi. ff. qui potiores in pign. habeantur, ibi, cum enim semel conditio extitit, proinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset, l. 32. in principio, titulo 13. partita 5. Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glossa 2. num. 26. & glos. 10. numero 43. Ant. Gom. late secundo tom. var. resol. titulo de qualit. contractuum, numero 30. per totum, Sylvest. in summa verbo donatio primo, quæstione 15. numero 19. Molin. Theolog. secūdo tom. de Iustitia, & Iur. disputatione 285. conclusione 4. Thomas Sanch. de matrimonio lib. 5. disputatione 6. numero 8. vbi in proprijs terminis, quod conditio honesta suspendat tam matrimoniū, quā spōsalia vsque ad conditionis euentum, & nō possit alter antequam conditio deficiat recedere ab sponsione, sed teneatur expectare vsque ad conditionis euentum, allegat plures hoc tenentes, inter quos nos citat lib. 1. Canon. quæstionum, cap. 22. numero 22 in fi.

Nec obstat, quod supra in versic. idem prorsus dicendum est, resoluimus ex spōsalibus conditionalibus nullam oriri publicam honestatem ante conditionis euentum, ac proinde valere matrimonium initum cum sorore eius sponsæ, conditione non-

nondum extāte, quia cum præd. matrim. fuerit pure celebratum nullo extante impedimento irreuocabile fuit effectum, ac proinde opus non fuit expectare verificationem priorum sponsalium conditionalium. Omitto, an peccauerit, qui præd. matrim. celebrauit, non expectato aduētu conditionis licitæ, & honestæ priorum sponsalium, & sic ratione fidei, & promissionis prioris factæ: at vero in casu de quo agimus in hoc versic. sed quid erit é cōuerso sponsalia pura, & absoluta posteriora fuerunt irrita ratione præd. & ideo merito, quod ex eis post Concilium Trident. id impedimentum non inducatur, & possit hic sponsus ad priorem sororem redire conditione priorum sponsalium adueniente: hanc tamen sententiam declarat, & intelligit pluribus modis Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 69. num. 4. cū sequētibus vsque in finem.

22 Nunc videamus, an ex matrimonio rato absoluto, non vero consummato, oriatur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, & quamuis de hoc vix reperiatur tex. expresse id disponens, idem tamen quod in sponsalibus de futuro absolutis dicendum est, nempe oriri præd. impedimentum, si enim ex præd. sponsalibus puris huiusmodi impedimentum consurgit, vt patet ex suprad. à fortiori consurget ex matrimonio rato absoluto, eo quod fortius vinculum sit, & magis dehonestet aliud matrim. intra gradum prohibitum: ita tenent Ioan. Andr. in cap. sponsam in principio de sponsal. & ibi Abb. num. 1. Præpos. numero 2. idem Abb. in cap. non debet, numero 13. de consang. & affinit. Dominic. à Soto in quarto, distinctione 41. quæstione vnic. articulo 2. columna penultima, versiculo sequitur tādem, Nauar. lib. 4. consil. titulo de sponsal. in prima editione, consilio 33. numero 2. in secunda vero consilio 11. numero 2. Alphons. à Veracruce in Appendic. ad Spec. coniug. dubio penultimo, conclusione 1. quos sequitur Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 70. numero primo, vbi numeris sequentibus aliqua deducit, & infert ex hac communi, & tenenda resolutione.

23 Dubiū tamē est circa hoc, an quemadmodum impedimentum hoc iustitiæ publicæ honestatis attento iure Communi oritur ex sponsalibus de futuro etiam irritis, attento vero Concil. Trident. minime idem dicendum sit in matrimonio rato irrito ex quacumque causa, modo non sit ex defectu consensus? in quo Nauarr. in Manual. cap. 22. numero 58. corolar. secundo, & D. Couar. in 4. de sponsal. secū da parte in noua editione, ca 6 § 2. nu. 2 & Ludou. Lopez in secunda parte Instruct. vbi agit de matrimonio, cap. 50. censent per Decret. S. Concil. Trident. sessione 24. de matrimonio, cap. 3. id correctum esse, non tantum in sponsalibus, sed etiam in matrimonio rato: quia cum sit correctum in sponsalibus irritis, & hoc impedimentum non reperiatur expresse decisum oriri ex matrimonio rato nullo, sed id deducatur per quamdam consequentiā eo ipso quod Concil. Trident. id corrigat in spōsalibus nullis, videtur quoque in matrimonio rato nullo id correctum, quia accessorium sequitur naturam principalis, vt in regula iuris vulgari, quæ opinio ante declarationem contrariā Sedis Apostolicæ probabilis videbatur, hodie tamen minime est vera, probabilis, nec tenenda vllo modo, sed potius cōtraria; nempe id minime esse correctum sed adhuc stare, & ideo oriri ex matrimonio rato irrito quacumque ex causa, præterquam defectus cōsensus, hoc impedimentum, vt nū cupatim declarauit Pius V. Summus Pontifex in suo Motu proprio incip. Ad Romanum spectat, &c. Ann. 1588. vbi quod cum multi dubitauerint, an Decretum Cōcil. Trident. d. cap. 3. intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de præsenti non consummato, sic ait: Authoritate Apostolica tenore præsentiū declaramus, & definimus Decretum Cōcilij huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dūtaxat, non autem in matrimonio (sic vt præfertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante præd. Decretum Concil. introductum erat: ita obseruant Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 57. Henriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 10. numero 2. Greg.

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Valent. quarta parte, disputatione 10. quæstione 5. puncto 3. vbi de impedimento publicæ honestatis, & Thom. Sanchez d. lib. 7 disputatione 70. numero 5. vbi addit sibi non placere temperamentũ, quod adhibet Emanuel Saa, verbo matrim. numero 12. vbi ait: si id matrim. irritum sit occultum, aut manifestum sit fuisse irritũ non oriri impedimentum, & numeris sequentibus Sanchez vbi supra alia declarat, & deducit in proposito vtilia apud ipsum videnda.

24 Et Cõgregatio Illustrisim. Cardinal. censuit quoque ex matrimonio per verba de præsenti copula non sequuta non oriri affinitatem: remanet tamen impedimentum hoc vltioris gradus ex d. declaratione Pij V. & quod ita etiam fuit Decretum, inquit Farinat. super d. Decreto, & c. 3. folio 79. per Congreg. die 27. April. 1568. & de ordinatione Sanctissimi, & quod præter Cardinales interfuerũt omnes Priores Ordinũ, & tres Reuerendissimi.

25 Et hoc impedimentum publicæ honestatis iustitiæ ex matrimonio irrito consurgens non est restrictum per Concil. Trident. d. cap. 3. ad primum gradũ, sed durat vsque ad quartũ, vt declarauit Pius V. in præd. suo Motu proprio, & cũ pluribus Authoribus bene tenet, & probat Sanchez vbi supra, numero 16 cõtra alios qui d. Motum proprium non viderunt, quos ibi quoque refert, & numeris sequẽtibus alia declarat in proposito vtilia.

26 De conditionali autẽ matrimonio, nẽpe contracto sub cõditione de futuro honesta, an ex eo oriatur hoc impedimentũ publicæ honestatis iustitiæ, late ibi quoque agit Sanchez numero 20. vsque in fi. & resoluit cõtra Petr. de Ledesm. verius multo esse ante conditionis euentum nullum oriri impedimentum, post euentum vero conditionis diuersimode tenendũ, & loquendum esse iuxta diuersas sententias. Nam si teneamus nõ perfici matrim. ante nouum consensum, sed eum contractum tunc habere vim sponsalium absolutorum, vt sustinet valde probabilis sententia, quam retulit lib. 5. disputatione 8. numero 3. dicendum est ante nouum consensum perficientem matrim. oriri impedimẽtum publicæ honestatis, sicut ex spõsalibus absolutis, nimirũ vsque ad primũ gradum, at tenendo statim euenientẽ cõditione perfici absque nouo consensu matrimonium absolutum, (quod ipse tenuit d. disputatione 8. numero 5.) dicendum omnino est oriri impedimentum vsque ad quartum gradum, sicut ex matrimonio, vt ait idem Petrus de Ledesm. Ego in hoc potius adhæreo opinioni Theologorum, quæ habet non effici matrimonium adueniente conditione, sed tantum sponsalia, nisi nouus consensus accedat. vt late probaui lib. 1. Canonic. quæstionum, cap. 22. numero 21. cum sequentibus, ac proinde teneo in quæstione de qua nũc hic agimus, ante nouum consensum perficientẽ matrimonium, hoc impedimentum publicæ honestatis iustitiæ oriri vsque ad primum gradum tantum; præsertim cum sententia Theologorum, quam probauimus d. numero 21. sit communis, & probabilissima, vt fatetur idem Sanchez d. lib. 5. disputatione 8. numero 3. Præterea cum hodie proculdubio sit etiam seruanda, secundum formam Concil. Trident. vt affirmat Didac. Perez in l. 1. titulo 1. lib. 5. Ordinam. folio 41. quem etiam adduximus vbi supra, num. 22.

SVMMARIVM Cap. CIIII.

1 *MATRIMONIVM inter disparescultu est nullum: veluti Fidelis cum Infideli. Potest tamen in hoc Papa dispensare, vt in numero 2.*

3 *Matrimonium inter personam baptizatam, & catechumenam est irritum.*

4 *Matrimonium inter Hæreticum, vel Apostatam, & Infidelem non valet.*

5 *Sponsalia inter Fidelem, & Infidilem an valeant ea conditione, si hic conuertatur?*

6 *Matrimonium personæ Fidelis cũ Hæretica, vel Apostata à Fide est validum: quamuis non sit licitum.*

7 *Matrimonium contrahens cum persona Hæretica, vel Apostata a Fide peccat mortaliter.*

8 *Pacta matrimonialia quod vnus ex filijs nascituris fidei Catholicæ adhæreat, & alter Hæresi, sunt prorsus nulla, & irrita.*

9 *Sponsalia contracta inter Fidelem, & Hæreticum, vel Apostatam sunt nulla.*

CAPITVLVM CIIII.

De impedimento disparis cultus.

1 MATRIMONIVM inter dispares cultu, nempe, Fidelem, & Infidelem est nullum, vt omnes fatentur absque controuersia tam Theologi, quam Iurisperiti: vetitum namque est matrimonium Fidelis cũ Infideli, Iure diuino, naturali, ac proinde secluso quouis Iure Ecclesiastico nullatenus licebit, nisi in aliquo speciali euentu ita vrgens causa occurreret, vt recta ratio id matrimonium tunc ineũdum dictaret, vt cum Soto, & alijs late probat Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 71. numero 5. vbi numero 6. quod tota difficultas est, an ita Iure diuino id matrimonium interdictum sit, vt eodem iure sit etiam irritum? & refert quosdam tenere affirmatiuam partem, & eorum fundamenta: verum numero 7. inquit multo verius esse non esse id matrimonium irritum aliquo iure naturali, diuino, aut diuino positiuo, sed solum iure Ecclesiastico, vt ibi late probat allegans quamplurimos DD. Theologos hanc partem tenentes, & D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. §. 11. numero primo, Anton. Cuchũ lib. 5. Instit. Maior. titulo 12. numero 94. Matien. in rubrica glossa prima, numero 159. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Calderin. & alios Canonistas, estque communissima hæc sententia, secũdum ipsum Sanchez ibidem in fin. d. nu. 7. vt re vera constat ex numero Authorum eam tenentium: quinimo vt idem Author ibi numero 8. late discurrit, fatendum est nullum esse textum, quo hæc irritatio inducatur, & ita non haberi ex aliqua lege Ecclesiastica scripta, sed ex receptissimo Ecclesiæ vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione, vt docent Soto in quarto, distinctione 39. quæst. vnic. articulo 2. columna 5. versiculo hæc autem, Petrus de Soto, Ledesm. Valent. Veracruz, Bellarmin. Enriquez, Petr. de Ledesm. & alij relati per Sanchez, ibidem.

2 Qui numero 10. ex supradictis deducit, posse ex Pontificia dispensatione contrahi matrimonium inter Fidelem, & Infidelem, cum Pontifex dispensare possit in omni iure Ecclesiastico; quo attẽto matrimonium hoc irritum est, vt in terminis matrimonium hoc irritum est, vt in terminis tenent plures Authores, quos ibi ad hoc refert: & tandem inquit, quod quamuis absque vrgentissima causa ea dispensatio concedi non possit, valebit tamen matrimonium virtute illius dispensationis initum, vt ibi late probat cum Soto, & Barthol. à Ledesm.

3 Similiter inter personam baptizatam, & cathecumenam est irritum matrimonium, quia cathecumena baptismo, qui sacramentorum ianua est, careat, quamuis fidem teneat, & in gratia constituta esse possit, & hoc est quod inquit tex. in cap. caue 28. quæstione 1 si Christiana sit, nõ est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis, vbi glossa verbo si Christiana explicat id est, catechizata, & ita tenent, & docẽt communiter Theologi, & alij, quorum plurimos refert & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, num. 2.

4 Vbi numero 4. tenet non valere matrimonium si Hæreticus, aut Apostata cum Infideli contrahat, eo quod illi tanquam vere baptizati subduntur legibus Ecclesiæ matrimonium hoc irritantibus.

5 An vero valeant sponsalia inter Fidelem, & Infidelem sub ea conditione, si hic conuertatur, & impleta conditione fiant omnino legitima, agit late idem Sanchez lib. 5. de matrimonio, disputatione 5. numero 22. cum sequentibus, vbi numero 23. resoluit, & bene probat impleta conditione esse vera sponsalia, quam sententiam quoque tenent alij plures Authores, quos ibi citat, & probatur in l. 15. ibi. *Pero el Christiano despossarse puede con muger que no sea de su ley, sobre tal pleyto que se torne ella Christiana, antes que se cumpla el ca-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

el casamiento, è si non se tornare ella Christiana non valdrian las desposajas, tit. 2. partita 4.

6 Matrimonium autem personæ Fidelis cũ Hæretica, vel Apostata à Fide secũdum communem, & receptiſsimam ſententiam Theologorum, & Iuriſperitorũ eſt validum, quamuis non ſit licitum, vt cõſtat ex quãplurimis Authoribus vtriuſque Scholæ, quos refert & ſequitur Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, diſputatione 72. numero 2. contra gloſſam in cap. fi. verbo contra ſubſtantiam de cõdit. appoſ. Hoſtienſ. in cap. 2. numero 1. de coniug. ſeru. & ibi Anchar. numero primo, Carrer. de Hæret. numero 157. Simanc. de inſtit. Catholic. titulo 40. numero 46. & Rojas ſingul. 128. numero vnic. tenentes eſſe irritum præd. matrimonium, vt expreſſe habetur in Canone 75. ſextæ Synod. general. & probauit expreſſe l. 15. in principio, titulo 2. partita 4.

Nihilominus tamen prior ſententia verior, & communis eſt atque tenenda, ſecundùm Gregor. Lopez ibi in gloſſa, *nisi con Hereja*, & probatur aperte, vt inquit ipſe, & bene in cap. decreuit in verſiculo quod intelligendum, ibi: niſi forte, de Hæret. in 6 eamque ſequuntur D. Thom. & infiniti alij Theologi, Nauar. Couar. Matien. Anto. Cuchus, & alij quamplurimi congeſti per Sanchez d. numero 2. neque obſtat Canon in contrarium ſupra relatus, quia Canones illius ſextæ Synodi authoritate Concilij ſunt deſtituti, ſecundũ Sanch. d. numero 2. & iterum 7. vbi etiam reſpondet cæteris fundamentis contrarijs.

7 Fatentur tamen omnes, matrimoniũ Catholicæ perſonæ cum Hæretica, vel Apoſtata eſſe peccatum, & multi dicunt, & verißime, eſſe mortale, quia contrauenitur ioſtißimo Eccleſiæ præcepto interdicenti eum matrimonium, propter periculum fidei imminens coniugi Catholico ac proli, vt late & bene cum alijs tenet, & probat Sanch. vbi ſupra, numero 4. & numero 5. excipit loca, in quibus Hæretici non denunciati, nec notorij clericorum percuſſores cum Catholicis permixte cõuiuunt, vt in Germania, Gallia, Polonia, in ijs enim ex conſuetudine recepta, & tolerata licent coniugia Catholicæ perſonæ cum Hæretica, dummodo Catholica libere permittatur, & abſque peruerſionis periculo in Fide permanere, vt ibi probat.

8 Pacta vero, quæ in coniugijs quandoque ineuntur, vt quidam ex filij naſcituris, Fidei, alij autẽ Hæreſi adhæreãt, ſunt prorſus impia, & irrita, vt cum Nauar. & Açor probat ibidem Sanchez numero 6.

9 Vltimo obſeruandum eſt, ſponſalia inita inter perſonam Catholicam, & Hæreticam, vel Apoſtatam eſſe irrita, quia promiſsio illa eſt de re turpi, & omnino illicita, & ideo nullam ſponſalium obligationem inducere poteſt, ſecundum Nauar. lib. 4. cõſil. titulo de ſponſal. in prima editione, conſilio 38. numero 6. & in ſecunda, conſilio 5. numero 6. quem refert, & ſequitur Sanch. d. diſputatione 72. numero 6. Sed & alia plura de matrimonio inter Infideles celebrato vbi eorum ad fidem conuerſo examinat latiſsime Thom. Sanch. d. lib. 7. diſputatione 73. cum ſequentibus vſque ad 77. inclußiue, quæ omnia hic cõſulto omittimus; quoniam in his Regnis Hiſpaniæ Dei miſericordia opus non habemus præd. quæſtionibus.

SVMMARIVM Cap. CV.

1 ADVLTERIVM *quando impediat matrimonium contrahendum morte alterius coniugis, & quando non? & num. 3.*

2 *Tex. decidentes non licere ducere in vxorem, quã pollui per adulterij, quomodo ſint intelligendi?*

4 *Machinatio in mortem coniugis ſi ab vno tantum fiat ſine adulterio nõ impedit nec dirimit matrimonium.*

5 *Crimen impediens, & dirimens matrimonium eſt, quando cum adulterio intercuent machinatio mortis alterius coniugis.*

Et ampliatur numero 6. vt procedat etiã in machinatione coniugis infidelis à coniuge Fideli.

Et numero 7. in cooperante conſilio, & mandato.

8 *Ratihabitio occaſionis coniugis, vna cũ adulterio, nõ ſufficit ad impediendũ matrimonium cum ſuperſtite.*

9 *Machinatio mortis alterius coniugis morte non ſequuta non ſufficit ad impediendum matrimonium.*

10 *Virticidium an ſufficiat ad impediendum matrimonium?*

11 *Virticidium factum ab vxore alia cauſa, quam contrahendi matrim. nõ ſufficit ad ipſud impediendum.*

12 *Machinatio in mortem cõiugis, ſimul cum adulterio an ſufficiat ad impediendum matrimonium facta ab vno coniuge cum alio extraneo?*

13 *Adulterium ſubſequens machinationem in mortem alterius coniugis factis eſt, quod fiat durante matrimonio, hoc eſt, ante mortem alterius coniugis, ad impediendum matrimonium.*

14 *Adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, requiritur, quod ſit notum vtrique, ad hoc vt matrimonium ſequens impediat, vt hic: & ampliatur num. 15.*

16 *Adulterium ſimul cum machinatione mortis alterius coniugis, ad hoc vt impediat matrimonium, an requiratur, quod fiat in eum finem, ita vt non ſufficiat, quod in alium fiat? & numeris ſequentibus.*

22 *Occidens vxorem propriam, animo aliã incertam ducendi, licet peccet contrahendo, matrimonium tamen valet.*

23 *Intentio requiſita necis alterius coniugis ineundi aliud matrimonium an in dubio præſumatur, ſequuta occiſione, ad impediendum matrimonium?*

24 *Matrimonium præcedens debet eſſe validum, ad hoc vt adulterium cum machinatione mortis ſequutæ alterius coniugis impediatur matrimonium futurum, ſecus ſi fuiſſet irritum etiam bona fide exiſtente.*

25 *Michaelis Palatij opinio ſimpliciter loquentis in materia vxoricidij improbatur?*

26 *Adulterium committens ſimul cum fide data de matrimonio contrahendo poſt mortem alterius coniugis, impedit matrimonium contrahi ac dirimit.*

Idem eſt ſi de facto contrahatur durante primo matrimonio, vt in numero 27.

28 *Vxoricidium, ad hoc vt impediat, & dirimat matrimonium plures conditiones requiruntur, de quibus hic.*

CAPITVLVM CV.

De impedimento criminis.

1 ADVLTERIVM cum machinatione mortis alterius coniugis: vel adulterium data fide de contrahẽdo poſt coniugis mortem: vel cum contractu matrimonij de præſenti cum adultera, matrimonium ſubſequens dirimit, adulterium ergo ſolum non obſtat matrimonio contrahendo, cap. ſignificaſti de eo qui dux. in matrim. quã pol. per adult. cap. ſi quis viuente 11. quæſt. 1.

2 Ex quibus iuribus ſupplendi, & intelligendi ſunt tex. in cap. primo, & in cap. illud vero 30. quæſtione 1. generaliter ſtatuẽtes nulli licere ducere in vxorem eam quam prius polluit per adulterium, nempe quando cum adultero concurrit vnum ex dictis duobus criminibus, alias enim licitum eſt matrimonium cum illa, vt patet ex prioribus iuribus ſupra allegatis, & cõſtat ex Diuo Auguſt. lib. 1. de nupt. ca. 10. relato in cap. 2. 30. quæſtione 1.

Similiter tex. in cap primo, de eo qui dux. in matrim. &c. qui videtur contrarium probare, ibi: & illam maxime intelligi debet, id eſt, tantum, vt explicant ibi Abb. numero 3. Alex. de Neuo, numero 6. & Præpoſ. numero 2. quod probatur expreſſe in d. cap ſignificaſti 6. eodem titulo, & hodie habemus l. Regiam finalem titulo 2. partita 4. ita diſponentem.

Enemiga è muy gran peccado fazen todos aquellos que yazen con las mugeres casadas, è eſte peccado atal es llamado adulterio, è como quier que eſto ſea muy grande yerro, ſi acaeſciere que ſe muera el marido de aquella que fizo el adulterio, bien podria deſpues caſar con ella aquel cõ quien lo fizo, non auiendo otra muger: fueras en-

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de por tres razones. La primera es, si qualquier dellos mataſſe, o fizieſſe matar, o fueſſe en conſejo de la muerte del otro marido, o de la muger cõ intencio que caſaſſen deſpues en vno. La ſegunda ſi aquel que yaze con ella le juraſſe, y le prometieſſe que caſaria con ella deſpues que fueſſe muerto ſu marido. La tercera, ſi alguno yoguiſſe con muger agena, è ſe caſaſſe cõ ella ſeyẽdo viuo el marido, ca maguer ſe muriеſſe el marido della non valdria el caſamiento, que ante ouieſſe fecho. Eſſo miſmo ſeria de la muger que fizieſſe adulterio con home caſado en alguna deſtas tres maneras ſobredichas, e maguer q̃ quiſieſſen veuir en vno tos q̃ ſe caſaſſen en alguna de las maneras de ſuſo dichas, deuelos la Igleſia departir, fueras ende ſi alguno dellos non ſopieſſe que era caſado el otro, quando ſe caſo con el. Ca eſtonce en eſcogencia es de aquel que lo non ſabe de fincar con el otro, o departirſe del, e caſar a otra parte.

Ex quibus conſtat tria crimina ſupradicta, & vnumquodque eorum dirimere matrimonium contractum, nempe contẽta in dictis iuribus, & l. Regia, & tenent S. Thom. in quarto, diſtinctione 35. in fi. in expoſitione literæ, & cõmuniter DD.

3 Ex quibus deducitur, per adulterium tantum ſi non ad ſit promiſſio, vel fides data de matrimonio futuro, vel machinatio in mortem coniugis nullum oriri impedimentum: ſimiliter, quod ſola fides de contrahendo matrimonio, imo nec matrim. re ipſa contractum, non conſummatum ſi coniugem, cui fidem adſtringit, nõ cognoſcat, nec impedit, nec dirimit, vt in d. cap. ſignifi caſti, & cap. fi. eodem titulo.

4 Et præterea, nec machinatio in mortẽ coniugis ſi ab vno tantum fiat, & ſine adulterio, nec impedit, nec dirimit matrimonium, quia nullus Canon id ſtatuit, vt nouiſſime repetit Fr. Baſilius de impedim. cap. 27. per totum; vbi quatuor caſus in hoc conſtituit, qui quidem patent ex ſuprad. & infra dicendis, & Cãdelabr. Aur. 7. ſacram. de impedimento crimin. matrim. numero 13. concluſione 3. cum ſequentibus.

5 Primum igitur crimen, quod impedit ac dirimit matrimonium ſubſequens eſt, quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius coniugis, cap. ſuper hoc, de eo qui dux. in matrim. quam pol. per adult. vbi expreſſe additur, ſiue fidem dederit, ſiue non, quod ea defuncta, hanc eſſet ducturus: tex. in cap. primo, & cap. ſignificaſti eodem titulo, & in cap. primo, de conuerſione infidel. & in cap. ſi quis viuente 31. quæſtione 1. eſtque apud omnes conſtituta, plana, & receptiſsima hæc ſententia.

6 Quæ ampliatur primo, vt procedat etiamſi alter ex machinantibus alterius coniugis mortem infidelis exiſtat, ac fidelis eam intentarit, vt coniugis morte ſequuta alliciat infidelem ſpe ineundi cum ipſo coniugij, vt ad fidem reducatur: ita decidit in cap. primo, de conuerſ. infidel. vbi ea ratio aſsignatur, quod Eccleſia tale damnum eo lucro compenſare nolit: ita docent. D. Antonin. in tertia parte ſuæ ſummæ titulo primo, cap. 5. numero primo, Sylueſt. in ſum. verbo matrimonium 8. quæſtione 9. dicto primo, Nauarr. in Manual. cap. 22. numero 46. Marc. Anto. Cuch. lib. 5. inſtit. mai. titulo 12. numero 87. Toledo lib. 7. ſuæ ſummæ, cap. 6. numero 2. Philliarc. de officio ſacerd. tom. 1. parte 2. lib. 2. cap. 5. imped. 4. ſequitur Thom. Sanchez lib. 7. diſputatione 78. numero 3. vbi late differit, qualiter potuerit Eccleſia infidelibus hoc impedimentum indicere in pœnam delicti tempore infidelitatis admiſſi: & qualiter ea pœna non extinguatur per baptiſmum, qui omnino præterita delicta abolet? & tandem reiectis duabus ſolutionibus huic difficultati aſsignatis, ipſe Sanch. reſpondet cum Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 14. numero 2. eam pœnam in fideli inductam non eſſe, nec indici potuiſſe ab Eccleſia, ſed ſolifideli, vt perpetuo nequeat cum illo infideli, quamtũcunque ad fidem conuerſo, matrimonium contrahere, ſicut hodie ex Eccleſiæ præſcripto irritum eſt matrimonium fidelis cum infideli, non ob impedimentum infidelis, ſed quod fidelis eo impedimento Eccleſiaſtico afficiatur.

7 Secundo ampliatur eadem communis ſententia, vt procedat etiam, & ſatis ſit ad hoc vt præd. impedimentum dirimens inducatur, cooperari conſilio, aut mandato ad coniugis mortem, vt conſtat ex

ex d. cap. primo, de conuerſ. infidel. ex quo tex. & alijs fundamẽtis hanc opinio. tenent Alber. in ſuo dictionario litera, A. verb. adulter. verſic. naſci, de adulterio: & litera, I. verb. impedimentum 8. verſic. crimina vero: & communiter Summiſtæ, præcipue Sylueſt. vbi ſupra dicto tertio, Nauar. in Manual. cap. 22. numero 46. Matienç. plures referens in rubrica gloſſa 1. numero 178. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & plurimos congerens Sanchez vbi ſupra, numero 5.

8 Non tamen ſufficit ratihabitio occiſionis coniugis factæ vna cum adulterio; ita tenet gloſſa in cap. ſi quis viuente, verbo occidiſſe 31. quæſtione 1. & in cap. 1. in fi. de conuerſ. infidel. & ibi communiter DD. & alij quamplures DD. quos refert, & ſequitur Sanch. vbi ſupra, num. 6.

Plura tamen requirũtur ad hoc, vt hoc impedimentum locum habeat, & procedat.

9 Primo requiritur, vt machinatio illa effectum ſortiatur, alias namque ſola machinatio, morte non ſequuta, non oriretur hoc impedimentum, ſed poterunt adulter, & coniux ſuperſtes, altero alias defuncto matrimonium inire, quod manifeſte probat tex. in d. cap. ſi quis viuente: ibi occidiſſe notetur, verba namque intelligenda ſunt cum effectu, l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. cum ſimil. cæteri autem textus, quamuis de ſola machinatione loquantur, intelligẽdi ſunt eodem modo, ideſt, ſequuta morte cum effectu ſecus alias, ita docet gloſſa in fine in cap. primo, de conuerſion. infidel. & in cap. ſuper eo verbo machinata, & in cap. fin. in fin. de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adul. & eſt communis, & recepta ſententia Canoniſtarum, & Theologorum, vt conſtat ex Thom. Sanch. vbi ſupra, numero 7. vbi etiam quod tradita ſupra, nempe ſufficere mãdatum, vel conſilium de cõiuge occidendo intelligenda ſunt, quando id mandatum, vel conſilium cooperata ſunt aliquid ad mortem: ſi enim nullius effectus ad mortem fuerunt, eo quod interficiens erat iam omnino ad eam inferendam determinatus nec conſilio animo fior factus eſt: vel fuit conſilium, aut mandatum ita reuocatum, vt nullum prorſus effectum habuerit, ità vt excuſet à reſtitutione, & irregularitate mandãtem, vel cõſulentem iuxta ea, quæ DD. in materia de reſtitutione, & irregularitate tradunt, de mandante, vel conſulente, non erit locus huic impedimento, cum pereat effectũ mortis ſubſequi, exãctione coniugis, vel adulteri.

10 Secundo requiri videtur, quod occiſio ſit vxoris: nam ſi vxor interficiet virum ad contrahendum cum adultero, nullum incurritur impedimentum, quin poſsit inter eos matrimonium cõſiſtere: Ius enim Canonicum tantũ loquitur de vxoris interfectione, vt in ca. primo, & c. ſuper hoc & cap. ſignificaſti de eo, qui dux. in matrim. &c. Vnde ad viricidium, quod nõ eſt tam frequens, extendendum minime eſt; & in terminis ita tenet Victor. in ſumma de matrim. numero 292. Ledeſma in 4. 2. parte, quæſtione 61. articulo 2. poſt tertiam propoſitionem, Cañed. in ſumma ſacram. de matrim. cap. 5. ad fin. in cõment. num. 38. & eſt probabile ſecundum Henriquez lib. 12. de matrim. c. 14. n. 2. in comment. litera V.

Hæc tamen opinio falſa eſt, ſiquidem alij textus Iuris Canonici loquũtur in propoſito etiam in viricidio, ex quo decidũt, oriri hoc impedimẽtũ dirimens cauſa cõtrahendi matrim. cũ adultero, prout ſunt c. ſi quis viuente 31. q. 1. ibi, niſi forte adulter, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidiſſe notetur, & c. 1. de conuerſ. infidel. & in terminis ita tenent gloſ. in c. fin. de eo, qui duxit in matrim. &c. & communiter Canoniſtæ, ac Theologi, quorũ aliquos refert, & ſequitur Matienç. in rubrica gloſ. 1. n. 197. verſic. eadem, tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & innumeros refert, & ſequitur Thom. Sanch. vbi ſupra, d. diſputatione 78. n. 8. per totum, & ita proculdubio eſt tenendum.

11 Quamuis nõ idem erit de interfectione viri facta ab vxore alia cauſa, quam cõtrahendi matrimonij, quia tunc non erit impedimentum dirimens, vt ibi per eũ, & latius eodem lib. 7. diſputatione 16. nu. 5. & 6. & diximus ſupra alio capite.

12 Tertio requirunt multi, vt cum mortis machinatione interueniat adulterium, quando ſolus alter coniux, alterius coniugis

Universidad de Deusto
Biblioteca

iugis mortem machinatur, secus quando coniux, & alter cum quo matrimonium ineundum est, machinantur alterius coniugis mortem: alij vero tenent in neutro casu adulterium desiderari: sed satis esse coniugé interfici animo contrahendi matrimonium cum alio: alij semper petunt adulterium, vt huic impedimento locus sit, harum opinionum Authores refert Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatione 78. numero 9.

Verior tamen, & receptior sententia est, quod si ambo machinati sunt in mortem viri, vel vxoris, impedimentum causetur ex eius morte, quamuis adulterium non præcesserit, si vero alter eorũ dumtaxat mortem machinetur, necessario requiritur, quod præcedat adulteriũ, vt impedimentum hoc oriatur, ita docent Ioan. Andr. in cap. super hoc de eo, qui dux. in matrim quam polluit per adult. & in cap. 1. numero 2. de conuers. infidel. & ibi Abb. numero 8. idé Abb. in cap. 1. numero 3. & in cap. super hocin fin. & cõmuniter Canonistæ alibi sæpissime, Nauar. in Manual. cap. 22. numero 46. Montalu. in l. fin. in fin. & ibi Greg Lop. verbo, *qualquier*, titulo 2. partita 4. Anto. Cuch. lib. 5. Instit. mai. tit. 12. numero 76. & 77. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 22. columna 2. versic. crimen autem homicidij, Toled in summa lib. 7. cap. 6. numero 3. Valentia quarta parte, disputatione 10. quæstione quinta, puncto 3. de impedimẽto crim. & communiter etiam Theologi, quos & Iuristas quamplures congerit, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero nono, per totum, est verior & receptior, & ab omnibus approbata, secundum Matienç. in rubrica glossa prima, numero 179. titulo primo, lib. quinto, nou. collect. Reg. itaque hæc est verissima, & receptissima sententia, & proculdubio tenenda in iudicando, & consulendo.

13 Satis tamen erit adulterium alterius subsequens machinationem, dum tamen ante mortem coniugis contingat adulterium, vt cum Monaldo tenet, & declarat Sanchez vbi supra, numero 10. vbi numero 11. docet cum plerisque contra alios non sufficere fidei datio, de futuro matrimonio contrahendo loco adulterij, petũt namque cæteri Authores adulterium absolute, & absq; hac limitatione ad hoc, vt illud impedimentum oriatur.

14 Quarto requiritur, vt adulteriũ illud, quod altero solo coniugis mortem machinanti requiritur, sit vtrique matrimoniũ contracturo notum: quare si vir coniugatus cum fœmina coniugij ignara adulteretur, & vt illam ducat, vxorem propriã occidat, nullum erit impedimentum dirimens inter eos, quia adulterium illud fuit à fœmina ignoratum: ita tenet Emanuel Saa in summa, verbo matrimonium, numero 7. sequitur Sanch. vbi supra numero 12.

15 Vbi idem. existimat, quamuis fœmina illa ignorans alterius coniugium esset cõiugata, adulterium enim cũ illa, solo adultero machinante mortem propriæ vxoris non cassaret matrimonium cum adultera illa soluto vtriusque coniugio, vt ibi probat.

16 Magna tamẽ contentio est inter DD. an illa coniugis interfectio requiratur, quod fiat causa ineundi alterius matrimonij tantum ad hoc, vt præd. impedimentũ oriatur; an vero sufficiat, quando alius finis adest? quibusdam existimantibus sufficere ad id quencumque alium finem, sed verior, & magis communis ac receptissima sententia Canonistarum, & Theologorum docet contrarium, imo quod illa coniugis interfectio in proposito vestiatur fine ineundi alterius matrimonij, alias secus, nempe quando alius finis adest, quia tunc non erit, nec est impedimẽtum dirimens, vt late probat, & tenet glossas, & alios plurimos hoc tenentes allegans, ex quorum numero patet hanc esse receptissimam sententiam, vt prædiximus, Thomas Sanchez vbi supra, numero 13.

17 An vero saltem tunc oriatur impedimentum tantum impediens? agit late idem Sanch. d. lib. 7. disputatione 16. per totam, vbi resoluit & bene negatiuè.

18 Satis tamen erit, si saltem alter ex mortem coniugis machinantibus intendat matrimonium inire, vt recte etiam probat Sanchez d. disputatione 78. numero 14.

Non

19 Non erit ergo impedimentum dirimens, si coniugatus dicat adulteræ, nisi matrimonio ligatus essem, te ducerem, & postea occidat vxorem, non ductus fine matrimonij cum adultera contrahendi, quia ea verba non continent promissionem futuri matrimonij nec machinatio illa absq; fine matrimonij impedimentum dirimẽs præstat: ita tenet Calder. in cap. super hoc de eo qui dux. in matrim. &c. & ibi Iacob de Zochis, quos refert Alexand. de Neuo ibi numero 5. & tenet Sylvest in summa verbo matrimonium 8. quæstione 9. in fin. tametsi Præpos. in d. cap. super hoc in fi & ibi Alexand. de Neuo, numero 5. sentiant esse impedimẽtum dirimẽs, quod dicunt Angel. in summa verbo matrimonium 3. impedimento 9 in fi. tenendum esse ante initum matrim. secus eo inito afferens oppositam sententiam, nẽpe non esse impedimentum dirimens, esse veriorẽ, cui absq; scrupulo aliquo ante, & post contractum matrimoniũ adhærẽdum esse censet ob præd. rationẽ Thom. Sanchez d. disputatione 78. num. 15.

20 Similiter non erit huic impedimento locus si coniux, & cum ipso adulterãs interficiant communi consilio alterum coniugem, non vt matrimonio inter se copulentur, sed vt liberius libidini vacent, vel ne ob adulterium ab ipso coniuge interfecto occidantur, vel ob alium finem, quia illi machinationi deest finis ineundi matrimonij: ita tenet Emanuel Saa in summa verbo matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, numero 7. Manuel Rodriguez primo tom. suæ summ. in secunda editione, cap. 229. numero 5. Vega secundo tom. suæ summæ ca. 54. casu 120. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, 21 numero 16. vbi numero 17. idem probat contra Anton. in cap. primo, numero 2. de conuersione infid. quando vir mortẽ vxoris machinatur animo ducendi alteram, nec mors sequatur, at postmodum adultera vxorem illam casu enecet, nec communi consilio, nec animo nubendi coniugi superstiti, sed alio fine ducta, non enim erit tunc impedimentum dirimens, 22 vt ibi bene probat.

Denique vxorem propriam occidẽs animo ducendi aliam non certam, sed indeterminatam, licet peccet contrahendo matrimonium, tamen valet, ita tenet Matienço in rubrica glossa prima, num. 180. titulo primo lib. 5. nou. collect. Reg. vbi etiam, quod si quis occidat vxorem propriam animo ducendi vnam, vel alteram, siue plures sint siue paucæ, dummodo omnes sint nuncupatim & expresse intentæ, nullam eorum poterit ducere vxorem, etsi duxerit, diri. netur matrimonium, vt probat Alphons. à Veracruz in suo Specul. coniug. prima parte, articulo 34. in fi. sequitur alios allegans, & bene declarans Sanchez vbi supra, numero 18.

23 Illud autem obseruandum est in proposito, intentionem requisitam ineundi matrimonij ad hoc impedimentum præsumi eam in foro externo, quando aliquis coniugem perimit, & cum alio coniuge, cum quo adulterium præcesserat, inire matrimonium vult, vel coniux superstes, qui coniugem perimit, vult cum adulterante matrimonio copulari, sicque reputabitur in foro exteriori impedimentum dirimens, quamuis tale non sit in foro conscientiæ, quando ea intentio vere non adfuit, vt tenet Dominicus à Soto in quarto, distinctione 37. quæstione vnic. articulo 4. casu quinto, Manuel Rodriguez vbi supra, numero 5. Vega secundo tom. suæ summæ, cap. 34. casu 74. notabil. secundo, Sanch. vbi supra, numero 19. id limitans, nisi ex magnis coniecturis probaretur opposita intentio.

24 Vltimo requiritur ad hoc vt præd. impedimẽtũ, de quo agimus, oriatur, vt matrimonium prius sit verum, quia si esset irritum, quamuis bona fide existimatum legitimum, interfectio illius cõiugis cum adulterio cum alio coniuge non erit impedimentum dirimens, vt cum alijs resoluit Sanchez vbi supra, numero 20. vbi satis esse putat si matrimonium foret verũ, quamuis non consummatum, & quamuis celebratum esset diuortium.

25 Cauendum tamen est à Magistr. Palatio dicente impedimentum hoc reddere simpliciter quẽpiam inhabilem ad quodcumque aliud matrimonium: hoc namq; falsum omnino est, & contra doctrinã cõmunẽ D. Thom. & aliorũ, vt bene probat plures referẽs Tho. Sãch. d. disp. 78. n. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 Secundum crimen dirimens matrimonium est, quando aliquis fide data de matrimonio contrahendo adulterium committit; tex. in c. relatū 31. q. 1. & in c. 1. & in ca. veniens de eo, qui dux. in matrim. &c. & in cap. fi. eodem titulo lib. 6. Et hæc de impedimento criminis adulterij cum machinatione mortis coniugis.

27 Quando vero quispiam fide data de matrimonio contrahēdo adulterium admittit, vel de facto cum eadem adultera matrimonium contrahit priori coniuge superstite, matrimonium inter illos dirimitur, vt patet ex cap. relatum 31. quæstione 1. & ex cap. primo, & cap. veniens, & cap. fin. de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adult. & hoc secundum omnes, ne propter futuri matrimonij spē detur causa captandæ mortis coniugum: plures autem conditiones requiruntur ad hoc impedimentum incurrendum, quas late disserit, & congerit simul cum aliquibus quæstionibus circa hanc materiam occurrētibus, & earum decisione Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatione 79. per totam; quæ in Summa hæc sunt.

28 Prima conditio est, quod adulterium committatur cum seminis intra vas effusione.

Secunda, vt cum adulterio concurrat promissio etiam simplex, vt ducā te, futuri matrimonij, aut contractus matrimonij de præsenti, siue adulterium præcedat, siue subsequatur illam, dummodo non sit remissa fides matrimonij, aut matrimonium illud de facto initum iam dissolutum, quando adulterium superuenit: satis autem est, fidem dari adulteræ de ineundo matrimonio cum persona, quam quidam tertius designauerit, si id fraudulenter effectum sit, vt tertius ille adulteram designet: sufficit etiam, quamuis matrimonium illud clandestinum sit, debent tamen esse fides, aut matrimonium, & adulterium eodem coniugio durante.

Tertia cōditio est, vt adulterium perpetratum sit, sciente vtroque adultero alterius matrimonium: nec sufficit, licet vterque adulter coniugatus sit, & norit proprium coniugium: excusat tamen ignorantia etiam non probabilis, sed crassa, & supina: sufficit tamen, si fides detur, aut matrimonium ineatur ante scientiam alterius coniugij, si habita scientia accedat copula: sed non sufficit copulam ante scientiam haberi, & post scientiam dari fidem, aut matrimonium de facto iniri.

Quarta conditio est, vt promissio matrimonij sit externa, quamuis ficta fictione non apparente exterius, & quamuis promissio sit conditionalis, nisi conditio sit de præterito, aut præsenti, & nec conditio extiterit, nec tunc extet.

Quinta conditio est, quod promissio ab altero acceptata sit, quamuis non promittat; taciturnitas autē eius, cui promissio fit, absque aliquo acceptationis signo numquam sufficit ad hoc impedimentum incurrendum.

Sexta conditio est, vt prius matrimoniū validum fuerit, quamuis non sit consummatum, & dissolutum sit, quoad torum per diuortiū: hæc late probantur per Thom. Sanch. vbi supra, tota illa lōga disputatione 79.

SVMMARIVM Cap. CVI.

1 *PLVRALITAS vxorum simul & eodem tempore est prohibita, & num. 3.*

2 *Vxores plures in simul habere nunquam vlli licuit, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum.*

3 *Vxorum pluralitas nulli hodie lege Euāgelica est permissa, & numero primo.*

4 *Benedictio nuptiarum à proprio parocho, vel ab Ordinario, vel eius licentiam habente hodiè attento Concilio fieri debet.*

5 *Parochus proprius vel ordinarius ad impartiendam benedictionem nuptiarum quis dicatur? & numeris sequētibus.*

6 *Ordinarius ad impartiendam benedictionem nuptiarum dicitur, qui habet iurisdictionem ordinariam eo loco, vt Archiepiscopus, Episcopus, & Generalis Vicarius eorundem, & numero 7.*

8 *Parochus cuiusque nubentium potest benedictionem nuptialem præstare, & numero 9.*

10 *Nuptiæ secundæ vel vlteriores, & sic dissoluto matrimonio per mortem alterius coniugis licitæ sunt.*

11 *Benedictiones nuptiales sunt necessariæ, & de præcepto.*

12 *Benedictiones nuptiales omittere ex cōtemptu est peccatū mortale, & quādo id fieri præsumatur.*

13 *Consummare matrimonium ante benedictiones nuptiales an sit peccatum, remissiue.*

14 *Benedictiones nuptiales, an & quando licet impertiri secundis nuptijs? late hic agitur.*

15 *Benedictiones nuptiales in primo matrimonio irrito præstitæ non sunt vlterius in alio impartiendæ.*

16 *Sacerdos secundas nuptias benedicens in casu non permisso qua pœna punitur?*

17 *Cap. capellanum. & cap. 1. de secundis nupt. intellectus, & numeris sequentibus.*

18 *Suspensionis reseruatio à iure inducta contra sacerdotem benedicentem secundas nuptias in casu non permisso tam est sublata per Extrauagantem concertationi Ioannis XXII.*

19 *Pœna arbitraria imponenda est sacerdoti benedicenti secundas nuptias in casu non permisso.*

CAPITVLVM CVI.

De impedimento ligaminis, & de secundis nuptijs.

1 SAcrosanctum Concil. Trid. sessione 24. de reformatione matrim. Canon. 2. definit, quod si quis dixerit licere Christianis simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit: & prius Innocentius III. in cap. gaudemus de diuort. & quod sit prohibitum, ita, vt posterius matrimonium priore subsistente sit nullū, patet ex d. cap. gaudemus, & probat latissime Thom. Sanch lib. 7. de matrim. disputatione 80. n. 1. vbi num. sequentibus hinc nonnulla deducit, & tandem n. 4 affirmat vniuersos fateri, pluralitatem virorū respectu vnius vxoris interdictā iure naturali prorsus esse; atq; id matrimoniū cū alijs præter primum virum eodem iure irritari: & num. 5. cum sequentibus agit, an idē dicendum sit de pluralitate vxorū respectu vnius viri? & relatis duabus opinion. in hoc contrarijs cū suis fundamentis, & Authoribus, tandem num. 8. affirmat mediā sententiam amplectendam esse, & dicendum polygamiam vnius viri cum pluribus vxoribus, non esse omnino contra ius naturæ: atque adeo non esse contra prima, ac vniuersalia eius principia, sed aliquo modo aduersari iuri naturæ, quatenus est contra cōclusiones ab ipsis primis principijs deriuatas: eo quod non repugnet matrimonij naturæ, nec primario eius fini: sed non satis cum matrimonio congruat, si omnes illius fines expectemus, atque proinde matrim. illud cum alia vxore initū, priore superstite esse attento ipso iure naturæ nullum: idque latissime comprobat plures Authores adducens. & numeris sequentibus nonnulla ex supradictis deducit.

2 Nunquam enim vlli licuit in simul plures vxores habere, nisi, cui fuit Diuina reuelatione concessum, & sic Patriarchæ, & alij iusti viri qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur, vt decreuit Innocent. III. in d. cap. gaudemus, in versic. nec vlli, de diuort. & multis relatis, & explosa eorum sententia, qui dicebant, nunquam licuisse vxorum pluralitatem, sed permissam fuisse tamquam minus malam, probat latissime Bellarmin. lib. 1. de matrim. toto cap. 11. hæc autem dispensatio non fuit concessa aliqua externa scriptura, aut loquutione, sed inspiratione interna facta Patriarchis, quæ deriuata est, vi exempli, & consuetudinis ad reliquos ex populo Israelitico, & proinde omnibus illis pluralitas vxorum licebat, quod tamquam notum supponitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deuteronom. 21. ibi: Si habuerit homo vxores duas, &c. Diuus Thomas, Sotus & alij plures, quos refert, & sequitur Bellarmin. vbi supra cap. 11. proposit. tertia, & quarta, & Thom. Sanch. d. disputatione 80. num. 12. vbi num. 13. addit satis probabile esse eam dispensationem extensam esse ad populum Gentilium, atque ita eis antiquitus fuisse licitam vxorum pluralitatem: sed probabilius esse contrarium, nempe non esse extensam, vt docent plures Authores ab eo ibi relati contra alios.

3 Sed iam in lege Euangelica eiusmodi dispensatio cassata est, quādo Matthęi 19. reduxit matrimonium ad primæuum statum, in quo vnica vxor licebat, vt prædixi mus: ideoque nullis Fidelibus, nec Infidelibus licita est hodie vxorum pluralitas, vt in d. cap. gaudemus, & late cum alijs probat Sanchez vbi supra, num. 14.

4 Sacrosanctum Concil. Trident. sessione 24. in Decreto de reformatione matrim. cap. 1. statuit, benedictionem à proprio parocho fieri, neque à quoquam nisi ab ipso parocho, vel ab Ordinario licentiam ad præd. benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse quacumque consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstantibus. Quod si quis parochus, vel alius sacerdos siue regularis, siue secularis sit, etiāsi id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponsos, sine illorū parochiæ licentia matrimonio coniūgere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspensus maneat, quādiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur.

5 Proprius autem parochus, vel Ordinarius in proposito quis dicatur, patet ex ipso cap. 1. in principio, dū loquitur de præsentia parochi, ad ipsum matrim. celebrādum, dum decernit, quod qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium celebrare attentabūt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, &c. Idem ergo seruandum est in benedictionibus nuptialibus, quod apertius patet ex eodem ca. 1. Concilij, in vēsiculo statuto;, &c. in verbis modo relatis, in quibus idē statuitur quoad benedictiones nuptiales impartiendas, & tenet in terminis Sanchez d. disputatione 82. numero 5.

6 Vnde Ordinarius intelligitur, qui habet eo loco ordinariā iurisdictionē, vt Archiepiscopus, Episcopus, vt Generalis Vicarius eorūdē, & similiū, vt per Thom. Sánchez d. lib. 3. de matrim. disputatione 28. cū seqq. & in terminis ita censuit Congregatio Cōcilij loquēs in Vicario Generali Episcopi, relata per Farinat. in 4. parte declarat. cum decisionibus Concil. Trident. super eodē c. 1. Decreti de reformatione matrim. in verbo seu Ordinarij licentia, pagina mihi 68. columna 1.

7 Quare Archiepiscopi, Episcopi, & similes iurisdictionē ordinariā habentes in suis Diœcesibus, necnō & eorum Vicarij Generales poterūt præd. licentiam concedere impartiendi benedictiones nuptiales suis subditis, etiamsi contrahentes alias sint parochiani Ecclesiarum Militarium Ordinum intra suas Diœceses consistentium, siquidem hi sunt Ordinarij, hoc est, qui habent ordinariam iurisdictionem in præd. suos subditos, alias enim sequerentur, quod hi Ordinarij non possent licentiam concedere alij sacerdoti, vt assistere posset matrimonijs celebrandis parochianis Ecclesiarum Militarium Ordinū, quod esset absurdum: ergo & ad benedictiones nuptiales impartiēdas eisdem poterunt licentiam alij sacerdoti concedere, estque proculdubium ex supradictis.

8 Sufficietque benedictiones nuptiales impartiri cuiusuis contrahentis parochum, quia eodem tenore, & in eadē clausula petitur, & requiritur in præd c. Concilij Trident. vt proprius contrahentis parochus interfit matrimonio, & vt benedictiones præd. cōferat, sed ad illud sufficit

9 parochus vtriusuis contrahentis, vt diximus supra suo loco, & decreuit declaratio Cōcil. Cardinal. relata per Farinat. vbi supra in vers. vel alio sacerdote, in fin. Ergo & ad hoc; & in terminis ita tenet Cañedo in collectan. ad Decret. 81. n. 9. & Sanch. d. lib 7 disputat. 82. nu. 4. quicquid minus recte contrarium velit, & teneat Zeuall. in

in suis practic. quæstione 604. num. 148. referens Paul. Fuscum de visitatione lib. 2. cap. 3. numero 21. & Caualcanum secūda parte, decisione 12. à numero 21. dicētes sic decisum esse à Congregat. Cardinal. sed dum talem declarationem authēticam nō viderim, teneo priorem sententiam, quam prædiximus contrariam huic secundæ.

10 Morte autem alterius coniugis, & sic matrimonio dissoluto per mortem illius licitæ sunt secundæ, & vlteriores nuptiæ prioribus dissolutis ac verum est sacramē tum, hæc est veritas Catholica, & vniuersalis Ecclesiæ cōsuetudo eas approbat, vt constat ex Diuo Paul. cap. 7. ad Roman. atque ex Sanctis Patribus, quos citat & late probat vtrumque Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, disputatione 81. numero 2. contra quosdam Hæreticos, quos retulerat numero præcedenti: eandem veritatē Catholicā ex Diuo Paulo vbi supra, alijsque Sacræ Scripturæ locis, & Concilijs latissime, & ad oculum comprobat aduersus præfatos Hæreticos Alphons. à Castr. aduersus Hæres. lib. 11 verbo nuptiæ, in versiculo secunda hæresis, columna mihi 707. cum sequentibus, D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 3. § 9. num. 4. Didac. Perez in l. 5. versiculo quæri potest, folio 57. prima columna, tit. 1. lib. 5. Ordinamēti, Magister Sentent. in quarto, distinctione 42. cap. 6. & ibi id præcipue Soto quæstione 3. articulo primo, Matienç. in l. 3. glossa 1. tit. 1. lib. 5.

11 Quæritur autem in proposito, de benedictionibus nuptialibus quid Iure Canonico statutum sit, & quidem eas de præcepto esse in primis nuptijs colligitur ex ca. nōstrates, & cap. sponsus 30. quæstione 5. & Concil. Trident. sessione 24. de reformatione matrim. cap. primo, idemque videmus quotidie seruari de consuetudine per Ecclesiam: compelluntur namque spōsi in omnibus Ecclesijs ad eas recipiendas in omnibus Diœcesibus, & testatur Thomas Sanchez d. lib 7. de matrimonio, dis-

12 putatione 82. numero 6. vbi quod esset peccatum mortale si ex contemptu omittantur; & quando in proposito dicantur tantur; & quando in proposito dicantur omitti ex contemptu eo autem deficiente probabilius esse ait, venialem tantum esse culpam in hac omissione inueniri.

13 An autem sit peccatum lethale, vel veniale, aut nullum, consummare matrimoniū ante Ecclesiæ benedictiones late agit idem Sanchez lib. 3. disputatione 12. per totam, & diximus supra suo loco. Quibus autem temporibus interdicatur susceptiō harum benedictionum, & quid tunc prohibeatur, & an liceat eas suscipere tempore interdicti, & cessationis à Diuinis agit idem Author lib. 7. de matrimonio, disputatione 7. & 8. & nos vbi supra.

14 Secundis autem nuptijs an liceat benedictionem impertiri? inuenio plures opiniones contrarias in hoc, quas refert cum suis fundamentis, & Authoribus Sanchez d. lib. 7. disputatione 82. numero 11. cum sequentibus. Prima habet, secundis nuptijs, quæ tales sunt ex parte vtriusque coniugis, aut ex parte solius fœminæ, non esse benedictionem impendendam, secus si sint secūdæ ex parte solius viri, ac proinde licitam esse benedictionem quādo virgo nubit viduo.

Secunda sententia ait; iura interdicentia secundarum nuptiarū benedictiones, debere intelligi durantibus primis, quare illis dissolutis morte alterius coniugis, vel ob aliquod impedimētum licitam esse benedictionem, vt decidit in l. 2. titulo 12. partita 4. & ibi Gregor. Lopez in verbo *non deuen.*

Tertia sententia sustinet attento iure nullis secundis nuptijs benedictionem cōferendam esse indistincte.

Quarto probat, solum interdici benedictionem, quando sunt secundæ nuptiæ ex parte mulieris, cui semel benedictio impertita fuit.

Quinta sentētia ita distinguit, vt si vterque vel alter cōiux in primis nuptijs benedictionē acceperit non sit secūdis nuptijs benedictio impartiēda, secus autē si neuter coniux in primis nuptijs benedictionē acceperit, & hāc distinctionem veriorem appellat, eāque sequitur, & iure probat cū quampluribus Authoribus, quos refert Sanchez d. disputatione 82. nu. 15. vbi ad fi. inquit, quod hoc habet verum, licet mulier sit corrupta, quia solæ secūdæ nuptiæ ponderantur, & numero 16. agit de ratione huius prohibitionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec rex. interdicentes secundarum nuptiarum benedictionem, quando in primis alteri coniugi impertita est, corriguntur per Concil. Trident. sess. 24. de matrimonio, ca. 1. in Decret. de reformatione; vbi simpliciter constituitur nuptijs esse benedicendum, quia intelligitur de primis, aut si de secundis in casu non prohibito per Ius Canonicum, secundum Menoch. de arbitr. lib. secundo, cẽturia 5, casu. 417. numero 2. Zeuall. in suis Practic. quæstionibus, quæstione 604. numero 134. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 17. qui numero 18. cum sequentibus late agit, an consuetudo in hac materia valeat, & quæ sit consuetudo, & praxis in hoc referens diuersos modos consuetudinis, & praxis.

Ego vero censeo occurrendum esse circa præfatam quæstionem ad Manuale ad sacramenta Ecclesiæ ministranda cuiuscumque Prouinciæ, & Episcopatus, & in hoc Ciuitatensi Compostellanæ Prouinciæ in Manuali impresso Salmanticæ apud Ioannem à Canoua Ann. 1569 folio 35. in principio, cautum inuenio, quod si mulier fuerit vidua, & erat iam benedicta, dimittatur totum quod sequitur, vsq; ibi. His peractis (hoc est benedictio) si autem non erat benedicta procedat vlterius (scilicet benedicendo vt ibi) sed clarius in alio Manuali nouiori impresso Salmanticæ apud hæredes Matthiæ Gastij Ann. 1585. subscripto à fratre Ioanne Sancti Hieronymi, hæc quæstio decisa est expresse folio 120. titulo de secundis nuptijs, in hunc modum, & formam, & ita obseruatur in praxi, nempe.

Cap. capellanum de secund. nupt.

Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ, illæ vero censentur secundæ, (vt non benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte fœminæ, quamuis sint primæ ex parte viri. Nec refert, an ipsa vidua secundo nubens sit virgo, vel non, sed an sit semel benedicta: vnde, quæ semel nupsit, sed ante benedictiones receptas vidua facta est, cũ postea iterum nubit, benedicenda est: & quæ semel est benedicta, non est iterũ benedicenda. In eiusmodi autem nuptijs nõ benedicuntur nec dantur arræ, nec anuli, nec ponitur velamen, nec iugale; nec dicitur Missa de nuptijs, sed dũtaxat hæc fiet. Sacerdos indutus, vt supra, accedit ad nubentes existentes in ingressu Ecclesiæ: & illis aspersis aqua benedicta, introducit eos in Ecclesiam dicendo Psalmum: Beati omnes qui timent Dominũ, &c. & statim prætermissis omnibus alijs, audiunt Missam (quæ pro illis dicenda est) semoti ab altari. Dicenda est Missa de officio occurrenti, si sit festum duplex aut dies Dominica, in alijs diebus potest dici Missa votiua iuxta illorum deuotionem: dummodo non sit Missa ordinata pro sponso, & sponsa: nec in ea dicatur aliquid ex ijs, quæ sunt inserta in dicta Missa: & peracta Missa dicatur super illos genuflexos ante altare sequens oratio. Oremus.

Respice Domine super hanc coniunctionem tuam, vt sicut misisti Sanctum Angelum tuum Raphaelem, pacificum Tobiæ, & Saræ filiæ Raguelis: ita digneris Domine mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, vt in tua voluntate permaneant, & in amore tuo viuant & senescant, & multiplicentur in lõgitudinem dierum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

Benedictio Dei Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Et dicta ad eos exhortatione aspergit eos aqua benedicta, & dicit: Ite in pace.

15 Obseruandum tamen est, quod etiam si priores nuptiæ, in quibus vterque coniux benedictiones accepit, reperiatur irritæ, non sunt in posterioribus reperendæ, siue sint ijdem, qui inter se inualide cõtraxerunt, & sublato iam impedimento, velint restaurare (hoc est validare) prius illud matrim. siue vterque aliud matrimoniũ irritum inijsset receptis benedictionibus, & nunc inter illos aliud matrim. celebretur, obstabitque benedictio in primis irritis collata eius repetitioni in secundis; benedictio enim nõ tàm proprie respicit nuptias, quã personas, nec semel recepta amittitur, quare hãc partem cum Summistis contra Tabienam recte probat, & tenet Sanch. vbi supra, numero 24. & 25. iũcto numero 26.

16 Sacerdos autem benedicens secundas nuptias in casu non permitto, ab officio beneficioque suspensus cum literarum testimonio ad Sedem Apostolicam mittendus est, vt in cap. Capellanum, cap. 1. de secund. nupt. circa cuius tex. intellectũ nõnulla aduertenda sunt.

17 Primo, quod præd. suspensio non est lata, sed à iudice ferenda, quia non dicitur ibi esse ipso iure suspensum illum sacerdotẽ, sed præcipitur Episcopo, vt ipsum suspensum remittat absoluendum ad Summum Pontificem: quasi dicat, ipsum suspẽde, & vbi suspenderis, à solo Summo Pontifice potest absolui, vt ibidem intelligũt, & declarant Ant. de Butrio, numero 4. Abb. 5. Alexand. de Neuo, numero etiã 5. & Præpos. numero 1. in princip. Enricus in fine, est communis secundum Bernard. Diaz de Lugo in pract. cano. c. 74. numero 2. & ibi Salzed. in addit. in vers. secundum communem, Couar. in quarto de sponsa. 2. parte, cap. 8. §. 11. numero 2. Nauar. in suo Manual. Hispana lingua cõposito, cap. 25. numero 137. Veracruz in prima parte Specul. Coniug. articulo 13. in fin. communem quoque cum Bernard. Diaz vbi supra eam appellat. & sequitur Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 75. numero 2. versic. sacerdos; sequitur etiam eam Didac. Perez in l. 5. columna 5. vers. intelligas, titulo 1. lib. 5. Ordinamenti, folio 53. eamque tenent Enriquez, Manuel Rodriguez, vterq; Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sãchez d. lib. 7. disputatione 82. numero 27.

18 Secundo; quod reseruatio quoque talis suspensionis ad Sedem Apostolicam iã sublata est per Extrauagant. concertationi Ioann. XXII. nõdum typis excusam, vt docent plerique ex DD. supra citati; nempe Couar. Veracruz, Salzed. vterque Ledesm. Perez, & Sanch.

19 Tertio aduertendũ est; quod iuxta frequentiorem, & veriorem sententiã Doctorum, suspensio de qua ind. cap. 1. non est pœna ordinaria huius delicti, sed iure non est statuta pœna sacerdoti benedicẽti secundis nuptijs legitime celebratis, & ideo pœna arbitraria imponenda erit, attentis circunstantijs, quæ grauius, aut leuius reddunt delictum, vt plurimis Authoribus ad hoc citatis, & respondens d. ca. 1. affirmat Sanch. vbi supra, numero 30. cõtra nonnullos prius numero 29. à se citatos, & tandem d. numero 30. inquit, quod poterit iudex huiusmodi clericum suspendere, sicut potest alia pœna arbitraria punire secundum Nauar. d. num. 137.

SVMMARIVM Cap. CVII.

1 BIGAMIAE *triplex species est, & de singulis his hic agitur, & numeris sequentibus.*

2 *Bigamia nulla contrahitur sine carnali copula.*

3 *Irregularis non est contrahens matrimonium cum vidua à priori viro non cognita.*

4 *Et numero 4. nec etiam si fuerit cognita à priori viro, vel corrupta, si ipse eam non cognouit.*

5 *Bigamia non contrahitur per matrimonium ratum, & non consummatum.*

6 *Professus vel voti solemnis transgressor matrimonium contrahendo ad hoc vt irregularis sit, requiritur copula.*

7 *Bigamia interpretatiua, quatuor modis potest incurri, de quibus hic, & numeris sequentibus.*

8 *Irregularis est, qui vera vxore nondum cognita, eaque superstite ad aliud matrimonium de facto transit, illud consummans.*

9 *Irregularis an sit, qui secundum matrimonium de facto contraxit, conscius de illius impedimento, & quid de ignorante impedimentum, sed bona fide contrahente secundas nuptias?*

10 *Irregularis est contrahens matrimonium irritum cum vidua carnaliter cognita siue conscius sit impedimenti, siue non, consummando præd. matrimonium.*

11 *Irregularis an efficiatur accipiens in vxorem fœminam, à se solum deflorata tam?*

12 *Bigamus an sit, qui post adulterium vxoris eam carnaliter cognouerit cõscius adulterij, vel non? & numero 13.*

14 *Irregularis an sit ducens in vxorem iã corruptam, quam putabat esse virginem? & numero 15.*

16 *Irregularis, & bigamus an sit, qui cog-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouit vxorem adulteram, vt præcisa cognitam?

17 *Irregularis an sit, qui cognouit ex præcepto Ecclesiæ vxorem adulteram cõpulsus, vel lite pendente, vel quia nequit adulterium probare?*

18 *Irregularitas simplitudinaria committitur à subdiacono, qui de facto matrimoniũ contraxit cum vidua, & eã cognouit carnaliter.*

19 *Clericus in sacris constitutus virginem ducens in vxorem an irregularis sit?*

Irregularis an sit clericus in sacris constitutus virginem ducens, numero 19.

20 *Clericus contrahens matrimonium nullum, an perdat beneficia?*

21 *Monachus professus contrahens matrimonium de facto an incurrat irregularitatem?*

22 *Irregularis an sit, qui post simplex votũ castitatis transit ad nuptias, vel qui duxit vxorem eodem voto adstrictã?*

23 *Irregularitas bigamiæ an extinguatur per baptismum, vel religionis professionem, aut dispensationem.*

CAPITVLVM CVII.

De bigamia.

1 BIGAMIAE secundum communem fere omnium sententiã triplex species est. Prima est veræ bigamiæ, quoties quisquis duplex matrimonium contrahit, vtrumque consummans, deficit enim vere in hoc duplici matrimonio repræsentatio vnius matrimonij Christi cum vnica Ecclesia, de quo in cap. debitũ de bapt. cum simil. & in l. 5. titulo 1. partita 4. Secũda species est bigamiæ interpretatiuæ: nẽpe cum duplex matrimonium initur, & consummatur vtrũque, non tamen vtrũque validum est, sed solum alterum, aut neutrum: vel cum quis ducit non virginẽ, vel si virginem duxit, eam post adulteriũ cognouit, de qua inferius dicemus.

2 Tertia est species bigamiæ similitudinariæ, nẽpe, cũ in sacris constitus, aut professus matrimonium contrahit, ac cõsummat, etiam cum vnica, & virgine, de qua etiam infra agemus. Hanc triplicem speciem bigamiæ docet Speculat. de dispensat. §. iuxta, numero 6. estque communis fere omnium sentẽtia, secundum Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 7. disputatione 83. numero 2. & 4. vbi plures congerit, & Pater Suarez in quinto tom. de censur. disputatione 48. de irregul. quæ ex bigamia nascitur, sectione 1. folio 1178. columna 2. editione Conimbric. Ann. 1603. Lugduni vero Ann. 1604. folio 850. & nouissime Auila de Censur. septima parte, disputatione 8. dubio 1. quamuis glossa in cap. 2. verbo in bigamis, de bigamis, duas tantum species bigamiæ esse referat.

3 Nulla tamen species bigamiæ, nec ratione illius irregularitas cõtrahitur, quæcumque matrimonia celebrentur, & cum fœmina cuiuscuis status, nisi carnalis commixtio in illis matrimonijs intercedat, vt habetur in d. cap. debitum de bigam. de contrahente duo matrimonia, vel cum vidua: quia si non est in vtroque matrimonio, copula non est bigamia.

4 Contrahens autem cum vidua à priori marito non cognita, minime est irregularis, quamuis cum illa consummet, vt cauetur similiter in d. cap. debitum.

4 Nec si cõtrahat cum vidua à priori viro cognita, vel qualitercumque corrupta, si cum illa copula non habeat, vt iure bene probat Sanch. vbi supra d. numero 4. citans tex. in cap. fi. distinctione 34. & c. fin. de bigam.

5 Et numero 5. merito increpat Magistr. Sentent. in quarto, distinctione 27. (quem omnes reprobant) dicentem, per matrimonium ratum cõtrahi bigamiam: quod est contra tex. expressum in d. cap. debitum de bigam. & similiter audiendi non sunt Rosela, Montaigna, & alij affirmantes, professum ineũtẽ matrimonium, nec illum consummantem effici irregularem, sunt namque in hoc præd. Authores lapsi, quoniam nulla tunc contrahitur irregularitas.

6 Siquidem copula necessaria est, vt irregularitatem incurrat professus, vel clericus voti solemnis transgressor per cõtractum matrimonij, sicut in bigamia vera, & interpretatiua, vt melius cum alijs probat Sanch. d. numero 5. alia circa hãc primam speciẽ bigamiæ bene examinat Sanchez vbi supra, numero 6. cum similibus apud ipsum videnda, de quibus hic agere conueniens non decreui.

7 Circa secundã speciem bigamiæ, hoc est interpretatiuæ, obseruandum est, quatuor modis posse bigamiam hanc interpretatiuam incurri. Primo, quando quis duo matrimonia contraxit, & consummauit, alterum validum, alterum de facto, ideſt, nullum, siue priori coniuge viuente, siue defuncto.

Secundo, quando duo quispiam contraxit matrimonia de facto, ideſt, ambo irrita. Tertio, quando ducit viduam à priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummit matrimonium. Quarto, quando virginem à se ductam, atque postmodum adulterij eã carnaliter cognoscit, l. 35. titulo 5. partita prima.

Pro primo modo adducit etiam tex. in cap. nuper in fi. de bigam. & in d. l. 35. in versiculo, *otrotal seria si algun clerigo*, vbi sermo habetur de clerico, qui ante sacrũ ordinem matrimonium contraxit, atque in eo iam constitutus, aliud matrim. celebrauit, deciditurque namque ibi, eum tamquã bigamum reputari, non propter sacramẽti defectum, cũ saltem posterius matrim. irritum sit, sed ob intentionis affectum ad duo matrimonia cum opere carnali subsequuto: ergo cum similis affectus cum opere subsequuto reperiatur in primo, & secũdo bigamiæ modis præd idem in vtroque dicendum est: erit sic contrahens ex iuris interpretatione bigamus, & irregularis, vt cum cõmuni contra Enriquez plurimos citans in quolibet modo ex supradictis primo, & secundo, tenet & probat Tho. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 84. numero 3. vbi etiam, quod quamuis aliqui DD. ex ibi per eum citati appellent bigamiam in hoc duplici casu similitudinariam; communiter tamẽ appellatur interpretatiua, & vltra Thom. Sanch. vbi supra eandem sententiam in primo modo ex suprad. tenet, & communem Theologorum, & Canonistarum affirmat Suarez vbi supra sectione 2. numero 2. vbi numeris sequentibus alias duas opiniones

DD referr in hoc articulo, vnam distinguentem, aliam simpliciter negantem, & numero 6. cum communi etiam resoluit, quod is, qui viuente prima vxore scienter contraxit secũdas nuptias, fit irregularis, si cum vtraque consummauit: & numero 9. cum sequentibus plurimis modis ampliat præd. communem sententiam.

8 Ex quibus deducitur primo: irregularem eum esse, qui vera vxore nondum cognita, eaque superstite ad aliud de facto matrimonium transit, illud consummans, si postea coactus ab Ecclesia redire ad legitimam vxorem, eam carnaliter cognoscat, vt cum D. Thom. & Astens. tenet & probat Thom. Sanch. d. disputatione 84. numero 4. qui numero 5. improbat temperamentum Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. numero 9. in comment. litera, X dicẽtis, quod sit irregularis, qui duplex matrimonium contraxit, nisi, vbi semel matrimonium irritum cõtraxit, cognita eius nullitate ad aliud transeat. hoc tamen & recte, verum non credit Sanchez vbi supra ex rationibus de quibus ibi per eum.

9 Illa tamen quæstio satis controuersa est in proposito. nempe an superiora de irregularitate incurrenda procedant nedũ in eo, qui priori legitimo matrimonio dissoluto contrahit aliud de facto, ideſt, irritum, quando conscius impedimenti irritantis posterius inniuit: sed etiam si ignorans impedimentum bona fide putans se valide contrahere secundas contrahat nuptias? & minime in hac vltima specie incurrere hanc bigamiæ irregularitatem tenent nonnulli, quos refert & sequitur, & late probat Thom. Sanch. d. disputatione 84. num. 6. sed nihilominus contraria sententia verior, & communis est, quã tenẽt Ioan. Andreas, & alij plures Authores relati per eundem ibidem ad fin. d. num. 6. vbi eam profitetur communem, quã etiã sequitur, & bene probat Pater Suarez vbi supra, d. sectione 2. num 8.

10 Deducitur etiã ex superioribus, quod si quis ducat viduam in vxorem, vel fornicarie cognitam, & matrimonium hoc sit nullum propter impedimentum irritans interueniens siue cognitum, siue incognitum irregularis erit per tale matrimoniũ cõsummatum: argumento tex. in d. ca. fi. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de bigam. atque ita hoc expresse affirmãt Ricard. in quarto, distinctione 27. articulo 4. quæstione 3. Couar. in Clementina si furiosus, prima parte relect. §. 2. numero 2. versic. 2. & 3. dicens esse sententiam cõmuni consensu probatam à Doctoribus Theologis in 4. distinctione 27. & à Canonistis super d. tex. necnon & Pater Suarez vbi supra sectione tertia, versic. dubitatio vero est, numero 3. (vbi numero 4. & 5. eam defendit à fundamentis Nauar. in Manual. cap. 27. numero 195. & lib. 1. consil. primo, de bigamis late oppositam sententiam probantis) eandem priorem sententiam probat Rota de bigam. decis. prima, in nouis: estque communis, vt cum Couar. & alijs affirmat Sanch. d. disputatione 84. numero 10. qui numero 11. affirmat verius esse contrarium, nempe nõ incurri irregularitatem in hoc casu cum Nauar. vbi supra, & alijs pluribus, quos ibi refert, & late probat eorum opinionem: ego vero nihilominus cõmunẽ sententiã (hoc est priorẽ) probo, nedũ in præmissa specie, sed etiam si illud vnicũ matrim. cũ vidua, vel corrupta celebratum sit validũ iuxta Ecclesiæ præsumptionẽ, quamuis in foro conscientiæ non sit tale, vt si consensus sit fictus, vel ante Concil. Trid. adfuit copula animo fornicario habita post sponsalia de futuro, vt affirmant in vtroque foro Palud. Supplementum Gabriel. & simpliciter Tabien. quos refert Sanch. vbi supra, numero 12. quamuis ipse ibi cum Enriquez, & Viuald. dicat, esse probabilius non incurri in hac specie irregularitatem, & hoc tenet etiam Auila vbi supra versic. secundo notandum est, circa fi.

11 An autem ducens fœminam à se solũ defloratam efficiatur irregularis? disputat & refert duplicem sententiam in hoc Sãch. d. lib. 7. de matrim. disputatione 84. numero 13. primam affirmatiuam, quam tenet glos. in cap. maritum, verbo concubinam, distinctione 33. & in cap. nemo in fin. distinctione 32. Hostiens. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Archid. & Sum. Astens. secundam negatiuam, cui ipse adhæret numero 14. nempe hunc non esse bigamum neque irregularem, & est D. Thomæ in quarto, distinctione 27. quæstione 3. articulo primo, quæstiuncula tertia, ad secundum, & aliorum quamplurimorum Authorum ex vtraque Schola, quos in vnum congerit, & citat ibi respondens fundamentis contrariæ sententiæ affirmatiuæ: ex quorum numero satis apparet hanc esse receptissimam sententiam, ita vt temerarium forsan videri posset ab ea recedere, quam & veriorem, & sequendam omnino esse censeo, eamque communem affirmat Pater Suarez de censur. d. disputatione 48. sectione 3. versic. dubitatio vero est, numero 6. dum dicit communiter DD. asserere, hanc irregularitatem solum contrahi, quandoquis ducit corruptã ab alio: & numero 7. eam probat, & constat ex l. 35. ibi, *fueras ende si el mismo la ouiere auido ante virgen.*

Ratio autem cur maior castitas in hac materia ex parte vxoris, quàm ex parte viri requiratur (alijs exclusis traditis à glossa cõmuniter recepta in cap. debitum de bigam. verbo cognitam) assignatur à D. Thom. in quarto, distinctione 27. quæstione 3. articulo 1. quæstiuncula 3. de qua per ipsum, quam communiter Theologi recipiunt, & nonnulli Iurisperiti, secundum Thom. Sanch. vbi supra, numero 9. contra Bellarmin. ab eo relatum, qui aduersum eã fortissime insurgit, sed à cõmuni omniũ sententia recendum non est, secund. Sanch. ibidem, qui eam rationem D. Thom. defendit ab impugnatione Bellarmin. de qua etiam late per Suarez vbi supra, versic. hæc igitur species bigamiæ, vbi quod ratio præd. D. Thom. est satis metaphysica, & subtilis, quare in ea non immoror.

12 Vltima species bigamiæ interpretatiuæ est, quam incurrit ducens virginem, si postquam adulterata est, illam carnaliter cognoscat; tex. in cap. si cuius, & in cap. si laico, distinctione 34. vir namque cognoscendo vxorem suam ab alio cognitam efficitur maritus corruptæ, & ideo proinde iudicatur, ac si cum corrupta contraxisset, censeturque ex iuris interpretatione carnẽ suam in plures diuisisse, sicut vxor, cum qua efficitur vna caro, in plures diuisit, nempe in ipsum virum cognoscentẽ, & in eum, à quo aliàs cognita fuit.

13 Illud autem in proposito scire oportet an ad incurrendam hanc vltimam speciẽ bigamiæ interpretatiuæ requiratur quod vir sciens, & prudens vxorem adulteram cognoscat: secus, si ignoras inuincibiliter maleficium vxoris ad illã bona fide accedat, vel quocunque horum modo hoc faciat, incurrat in præd. irregularitatem? In hoc triplex est sententia: prima habet requiri omnino scientiam viri accedentis ad vxorem adulteram ad incurrendam hanc irregularitatem, secus si ignorans tunc sit adulterij: sic videntur tenere glos. in ca. 2. verbo in bigamis, de bigam. Rebuf. de pacif. possess. nu. 194. & l. 35. tit. 5. partita 1. in illis verbis, *o siendo casada con aquella que ouiesse virgen fiziesse ella adulterio, è despues ouiesse el que ver con ella sabiendolo, que parece importa condicion, y ser necessario, que sepa el marido el adulterio*, quia ablatiuus absolutus importat conditionem, l. à testatore, ff. de condit. & demonst. ergo *ignorando el marido el adulterio precedente, aunque tenga el q̃ ver cõ ella despues no incurre en irregularidad*, & ibi expresse inquit Greg. Lop. in glos. *que ver con ella sabiendolo*, legem illam approbare hanc primam opinionem, & quod ideo soluta est hæc quæstio, & quod æquior videtur hæc opinio, quam lex illa approbat, eãque tenet expresse Emanuel Saa in summa, verbo irregularitas, vbi agit de bigam. num. 3. & Petr. de Ledesm. de matrimonio, quæst. 66. art. 3. columna penultima. 15

14 Et in eo, qui duxit corruptam putans eã virginem, quod excusetur ab irregularitate docent Emanuel Saa, & Ledesm. vbi supra.

Secunda opinio eorũ, qui sentiunt cognoscentem ingnoranter vxorem adulteram repelli ab ordinibus suscipiendis, non vero ab exequutione receptorum, vt voluit Præpos. in d. cap. si cuius, distinctione 33 4. Bernard. Diaz de Lug. in sua Practic. Canonica in noua editione, cap. 16. ad fi. & Marc. Ant. Cuch. lib. 4. Instit. Maior. tit. 12. num. 164.

Tertia sententia verior, communis, & receptissima ac omnino tenenda habet cõtrahi hanc irregularitatem ex quacunque adulterij ignorantia cognoscatur vxor, nõ enim agitur in hac specie de vitio prohibendi ad ordines, ad quod desideratur scientia, sed de significationis defectu, quem potest pati ignorans, lex namque promotionis factum requirit, non voluntatem: cap. vlti. 15. quæstione 1. & interminis hanc tenent Gofred. in summa, titulo de bigam. numero 8. & ibi Hostiens. numero 3. Ioann. Andr. in cap. 2. num. 7. eodem titulo, & alij quamplures Canonistæ & Theologi, quos in vnum congerit, & citat Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 84. numero 15. versic. sed tenendũ est, hãc etiam dicit communiorem sententiam Greg. Lopez vbi supra, & nos lib. 1. Canon. quæstionũ cap. 25. numero 150. vbi quod est cõmunis, & obtinet, etiam si ex præcepto Ecclesiæ vxorem quis inuitus cognoscat, iuxta magis cõmunẽ sentẽtiam contra Innoc. & alios secũdũ D. Couar. in Clementina si furiosus, de homicid. prima parte §. 2. numero 3. eandem tertiam sententiam sequuntur, & communem profitentur Iulius Clar. lib. 5. recept. §. fin. in Practic. Crim. quæstione 36. numero 10. Matien. in rubrica glossã prima, numero 102. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Salzed. ad practic. Bernard. Diaz vbi supra d. cap. 16. versiculo siue ignorãtem, & Pater Suarez de censur. disputatione 49. sectione 3. versiculo hæc igitur species, num. 15.

Et in eo qui duxit corruptam, quã credebat esse virginem, quod sit bigamus, & irregularis tenent D. Thom. in quarto, distinctione 27. quæst. 3. articulo 1. quæstiuncul. 3. ad tertium, & ibi communiter DD. glossa in cap. nemo, verb. virgo, distinctione 32. & in cap. vnic. verbo virginibus, de cleric. coniug. in 6. Couar. vbi supra, numero 2. versic. tertio, & alij quã plures Authores, quos refert, & sequitur Sanch d. numero 15. in versic. & in alio, quod est omnino simile, vbi reprobat Bernard. Diaz vbi supra d. cap. 16. ad fin. limitantẽ præd. communem sententiam, vt sit irregularis vir cognoscens adulteram, si possit probari adulterium, quia dicendum est cum Castr. lib. secundo de lege pœnal. cap. 14. corolario 2. hanc facti euidẽtiam ad hoc solum ibi peti, vt si vir tentaret sacros ordines recipere, iuste posset repelli in foro externo, non autem vt ipse vir sit irregularis, vnde recte Nauarr. in

Ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manual. cap.16. numero 27. ait. quod in foro conscientiæ , nihil refert, possit vir probare adulterium, necne.

16 Et idem dicendum est, quamuis fœmina sit vi præcisa cognita , illam namque ducens aut iam ductam virginem cognoscens post id adulterium violentum efficitur bigamus , & irregularis, iuxta gloss. in cap. nemo, verbo virgo, 32. distinctione, & alios, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra prope fin. d. numero 15. ibi; tandem idem, &c. Suarez vbi supra, num. 16.

17 De eo autem, qui cognouit vxorẽ suã adulteram, Ecclesia præcipiente, vel eo, quod lis pendeat, vel quia nequit adulterium probare, an incurrat hanc irregularitatem? & videtur quidem ipsam non incurrere, quia iniuste puniretur ob actum ad quem tenetur contra tex. in cap. Nabuchodonosor 23. quæstione 4. qua ratione , & alijs hanc partem negatiuam probarunt Innocent. in cap. Inquisitioni, numero 1. de sententia excommun. & ibi DD. præcipue Ioan. And. numero 3. Anton. de Butr. numero 12. Anchar. numero 3. & eiusdem opinionem fuit glos. fin. in cap. si cuius, distinctione 34. & dicit probabilem Concanonic. noster Magister Michael de Palat. in 4. distinctione 27. disputatione 4. columna 4.

Hæc tamen opinio non est vera nec tenenda , sed potius cõtraria affirmatiua ex rationibus de quibus supra in versic. tertia sententia verior, communis, & receptissima, &c. quam tenẽt D. Thom. in quarto, distinctione 27. quæstione 3. articulo 1. quæstiuncul. 3. ad quartum, & ibi communiter Theolog. & alibi sæpissimè, estq; communis, & receptissima prior omnium sententia , vt constat ex quamplurimis vtriusque Scholæ sentẽtia , quos in vnum congerit eã sequutus Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 84. nu. 17. vbi in fin. eam appellat receptissimam apud omnes fere DD. quã etiam sequitur Suarez vbi supra , numero 17.

18 Circa irregularitatẽ ex bigamia , quæ dicitur similitudinaria, habemus tx. in c. fi. de bigam. quo deciditur , quod subdiaconus, qui cum vidua contraxit matrimoniũ de facto, & eã cognouit, bigamiæ pœnã incurrit, licet bigamus non sit, & quod cũ eo, contra doctrinam Apostoli tamquam cum marito viduæ, dispensare non licet, non propter sacramenti defectum , sed propter affectum intentionis cum opere subsequuto, proculdubio igitur hic irregularitatem incurrit, vt manifeste supponitur in illo textu, & tenent communiter DD. de hac irregularitate similitudinaria loquentes, quatenus affirmant, eam esse irregularitatẽ, de cuius ratione late agunt Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 85. numero 5. & Pater Suar. de cẽsur. disputatione 49. section. 4. pagina mihi 878. columna 2. editione Lugduni Anno. 1604.

19 Disputant autem in proposito DD. de clerico in sacris constituto virginem ducente an sit irregularis? Quam quæstionẽ in vtramque partem latè examinat Pater Suarez vbi supra, referendo duas opiniones diuersas in hoc puncto.

Prima habet, habere locum in eo bigamiam, & irregularitatem.

Secunda sententia negat : & tandem idem Author ibidem numero 6. inquit, quod licet hæc posterior opinio non improbabiliter defendi possit, nihilominus prior est magis recepta, & in rigore verior.

Sed & aliam tertiam opinionem diuersam inuenio in hac disputatione distinguẽtem, nempe vt tunc demum sacris initiatus ducens vxorem, irregularis efficiatur, quando ante ordinem contraxit vnũ matrimonium, & post ordinem aliud vtrumque consummans, secus si vnicum cũ virgine ineat, ac consummet matrimonium, ita Antonius de Butrio in cap. nuper, numero 7. de bigam. & ibi Abb. numero 3. & alij plures, quos refert cum suis fundamentis Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 85. numero 2. vbi numero 3. & 4. alias duas opiniones congerit, & numero 5. tandem resoluit incurri hãc bigamiæ irregularitatem similitudinariç, quamuis in sacris constitutus cum vnica, & virgine contrahat, ibique eam late iure probat atque vt veriorem defendit cum glossa fin. in cap. sane sacerdotes de cleric. coniugat. & communior atque receptissima sententia Canonistarũ, & Theologorum, in quampluribus locis, quos in vnum ibi congerit, & inter eos Couar. in Clementina si furiosus , prima parte, §. 2. numero 2. versiculo tertio , de homicid. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 195. Toled. lib. primo summæ, cap. 26. numero 7. Valent. quarta parte, disputatione 7. quæstione 19. puncto 3. in prima specie irregularit. Manuel Rodriguez primo tom. summæ, secunda editione, cap. 158. numero 2. paulo ante primam conclusionem, idem volunt alij quamplures , indistincte docentes, clericum in sacris contrahentem matrimonium effici irregularem, vt per Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. §. 3. numero primo. Anton. Cuch. lib. 5. Instit. maior. titulo 12. numero 214. Matienç. in rubrica tituli 1. glossa prima , numero 157. Zeuall. in suis quæstionibus Commun. contra Cõmun. quæstione 158. numero 1. & alij plures ; quos etiam citat Sanch. d. numero 5.

20 & hanc sententiam teneo, & probo.

An autem clericus contrahens matrimonium nullum perdat ipso iure beneficia, quæ obtinet? late agit Zeuall. quæstione 147. per totam, & an etiam amittat regressum, accessum, & pensionẽ idem Author quæstione 563. num. 4.

21 Monachus professus ad nuptias transiens eandem irregularitatem incurrit, quamuis vnicam , & virginem ducat, vt cum communi, & receptissima sententia vtriusque Scholæ merito probat, & tenet contra Henriquez, & Palat. Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 85. numero 7. & 8. vbi numero 10. quod hæc irregularitas clerici in sacris constituti, aut professi matrimonium contrahentis non oritur ex defectu significationis, sed ex delicto, secundum DD. quos ibi refert, & sequitur, & numero 11. & 12. quod præd. irre-

22 gularitatem non incurrit is, qui post simplex castitatis votum ad nuptias transit, neque qui duxit vxorem voto castitatis astrictam, quamuis ipse solutus sit; in quibus idem tenet in effectu Auila vbi supra in versiculo bigamia similitudinaria.

23 An autem bigamiæ irregularitas extinguatur per baptismum, religionis professionem, vel dispensationem, & quis in eam dispensare possit? agit latissime idem Sanchez d. lib. 7. disputatione 86. per totam , sed quia in hoc lib nos tantum agimus de his, quæ principaliter attinent ad causas matrimoniales, omittimus ea, quæ d. disputatione 86 aguntur: sufficiant nũc supra adducta de præd irregularitatibus, de quibus etiam alia differit Auila vbi supra in tota disputatione 8.

SVMMARIVM Cap. CVIII.

1 *MVLTAE pœnæ sunt positæ Iure Ciuili mulieri viduæ secundo nubẽti intra ann. luctus , & quando incipiat hic annus.*

2 *Pœnæ impositæ viduæ secundo nubenti infra ann. luctus sunt correctæ Iure Canonico, cui est standum etiam in foro seculari, vt in numeris 6. & 8.*

Et Iure Regio idem dispositũ est, vt in numero 3.

4 *Vidua secundo nubens intra ann. luctus non amittit ante nuptialem donationem, nec ea, quæ ex liberalitate prioris viri ad eã peruenére ; nisi habeat filios ex priori matrimonio.*

Idemque erit tunc quoad hæreditatem sibi a viro prædefuncto relictam, vt in numero 5.

7 *Pœnæ impositæ viduæ secundo nubenti infra ann. luctus sunt correctæ Iure Canonico, quacunque parte anni nubat.*

9 *Vidua secundo nubens infra ann. luctus non incurrit hodie in pœnam de qua in l. si qua mulier C. ad Senat. Consult. Trebel. cum similibus.*

10 *Pœna de qua in Auth. cui relictum C. de indict. viduit. tollend. aduersus viduam secundo nubentem infra ann. luctus an sit hodie correcta per Ius Canonicum , & numeris sequentibus.*

11 *Leges Imperatorum Romanorum in Hispania non habent vim legum, nisi quatenus rationi naturali innitantur.*

Vel consuetudine receptæ sunt in praxi vt quotidie videmus iuxta illas iudicari, quando expresse decidunt casum, non stante Iure Regio in contrarium, vt in numero 12.

13 *Hæredes viri tenentur restituere bona dota-*

tam , sed quia in hoc lib nos tantum agimus de his, quæ principaliter attinent ad causas matrimoniales, omittimus ea, quæ d. disputatione 86 aguntur: sufficiant nũc supra adducta de præd irregularitatibus, de quibus etiam alia differit Auila vbi supra in tota disputatione 8.

SVMMARIVM Cap. CVIII.

1 *MVLTAE pœnæ sunt positæ Iure Ciuili mulieri viduæ secundo nubẽti intra ann. luctus , & quando incipiat hic annus.*

2 *Pœnæ impositæ viduæ secundo nubenti infra ann. luctus sunt correctæ Iure Canonico, cui est standum etiam in foro seculari, vt in numeris 6. & 8.*

Et Iure Regio idem dispositũ est, vt in numero 3.

4 *Vidua secundo nubens intra ann. luctus non amittit ante nuptialem donationem, nec ea, quæ ex liberalitate prioris viri ad eã peruenére ; nisi habeat filios ex priori matrimonio.*

Idemque erit tunc quoad hæreditatem sibi a viro prædefuncto relictam, vt in numero 5.

7 *Pœnæ impositæ viduæ secundo nubenti infra ann. luctus sunt correctæ Iure Canonico, quacunque parte anni nubat.*

9 *Vidua secundo nubens infra ann. luctus non incurrit hodie in pœnam de qua in l. si qua mulier C. ad Senat. Consult. Trebel. cum similibus.*

10 *Pœna de qua in Auth. cui relictum C. de indict. viduit. tollend. aduersus viduam secundo nubentem infra ann. luctus an sit hodie correcta per Ius Canonicum , & numeris sequentibus.*

11 *Leges Imperatorum Romanorum in Hispania non habent vim legum, nisi quatenus rationi naturali innitantur.*

Vel consuetudine receptæ sunt in praxi vt quotidie videmus iuxta illas iudicari, quando expresse decidunt casum, non stante Iure Regio in contrarium, vt in numero 12.

13 *Hæredes viri tenentur restituere bona dota-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotalia vxori immobilia statim, mobilia autem, & semouentia atque incorporalia infra ann. soluti matrimonij; tenentur tamen eam alere interim, si ipsa inops sit.

Dum tamen non nubat intra ann. luctus, vt in numero 14.

15 *Hæredes mariti quando sunt in mora restituendi bona dotalia viduæ eius vxori tenentur tantum ea restituere, quod interest ratione lucri cessantis, vel damni emergentis.*

16 *Alimenta relicta à viro vxori superstiti sunt eidem præstanda etiamsi sit secundo nupta viro diuiti.*

Dos quando à viro præcipitur hæredibus restituenda vxori debetur statim etiã infra annum, vt in numero 16.

Idem est quando vir tempore matrimonij promisit dotem restituere statim soluto matrimonio, vt pactum aliquid operetur, numero 17.

18 *Hæredes viri an hodie teneantur alimenta præstare vxori viduæ eo tempore quo ei dos non restituitur durante anno, si inops sit.*

19 *Vestes lugubres, præstitæ vxori viduæ an sint restituendæ hæredibus viri infra ann. luctus ipsa secundas nuptias contrahente.*

Et de lecto quotidiano, num. 20.

21 *Pœnæ mulieri secundo nubenti infrà ann. luctus impositæ in filiorum fauorem non sunt correctæ Iure Canonico.*

33 *Pœnæ mulieris secundo nubentis intra annum luctus, quæ sunt correctæ, & non correctæ Iure Canonico intelligẽdæ sunt de tertijs, & vlterioribus nuptijs.*

Vidua secundo nubens, vel vlterius non tenetur reseruare filijs illius matrimonij, à quo nulla bona habuit, sed filijs illius matrimonij si supersint, à quorum patrimonio paterno habuit bona.

CAPITVLVM CVIII.

De pœnis secundarum nuptiarum infra annum luctus.

1 IVRE Ciuili multæ sunt pœnæ impositæ mulieri nubenti intra primum annum luctus, qui numeratur à die mortis prioris viri, quicedit etiam ignoranti, l. genero, ff. de his qui not. infam. & ita tenent glossæ, & communiter DD. vbique, & hoc duplici ratione, vt cauetur in l. 3. in versic. *è moueronse los Sabios antiguos de vedar a la mugers &c.* titulo 6 partita 7. *La primera es por que sean los homes ciertos, que el fijo que nasçio de ella es del primero marido. La segunda porque no puedan sospechar contra ella, porque caso tan aynsa, que fue en culpa de la muerte de aquel con quien era antes casada*, & ibi Greg. Lopez in glossa vltima, alias ll. Regias in idẽ citat: quot sint autem huiusmodi pœnæ, constat ex toto titulo, C. de secundis nupt. & ex quãplurib⁹ ll. Regijs, & tractatibus diuersorum Doctorum de hoc agentium, & sex congerit examinans circa eas nonnullas quæstiones Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 87. per totam, vsque ad numerum 20.

2 Iure tamẽ nostro Canonico, secũdũ verissimam, & receptissimã sententiã pœnę præd. sunt correctæ atque ideo vidua potest impunè ad secundas nuptias transire quocunque tempore, ex tex. in cap. fin. C. de secund. nupt. quamuis enim ille tex. solius infamiæ mentionem fecerit, ratio tamen quã reddit, ibi; cõcessa tamen si ibi ab Apostolo vtitur facultate, omnes alias pœnas amplectitur, ita tenent glossa in l. prima, verbo honorarias, C. de secundis nupt. & alij communiter DD. vt per D. Couar. in quarto Decretal. secunda parte, cap. 3. § 9. numero 5. & 6. Gregor. Lopez in l. 3. verbo, *fasta vn año*, titulo 12. partita 4.

3 Et hæc sententia in individuo hodie in nostris Regnis approbata est in l. 3. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & ibi Moderni, & nos prius in repetitione l. nemo potest, ff. de

ff. de leg. 1. & congerit infinitos Thom. Sanchez d. disputatione 87. numero 23. vbi numero 24. recte cum communi, &
4 vera etiam sententia tenet contra nonnullos, viduam infra annum luctus secundo nubentẽ non amittere antenuptialem donationem, nec cætera omnia, quæ ex liberalitate viri prioris ad ipsam peruenere, quoad proprietatem, neque quoad vsumfructum, nisi habeat filios ex priori matrimonio, quia tunc amittet proprietatem, & tenetur eam reseruare præd. filijs, vt infra dicemus; quæ ampliatio probatur ex verbis d. l. 3. titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg. ibi, *sin alguna pena, y sin alguna infamia*, &c. suppositio principio illius l. quod ita se habet, *mandamos q̃ las mugeres viudas puedan libremente casar dentro del año, &c.* & iterum ibi, *no obstante qualesquier leyes de fueros, y ordenamientos, y otras qualesquier leyes, &c.*

5 Idemque erit dicendum quoad hæreditatem, in qua vxor instituta est hæres à marito, nempe, vt illam quoque amittat eius vxor si infra annum luctus illa secundo nubat (intellige nullis relictis filijs prioris matrimonij,) vt recte aduersus Addit. Alexandri ad Bart. in l. prima, verbo si qua mulier, C. de secundis nupt. Baldum, & Angel. probauit Garro in l. prima, numero 84. cum sequentibus, C. de secundis nupt. quem refert, & sequitur Sanch. vbi supra, num. 25.

6 Omnes namque pœnæ præd. sublatæ sunt, vt probauimus, prout hæc etiam esset pœna, si præd. hæreditatem amitteret vxor per secundas nuptias infra annum luctus celebratas, ergo ipsa quoque sublata est.

7 Ex quibus primo deducitur correctas esse etiam eodem Iure Canonico præd. pœnas, licet ea parte anni nubat vidua, vt merito dubitari possit, an prioris vel posterioris viri sit proles, quia quamuis tunc vere videatur delinquere in prolem, (qua ratione incurrebãtur pœnæ, de quibus agimus, vt in d. l. 3. titulo 6. partita 7. in verbis supra relatis, & ideo hanc partem affirmatiuam etiam Iure Canonico attento nonnulli Authores tenent) attamen contraria sententia in fauorem viduæ sic secũdo nubẽtis, est verior, communis, & tenẽda, quoniam tex. in d. cap. fi. de secundis nupt. decidit liberam concedi facultatem viduæ trãseundi ad alias nuptias infra annum luctus, & hoc generaliter, & indistincte; ergo concessa est in qualibet anni parte atque ideo cũ mulier à principio licite nubat, non debet ei nocere futurus euentus incertitudinis prolis: hæc eadem etiam sententia probatur ex eadem generalitate, & reuocatione pœnarum in d. l. 3. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & in terminis eã tenent glos. in l. liberorum, verbo collocare in fin. ff. de his, qui not. infam. D. Couar. alios referẽs de sponsal. 2. parte, cap. 4. § 9. num. 5. eamque dicit tutiorẽ Greg. Lop. in l. 5. in fin. titulo 3 partita 6. & eam esse forte probabiliorẽ inquit idem Greg. Lop. in d. l. 3. verbo *fasta*, titulo 6 partita 7. eamque sequũtur alios referentes Ant. Gabriel tom. 3. cõmun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclusione 5. numero 6. Didac. Perez in l. fi. titulo 1. lib. 5. Ordinam. veter. folio 53. versic. ex qua doctrina, & Thom. Sanchez d. disputatione 87. num. 26. & est verissima, communis, & procul dubio tenenda ex dictis iuribus.

8 Secundo deducitur, pœnas præd. non solũ esse sublatas, & correctas Iure Canonico quoad forũ Ecclesiasticũ, sed etiam quoad forũ seculare, & sic in vtroque foro, vt probatur in d. c. fi. ibi: non debet legalis infamiæ sustinere iacturã; nõ enim dedignantur in his præsertim seculares leges Sacros Canones imitari, vt ibidem decitur, & in terminis ita tenẽt glossa ind. cap. fin. verb. legalis, & ibi Ioan. And. numero 5. & Alex. de Neuo, num. 12. Enrich. numero vltim. Couar. & Didac. Perez vbi supra, Petr. Surd. de aliment. titulo 7. quæstione 22. num. 15. estque verissimum, vt affirmat Thom. Sanch. vbi supra, numero 27. contra Cyn. in l. 1. C. de secund. nupt. quæstione vltim. & approbatur hodie in his Regnis hæc verissima, & recepta sententia contra Cyn. in d. l. 3. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg.

9 Tertio infertur similiter etiã esse hodie correctam pœnam, de qua in l. si qua mulier quarta, C. ad Senatus Consultus Tertulian. & in Authen. de nupt. §. primæ siquidem, collatione 4. nempe quod mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lier secundo nubens intra annum luctus teneatur dare medietatem bonorum filijs prioris matrimonij, quoniam hæc non est pœna principaliter inducta in fauoré matrimonij, sed in odium festinationis nuptiarum, ac proinde, his contractis post annum luctus minime incurritur, prout incurreretur, si esset principaliter apposita in fauorem filiorum, quod non contingit in reseruatione proprietatis bonorum filijs: & ideo glossa final. in cap. vltim. 2. quæstione 3. hanc opinionem forte esse veram, & eam expresse tenet Garro in Rubrica, C. de 2. nupt. in noua editione, numero 128. in quinto remed. & in l. prima, C. eodem titulo, numero 106. & cum eis Sanch. vbi supra, numero 28.

10 Deinde controuerti potest in proposito decisio eius quæstionis an præd. Iure Canonico correcta sit dispositio tex. in Auth. cui relictum, C. de indict. viduit. tol lend. & in Auth. de nupt. §. quæ vero, versic. vnde sancimus, collatione 4. vbi cauetur, legatum relictum alteri coniugi ab altero, vel à quocumque extraneo sub cõditione; si ad secundas nuptias non transierit, minime posse intra annum luctus peti, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum vero peti posse præstita cautione de restituendo fructibus, si conditioni paritum non fuerit? qui annus incipit currere à die mortis testatoris, quicumque sit ille, & non à die scientiæ mortis, iuxta glossam in d. Auth. cui relictũ, verbo intra annum, & ibi Bald. numero 12. & Iacob. de Bellouis. Acosta in l. cum tale, §. si arbitratu in fin. numero 34. ff. de condit. & demõstra. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, num. 29.

Et correctam esse dispositionem d. Auth. cui relictum Iure Canonico voluerũt nonnulli, quos refert Acosta vbi supra, numero 31. cum duobus sequentibus, eo quod ratio illius decisionis sit, vt docent ibi nonnulli DD. in d. Auth. cui relictũ 12 quod intra id anni tempus potius à secundis nuptijs abstinere censetur vidua metu pœnarum, quas incurrit, quam vt pareat voluntati defuncti,

Nihilominus tamen verior, & tenenda est in hoc articulo contraria sententia, imo quod decisio d. Authen. cui relictum non sit Iure Canonico correcta, sed potius seruanda sit in praxi: non enim illius tex. ea est ratio, quam prædiximus, quia ibi idem decidit̃r de viro, cui vxor vel extraneus aliquid reliquit sub præd. conditione, & tamen vir secundo nubens intra annum luctus nullis afficitur pœnis, quia maior honestas requiritur in fœminis, quam in viris, non enim hi vxores mortuas lugere compelluntur, l. vxores, ff. de his, qui notãtur infam. & est bonus tex. in Authen. de nupt. §. primæ siquidem, ibi sed viri quidem ibunt omni obseruatione securi, collat. 4. & in terminis ita docent cõmuniter DD. & præcipue Hostiens. in summa, titulo de secund. nupt. numero 5. versic. sic vidistis, Acosta vbi supra, numero 33. Tellus Fernandez in l. 15. Taur. numero vnic. Ant. Gabriel tertio tom. commun. opinio. lib. 3. titulo de secund. nupt. conclusione 5. numero 7. Matienç. in l. 4. glossa 3. numero 1. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. Thom. Sãch. d. lib. 7. disputatione 87. numero 29. qui alios ad hoc citant: non enim decisio d. Auth. fundatur in pœnam aliquam, sed vt voluntati defuncti obtemperetur: ergo non est correcta Iure Canonico, & ita merito in terminis hanc opin. tenent cõmuniter Scribentes in d. Auth. cui relictũ & esse seruandam, etiam in nostra Hispania probat late Sanch. vbi supra, numero 29. per totum.

11 Licet enim in Hispania leges Imperatorum Romanorum non vigeant, nisi quatenus rationi naturali innituntur, vt in l. prima Taur. & l. 6. titulo quarto, partita tertia, tradit Acosta vbi supra, late agit Burg. de Paz in procem. legum Taur. numero 32. Nihilominus tamen, quia decisio d. Authen. cui relictum ratione non careat, siquidem voluntas testatoris seruari merito debeat, seruanda etiam est in Hispania decisio d. Authen. Et præterea, quia licet præd. ll. Imperatorum, & illorum responsa legum vim non habeat, regulariter, id tamen fallit quatenus consuetudine huius Regni, vt leges receptæ sunt, vt quotidie in praxi videmus in tribunalibus Regijs, in quibus vt leges allegantur, nullique iudices sententiã proferũt nisi

nisi iuxta illas quando casum expresse decidunt, & vbi iure Regio non corriguntur, vt late probant Burg. de Paz in l. prima Taur. à numero 520. vsque ad num. 565. Pinel. in rubrica, C. de bon. mater. secunda parte, numero 12 Cifuent. in l. 3. Taur. num. 3. Ant. Gom. in l. 1. Taur. in principio, Molin. Theolog. de Iustitia, & Iure tractatu 2. disputatione 176. in fi. & Thom. Sanch. vbi supra, numero 30. & vltra eum Didac. Perez in tertia quæstione procemiali, columna 1. ad fin. 16

13 Vlterius in proposito quæri potest, an supposito quod de iure hæredes mariti defuncti tenẽtur vxori superstiti bona dotalia immobilia statim tradere: mobilia autem, semouẽtia, & incorporalia intra annum, iuxta l. vnic. §. exactio, & ibi communiter DD. C. de rei vxor. actione, l. penul. titulo 11. partita 4. & interim quod mobilia, semouentia, & incorporalia non restituuntur, est alenda vxor vidua inops ab hæredibus mariti, ex sententia glossæ communiter receptæ in d. §. exactio, verbo restituendis in fin. & in l. diuortio, glossa 2. ff. solut. mat. vt plures allegantes resoluunt Matienç. in l. 3. glossa 2. numero 19. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & Barbos. in l. secunda, in principio, numero 16. pagina 579. ff. solut. matr. quæ communis resolutio pluribus modis ampliatur, & limitatur, vt per Matienç. & Barbos. vbi supra, numeris sequentibus.

14 Supposito etiam quod præd. communis sententia non procedit in vidua nu 18 bente intra annum luctus, huic enim non debentur ex tunc alimenta nec præd. bona dotalia mobilia, semouentia, & incorporalia sunt ei restituenda, donec labatur annus à morte viri, vt per Iaf. in §. fuerat, numero 25. instit. de actio. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 9. numero 9. Matienç. vbi supra, numero 34. M. Anton. Cuch. lib. 5. instit. maio. titulo 12. numero 160. Azeued. in d. l. 3. numero 6. & 7. Petrus Surd. de alimẽt. titulo 7. quæstione 22. numero 9. Molin. Theolog. tom. 2. de Iustitia, & Iur. tractatu secũdo, disputatione 322. columna antepen. versic. interim dum vxor. Barbos. vbi supra, numero 31. & alios allegans 15 Thomas Sãchez d. lib. 7. disputatione 87. num. 30. vbi hoc declarat, & limitat addens, quod tãtum tenentur ad id, quod interest quando hæredes mariti sunt in mora non restituẽtes dotem tempore, quod solutioni destinatum est, ac inde vxor patitur damnum lucri cessãtis, aut dãni emergentis, instar aliorum debitorum, qui eius detrimenti causa sunt dilatu iniuste debiti solutione, vt tener frequentior ac verior sententia, quam ibi refert.

Quod si vir legasset vxori alimenta, tenerentur hæredes ad ea præstanda, quã uis secundus vir dives esset, sicut quando dos in rebus mobilibus consistens non potest peti intra annum, si tamen à marito relinquitur in testamento, debetur statim, vt legatum illud aliquid operetur; l. 1. ff. de dote præleg. ibi, verum est in dote prælegata commodum esse repræsentationis, §. sed si vxori, Instit. ad l. Falcid. Petrus Surd. de aliment. d. quæstione 22. numero 11. & 12. Barbos. vbi supra, num. 36. in fin.

17 Vbi etiam quod eadem ratione, si maritus promittat dotẽ statim restituere soluto matrimonio, vt pactum aliquod operetur, etiam mobilia sunt statim restituenda quasi tacite dilationi legali sit renunciatũ secundum Bart. in l. si diuortio, numero 5. ff. de verb. oblig. & alios, quos ibi refert Barbos. dicens hanc esse veriorẽ opinionem contra Paul. numero 15. Aret. numero 11. & Iaf. numero 14. in d. l. diuortio.

Dubitatur ergo an (& nunc ad rẽ) hoc sit correctum Iure Canonico, ac proinde non obstante transitu viduæ ad secundas nuptias intra annum luctus, teneantur hæredes viri illo anno, quo dotem non restituunt, alimenta viduę pauperi ministrare, perinde ac tenerentur si ad secundas nuptias non transisset: sed profecto dicendum est, hoc non esse correctum Iure Canonico, quia non est introductum in pœnam, sed eo quod cessauerit ratio obligationis præstandi illi alimenta: ita expresse tenet Garro. in rubrica, C. de secundis nupt. in noua editione, remedio quarto, cõtra pœnas secundo nubent. n. 125. Ant. Cuch. lib. 5. Instit. Mai. titulo 12. nu. 190. Matienç. in d. l. 3. glossa 2. nu. 39. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Sanch. vbi supra, nu

mero 30. ad fin. in verſic. dubitatur ergo.

19 Idem eſt dicendum ſecũdum ipſos vbi ſupra,& Sanch. numero 32. in veſtibus lugubribus præſtitis vxori viduæ, vt hoc minime etiam correctum ſit Iure Canonico caſu,quod alias ipſa ſecundo nubẽs eas teneatur reſtituere : an autem hæredes viri teneantur eas præſtare viduæ relictæ egimus late lib. 2. pract. q. 95. à num. 6. vſque ad 12. & alios allegans Sanch. d. nu. 31. qui poſt nos ſunt videndi.

20 Idem etiã eſt in lecto quotidiano, de quo late etiã egimus d. lib. 2. q. 93. cum ſequentibus, hoc enim, & quod ibi diximus, minime eſt correctũ Iure Canonico, quia non eſt proprie pœna ſecundarũ nuptiarum, Palat. Rub. in l. 15. Taur. num. 6. & cum eo Sanch. vbi ſupra, num. 32. vbi late agit de materia lecti quotidiani poſt nos, quæ hodie non eſt correcta, ſed in ſua viridi obſeruantia remanet, & ideo de ea ſumus videndi quando caſus in praxi contigerit.

21 Similiter etiam pœnæ mulieris ſecundo nubentis in fauorem filiorum prioris matrimonij ſtatutæ non ſunt correctæ Iure Canonico iuxta gloſſ. verbo honorarias, C. de ſecundis nupt. & ibi communiter DD. D. Couar. in quarto Decret. ſecunda parte cap. 3. §. 9. numero 5. Greg. Lopez in l. 3. verbo, *faſta vn año*, titulo 12. partita 4. diximus in repetitione l. nemo poteſt, numero 20. ff. delegat. 1. & lib. 2. pract. quæſtione 95. numero 5. Matienç. in l. 3. gloſſa 2. num. 1. & 44. titulo 1, lib. 5. nou. collect. Reg. & in l. 5. gloſſa 8. numero 5. titulo 9. eodem lib. 5. eſtque communis omnium fere ſententia, vt plurimos referens affirmat Thomas Sãchez d. lib. 7. de matrimonio, diſputatione 88. numero 39. quam etiam ſententiam tenet idem Sanchez plures citans lib. 6. de matrimonio, diſputatione 41. numero primo, & proculdubio in praxi tenendã aduerſus Abb. Felin. Dec. Menoch. dicentem contrariam communem, quos refert Sanchez vbi ſupra, numero 38. eos improbans d. numero 39. Qui eadem diſputatione num. 2. cum pluribus ſequentibus 13. pœnas huiuſmodi late congeſſerat iure impoſitas viduæ ſecundo nubenti in fauorem filiorũ, quæ iuxta ſuprad. magis communem ſententiam non ſunt ſublatæ hodie neque correctæ Iure Canonico, & præſertim n. 40. cum ſequentibus vſq; in finem illius diſputationis probat cum Authorum allegatione ſequentes pœnas nõ eſſe correctas, nempe.

23 Primo illã, vt cõiux tranſiens ad ſecundas nuptias amittat proprietatẽ bonorũ, quæ à defuncto coniuge habuit, & reſeruetur filijs prioris matrimonij, Gabr. lib. 3. comm. opin. tit. de ſecundis nupt. concluſione 1. n. 18. de qua late agemus in q. ſtatim ſequenti.

24 Secundo, ne poſsit mater illa dare ſecũdo viro pluſquam vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus dedit, quia ſimiliter eſt in fauorem filiorum ſtatuta ſecũdum Couar. vbi ſupra, n. 8. Matien. in l. 2. gloſ. 2. numero 6. tit. 1. lib. 5.

25 Tertio, nõ eſſe etiã correctã illã pœnã, quæ habet, quod mater ſecundo nubens amittat tutelã filiorum, de qua late egerat prius Sanch. vbi ſupra, nu. 4. cũ ſequentibus, & in terminis allegat ita tenentes Matienç. in d. l. 2. n. 9. tit. 1. lib. 5, Azeu. in d. l. 3. n. 5. & Spin. in Specul. teſt. gloſ. 14 n. 102.

26 Quarto, ſimiliter nõ eſt correctũ, quod alias tenent DD. nẽpe matrẽ, quæ nõ petito tutore, ac reddita adminiſtrationis ratione, & reliquo ſoluto ad ſecundas nuptias tranſierit incurrere omnes pœnas, quæ mulieri ſecundo nubenti intra annũ luctus ſunt iure ſtatutæ, vt late cum plurimis Authoribus ab eo citatis probat Sanch. vbi ſupra, num. 13 & 41.

27 Quinto, nec etiã eſt correctũ, quod mater ſecundo nubẽs priuetur educatione filij pupilli, vt bene probat Matienç. in d. l. 3. gloſ. 2. n. 8. tit. 1. lib. 5. Sanch. nu. 42. in principio.

28 Sexto, idem ibi probat in alia pœna, ſcilicet, vt nõ poſsit exẽplariter ſubſtituere, & vt excludatur per tacitam pupillarẽ.

29 Septimo, nõ eſt correcta alia pœna viduæ ſecũdo nubentis, quæ habet, vt perdat priuilegia, & honorẽ prioris mariti, vt cũ alijs probat aſsignãs eius rationem ibidem, num. 43.

30 Octauo, nõ etiã corrigitur illa alia pœna, in quã incurrit mater ſecundo nubens, nempe, vt filij non teneantur matrem ſecundo nubentem dotare, vt ibi d. num. 43.

Nono

31 Nono nec illa, ne poſsit reuocare donationem, cauſa ingratitudinis.

32 Decimo, & vndecimo, quod pater teneatur rogatus ab auo reſtituere hæreditatem, filij teneatur ſatisdare de ea reſtituenda, ſi ſecũdam vxorem ducat, & matrem rationem reddere de modicis ſi eã adminiſtraret bona filij, ſecundo nubat, hæ ſiquidem pœnæ ſunt introductæ in fauorem filiorum, vt bene probat, & tenet Sãch. vbi ſupra, numero 35. 36. & 43. ad finem.

33 Quæ autem prædiximus de ſecundis nuptijs, intelligenda ſunt ſimiliter de tertijs, & vlterioribus nuptijs reſpectu præcedentium, vt conſtat ex l. cum alijs 4. C. de ſecundis nupt. & l. hac edictali 6. ſtatim in principio, C. eodem titulo, & tenent gloſſa in rubrica illius tituli, & alij quamplures DD. quos refert, & ſequitur Sanch. diſputatione 88. numero 1.

34 Obſeruari tamen debet in propoſito, hoc eſſe intelligendum reſpectiue, nempe in fauorem filiorum remanentiũ eiuſdem matrimonij, ex quo eodem matrimonio alius filius deceſsit, cuius mater aſſecuta fuit bona de paterna ſubſtantia filij prædecedentis, ſecus in fauorẽ filiorum aliarum nuptiarum: vnde mater tranſiens ad tertium coniugium, non tenebitur, quod aſſecuta fuerit per mortem filij primi matrimonij de paterna ſubſtantia relinquere filijs ſecũdi matrimonij, ſed pleno iure ſit domina deficientibus alijs filijs illius primi matrim. ita Bart. Bald. & communiter DD. in Auth. ex teſtamento C. de ſecundis nupt. vt affirmat Marc. Ant. Peregri. conſil. 80. numero 19. contra Addition. Alex. & alios, imo quod mater habuit de paterna ſubſtantia ob mortem proprij filij, non teneatur reſeruare priuigno ſuo fratri conſanguineo filij ſui, quia iura prædicta loquũtur de filijs eiuſdem matrimonij, vt cum Bald. conſil. 153. lib. 5. Petro de Anchar. conſil. 278. Boer. deciſ. 185. num. 18. Rip. contra Corneum conſil. 242. lib. 2. tenet & probat Peregrin. vbi ſupra, numero 190.

SVMMARIVM Cap. CIX.

1 *VXOR tranſiens ad ſecundas nuptias tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij quæcunque bona habuit à primo marito titulo lucratiuo.*

2 *Vxor tranſiens ad ſecundas nuptias tenetur reſeruare omnia, quæ habuit ab inteſtato à filijs prioris matrimonij, quoad proprietatem (ſolo retento vſufructu) reliquis filijs prioris matrimonij.*

3 *Coniux ſuperſtes tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij partem dotis datæ filiæ communi ab ambobus coniugibus, iam defunctæ pro parte tangente ex bonis prædefuncti coniugis.*

4 *Coniux ſecundo nubens priuatur ſtatim ipſo iure dominio omnium lucrorum, quæ à coniuge defuncto perceperat, applicaturque communibus liberis reſeruato ſibi dum vixerit ſolo vſufructu.*

5 *Coniux ſuperſtes cum filijs prioris matrimonij, qua ratione teneatur reſeruare præd. filijs ea, quæ habuit a priori viro, vel ab aliquo filio illius matrimonij?*

6 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij legitimam tangentem alicui eorum ex parte patris prædefuncti quoad proprietatem, retento ſibi vſufructu.*

7 *Fœmina tranſiens ad ſecundas nuptias intra vel poſt annum mortis viri tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij, quæ habuit ab illo matrimonio.*

8 *Vir tranſiens ad ſecundas nuptias tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij omnia, quæ habuit à prima vxore, & alijs filijs prioris matrimonij quoad proprietatem, ſicut idem ſtatutum eſt in fœmina tranſeunte ad ſecundas nuptias iuxta l. 15. Taur. quæ hodie eſt l. 4. titulo 1. lib. 5. nou. coll. Reg.*

9 *Coniux tranſiens ad ſecundas nuptias an poſsit præferre aliquem filiũ prio-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris matrimonij in bonis, quæ habuit à coniuge prædefuncto, vel a filio illius matrimonij? & numeris sequentibus.

12 Coniux prædefunctus, quando meliorauit filium communem in tertia bonorum suorum parte, & coniugi superstiti reliquit quintum, an teneatur hic transiens ad secundas nuptias reseruare illud quintum quoad proprietatem filijs prioris matrimonij.

13 Consuetudo est interpretatiua legum, priuilegiorum, & scripturarum, quæ ex decennij cursu interpretantur, & declarantur, etiamsi ad præscribendum requiratur tempus immemoriale.

14 Mater transiens ad secundas nuptias, an amittat vsumfructum bonorum, quæ habuit à viro vel filijs prioris matrimonij statim quod ea alienet, & consolidetur cum proprietate?

Et quid si ea bona alienet mater ante trãsitum ad secundas nuptias? numero 15.

16 Mater secundo nubens tenetur præstare filijs prioris matrimonij cautionẽ, de bene vtendo arbitrio boni viri salua rerum substantia bonorũ, quæ habuit à primo matrimonio.

17 Parens transiens ad secundas nuptias, an & quando teneatur reseruare filijs prioris matrimonij æstimationem bonorum consumptorum.

18 Hæredes mariti, an & quando teneantur restituere vxori valorem bonorum ipsius consumptorum durante matrimonio, quæ illi fuerunt tradita instimata?

Et quid quando superfuerunt bona lucrata constante illo matrimonio solutis patrimonijs vtriusq; & debitis illius matrimonij? numero 19. & numero 20 quid in dubio non stantibus bonis superlucratis?

21 Oues, & alia animalia instimata in dotem tradita, si fuerint perempta, debent suppleri ex fœtibus eorundem.

22 Res in dotem datæ instimatæ consisten tes pondere, numero, & mensura, si consumptæ fuerint, debẽt tantundem reddi in genere soluto matrimonio, vel valor earum tempore quo dissoluitur matrimonium, non vero tempore quo fuerunt datæ, vt in numero 23.

24 Mater transiens ad secundas nuptias, ad hoc vt teneatur reseruare filijs prioris matrimonij, bona, quæ ex eo habuit, quatuor requiruntur, de quibus hic.

Et idem in patre transeunte ad secundas nuptias, vt in numero 25.

26 Vsusfructus parenti competens ex bonis alterius coniugis prædefuncti quãdo superstes transit ad secundas nuptias, non extinguitur exeunte filio à potestate patris.

27 Parens transiens ad secundas nuptias, tenetur reseruare bona, quæ habuit a priori matrimonio quoad proprietatem, non solum filijs illius matrimonij sed etiam nepotibus, & pronepotibus.

28 Coniux superstes transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij, quæ ab eo habuit quando secundum matrimonium nõ fuit consummatum, vel fuit nullum.

29 Coniux transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij legatum sibi à prædefuncto relictum, titulo legati, institutionis, vel restitutionis?

30 Mater transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij proprietatem bonorum quæ habuit à filio ex pupillari substitutione eidem facta per maritum?

31 Coniux transiens ad secundæ vota an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona acquisita contemplatione coniugis prædefuncti.

32 Coniux superstes transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij proprietatem bonorum, quæ habebat in parte hæreditatis fratris præmortui, an potius in ea succedant alij fratres eiusdem matrimonij?

33 Com-

33 Coniux transiens ad secundas nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ processerunt ex substantia aui filio eiusdem matrimonij prædefuncto.

Quod procedit etiam si contemplatione patris, vel matris sint acquisita filio, numero 34.

35 Coniux transiens ad secundas nuptias nõ tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ peruenerunt ad filium defunctum aliunde quam ex substantia parentum, sed in eis succedit pleno iure.

36 Parens transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona quæ habuit ab eo, quamuis præd. filij non sint hæredes, & renunciauerint hæreditati parentis prædefuncti cum iuramento.

37 Parens transiens ad secundas nuptias nõ tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit ab eo ex contractu oneroso acquisita.

38 Mulier transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij arras, quæ a primo marito habuit, & an possit aliquem illorum in illis meliorare?

39 Mulier nobilis, quæ plebeio nupsit, quiet aliquid donauit ratione nobilitatis, an teneatur transiens ad secundas nuptias illud reseruare filijs prioris matrimonij?

40 Coniux transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij illud, quod habuit à filio commune eiusdem matrimonij titulo oneroso?

41 Lucra acquisita constante matrimonio reseruari non debent filijs eiusdem matrimonij per transitum ad secundas nuptias coniugis superstitis.

42 Bona, quæ coniux habit ex bonis coniugis prædefuncti, ex dispositione legis, statuti, vel consuetudinis, reseruantur filijs prioris matrimonij transeunte ad secundas nuptias coniuge superstite.

Et quid ex pacto mutuo inter coniuges inito, acquisitorum post mortem coniugis, superstite ad secundas nuptias transeunte numero 43.

44 Coniux transiens ad secundas nuptias acquirit pleno iure bona, quæ habuit à priori matrimonio nullis extantibus filijs ex eo, & num. 71.

Quod procedit etiamsi coniux prædefunctus filios relinquat, ex alio matrimonio num. 45.

Idem est quando filij suscepti ex priori matrimonio mortui fuerunt in vita parẽtum, numero 46.

47 L. Taur. hodie l. 1. titulo 8. lib. 5. nou. collect. Reg. intellectus circa tertium, de quo potest disponere descendens ea rens liberis, in præiudicium ascendentium, de quibus bonis debeat deduci, vel non, quando parens superstes transiret ad secundas nuptias.

48 Fructus pendentes tempore mortis parentis, illorum bonorum, quæ parens superstes secundo nubens tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, ad quem pertineant?

49 Parens transiens ad secundas nuptias nõ tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ ab eo habuit pluribus in casibus, de quibus hic, & numeris sequentibus.

Primus est, quando filius decedens, testatur, & instituit parentem hæredem bonorum, quæ à parente defuncto cõsequutus est.

Secundus casus est, quando filij prioris matrimonij consenserunt secundis nuptijs parentis, num. 50.

Et an sufficiat in hoc tacitus consensus filiorum num. 51.

Et an debeant esse puberes necne? numero 52.

Et an sufficiat licentia, & consensus tertio ris, num. 53.

Et quid quando filij minores nulla iusta causa intercedente consentiunt secũdis nuptijs parentis, numero 54. & in alijs numeris sequentibus ponuntur alij casus.

55 Minores an possint donare.

56 Ignorantia iuris an in foro conscientiæ excuset?

57 Consensus filiorum præsitus secundis nup-

Universidad de Deusto
Biblioteca

naptijs parentis superstitis, nihil operatur quoad alias pœnas legales, quæ non concernunt filiorum fauorem.

58 *Parens superstes contrahens secundas naptias de consensu prioris coniugis prædefuncti non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit ab eo.*

Et an in hoc sufficiat tacitus consensus coniugis prædefuncti? num. 59.

Et quid si leget aliquid superstiti transeunti ad secundas nuptias? num. 60.

Et quid si ei det facultatem disponendi de eo, quod sibi relinquit? num. 61.

62 *Licentia cõcessa à cõiuge prædefuncto superstiti transeundi ad secundas nuptias, sufficit ad transeundum impune ad tertias vel ulteriores.*

63 *Licentia coniugis prædefuncti concessa superstiti transeundi ad secundas nuptias, sufficit absque consensu filiorum.*

Et numero 64. ampliatur, vt procedat ad quæcumque bona.

65 *Coniugi dicenti aliquid acquisisse ex contractu oneroso durante priori matrimonio credendum est.*

66 *Fœmina minor transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit ratione prioris matrimonij?*

67 *Coniux transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit ab vno eorum decedente post pupillarem ætatem?*

68 *Coniux transiens ad secundas nuptias de licentia Principis, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ ratione ipsius habuit?*

69 *Mater transiens ad secundas nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit ex donatione extranei durante primo matrimonio.*

70 *Parens, transiens ad secundas nuptias, non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit à filio eiusdem ex successione aui, &c.*

CAPITVLVM CIX.

De parente transeunte ad secundas nuptias quando teneatur reseruare filijs prioris matrimonij proprietatem bonorũ, quæ à priore matrimonio processerunt, & quando non?

1 VXOR aliquid quocũq; titulo lucratiuo à marito accipiẽs siue ex donatione inter viuos, siue ex vltima voluntate, tenetur transeundo ad secundas nuptias id totum integrè reseruare filijs prioris matrimonij; l. fœminæ, in principio, & in l. hac edictali, § illud, C. de secundis nupt. & l. 2. C. de indict. viduit. tollend. l. mater C. ad Tertyl. & in Auth. de nupt. § si vero expectet, collatione 4. l. Regia 16. titulo 13. partita 5. & communiter vbique DD. Sanchez lib. 6. de matrimonio, disputatione 41. numero primo, in principio, & hanc regulam cõmunem pluribus modis ampliat, & limitat Ant. Gabr. 3. lib. communium opinionum, titulo de secundis nupt. conclusione 1. per totam, & Villalob. in suo AErar. communiũ opinionũ, litera B. numero 28. cum sequentibus, & latissime Azeued. in l. 4. per totam, titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg.

2 Quod etiam procedit in coniuge succedente ab intestato filio prioris matrimonij in bonis, quæ is filius ex paterna substãtia habuit; tenetur namque transeundo ad secundas nuptias ea bona reseruare filijs prioris matrimonij, & amittit proprietatem eorum solo vsufructu retento, vt cõstat ex d. Auth. de nupt. § hinc nos, verficulo si autem intestatus, & ibi glossa verbo vsum: idem probatur in d. l. fœminæ §. illud quod procedit, siue parens transeat ad secundas nuptias, post obitum filij, cui in bonis parentis ab intestato succedisset, siue ante illum, vt decidit in d. §. hinc nos verficulo si autem intestatus, & communiter vbique omnes docent, & Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatione 89. numero 18.

3 Quo fit vt in specie l. 15. Taur. quæ hodie est l. 8. titulo 9. lib. 5. nou. collect. Reg. nempe quando vir, & vxor filiæ cõmuni nupturæ dotem constituunt, in quo euentu ex communibus vtriusque coniugis bonis dos extraheda est, præd. filia absque descendentibus mortua altero parente iam defuncto, parens superstes, qui ad secundas nuptias transijt, solum tenebitur reseruare filijs prioris matrimonij partẽ à parente defuncto habitam, quia ex sua substantia processit, non tamen suam propriam ipsius superstitis, vt merito contra Azeued. dubium, tamen verissimum censet Sanchez vbi supra, numero 20.

4 Huiusmodi autem parens secundo nubens priuatur statim ipso iure dominio omnium lucrorum, quæ à coniuge defuncto perceperat, applicaturque communibus liberis, retento sibi dum vixerit solo vsufructu; l. generaliter in principio, C. de secundis nupt. & in alijs iuribus congestis, & expensis ad hoc à Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 89. numero 2. vbi id ampliat, vt procedat, etiamsi ea bona mariti ad vxorem peruenerint ex successione filij, & quod in præmissa specie proprietas præd. bonorum sit filiorũ, est verior, & receptior sententia ex d. l. fœminę § illud & in d. § hinc nos, in Auth. de nupt. & alijs iuribus, vt plures DD. allegans affirmat Marc. Ant. Pereg. consilio 78. numero 4. verficulo aliud est.

5 Ratio supradictorum est duplex: prior ob iniuriam priori viro, & filijs illatã per transitum ad secunda vota, vt constat ex quampluribus iuribus, quæ citat, & in hoc expendit Sãchez vbi supra, numero 2. vbi eam communem esse profitetur, & tenẽdam contra Sarmient. lib. primo select. c. 4. numero 3. qui eam impugnabat. Secunda ratio est, quam ibi adducit Sarmient. quod æquitati naturali, & rationi consonet, vt bona prioris viri laboribus quæsita non cedãt in victrici aut eius filiorum vtilitatem, sed reseruentur filijs coniugis, qui illa acquisiuit. Sed hæc ratio sola non sufficeret, sed illa simul cum iniuria irrogata, imo hæc est potissima, vt recte probat ibi Sanchez.

6 Mater etiam per transitum ad secundas nuptias amittit legitimam sibi alias debitam in illis bonis paternis, in quibus filio ab intestato succesit, eam namque in proprietate tenetur reseruare filijs prioris matrimonij retento tantum sibi vsufructu pro tempore vitæ suæ, licet Ripa in d. l. fœminæ, § illud in fi. C. de secundis nupt. in contrariam partem inclinare videatur, vel saltem dubius maneat.

Sed nihilominus priorem partem, & sic affirmatiuam tuentur, sequuntur, & defendunt Fabianus de Giochis, in Authẽtica nouissima, quæstione 12. in fi. C. de inoffici. testamento, & Garon in Authẽtica ex testamẽto, in noua editione, numero 30. & sequentibus, notabil. 5. C. de secundis nupt. Boer. decisione 185. num. 6. Villalob. in suis commun. opin. litera B. numero 45. cum sequenti, Matienç. in l. 3. glossa secunda, numero 41. titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg. & cum eis Tho. Sanchez d. lib. 7. disputatione 89. numero 19. & vltra eos latissime hanc partem probat, & defendit Marcus Ant. Peregrin. consilio 78. numero 5. cum sequentibus; vbi quod hæc sententia apud Scriptores recepta fuit, & iterum consilio 80. numero 20. cum pluribus sequentibus, & ita est tenẽdum quidquid Hippolyt. Rimin. consilio 305. lib. 3. & cum eo Fachin. controuersiar. Iuris, lib. 3. cap. 63. per totum, contrarium probare nitantur.

7 Obseruandum tamen est, quod licet d. l. fœminæ in principio loquatur de fœmina transeunte ad secundas nuptias post ann. luctus, à fortiori tamen est idem dicẽdum, si ad eas transeat ante annum luctus, vt tenet ibidem glossa verbo statutum, & in d. l. generaliter eodem verbo, & ibi Bald. in principio ante primum notabil. Ripa in d. l. fœminæ in principio in noua editione, quæstione 10. num. 20. & Azeued. in d. l. 3. numero 2. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & probat bene Sanch. vbi supra, numero 2. verfic. quamuis.

8 Superuenit l. 15. Taur. quæ hodie est l. 4. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. quæ cauetur, *que en todos los casos que las mugeres casando segunda vez son obligadas à reseruar a los hijos del primero matrimonio la propriedad de lo que ouiere del primero marido, o heredare de los hijos del primero matrimonio, en los mismos casos, el varon que casare segunda, o tercera vez, sea obli-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

obligado à reseruar la propriedad de ellos à los hijos del primero matrimonio, demanera que lo establecido cerca deste caso en las mugeres que casaren segunda vez aya lugar en los varones que passaren a segundo, o tercero matrimonio. Idemque erat de Iure Communi secundum communissimam, & fere certam sententiam, vt plurimos cõgerẽs, inter quos & nos, tenet Tho. Sanchez d. disputatione 89. numero 10. lib. 7. quidquid nouissime cõtrarium prætendat Fachin. lib. 3. controuers. cap. 64. col. 400.

9 Ex qua lege confunditur distinctio Sarmient. lib. 7. select. interpret. cap. 11. numero primo, dicentis, quod quando cõiux secundo coniugatus habuit immediate bona à coniuge prædefuncto, non possit in his bonis præferre aliquem ex filijs prioris matrimonij; secus si ex successione filij prioris matrimonij ea habuerit, in quibus filius patri defuncto successerat, tunc namque potest coniux superstes ea diuidere inter filios reliquos prioris matrimonij, atque in eis quemlibet illiorum præferre, sicut potest id efficere de proprijs suis bonis, eo tamen excepto, quod illa bona sunt necessario reseruanda filijs prioris matrimonij, atque inter ipsos solos diuidẽda, hæc autẽ minimè, sed inter vtriusque matrimonij filios.

Hæc autem distinctio non est vera attenta litera, & decis. d. l. Regiæ, siquidẽ æquiparat per modum regulæ vtrumque casum, & bona acquisita ex priori marito vel ex filijs prioris matrimonij; ac proinde tenendum est, non licere parenti hæc bona inter filios prioris matrimonij distribuere, neque in eis quenquam illorũ præferre, sed æqualiter reseruari illis filijs, vt docuimus lib. 3. pract. quæstione 43. numero 25. & contra Sarmient. breuiter Azeued. in l. 4. numero 5. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & voluerunt Ant. Gomez in l. 14. Taur. numero 2. Matienç in l. 3. glossa 2. numero 42. titulo 1. d. lib. 5. Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. primo tom. disputatione 163. columna 3. notabil. 3. & probat late contra Sarmient. Sãchez vbi supra, num. 4.

10 Quamuis enim l. generaliter in principio, verbo diuidendi. & l. fœminæ in principio C. de secundis nupt. concedebatur matri, vt pro suo arbitrio posset inter filios prioris matrimonij diuidere acquisita à priori coniuge, quorum proprietatem amiserat, ac in eis præferre, quem ex illis maller, hoc autem sublatum est per ius Authenticorum, quo corrigente præd. ll. C. in hoc statuitur ea lucra æqualiter inter filios prioris matrimonij diuidenda, nec licere parenti aliquem illorum nec etiam in modica parte præferre, vt constat ex Authen. lucrum C. de secundis nupt. & in Auth. de nupt. §. venient, collatione 4. & in Auth. de non eligend. secundo nuben. §. prospeximus, collatione 1.

Nec hoc corrigitur per l. 19. Taur. hodie l. 3. tit. 6. lib. 5. nou. collect. Reg. quãuis absolute, & indistincte permittere videbatur parentibus in tertia, & quinta bonorum suorum parte quemlibet ex filijs, vel descendentibus præferre: quoniam hæc loquitur in bonis proprijs ipsorum coniugum, vt patet ex eius verbis, ibi, *puedanse señalar en cierta cosa, o parte de su hazienda el tercio, y quinto de mejora*: at bona hæc reseruanda prioribus filijs, non sunt proprium transeuntis ad secundas nuptias patrimonium, sed solus vsufructus, & ita est tenendum, quicquid contrarium velit Mieres de Maior. in prima editione, in prima parte, quæstione 54. in fine, quem merito improbat Thomas Sanch. vbi supra, numero 3. 11

Ex quibus primo deducitur, quod si cõiux prædefunctus prætulit filium communem in tertia parte suorum bonorum, & alteri coniugi superstiti, quintum reliquerit iure legati, vel institutionis, & hic secũdo nubat, succedere debeant in proprietate illius quinti filij prioris matrimonij proæquis portionibus iuxta dispositionem d. Auth. lucrum, quæ ita se habet: Lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur: & in terminis (quamuis obscure) id affirmare videtur Ripa in l. fœminæ, in principio, in noua editione, quæstione 25. numero 67. C. de secundis nupt. Nihilominus tamen in hac deductione contrarium tenet Sanch. vbi supra, numero 5. (sibimet in superioribus contrarius) imo filio illo prælato in tertia bonorum parentis defuncti par- 12

parte dandam esse tertiam partem illius quinti atque deinde ex residuo dandam illi quandam portionem æqualem, sicut & reliquis filijs prioris matrimonij: & hoc ea ratione, quia Authenticæ sunt insertæ in libro C. à quodam priuato Authore, & ideo vim legis minime obtinent, nisi quatenus concordant cum Authentico originario, vt d. Authentica lucrum male translata est ex Authentico originario, quod est Auth. de nupt. §. venient autem, collatione 4. quia omissa sunt verba illa, ideoque secundum portionem vnusquisque hoc lucretur: ergo filij successuri sunt in illo quinto, secundum portionẽ in qua vnusquisque succesit parenti defuncto, & sic ille, qui in tertio prælatus est ab ipso præferẽdus, quoq; est in tertio illius quinti, & deinde sicut vnus ex fratribus in sua portione succedet; & inquit Sanchez ibidem, quòd ita meritò duo causidici Prætorij Granatensis ex peritioribus consulti hanc secundam sententiam tenuerunt. 13

Quid dicendum? ego vero, etsi censeã eam subtilem, & probabilem, difficile tamen esse, vt in praxi iuxta ipsam obtinendum, & iudicãdum sit, sed imo potius iuxta priorem, & tenorem d. Auth. lucrum: & hoc sequentibus rationibus.

Primo; quia magis recepta sententia sentit, & habet contrarium, quam idem met Sanch. vbi supra, numero 3. & 4. sequitur; & probat aduersus Sarmient. de qua supra, numero 9. in verbic. hæc autem distinctio.

Secundo, quia etsi in casu præsenti coniux superstes secũdo nubens non melioret, nec præferat illum filium prioris matrimonij in tertia parte illius quinti, sed iudicio alterius parentis prædefuncti fuerit prælatus in tertia suorum bonorum, ac proinde in tertia quoque parte illius quinti, censendus sit iure, & mente prædefuncti coniugis etiam prælatus: hoc tamen locum habere non videtur ex litera d. Authen. lucrum, ibi: lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, &c. ergo etsi parens prædefunctus iure potuerit præferre filium communem in tertia parte suorum bonorum, non tamen aliquid disposuit circa quintum à se viro relictum distribuendum inter liberos in casu secundarum nuptiarum sui viri, ergo relictus fuit hic casus in dispositione Iuris communis d. Auth. lucrum, qua cauetur, lucrum hoc æqualiter lege distribuendum inter liberos.

Tertio, quia negamus, quod Authenticæ sint insertæ in libro C. abvllo priuato Authore, id namque minime constat, sed potius contrarium, hoc est, à tempore immemoriali esse insertas Authenticas in libro C. prout nunc & semper cõtextæ, ordinatæ, & insertæ sunt in eo, & in praxi deficiente Iure Regio obseruãtur, & iuxta eas pronunciatur in tribunalibus iudiciarijs, ergo dato, sed non concesso, quod d. Authen. lucrum male trãslata esset ex Authentico originario, id Authenticum iam interpretatum est longissimo tempore, & immemoriali, iuxta tenorem & decisionem d. Authenticæ lucrum, ac proinde proculdubio obseruandum est, quia cõsuetudo est interpretatiua legum, priuilegiorum, & scripturarum, quæ ex decennij lapsu interpretantur, atque declarantur, idque procedit etiamsi ad præscribendũ requiratur tempus immemoriale, vt cum communi docuimus lib. 3. Pract. quæstione 62. numero 26. & 27. quanto magis stante consuetudine immemoriali.

Quarto, & peremptoriè, quia Auth. originarium de nupt. §. venient, in illis verbis: ideoque secundum portionem vnusquisque, &c. non est contrarium huic nostræ priori sententiæ: supposito quod ille tex. à sui principio vsque ad verba prædicta modo relata expresse tollit electionẽ parentibus non recte introductam in filios prioris matrimonij prohibẽs alij cuidam filiorum dare, alium vero exhonorare, quia omnes similiter secundis nuptijs exhonorati sunt, sed quemadmodum omnium filiorum similiter hæredes existunt parentes, & non alij quidem succedunt, alij vero non, cur non similiter, inquit tex. ille, & ipsi, omnibus, ex æquo (nota verbũ ex æquo, hoc est, æqualiter) quã tum ad hoc conferant, sed alios quidẽ eligant, alios vero despiciant? interrogatiue, quasi dicat, minime quidem: sed ad filios omnes ex prioribus offensos nuptijs veniet talia lucra, vt in principio illius tex. specifice cauetur, & disponitur, Quare ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ba postea sequentia illius §. venient ad fin. ibi: ideoque secundum portionem vnusquisque hoc lucretur: &c. intelligi quidē debent secundum decisionem proxime præcedentem illius tex. ibi: ex æquo, &c. quod ad oculum patet, quia sunt verba de ducta, atque illata ex ea, nempe ideoque secundum portionem (scilicet ex æquo id est, æqualiter) vnusquisque hoc lucretur, & ita merito Angel. in hunc sensum verum, & literalem summat totum illum §. venient, in hunc modum: Lucra prædicta inter filios primi matrimonij æqualiter diuiduntur, & inter filios filiorū pro hæreditarijs portionibus: ita tamen vt nō plus capiant, quam caperet pater eorum, si viueret.

15 Neque obstat, si replicetur, quod filius hic melioratus in tertia parte hærediratis parentis prædefuncti non solum recipere debet portionem æqualem cum cæteris filijs prioris matrimonij, sed etiam vltra eā, tertiam, quia hæc est etiam portio sua. Respondemus namque verba illa: Ideoq; secundum portionem vnusquisque hoc lucretur: intelligi debere de portione hæ- 16 reditaria, non vero de prælegato tertiæ partis; alias enim nō ex æquo, sed inæqualiter succederent, & hoc manifestius fiet considerando quod in casu illius tex. nulla mentio fit alicuius prælegati, ergo nō est ibi tex. vllo modo contra nostram sentētiam, quia non deciditur ibi noster casus: ergo cum omnes filij prioris matrimonij ex æquo succedere debent in his lucris, vt in vtroque Authen. cauetur, nō est cur cōtrarium dicamus in casu, de quo agimus.

14 Secundo ex superioribus deducitur, matrem transeuntem ad secundas nuptias non posse disponere de proprietate illorum bonorum, quam filijs prioris matrimonij reseruare tenetur ea alienando, aut obligando; l. fœminæ in fin. princip. & in l. generaliter in principio, C. de secundis nupt. & in Auth. de nupt. §. sed, quod sancitum est, collatione 4. quia solo vsufructu eorum bonorum gaudet.

Quare videtur, quod si de facto ea bona immobilia mater alienet, statim amittat vsumfructum illorum, & consolidetur cum proprietate ac proinde filij prioris matrimonij possint auocare, & petere ea à possessoribus: argumēto tx. in l. fic vsusfructus, ff. de iur. dot. & §. finitur, instituta de vsufruct. cum similib. tenet Bald. in l. generaliter, §. in his C. de secundis nupt. Sed contrarium probat tex. in Auth. de non eligend. secundo nub. §. hoc autem, collatione prima, & ibi notant communiter DD. imo quod alienatio valeat, & reuocabitur post mortem matris, potest enim esse quod filij prioris matrim. decedant matre viuente, & ita nihil ad eos pertineat, quod secus est in alio vsufructuario, & ita merito contra Bald. vbi supra in hoc tenet Ant. Gom. in l. 15. Taur. numero 5. & late probat Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 89. num. 7.

Addens Ant. Gomez, quod si talis mater ante transitum ad secūdas nuptias alienauit aliqua bona prioris matrim. & post alienationē trāsierit ad secūda vota, filij prioris matri. ea bona petere, & vēdicare posse à possessoribus, licet videatur alienatio facta tempore congruo, & permisso ex tex. expresso in d. §. hoc autem, & ibi Bart. Angel. & DD.

16 Mater autem secundo nubendo tenetur præstare cautionem filijs prioris matrimonij de bene vtendo arbitrio boni viri salua rerum substantia, vt in l. hac edictali §. his illud de secundis nupt. tenet Fulgos. consilio 82. in fi. & Cifuentes in d. l. 15. circa fi. ibi: item dubitatur, Matienç in l. 3. glossa secunda, numero 16. titulo primo, lib. 5. Gregor. Lopez in l. 26. verbo, *fiucan*, &c. in fin. titulo 13. partita 5. vbi loqoitur etiam in patre: sed in patre communis opinio est in cōtrarium, imo quod pater non teneatur eam præstare, vt ex alijs, quos citat, affirmant Matienç. vbi supra, & Azeue. in l. 4. numero 53. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. vbi numero 54. idem probat etiam in matre, quod in patre si hæc soluēda sit, & bona sint immobilia, nempe quod non teneatur præd. cautionem præstare: nisi pro rebus mobilibus, & semouentibus, & inuentarium de is facere, & æstimationem, quam sentētiā prius tenuit tam in patre, quam in matre Anto. Gom. in d. l. 15. n. 5. nempe vt si bona sint mobilia, debeat fieri eorum æstimatio per arbitros electos à partibus, & præstari satisdatio, vt post mortem coniugis transeuntis

tis ad secundas nuptias restituatur illud pretium, & æstimatio, vel restituatur illa bona mobilia, si non sunt deteriorata, vel restituantur cum æstimatione damni, vel deteriorationis, ex tex. in l. hac edictali, §. is illud & §. mobilium C. de secundis nupt. 18
& ibi glossa, & communiter DD. & hanc sententiam probo cum Ant. Gom. & Azeued. vbi supra contra Cifuent. & reliquos indistincte tenentes patrē. & matrem trāseuntem ad secundas nuptias teneri præstare præd. cautionem, quia in patre verior, & communis sententia est in contrarium, imo quod eā præstare minime teneatur, & in matre idem probat verior sentētia, nisi si bonis immobilibus iuxta formā suprad. nisi mater alias non esset soluēdo: siquidem omnia bona vtriusque iure sunt tacite hypothecata pro securitate præd. bonorum, quæ filijs prioris matrimonij debent reseruari per transitum ad secundas nuptias, vt in l. si quis prioris, §. fin. C. de secundis nupt. d. l. 26. titulo 13. partita 5. & ibi Gregor. Lop. Ant. Gom. & Azeued. numero 50. vbi suprā.

17 Quod si parens non alienauit præd. bona, sed consumpsit, tenentur hæredes eius ad æstimationē, vt in l. fœminæ in fi. princip. C. de nupt. ibi: Nā si quid ex eisdē rebus in alium quemlibet fuerit ab ea translatum, ex maternis redintegrabitur facultatibus, & in l. generaliter in principio C. 19
eodem, ibi: Consumptas vero ab hæredibus eius exigent, qui eas seruare debuerant: hoc tamen intelligendum est, quando culpa parentis, qui reseruare tenebatur, res illa perijt atque cōsumpta est, quia si absque eius culpa pereat, perit vero domino, nempe filijs, l. incendium, C. si cert. pet. ita Bald. in d. l. generaliter in principio, numero 2. versiculo sed nunquid ibi, sed pone, & ibi Nicolaus Arelat. in noua editione, numero 116. Ripa in d. l. fœminæ in fin. principij, quos refert & sequitur Thom. Sanchez vbi supra sub numero 8. vbi ex Bald. idem esse dicendum addit, si culpa hæredum perijt res illa filijs prioris matrimonij reseruanda, & secundum hāc doctrinam, quæ vera est, censeo esse intelligendam præcedentem Anton. Gom. & Azeued. vbi supra, numero 16. versiculo mater autem de cautione præstanda per mulierem & æstimatione facienda bonorum mobilium, & semouentium pro restitutione eorundem: cautio namque prædicta, & æstimatio iuri superstitis parentis nocere non debet.

Sic videmus (extra materiam secūdo nubentium) quod hæredes mariti non tenentur restituere vxori æstimationem bonorum mobilium, quæ inuentario recepit in dotem maritus inæstimata, si in matrimonio sint consumpta, ita cum Bald. in l. de his per illum tex C. de donat. inter vir. & vx. tenet Callan. in consuetud. Burgund. rubrica 4. §. 2. numero 18. folio 137. idem in d. rubrica 4. §. 24. numero 8. folio 202. vbi limitat cum Angel. quando bona sunt consumpta viuente vxore, & numero 7. aliud dicit, si dentur æstimata, quia tunc periculo mariti consumuntur, sed hoc est limitandum quando hæres mobiles datæ in dotem inæstimatæ pereunt absque culpa mariti; tunc namque periculum, vel commodum pertinet vxori. Vnde si vestes, vel aliqua animalia dentur in dotem inæstimata, & reperiantur cōsumpta tēpore dilloluti matrimonij, nō debetur aliqua æstimatio vxori, iuxta tex. in l. plerunque, ff. de iur. dotium, per quem tex. ita tenet expresse Ant. Gom. in l. 15. cum sequentibus Taur. numero 42. circa fin. ibi, & addo quod tali casu.

Si tamen sint communia lucra constante matrimonio acquisita ex ipsis, res artiēdum est decrementum rei immobilis, vel mobilis allatæ in matrimoniū, quod deterior sit reddita, vt quia vsu attrita sit vel inuterata, alioquin accipienda est qualis fuerit reperta, vt bene probat Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. secundo tomo, tractatu secūdo, disputatione 433. columna 1181. & Ant. Gom in d. l. 51. Taur. cum sequentibus numero 69. Greg. Lopez loquens in damno ancillæ mortuæ durante matrimonio in l. 20. in glossa, *otro si del marido*, ibi, & quia &c. titulo 11. partita 4. Roder. Suarez in titulo, *de las ganancias*, columna fin. Montalu. in l. prima, in glossa *por medio*, titulo 3. lib. 3. for. hodie est l. 1. titulo 9 lib. 5. nou collect. Reg. vbi Matienç. glossa 2. numero 3. alios allegat. & ibi Azeued. in l. 2. numero 12. eiusdem tituli, vbi idem citat Greg. Lop.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l. 18. in glossa verbo, *el pro*, tit. 11. partita 4. vbi inquit, ita practicari, & Ayor. de partit. prima parte, cap. 7. numero 38. versiculo his autē, vbi limitat, nisi damnū talium bonorū obueniat culpa matris; nam tunc ex bonis mariti non vero ex lucris resarcietur iuxta glos. penult. in d. l. 18. eandem primam limitationem sequitur Matienç. in l. 3. glossa 7. numero 6. titulo 9. lib. 5.

20 Si vero soluto matrimonio non possit constare an res mobiles, vel semouentes sint consumptæ, vel perēptæ absque culpa mariti, & sic in dubio (non extantibus bonis superlucratis durāte matrimonio) maritus tenetur valorem, & æstimationē soluere, si non probet ex vsu, vel casu fortuito, vel alias absque sua culpa consumptas, & peremptas, quia maritus censetur custos, vel procurator vxoris, & rerū dotalium; ita dixit, & consuluit in quæstione de facto Anton. Gom. vbi supra, numero 43.

21 Peremptis autem ouibus vel animalibus debent suppleri ea ex fœtibus, & fructibus eorum iuxta legem plerumque, versiculo si tamen, ff. de iur. dot. l. 21. titulo 11. partita 4. Ant. Gom. vbi supra d. numero 43. vbi etiam limitat, & intelligit prædicta, quando res mobiles, vel immobiles, vel semouentes, quæ dantur in dotem inæstimatæ consistunt in specie, secus si consistant in genere, quod pondere, numero vel mensura consistit, vt triticū, vinum, oleum, & similia, quia licet dentur inæstimatæ periculum, & cōmodum est mariti, ac proinde pereunt, & consumuntur periculo eius, & in his tacite videtur actum, vt maritus distrahat, vendat, & cōsumat, & tantundē in suo genere reddat,

23 sicut dicimus in mutuo; vnde soluto matrimonio maritus tenetur soluere tantundē in genere, vel eius valorem, vel æstimationem tempore quo dissoluitur matrimonium, non vero tempore contractus matrimonij, & dotis receptæ, iuxta l. res in dotem datæ, ff. solut. matrimonio, & ibi communiter DD. l. 21. tit. 11. partita 4. Ant. Gom. vbi supra, d. numero 43. ad fin.

Redeundo nūc ad reseruationis bonorum materiam per transitum matris ad secundas nuptias filijs prioris matrimonij faciendæ, à qua paululum digressi sumus, non tamen absque vtilitate aliqua, in praxi obseruandum est quatuor ad hoc requiri; primo, vt mater ad secundas nuptias transeat, secundo vt bona sint acquisita ex coniugis prædefuncti patrimonio, tertio vt sint acquisita titulo oneroso, quarto vt supersint filij ex priori matrimonio.

25 Circa primū idē dicēdū est in parte trā seūte ad secundas, vel vlteriores nuptias tā Iure Communi, quam nostro Regio per l. 15. Taur. hodie l. 4. titulo 1. lib. 5. nou. coll. Reg. vt supra resoluimus; non tamē tenetur pater vsumfructum, quem ex bonis maternis filiorum lege acquirit, reseruare filijs prioris matrimonij, illo namque potitur ex legis dispositione, ratione patriæ potestatis, quæ minime extinguitur per transitum ipsius ad secundas nuptias, l. fi. C. de bon. maternis: ita tenet Gomez Arias, & merito in l. 12. Taur. num. 16. quinimo etsi vsusfructus hic ratione patriæ potestatis patri competens cesset in nostris Regnis per matrimonij contractum

26 receptis Ecclesiasticis benedictionibus, vt deciditur in l. 48. Taur. hodie l. 9. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. attamen vsusfructus, quem vteruis parens habet in bonis ex præmortui coniugis substantia à se acquisitis, quorum proprietatem amisit per transitum ad secundas nuptias, non extinguitur qualitercumque filio extra patriam potestatem constituto, eo quod hic vsusfructus toto parentis tempore vitæ alio iure durat, nempe l. fœminæ, C. de secundis nupt. ibi, possidendi tantum, atque fruendi in diem vitæ neque à patria potestate pendens, siquidem mater similiter eum retineat, quæ minime habet filios in potestate, ita tenet D. Azeued. in l. 4. numero 35. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. quem sequitur Thomas Sanch. vbi supra, d. disputatione 89. numero 11. lib. 7.

27 Idem etiam dicendum est de nepotibus, & alijs descendentibus, his namque etiam tenentur aui, & reliqui ascendentes bona reseruare à coniuge præmortuo acquisita transeuntes ad secundas nuptias, vt docent glossa in d. l. generaliter in principio, verbo generaliter, C. de secūdis nupt.

Hostiens.

Hostiens. in summa titulo de secundis nuptijs, § quare, & qualiter, numero 5. versic. & quod dixi, Castill. in l. 15. Taur. numero 8. columna 2. in verbo, *las mugeres*, Guillerm. Bened. in cap. Rainuntius, verbo, & vxorem, decisione 5. vbi de success. ab intest. numero 89. de testam. Gregor. Lop. in l. 26. verbo, *fincan*, titulo 13. partita 5. Menochius consil. 155. numero 31. volumine 2. Ant. Gabriel in tertio tomo commun. opin. lib. 3. titulo de secundis nupt. conclusione 3. numero 4. Matienç. in l. 3. glossa 3. in fine, titulo 1. lib. 5. Azeued. in l. 4. eiusdem tituli, numero vltim. & nono, & in l. 6. titulo 9. numero 2. eiusdem tituli, & alios allegans ex quorum numero patet esse hanc communem, & receptam sententiam Sanch. vbi supra, numero 12. contra Molin. Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iur. tractatu secundo, disputatione 163. columna 3. notabil. 3.

Hoc tamen verum est, quoad bona, quæ peruenerent ad auiam ex substantia ipsius aui sui coniugis, & è contra ad auum, ex substantia auiæ, & sic de alijs ascendentibus, etiamsi ea bona ad nepotes prius peruenerint, quibus ab intestato auus, vel auia successerunt, tenentur nāque hi ad secundas nuptias transeuntes ea reseruare nepotibus superstitibus ex priori matrimonio habitis: secus autem, si pater vel mater bona aliūde, quā ab auo, vel ab auia quæsita, reliquerit filijs suis, hæc namque quamuis ad auiam per successionem ab intestato perueniant, non tenetur ea reseruare dictis nepotibus, vt cum alijs rectè probat, & tenet ibidem Sanchez.

28 Sed quid erit quæso, quando secundū matrimonium à parente superstite celebratum, non est cōsummatum, aut forte est irritum, & nullū, an tūc sit locus præd. reseruationi in fauorem filiorum prioris matrimonij, necne? & quidem in priori specie, nempe quando secūdum matrim. non fuit consummatum, Thomas Sanch. d. disputatione 89. numero 13. lib. 7. existimat tunc minime prædict. reseruationi locum esse ex dictis per eum eodem lib. disputatione 87. numero 19. vbi resolui ex pluribus pœnas secundo nubentiū non incurri, ex matrimonio nō consummato, secundum Garron. in l. prima, numero 8. notabil. 3. C. de secundis nupt. & ibi Dec. numero 4. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 9. numero 6. versic. sed vt pœnæ, Ludou. Lopez secunda parte Instruct. vbi de matrim. cap. 41. columna 3. & horum opinio approbari videtur expresse in l. fin. ad fin. titulo 12. partita 4. ibi, *esso mismo seria, ca no deue auer pena la muger que se desposasse, ante que el año fuesse cumplido, solamente que en este comedio no cumpla el matrimonio*: ergo non tenetur reseruare bona prioris matrim. filijs eiusdem, quia hæc inter alias est pœna à iure imposita ex secundis nuptijs in fauorem præd. filiorum, vt prædixerat eadem l. Reg. ibi, *e deue perder las arras, è la donacion que le fizo el marido finado, è las otras cosas, que le ouiesse dexado en su testamento, è deuē las auer los fijos, que fincaren del*, pœnalis namque & odiosa est materia hæc, vt patet, & ratio huius pœnæ est iniuria irrogata priori viro, & filijs, quæ non plene ac perfecte infertur, donec matrimonij consummatio accedat.

Sed contra hanc sententiam tenet Rip. in rubrica, C. de secundis nupt. in noua editione, numero 16. & 17. dicens, minime euitari præd. pœnas, licet prius matrimonium non fuerit consummatum, eo quod non sola turbatio sanguinis, hoc est incertitudo vtro ex matrimonio nascatur proles, est causa harum pœnarum, sed etiam despecta coniugis defuncti reuerentia, qui tam velociter dehonestatus est, & hanc partem probat etiam d. l. fi. ibi, *Pero la muger que fuere desposada, si el esposo se muriesse ante que el matrimonio fuesse cumplido puede casar sin pena quando quisiere*: Quid tenendum?

Ego pro clariori intelligentia huius articuli, duos casus diuersos censeo esse distinguendos.

Primus est ille, de quo loquimur in hac specie, nempe, quando prius matrim. fuit consummatum, secundum vero non.

Alter casus est è cōtrario, quādo prius matrim. non fuit consummatum copula, secundum vero vtique: in priori, & sic in nostro casu, magis recepta Doctorū opinio esse videtur, quam prædiximus, nempe non esse locum præd. reseruationi bonorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum, ac proinde seruãda in praxi, licet eam difficultatẽ patiatur, quod nullo iure requiratur nuncupatim, quod secundum matrim. sit consummatum ad hoc vt binubus teneatur reseruare filijs prioris matrim. proprietatem præd. bonorum, sed tantum quod parens superstes transeat ad secunda nuptias: at per secundũ matrim. de præsenti in forma Ecclesiæ valide celebratum nuptiæ secundæ ineuntur: igitur, &c. Præterea, ita despicitur cõiugis prædefuncti reuerentiam per secundum matrim. non consummatum, sicut si consummatum esset: denique d.l. fin. in fin. titulo 12. partita 4. pro cõmuni allegatu loquitur, *en la muger que se desposasse ante que el año fuesse cumplido: solamente que en este comedio non cumpla el matrimonio*, & sic in sponsa de futuro nondum carnaliter cognita, quia sponsalia de futuro secuta copula transibant attento Iure communi, cap. is, qui fidem cum materia de sponsal. in matrim. de præsenti, quamuis hodie secus sit attento Concil. Trident. & ita Gregor. Lop. in d.l. fin. in glossa desponsasse, videtur hunc intellectũ sentire ad eam l. Regiam dum allegat pro cõcordant. i. solet. §. 1. ff. de his, qui not. infam. vbi dicitur, quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet, vbi glossa sponsam exponit, scilicet per verba de futuro: nihilominus tamẽ prior sententia communis tenenda est, quia negari non potest quin potius per consummationem secundi matrim. iniuria fiat priori, quam per solam celebrationem secundi matrim. absque eius consummatione.

In secundo vero casu præd. nempe quando primum matrim. non fuit consummatum, proculdubio tenendum est cessare pœnas secundo nubentium contra Ripam, vt late cum alijs iure probat Sanch. d. lib. 7. disputatione 87. num. 19. per totum: & merito quidem, quia cum prius matrim. non fuerit consummatum, ac proinde ex eo filij minime geniti fuerint, non est quisque, cui proprietas bonorum reseruanda sit, neque quibus fiat vlla iniuria ex secundo matrimonio consummato.

Circa secundam speciem matrimonij irriti an sit locus reseruationi bonorum quoad proprietatem? Thom. Sanch. d. disputatione 89. d. numero 13. distinguit, vt siquidem, prius matrim. irritum fuit, locus sit huic reseruationi, si ex eo sint filij legitimi geniti ob bonam vtriusque, vel alterius fidem secundum Rip. quem citat, secus si præd. filij non sint legitimi.

Si vero posterius matrim. sit irritum distinguit Sanch. in hunc modum: vt si tales nuptiæ ignoranter contractæ sint, nõ sit locus huic pœnæ, si autem scienter, nõ incurratur hæc pœna, donec iudicis sententia accedat per ea, quæ ibi adducit, remittendo se ad dicta per ipsum codẽ lib. disputatione 87. numero 18. & disputatione 90. numero 11. & hanc distinctionem probo aduers. Garron. in l. prima in noua editione, notabil. 3. numero 10. C. de secundis nupt. tenentem indistincte in curri hanc pœnam, sive scienter, sive ignoranter contractæ sint præd. secundæ nuptiæ.

Circa secundum requisitum principale præd ad hoc vt locus sit huic reseruationi de qua agimus, nempe, vt bona sint acquisita ex coniugis prædefuncti patrimonio, dubitatur primo. Quid si vir legatum aliquod relinquat vxori titulo legati, vel institutionis, aut restitutionis, vel vxor viro, veluti quintum bonorum, vel quartum iuxta consuetudinem immemorabilem loci, minusve, teneatur cõiux, cui relictum est, transiens ad secũdas nuptias id reseruare filijs prioris matrimonij necne? Ratio dubitandi est ex tex. in Auth. ex testamento, C. de secundis nupt. quod si filius prioris matrimonij leget aliquid in suo testamento paréti, si is ad secundas transierit nuptias, non tenetur id legatum reseruare filijs prioris matrimonij, quia tunc capit à filio tamquam ab extraneo, vt infra late dicemus: ergo idem similiter dicendum est in coniuge legante in suo testamento aliquid suo coniugi superstiti, vt quamuis hic secundo nubat, non teneatur proprietatem huius legati reseruare filijs prioris matrimonij.

Nihilominus tamen in præmissa specie tenendum est contrarium in fauorem filiorum primi matrimonij, vt decidit in l. fœminæ in princ. C. de secũdis nupt. ibi: Testamento iure directo, aut fideicõmissi, aut legati titulo, quia id titulo lucratiuo habetur ex bonis coniugis præmortui, non enim hæc lex est correcta per d. Authen. ex testamento, sed in suo robore permanet, estque casus specialis, in quo est deterioris conditionis, coniux ille, cui legatum relictum est, quam quilibet extraneus: & in terminis hanc opinionem tenent Oldrad. consil. 33. numero 3. Rip. ind. l. Fœminæ in principio, in noua editione, quæstione 19. numero 51. Boer. decis. 185. numero 7. amplians in donatione vnius coniugis alteri coniugi facta, & ex nostris Palat. Rub. in l. 14. Taur. numero 22. & ibi Castillo numero 8. Cifuentes in l. 15. Taur. numero 2. versic. in secundo casu, & ibi Ant. Gom. numero 2. Matienç. in l. 3. glossa 2. numero 3. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 16. numero 60. Azeued. in l. 4. numero 21. & 29. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Molina Theolog. de Iustitia, & Iur. secundo tom. tract. 2. disputatione 431. columna 7. versic. dubium est, & secundum hanc receptam, & communem sententiam sæpè in praxi cõsuluimus, eamque nouissime sequitur, & probat Thom. Sanchez d. lib. 7. de matrim. d. disputatione 89. numero 14. estq; verissima, & tenenda.

30 Illa tamen quæstio difficilis est in proposito an mater binuba teneatur reseruare filijs prioris matrim. bona, quæ ex substitutione pupillari patris per mortẽ filij eiusdem matrimonij consequuta est? si enim substitutio illa pupillaris censetur testamentum patris reseruare, tenebitur iuxta suprad. si vero filij non tenebitur, 31 quia tunc succedet ex testamento filij: si autẽ præd. substitutio pupillaris ex testamẽto sit vtriusque simul, scilicet patris, & filij, maiorem dubitationem quæstio hæc habebit.

In hac quæst. Bald. consil. 42. incip. ad euidentiã n. 3. & latius consil. 216. incip. ea sus talis est per totũ, opinatur, non teneri matrẽ transeuntẽ ad secundas nuptias ea bona reseruare filijs prioris matrimonij, sed pleno iure ea acquirere quoad proprietatem, & vsumfructum, ea ratione, quia testamentum illud censeatur patris, quoad ordinationem, filij autem, quoad successionem, vere enim per illud succeditur filio, l. Papinianus, 9. sed neque impuberi, ff. de inoffi. test. & ita fauorabilior via eligenda est, vt succedat mater tanquã ex testamento filij, & hoc dicit singulare Boer. decis. 186. n. 2. sequitur etiam Ant. Gabr. 3. tom. commun. opin. lib. 3. titulo de secundis nupt. conclusione 3. numero 24.

Contraria tamen sententia, imo quod in præmissa specie mater secundo nubens teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit ex pupillari substitutione patris vnius filij d. prioris matrim. varior proculdubio mihi videtur, & tenẽda, quia re vera hæc bona censetur mater habere ex propria viri liberalitate, cum potuisset alicui relinquere exclusa penitus matre, & ideo merito hãc opinionẽ tenet Garron in Auth. ex testamento, in noua editione, numero 15. cum sequentibus, C. de secundis nupt. vbi idem probat in matre, compendiose substituta, decedẽte pupillo intra ætatẽ pupillarem: & vtrũque sequitur Sanch. d. disputatione 89. numero 15. per totum id limitans, vt procedat in bonis, quæ pupillus ille à patre habuit: secus verò in bonis aliunde quæsitis præd. pupillo, ea namque pleno iure retinebit mater transiens ad secunda vota.

Eadem ratione probat idem Author ibi, numero 16. quod quando cõiux consequitur aliquid ex testamento, vel donatione alterius coniugis prædefuncti, non tamen ipsius, id minime reseruandum est filijs prioris matrimonij, vt in exemplo de quo ibi per eum.

Bona autem, quæ coniux transiens ad secundas nuptias acquisiuit sibi data contemplatione coniugis prædefuncti an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij? sunt opiniones, vna habet teneri, altera non teneri, quarum fundamenta congerit Anton. Gom. in l. 14. Taur. cum sequentibus, numero 7. vbi tenet cum Palat. Rub. ibi affirmatiuam, eandem sententiam sequitur Alu. Valasc. consultatione 16. numero secundo, volumine primo, & Molin. Theologus in secundo tom. de Iustitia, & Iur. tractatu secundo, disputatione 431. columna 1161. versic. dubium est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihilominus tamen contraria sententia in hoc & sic negatiua verior, & tenenda est in eo iudicio; lex namque priuans coniugem proprietate acquisitorum ex alterius coniugis substantia per transitum ad secundas nuptias, & reseruans eam filijs prioris matrimonij est pœnalis, ac proinde loquens in casu vero, vel simpliciter, extendi non debet ad casum fictum, qualis est, vt donata coniugi contemplatione alterius coniugis censeantur donata à coniuge, cuius contemplatione donata sunt. Deniq; , quia l. Fœminæ in principio, C. de secundis nupt. inquit: Ex facultatibus priorum maritorum, & statim interius, ibi: Ex bonis (vt dictum est) priorum maritorum: & in terminis hanc sententiam tenent Romanus late eam probans consil. 405. à numero 1. vsque ad quartum, Decius in cap. Ecclesia de constitut. in noua editione, numero 125. Guilier. Bened. in repet. C. Raynutius de testam verbo qui cum alia, numero 199. D. Castillo in l. 15. Taur. colum. 3. numero 2. versic. sed primum verius, Villalob. in suo AErario commun. opin. litera B. numero 38. D. Azeued. in l. 4. numero 42. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & est multo verior hæc sententia, vt alios allegans affirmat Thom. Sanch. d. disputatione 89 numero 17. eã intelligens procedere quando præd. bona ita dãtur vxori licet contemplatione viri, vt omnino proprietas acquiratur vxori, secus vero, quando ita ea bona dantur coniugi conteplatione alterius, verbi gratia, vxori cõtemplatione viri, vt censeatur ipsi viro, & non vxori donata, tunc namque nullatenus acquirũtur vxori, etiã quoad vsumfructum, quamuis non secundo nubat, nedum si nubat, sed hæredibus mariti sunt danda, iuxta ea, quæ late differuimus alibi & post nos idem Sanch. lib. 6. disputatione 26 per totam.

Limito etiam ego eandem communẽ sententiam, de qua supra, quando maritus traderet aliqua iocalia, vel alia bona sua propria consanguineæ, affini, vel amico, vt ea daret vxori, vel è contra: tunc enim cùm ea ex substantia coniugis processerint, & voluntate eius per mediam personam alteri coniugi sint donata, coniux ea dono accipiens secundo nubens tenebitur reseruare filijs prioris matrim. post mortem, iuxta supra modo dicta ex d. l. Fœminæ in principio, C. de secundis nupt.

32 Deinde obseruandum est in materia præd. reseruationis, quod iura disponẽtia bona paterna obtenta ex successione filij à coniuge transeunte ad secundas nuptias reseruari debere filijs prioris matrimonij, intelligenda sunt, quando ex successione paterna immediate, aut mediate priori successione filij obtinẽtur, secus in cæteris bonis, quæ ex paterna substantia profecta sunt mediate, ex successione fratris præmortui. Hæc namque pleno iure pertinent ad matrem, nec tenetur ea reseruare filijs prioris matrimonij: hæc est doctrina mirabilis Salic. in Auth. ex testamento paulo post princip. super verbo peruenerunt, C. de secundis nupt. quam alij sequũtur ex modo citandis Authores.

Vnde fit, quod coniux filio prioris matrimonij in bonis paternis succedens cum teneatur eorum proprietatem alijs filijs illius matrim. reseruare iuxta supradict. si postea alij filio eiusdem matrim. obeũti succedat is coniux in proprietate illa, quã habebat in parte fratris præmortui, non succedent cæteri fratres eiusdem matrim. sed solum coniux secũdo cõiugatus ac eam consolidari cum vsufructu, quẽ is parens habebat, eo quod eam proprietatem non habuit ex immediata filij successione in bonis paternis, sed ex immediata successione illius in bonis fratris, respectu cuius, parens non priuatur proprietate per transitum ad secunda vota: & in terminis ita tenent cum Imol. & Floriano Corneus cõsil. 286. numero 3. lib. 1. Boer. decis. 192. num. 3. Garron. in d. Auth. ex testamento in noua editione, numero 41. cum sequentibus, dicens numero 42. sic tenuisse plures Doctores Auinonenses, & ita fuisse sententia iudicum decisum Petr. Barbos. in l post dotem, numero 76. in fin. ff. solut. matrim. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 22.

33 Bona autẽ, quæ peruenerunt ad filiũ ex substãtia aui, vel aliorũ ascẽdẽtiũ præter patrem, aut matrẽ, parens succedens filio in ea substantia auita secundo nubens non amittit, nec tenetur ea reseruare filijs prioris matrim. quia tex. in hac materia reseruationis huiusmodi loquentes, agunt tantum de bonis, quæ ex substantia paterna peruenerunt ad filium, & cum hæc materia sit pœnalis, nõ est trahenda de vno casu ad alium, nec nomine substantiæ paternæ claudi debet auita, & quia per transitũ illum ad secundas nuptias iniuria principaliter infertur memoriæ coniugis præmortui, non autem alijs ascendentibus, & in terminis ita tenent Bart. in Auth. ex testamẽto n. 2. C. de secundis nupt. Guil. Bened. post alios in repet. cap. Raynutius de testamento, verbo, & vxorem, decisione 5. numero 86. Boerius decis. 192. numero 5. Gregor. Lop. in l. 26. in glossa, *fincan*, &c. titulo 13. partita 5. Anton. Gom. in l. 14. Taur. cum sequentibus, numero 2. Villalob. in AErario commun. opin. litera, B. numero 39. Ant. Gabriel tertio tom. commun. opin. lib. 3. titulo de secũdis nupt. conclusione 3. numero 16. Azeued. in l. 4. numero 43. titulo 1. & in l. 6 titulo 9. lib. 5. nouæ collect. Reg. quos & alios refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. disputatione 89. numero 23. contra Matienç. & Molin. Theol.

34 Quod etiam procedit licet contemplatione patris fuerint hæc bona acquisita filio, ita vt sint ipsius filij, vt cum Garron tenent Azeued. in d. l. 4. numero 43. & Sanch. d. numero 23. in fine.

35 Quinimo, & à fortiori parens secundo nubens succedit pleno iure, quoad proprietatem, & vsumfructum in bonis, quæ aliunde peruenerunt ad filium, quam ex substantia parentum, nempe, quæ ab extraneo habuit, aut propria industria comparauit, vt disponitur in l. mater 5. C. ad Tertul. & in Authen. de nupt. §. hinc nos alia, versic. sed quanta quidem, collatione 4. & constat ex proxime dictis, & tenent communiter DD. & quamuis maxima cõtrouersia glossarum, & aliorum sit an hoc indistincte procedat, siue successio in illis bonis filij mortui præcedat secundum parentis coniugium, siue illud sequatur, verior, & receptior mihi illa videtur sententia, quæ habet in vtroque euentu parentem secundo nubentem in hac specie succedere pleno iure in his bonis aliunde quæsitis, quoad proprietatem, & vsumfructum, siue parens secundo matrimonio copuletur ante mortem filij siue post, vt bene probat plures allegans Sanch. vbi supra, num 24.

Reseruatio autem bonorũ quoad proprietatem, quam parens secundo nubens tenetur facere filijs prioris matrim. iuxta regulam communem, de qua in hoc capite, locum habet, fierique debet etiamsi filij præd. non sint hæredes coniugis defuncti, vt quia hæredirati renunciauerint, adhuc namque cõiux superstes transiens ad secunda vota tenetur illis reseruare bonorum proprietatem, quæ à defuncto coniuge acquisiuit, nisi præd. filij repellantur à successione ratione ingratitudinis, iuxta tex. expressum in Authen. hæres, C. de secundis nupt. quod procedit etiãsi præd. renũciatio sit iurata, quia eadem ratio militat in vtraque secundum Oldrad. consil. 294. numero 3. Boer. decis. 185. numero 18. intelligi tamen debet hoc, quãdo post renunciationem illud lucrum superuenit; secus si renunciationis tempore iam acquisitum esset, vt cum Decio, & Ripa docet Sanch. d. lib. 7. disputatione 89. numero 25. vbi agit, quare ingrati filij ab hoc lucro excludantur, idẽque probat in alijs filijs incapacibus successionis, nempe vt si professi essent in ordine Minorũ; item agit qualis ingratitudo filiorum requiratur, vt huic reseruationi locus non sit, & quis tunc succedat.

37 Circa tertiũ requisitũ ad hoc vt præd. reseruatio locũ habeat, de quo supra, nẽpe quod bona sint à cõiugis defuncti substãtia superstiti parta tit. lucratiuo, obseruandũ est ex hoc recte deduci, acquisita tit. oneroso, vt ex contractu, effici coniugis superstitis omnino propria, nec proprietatẽ amitti per secundas nuptias, vt etiam cõstat ex l. fœminæ in principio, C. de secũdis nupt. ibi, donationibus factis, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio, & tradũt omnes cõmuniter DD. proculdubio, & tenet plures referẽs Azeued. in l. 4. n. 47. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg.

Hinc se offert pulchra dubitatio circa arras à viro promissas mulieri an eo defuncto relictis filijs illius matrimonij mulier

Universidad de Deusto
Biblioteca

lier secũdo nubens teneatur illis proprietatem arrarum reseruare, vel possit de eis libere disponere inter filios, vel aliquem eorum meliorare? si enim donatio arrarũ nõ est simplex, sed remuneratoria in præmium virginitatis, nobilitatis, vel ob aliã cãusam (prout fieri solet) videtur nõ teneri reseruare, quia huiusmodi donatio facta vxori remuneratoria, non reseruatur filijs prioris matrimonij, vt cũ alijs docet Ant. Gabr. 3. tom. cõmun. opin. lib. 3. tit. de secũdis nupt. concl. 1. n. 39. non enim dantur hæ arræ tit. lucratiuo, sed oneroso in compensam pudicitię, quam vxor viro prostituit, & dotis ab eo receptæ, vt late dixit Thom. Sanch. lib. 6. de matrimonio, disput. 27. n. 3. & 4. Deinde, quia communiter arræ deducuntur in pactum ad instar contractus oneroſi, nec aliter conuenire vult vxor, vel parentes eius ad matrim. nisi tot arræ promittantur, & quãuis principiũ vi deatur esse voluntariũ, nihilominus tamẽ idem videmus in dote: & tamen eam, non tenetur vxor reseruare filijs prioris matrim. & ita his rationibus hanc sententiam in terminis arrarũ, quod eas quoque vxor vidua si secundas contrahat nuptias non teneatur reseruare filijs prioris matrimonij, probabiliter tenent Aluar. Valasc. consultatione 16. num. 6. & Molin. Theol. 2. tom. de Iustitia, & Iure, disputatione 431. in vers. contrarium, colũna mihi 1162. addens, quod quando sponsa relictis arris eligeret sponsalitiam largitatem, vt sibi conceditur l. 52. Taur. hodie l. 4. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. tunc non tenebitur vxor reseruare filijs prioris matrim. sponsalitiam largitatem quoad quantitatem valoris præcise, qui arris responderet, quia quoad eum valorem, vim arrarum haberet materia proposita.

Si vero donationẽ arrarũ voluntariã esse dicamus, ipsa non habebitur ex titulo oneroso, sed potius lucratiuo, ac proinde vidua secundo nubens tenebitur reseruare arras primi mariti filijs illius matrimonij, inter ipsosque sunt æqualiter diuidẽdæ ex testamento, aut ab intestato, nec poterit ex præd. arris instituere maioratum, aut meliorationem in quẽquã eorũ filiorum facere, vt prædiximus supra in hoc capite, & vltra ibi dicta, hanc secundam sententiam tenent, & probant in terminis Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vx. §. 67. n. 17. versic. sed re vera, & in l. 14. Taur. n. 10. & 11. Roder. Suarez in rep. l. quoniã in prioribus, in declaratione l. Reg. limitatione 10. n. 2. C. de inoffi. testamẽto, & in l. 1. tit. *de las arras*, lib 3. for. n. 73. amplians sive vir dederit arras, sive alius nomine viri, Villalobos in suo AEra rio cõmun. opin. litera, A. verbo arra, nu. 251. in fine, D. Molin. Iurist. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 10. n. 62. nos lib. 2. practic. q. 18. in fin. & lib. 3. q. 43. n. 25. Ayora de partition. 3. parte, q. 15. Azeu. in l. 4. n. 6. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Angul. de meliora. l. 2. glos. 1. n. 11. & hæc est probabilior, & cõmunior sentent. secũdũ Tho. Sãch. d. lib. 6. dispu. 41. n. 3. qui eã sequitur.

Quid tenendum?

Ego hanc secundam, vt semper tenui, & nunc teneo atque libenter probo vt veriorem, & magis cõmunem, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendũ: vxor siquidẽ tenetur reseruare filijs prioris matrimonij quicquid habuit à viro causa nuptiarum, puta sponsalitiam largitatem, donationẽ propter nuptias, vel aliorum bonorum, vt cauetur in d. l. Fœminæ, C. de secundis nupt. ibi, Quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quidquid etiam nuptiarum solemnitate percepit: tex. in Authen. in donatione eodem titulo, & l. 1. titulo 2. lib. 3. for. ex quibus ita tenet Ant. Gom. in l. 15. Tau. numero 3. & Matienç in l. 3. glossa 2. numero 4. titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. inferentes ex eo, quod hodie in isto Regno talis mulier reseruare tenetur filijs prioris matrimonij omnia illa, quæ tempore sponsaliorum sibi fuerunt data, & donata ab sponso, secundum formam & dispositionem l. 52. Tauri: tandem pro hac parte est l. 26. tit. 13. partita 5. ibi, *las arras, y las donaciones q̃ el marido finado le ouiesse dado, en salvo fincan a sus fijos del primer marido*, & ibi Greg. Lopez in glossa, *fincan a sus fijos*. Vnde teneo contra Molin. Theol. vbi supra, numero 151. sponsa relictis arris soluto matrim. eligeret sponsalitiam largitatem virtute electionis sibi datæ à præd. l. 52. Taur. infra termi-

terminum 20. dierum, de quo in eadem l. tenebitur eam reseruare filijs prioris matrim. sicut teneretur etiam reseruare eisdem præfatas arras si eas potius eligeret sibi, quam sponsalitiam largitatem, quia quoad valorem eius, vim arrarum habet, vt etiam tenet cum alijs Sanch. vbi supra, numero 4. in principio, non obstant fundamenta prioris partis.

Quia ad primum respondemus, verũ esse de donatione remuneratoria debita ex lege iustitiæ, qualis non est donatio arrarum: ad secundum negamus dari arras ex contractu oneroso, quia licet dentur in præmium pudicitiæ, nõ sunt debitæ ex rigore iustitiæ, sed proficiscuntur ex spõtanea mariti volũtate, & conuẽtione partium voluntaria. Ad tertium, & vltimum, quod quamuis arræ deducantur in pactũ, at principium promittendi est voluntariũ nullo iure ad id cogente, quod secus est in dote, vt late hanc differentiam inter arras & dotem probat Sanchez d. nu. 4. ad fin.

39 Ex quibus videtur minus recte tenuisse Palat. Rub. in d. l. 14. Taur. numero 8. quem refert, & sequitur Didac Perez in l. 6. titulo 2. lib. 4. Ordinamenti, columna 1378. versiculo nec talis mulier; dum tenet, quod si vir plebeius aliquid donauit vxori nobili, non tenetur illud reseruare filijs prioris matrimonij, quamuis ad secũdas trãseat nuptias, sed potest libere de eo disponere, quia nõ habet titulo lucratiuo, sed potius oneroso quasi ex quadam permutatione nobilitatis cũ pecunia, vel alia re; idemque probat de qualibet donatione remuneratiua, hoc nãque iure procedere non potest iuxta suprad. in arris, in quibus contrarius sibimet videtur in hoc Palat. Rub. ideo teneo in vtroque præd. secun-
40 dã magis cõmunẽ sententiã. ¶ Deducitur etiam ex supradictis, quod in his, quæ habuit filius à parente defuncto tit. oneroso succedit cõiux, superstes transiens ad secũdas nuptias pleno iure, nẽpe in proprietate & vsufructu, nec tenetur ea reseruare filijs prioris matrimonij, vt recte probauit Garron in Auth. ex testamento in noua editio. num. 29. C. de secundis nupt. quem refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 89. num. 28.

41 De lucris autẽ quæritis durãte matrim. inter virũ, & vxorẽ, cũ cẽseãtur præd. bona labore vtriusq; cõiugis acquisita, & sic tit. potius oneroso, quã lucratiuo, merito quod in his reseruatio præd. locũ non habeat, sed pleno iure quoad proprietatẽ, & vsumfructum sint vtriusq; & de his libere disponere possit inter filios absq; vlla obligatione reseruationis proprietatis filijs prioris matrim. ita tenẽt, & probãt Rip. in d. l. Fœminæ in principio, in noua editione, q 22. nu. 59. C. de secundis nupt. Ioan. Lup. de Palat. Rub. in l. 14. Taur. nu. 5. & ibi Castill n. 2. Ant. Gom. n. 3. & Tello n. vnic. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 3. §. 9. n. 8. Gomez Arias in l. 12. Taur. n. 3. Pinel. in l. 1. in 1. p. nu. 37. C. de bon. mater. diximus lib. 2. pract. q. 95. n. 21. Azeued. in l. 6. n. 1. & ibi, Matienç glos. 2. n. 2. tit. 9. lib. 5. nou. collect. Reg. & nouissime Tho. Sanch. d. lib. 7. disput 89. n. 29 quibus apparet hãc esse veriorẽ, & magis cõmunẽ, & receptã sententiã contra Cifuent. in d. l. 14. Taur. n. 1. & Mencha. de succes. creat. lib. 1. §. 1. num. 25. in fin. hodie præd. magis cõmunis sententia cõtra Cifuen. & Mẽcha. vbi supra expresse approbatur in d. l. 14. Taur. & sic res est proculdubia.

Alia autẽ bona, & lucra, quæ cõiux superstes lucratur ex patrimonio defuncti, ita disponẽte lege, statuto, aut cõsuetudine reseruãtur filijs prioris matrimonij cõiuge trãseũte ad secũdas nupt. vt cũ cõmuni, veriori, & receptiori sent. DD aduersus Bald. & alios resoluimus lib. 2. practic. q 95. n. 20. & post nos plures citãs nobiscũ idẽ probat Sanch. d. disput. 89 n. 30. & 31.

42 Vbi n. 32. aliud probat de eo, quod coniux lucratur ex pacto mutuo inter ipsos inito, vt superstes altero defuncto lucretur certã alterius bonorũ partẽ, nempe vt hoc nõ fit reseruãdũ filijs prioris matrim. per trãsitũ ad secũdas nupt. & bene contra nonnullos.

43 Quarta autẽ bonorum cõiugis prædefuncti debita superstiti pauperi iuxta dispositionẽ tex. in Auth. præterea, C. vnde vir & vx. & l. 7. titulo 13. partita 6. reseruari debet in omni euentu filijs prioris matrimonij siue coniux ille superstes transeat ad secundas nuptias siue nõ, quia hoc non est inductum in pœnam secundarum nuptiarum, sed quia eadem Authen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tica præterea, quæ in hoc cõsulit paupertati cõiugis superstitis, simul præcipit prædict. quartam reseruari filijs prioris matrimonij, ibi: vt tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet, si extiterint, ita cum Angul. de meliorat. l. 2. glossa prima, numero 7. obseruat Sanch. vbi supra, numero 33. & quamuis d. l. Regia 7. hoc omiserit, non tamen ideo correctũ censendũ est ab ea, iuxta optimas doctrinas à nobis adductas lib. 3. pract. quæstione 15. num. 34. cum pluribus sequentibus, quæ huic proposito optime deseruiunt, quibus fit, vt etiam stante præd. l. Regia, quæ hoc non corrigit, sed potius omisit, etiam hodie in casu d. Auth. præterea, illa quarta pars in proprietate reseruari debeat præd. filijs prioris matrim. vt nuncupatim cauetur in d. Auth. præterea in verbis prænarratis.

44 Circa vltimum requisitum reseruationis bonorum; nempe quod supersint filij ex priori matrimonio hinc proculdubio fit, filijs non extantibus prioris matrimonij coniugem transeuntem ad secundas nuptias non amittere proprietatem bonorum à coniuge defuncto sibi relictorum, & constat ex sæpe allegata l. fœminæ in principio, C. de secundis nupt. ibi: Fœminę, quę susceptis ex priori matrimonio filijs: & in Auth. de nupt. §. si vero expectat, collatione 4 ibi: Siquidẽ nõ habeat filios, sine periculo est, &c. Et in eodem Auth. §. primæ siquidẽ, vers. si igitur, ibi: Si igitur sine filijs mãserint, & in l. generaliter in principio, C. de secũdis nup. ibi: Liberis communibus, &c. præd. namque reseruatio in fauorem filiorum prioris matrimonij introducta fuit: nimirum ergo si illis non susceptis, cesset fauor.

45 Id quod procedit ex mente expressa eiusdem iuris, etiamsi coniux defunctus liberos reliquat ex alio matrimonio: nõ enim tenetur coniux superstes ea bona illis reseruare, & in terminis ita tenent Philip. Corneus consil. 242. numero 6. in fin. volumine 2. & Rip. in d. l. fœminæ § illud, numero penultim. dubio 4. C. de secundis nupt. quos sequitur Sanchez vbi supra, numero 34.

46 Idem est secundum communem sententiam, quando filij suscepti sunt ex prio ri matrimonio, at omnes in vita parentis mortui sunt absque prole; tunc namque etiam parens superstes succedit in his bonis pleno iure, & proprietas consolidatur cum vsufructu, siue filij præmortui prioris matrimonij ab intestato, vel cum testamento decesserint, absque prole tamen, vt prædiximus, ita tenet Bart. consil. 54. in fin. volumine 1. & in alijs quamplurimis locis citatis ab infra allegandis Authoribus, quos congerit Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 89. numero 37. è quorum numero constat hanc esse receptissimam sententiã, aduersus alias, quas numero 35. & 36. retulerat; hanc latissime probat defendit, & sequitur post Ant. Gom. in l. 14. Taur. numero 1. Tello Fernandez in l. 6. Taur. numero 19. in fin. Villalob. in suo AErario commun. opin. litera, B. numero 40. Matienç in l. tertia, glossa secunda, numero 15. Zeuallos in suis Pract. quæstionibus, quæstione 671. numero vnic. Quare idem erit quando superessent vnicus, vel plures filij sed omnes incapaces, vt est prædictum. Addit Sanch. vbi supra, numero 39. & bene cum Guilier. Bened. pro intellectu l. 6. Taur. hodie l. 1. titulo 8. lib. 5. nou. collect. Reg. disponentis posse filium carentem descendentibus disponere de tertio bonorum suorum in præiudicium suorum ascendentiũ; non esse extraendũ præd. tertiũ ex parte proprietatis, quam parens eius binubus reseruare ei tenebatur, sed ex solis bonis proprijs illius filij decedentis cum testamento: & per mortem filij proprietatem, quam habebat in bonis paternis, quam idem parens ob secundas nuptias amiserat pertinere omnino ad parentem, qui illa priuatus fuerat.

48 Fructus autem pendentes, hoc est nõdum percepti tempore mortis patris illorum bonorum, quæ propter transitum ad secundas nuptias reseruare tenetur filijs prioris matrimonij ad ipsos quoq; pertinebunt, quia vsusfructuarius (prout erat præfatus pater eorundem bonorum) non transmittit ad hæredes fructus nondum perceptos, nec illos facit suos, l. si fur, & l. defuncta, ff. de vsufruct. l. si vsusfructuarius messem, ff. quemadmodum vsusfruct. amittatur, §. is vero, Institutæ de rerum dotal. ita tenent Cassaneus in consuet. Burgund. rubrica 6. §. 7. in fine, Auendañ. responsi. 5. numero 7. in vers. ex ista conclusione, D. Azeued. in l. 4. numero 56. titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg. quos seqùitur Sanch. vbi supra, numero 40. estque verissimum.

49 Plures tamen sunt in iure casus, in quibus parens transiens ad secundas nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrim. bona ex coniugis substantia prædefuncti habita, qui sequuntur.

Primus, & præcipuus est, quando filius decedens testatur, & instituit parentẽ hæredem bonorum, quæ à parente defuncto consequutus est: tunc namque parens ille superstes transiens ad secundas nuptias succedit pleno iure in illis bonis quoad proprietatem, & vsumfructum, atque potest de illis disponere, sicut de alijs proprijs, quia tunc pater bona illa capit instare extranei, tex. in Authen. ex testamento, C. de secundis nupt. & in corpore, vnde sumitur, nempe in Authen. de nupt. §. hinc nos, versic. si igitur, collatione 4 capit namque ex voluntate expressa filij offensi per secundas nuptias propter quod remissa videtur propria offensa iam facta, vel facienda, siquidem simpliciter, & pure absque aliqua distinctione patrem hæredem instituit in illis bonis, idemque est dicendum eadem ratione primo, si filius ille titulo legati, vel fideicommissi relinquat ea bona parenti, vt in d. §. hinc nos, versic. si igitur, ibi, ita & matri relinquens siue institutionem, siue legatum, &c. Secundo si in codicillis filius parenti relinquat, vel donet inter viuos secũdum Garron. in d. Auth. ex testamento in noua editione, numero 11. cum 3. sequentibus, Anton. Gabriel in tertio tom. commun. opin. lib. 3. titulo de secundis nupt. conclusione 3. numero 20. cum sequentibus, & quando per donationẽ, hoc etiã probant, docent & tenent Ant. Gom. in d. l. 14. Taur. numero 2. Matienç. in l. 3. glos. 2. num. 15. & ibi Azeued. nu. 4. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & omnia præd. simul Sanch. vbi supra, num. 41. nec distinguendum est in hac specie an filius decedat ante secũdas nuptias, vel post eas, vtroque namque casu parens secundo nubens non tenetur reseruare præd. bona filijs

prioris matrim. vt late cum cõmuni probat Sanch. vbi supra, num. 44. & Azeued. in d. l. 4. num. 39.

50 Secũdus casus est, quoties filij prioris matrimonij cõsenserũt secũdis parẽtis nuptijs, tũc nãque cessat præd. bonorũ reseruatio, ita tenet glos. in Auth. de nõ elig. 2. nubẽt. col. 1. in principio, verbo copulantur, & ibi Angel. n. 8. Cifuent. in l. 15. Taur. n. 2. limit. 1. & ibi D. Castill. col. vltim. n. 15. vers. vnũ tamẽ, & Anto. Gom. n. 6. in vers. & idẽ etiã est, Padill. in l. cũ donationis, n. 5. C. de transact. Didac. Perez in l. fin. tit. 1. fol. 54. in vers. idẽ tenetur lib. 5. Ordin. Matienç in l. 3. glos. 2. nu. 43. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Azeue. in l. 4. n. 36. eiusd. tit. & hęc est cõmunis omnium sent. secund. Tho. Sanch. d. li. 7. de matrim. disput. 89 n. 43. vbi plurimos alios eã tenens refert eãque probat, & vltra eũ Menoch. cõsil. 626. n. 1. cũ sequẽtibus, volumine 7. & cõmunẽ eã appellat Doctorũ sentẽtiã Fachineus lib. 3. controuersiar. cap. 65. in princip. col. 400. in fi. & in vers. 2. conclus. col. 401. & ampliat Sanch. vbi supra in fi. d. n. 43. cũ Boer. etiam quoad pœnas anni luctus: eãdẽ cõmunẽ dicit Marc. Ant. Pereg. consil. 78. num. 9.

Cõtra hãc cõmunẽ late tenet, & insurgit Franc. Sarmico. lib. 1. select. interpret. c. 4. per totũ, vbi limitat nisi expresse filij prioris matrim. vltra expressum suũ consensum dicãt se remittere ius, quod in illis bonis habẽt, eãdẽ sententiã contra cõmunẽ cũ Angel. cõsil. 396. & Decio consil. 309. n. 7. tenet nouissime Fachin. vbi supra vers. fic. 1. conclus. & in vers. iã quid mihi videatur, vbi citat eiusdem opin. Auth. Sarmient. vbi supra, eãque probat in vers. sequẽtibus: nihilominus tamẽ cõmunis cõclusio est vera, & proculdubio tenenda in iudicando, & consulendo, & fundamentis contrarijs satisfacit Sanch. vbi supra.

51 Nec sufficiet in hoc tacitus consensus filiorũ, veluti, quando filius numquã conqueritur est de secũdis parẽtis nuptijs, sed semper tacuit, vel quãdo filij valde diligebãt victricũ vel nouercã, vel alias, sed expressus consensus filiorum requiritur, vt late cũ alijs contra alios merito probauere Sanch. vbi supra, n. 44. & Marcus Ant. Pereg. d. consil. 78. n. 11. & 17. & Fachin. vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra verſiculo: Quinta concluſio, iũcto verſiculo, iàm quid mihi: quidquid contrarium teneat cum alijs Menoch. d. conſilio 626. numero 7. cum ſequenti, nempe tacitum cõſenſum in hoc ſufficere, vt in exẽplis de quibus ibi per eum. ſed priorem opinionem probat, & ſequitur Azeued. in l. 4. numero 36. titulo primo, lib. 5. nouæ collect. Reg. vbi limitat. 54

Si autem aliqui filij prioris matrimonij annuant ſecundis parentis nuptijs (expreſſe ſcilicet) alij vero renuant, euitauit parens ſecundo nubens pœnas quoad annuentes expreſſe ſolos, quibus non tenebitur reſeruare proprietatem bonorum ex ſubſtantia parentis defuncti acquiſitorum, ſecus tamen quoad renuentes, vt tenent Garron late probans in rubrica de ſecundis nupt. remed. ſecundo ad euitãdas pœnas in noua editione, numero 121. Didac. Perez vbi ſupra, colũna antepenult. Azeued. in d. l. 4. num. 36. titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg. & cum eis Sanchez vbi ſupra, numero 45. vbi num. 46. quod ſi ſuperſtites filij deceſſerint, ſatis eſſet nepotum cõſenſum, ſecundũ Garron. Didac. Perez, & Menoch. quos ad hoc ibi citat, idem ego libenter probo. 55 56

Requiritur vero, ad hoc vt filij, vel nepotes conſentientes ſecundis nuptijs parẽtum ſibi præiudicent in propoſito, quod ſint puberes, & certiores facti, non enim impuberum conſenſus tamquam in ætate conſilij ignara præſtitus ſufficeret, vt probant Boer. deciſione 185. numero 23. Baeç. de non melior. rat. dot. filia. cap. 10. numero 57. Peregrin. vbi ſupra, numero 11. verſiculo alia, Sanchez vbi ſupra, numero 47. 52

Vbi quod non ſufficiet licentia tutoris, nec conſenſus ab ipſo præſtitus cum inferat graue præiudiciũ pupillis, vt late probat Garron, vbi ſupra, numero 122. verſ. an ſi filij, quamuis contrarium probare videatur Ant. Gabriel vbi ſupra lib. 3. cõm. opin. titulo de ſecundis nupt. concluſione 1. numero 36. cum Bertrando, quem refert, ſed primum reputo verius: intelligenda tamen ſunt hæc quando filij minores 25. ann. & ſic puberes conſentiunt ſecũdis nuptijs parentis propter iuſtas cauſas ſecundum Angel. conſil. 396. numero 4. & Menoch. conſil. 237. numero 21. lib. 3. quos ad hoc refert Fachin. vbi ſupra, d. lib. 3. controuerſ. cap. 65. verſic. tertia concluſio. 53

Vbi in verſic. 4. concluſio, iuncto verſic. iam quidem mihi, ſecus eſſe dicit, & probat quando filij minores, vt ſupra, cõſenſum præbent ſecundis nuptijs parentis nulla iuſta cauſa ad id eos impellente, regulare namque eſt quod ſi minor 25. ann. lædatur in actu à ſe celebrato etiam cum cõſenſu ſui curatoris, poſſit reſtitui in integrum, ſecus vero ſi non lædatur, vt puta, quia conſulte ex iuſta, & honeſta ſibiq; alioqui vtili id fecerit.

Vt in terminis donationis gratuitæ tradit D. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 3. num. 32. & late de hoc agit Thom. Sanch. de matrim. lib. 4. diſputatione 9. numero 16. folio mihi 78. cum ſequenti.

Illud tamen in propoſito obſeruandũ eſſe cẽſeo, non requiri in filijs puberibus conſentientibus expreſſe ſecundis nuptijs ſui parentis, quoad amittendam præd. reſeruationem bonorũ de qua agimus, ſciẽtiam illius iuris reſeruationis bonorum, quod amittunt per præſtationem præd. conſenſus, quia eſt ignorantia iuris, quæ in foro exteriori minime excuſat: reg. ignorantia de reg. iur. in 6. cũ ſimil. & quãuis ea excuſet in foro conſcientiæ, vt probat Sanch. lib. 10. de matrimonio, diſputatione 32. num. 10. verumtamen neq; in hoc foro conſcientiæ videtur non deſiderari ſcientiam illius iuris, quia ceſſatio huius pœnæ cum filij conſentiunt, non innititur tacita remiſſione filius, ſed ceſſatione cauſæ, quæ eſt filijs irrogata (vt non ſemel prædiximus) quæ nullo modo infertur ſcienti celebrari ſecundas nuptias, & libere conſentienti, ita ſubtiliter, & vere meo iudicio exiſtimauit idem Sanch. d. lib. 7. diſputatione 89. numero 47. prope fin. 56 57

Secundo obſeruandum eſt ex eodem Auth. ibidem, numero 48. cum Garron. præd. conſenſum expreſſum filiorũ prioris matrim. ſecũdis nuptijs parentis ſuperſtitis præſtitum, nihil operari, quoad alias pœnas ſecundo nubentium, quæ non ſunt ſtaturæ in filiorum fauorem, quare: ſi vir legatum relinquat vxori ſub conditione abſtinendi à ſecundis nuptijs nihil operabitur conſenſus filiorum nec expreſſa remiſſio, quia talis iniuria per tranſitum ad ſecunda nuptias contra expreſſam teſtatoris voluntatem, irrogatur principaliter ipſi teſtatori, ipſiuſque fauorem concernit conditio illa. Vnde dicta filiorum licẽtia operatur in pœnis legalibus concernẽtibus filiorum fauorẽ, & in bonis abſque ea conditione relictis, non vero in cæteris quæ illum non concernunt, nec libere relinquuntur, ſed cum præd. expreſſa conditione ſecundo non nubendi. 58

Tertius caſus principalis in quo non habet locũ, imo ceſſat obligatio præd. reſeruationis bonorũ eſt, quando cõiux defunctus cõſenſum præſtitit ſuperſtiti ad ſecũdas nuptias tranſeundi, quia tunc, & eo caſu ceſſat iniuria, quæ alias infertur prædefuncto ex celebratione ſecundarum nuptiarum, ob quam iniuriã introductæ ſunt pœnæ ſecundo nubentibus abſque præd. licentia, ita tenet Bald. conſil. 42. ad euidẽtiam, numero 1. volumine 3. & in l. filium quem, numero 4. C. Famil. erciſcund. & alij quamplurimi, quos refert, & ſequitur dicens non eſſe recedendum ab hac communi omnium ſententia Thom. Sanch. d. lib. 7. diſputatione 89. numero 49. inter quos Ant. Gomez Matienç. & alios plures Authores huius Regni, & nos in l. nemo poteſt, numero 17. ff. delegat. primo atque Azeued. in l. 4. numero 37. titulo primo, lib. 4. nou. collect. Reg. contra Sarmient. d. lib. 1. ſelect. cap. 4. numero 3. cuius ſentẽtiam ſequebatur etiam Fachin. d. lib. 3. controuerſiar. cap. 65. verſic. quarto, pro quibus faciebat gloſ. in Authen. de nupt. in principio, verbo ſiue vir: ſed nihilominus prior ſententia verior, & communis atque omnino tenenda eſt in iudicãdo & cõſulendo proculdubio, quæ procedit etiamſi intra annum luctus vidua cũ conſenſu mariti ſecundo nubat, vt probauimus vbi ſupra, & nos ſequitur alios allegans Sanch. qui ſupra, num. 50. vbi quod hoc hodie proculdubio procedit ſtante iure Canonico, de quo ſupra. 59

Et quamuis plures Authores, quos ibi citat Sanch. numero 51. teneant, ſatis eſſe licentiam expreſſam, vel tacitam viri, vel vxoris, vt alter coniux ſuperſtes tranſiẽs ad ſecundas nuptias ẽuiter pœnas, de quo etiam pro & contra plura addicit Peregrin. d. conſil. 78. cum ſequentibus: verius tamen eſſe cenſeo non ſufficere in hoc tacitum conſenſum cõiugis ex ſupra dictis in ſimili caſu cõſenſus filiorum, niſi ſecundum Sanch. ibidem, nu. 51. coniecturæ taciti illius conſenſus valde apertę ſint, ita, vt de eius voluntate dubitari nequeat, in caſu ſequenti.

Nempe legante coniuge aliquid coniugi ſuperſtiti caſu, quo tranſeat ad ſecundas nuptias, tunc cõiugem ſuperſtitem habiturum id legatum plene, quoad proprietatem, & vſumfructum, nec tenetur tranſiens ad ſecundas nuptias aliquid reſeruare filijs primi matrimonij, quia illa eſt licẽtia tranſeundi impune, quoad illud legatum, ita tenet Bald. in l. prima, numero 6. C. de ſecundis nupt. & allos referens Sanch. d. lib. 7. diſputatione 89. numero 52. vbi quod procedit etiamſi intra annum luctus coniux ſecundo nubat. 60

Non tamen ſufficiet ſecundum ipſum ibidem numero 53. cum alijs, ſi vir concedat vxori facultatem amplam diſponendi in vita, vel in morte de legatis à ſe relictis, qui in tali facultate non obſtante ſi tranſeat ad ſecũdas nuptias, non poterit de proprietate illius legati diſponere, ſed filijs prioris matrimonij reſeruabitur. 61

Licentia tamen expreſſa conceſſa à cõiuge tranſeundi ad ſecundas nuptias, ſuffi cit, vt ſuperſtes poſſit impune tranſire ad tertias, vel vlteriores nuptias, vt bene probat Ripa in rubrica de ſecundis nupt. numero 13. in verſic. contrarium videtur verius, quem refert & ſequitur Sanch. vbi ſupra, num. 54. 62

Sufficitque in hoc ſolus viri conſenſus tranſeundi ad ſecundas nuptias, vel è contra abſque conſenſu filiorum, vt eſt communis ſententia ſecundum Corraſ. lib. 3. Miſcellan. cap. 1. numero 12. & Azeued. (qui alios plures refert) in d. l. 4. num. 37. vbi quod ea eſt ſeruanda contra Corraſ. vbi ſupra tenentem conſenſum filiorum etiam ad hoc requiri, ſed nihilominus tenenda eſt præd. communis ſententia, quia poteſt pater præiudicare filijs ex quo ſolum eis in quandã conſequentiam ob illa tam viro iniuriam acquiritur proprietas 63

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictorum bonorum, vt bene obseruauit Menoch. consil. 155. numero 33. in solutione ad tertium, volumine 2. & cum alijs tenet etiam Thom. Sanch. vbi supra, numero 55.

64 Addens ex Garron. sufficere hanc licẽ tiam non tantum in bonis, quæ immediate habuit coniux ab alio coniuge, sed etiam in his, quæ habuit ab ipso, medio filio; cui successit.

Ex quo non est audiendus Rip. in l. fœminæ in principio, quæstione 11. numero 25. sentiens paternum consensum solũ nocere filijs, quando sunt hæredes patris, secus, si non sunt hæredes, indistincte nãque est tenendum cum præfata communi sententia ex ratione modo dicta.

65 Denique pro complemento huius tertij casus obseruandum est, credendum esse coniugi dicẽti aliqua bona quæ alter ab ipso acquisiuit, non titulo lucratiuo, sed oneroso acquisisse, ad hunc effectum, ne trasiens ad secundas nuptias teneatur ea bona reseruare filijs prioris matrimonij, sola namque eius voluntas satis est, vt alter libere acquirat, & absque hoc reseruationis onere, vt cum alijs tenet Simon de Prætis, de interpretatione vltim. volunt. lib. 1. interpretatione 1. circa legata, dubio 10. numero 121. quem refert, & sequitur Sanch. vbi supra, num. 17.

66 Quartus casus est, quando fœmina trãsiens ad secundas nuptias est minor, tunc namque non amittit proprietatẽ per transitum ad secundas nuptias, nec tenetur eã filijs prioris matrim. reseruare secundum Socin. in regula 272. numero 3. Boer. decis. 185. in fin. Villalobos in suo AErario commun. opin. litera, B. numero 30. Ant. Gabriel tom. 3. commun. opin. lib. 30. de secundis nupt. conclusione 1. numero 46. sed nullo iure probatur hæc limitatio, & ideo merito contra eam tenendũ est, quia hic non agitur de damno euitando, sed de lucro euitando, quo euentu minor ætas nihil prodest, & ita tenent Cifuent. in l. 15. Taur. numero 2. limitatione 3. Azeued. in d. l. 4. numero 38. quamuis aliquantulũ trepide id affirmet Cifuent. sequitur etiã hanc secundam sententiam Sanch. vbi supra, numero 58.

67 Quintũ casum referunt nonnulli, quando filius moritur post pupillarem ætatẽ, idque deducũt ex Paulo de Castr. in l. omnem, num. 2. C. ad Tertul. sed vere id non dicit, quia loquitur in alio casu; quare tenẽdum est, locum esse huic reseruationi, siue filius decedat infra, vel post pupillarẽ ætatẽ, vt probant Cifuent. in d. l. 15. Taur. numero 2. limitatione 4. Azeued. numero 40. & 41. & Sanch. nu. 59. vbi supra, necnon & Fachin. d. lib. 3. controuersiar. ca. 65. in versic. porro ex.

68 Sextus casus est, si coniux de licentia Principis ad matrimonium secundum trãseat, tunc namque eximitur ab hac, de qua agimus, bonorum reseruatione ex tex. in l. solet 10. ff. de his, qui not. infam. ibi, solet à Principe impetrari, vt intra legitimũ tempus mulieri nubere liceat, iuncta glos. ibi, verbo liceat, & in terminis ita tenent Angel. in repetitione l. mater numero 5. C. ad Tertul. Dec. in l. 1. numero 20. & 21. C. de secundis nupt. Ant. Gom. cum communi in l. 15. Taur. numero 6. ad fin. Boer. vbi supra, numero 25. & Anto. Gabriel vbi supra, d. conclusione 1. de secundis nupt. numero 45. Azeued. in d. l. 4. numero 46. & est omnium sententia secundum Fachin. vbi supra, licet ipse contra eam teneat.

69 Septimus casus est in donationibus factis matri conuolanti ad secundas nuptias per extraneum aliquem durante primo matrimonio, bona enim talis donationis factæ ab extraneo, non tenetur mater reseruare filijs prioris matrimonij, vt cum communi profitetur Ripa in d. l. fœminæ, numero 55. C. de secundis nupt. & Azeued. vbi supra, num. 41. & 42. vbi id ampliat etiam si talis donatio matri facta fuerit contemplatione primi viri, secundum Decium in d. cap. Ecclesia Sãctæ Mariæ, numero 35.

70 Octauus casus, in quo parens superstes secundas contrahens nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ habuit à filio prioris matrimonij est in successione aui, alijve ascendentes, vel alterius personæ quam patris, non enim tenetur coniux hic binubus reseruare filijs prioris matrimonij, nisi bona, quæ filio huic à patre suo prouenerunt, secus vero, ea quæ ab auo, vel ab alio ascendente quã à patre

à patre acquisita fuerunt eidem filio decedenti, etiamsi patris contemplatione acquisita fuerint filio, siue talis filius moriatur antequam mater transierit ad secundas nuptias siue post, vt supra diximus, & resoluimus, & cum communi etiam probat Azeued. in d. l. 4. numero 42. & 43. titulo 1. lib. 5.

71 Nonus est quoties alij filij prioris matrimonij non supersunt vt supra etiam diximus, & cum alijs probat Azeued. vbi supra, num. 44. & 45.

SVMMARIVM Cap. CX.

1 *POENAE secundo nubentium, nõ sunt correctæ Iure Canonico quatenus comprehendunt viduum fornicantem.*

2 *Vidua fornicans intra vel post annum luctus incurrit pœnas iuris.*

3 *Vidua luxuriose viuens, amittit suã medietatem lucrorum, constante matrimonio acquisitorum.*

Et quomodo hoc intelligatur, numero 4.

5 *L. 5. in fi. titulo 9 lib. 5. nou. collect. Reg. intellectus.*

6 *Vidua semel fornicãs, siue intra vel post annum luctus, non amittit dotem.*

7 *Pœnæ impositæ viduæ luxuriose viuenti non debentur in foro conscientiæ ante condemnationem.*

8 *Vidua secundo nubens an amittat legatum sibi relictum à marito, si, vel donec, caste, & honeste vixerit?*

Et an idem vel secus sit in relicto à filio præfuncto, vel à patre aut ab alijs consanguineis ipsius viduæ? numero 9.

Et quid in legato vsufructus viduæ facto à marito donec caste, & honeste vixerit eo adiecto, quod si ad secundas nuptias transierit, legat ei centum? numero 10.

11 *Vidua luxuriose viuens priuatur proprietate bonorum ex prioris viri substantia acquisitorum, & tenetur ea reseruare filijs prioris matrimonij.*

Et quid in foro conscientiæ? numero 12.

13 *Viduus luxuriose viuens an incurrat pœnas, in quas incurrit vidua luxuriose viuens?*

14 *Interdictio bonorum, quæ fieri debet viduæ luxuriose viuenti, nõ fit viduo huiusmodi.*

15 *Vidua luxuriose viuens amittit tutelã filiorum.*

Secus in viro fornicante, numero 16.

17 *Vidua luxuriose viuens, retinendo tutelam ante iudicis condemnationem, an peccet?*

CAPITVLVM CX.

De vidua fornicante, an incidat in pœnas secundo nubẽtium? & an hoc casu sint correctæ Iure Canonico?

1 POENAE secundo nubentiũ, Iure Canonico non sunt correctæ, quatenus cõprehẽdũt viduũ fornicantẽ; ius nãque Canonicum voluit fauere secũdis nuptijs tamquã liciris, ne earum libertas impediatur, vt constat ex cap. fin. de secũdis nupt. nemo tamen dicet voluisse quoque viduis fornicationis omni iure prohibitæ, reis opitulari: & in terminis ita tenet Cardinal in d. cap. fi. numero 2. quæstione penultim. de secundis nupt. & ibi Alexand. de Neuo, numero 16. congerit plurimos hoc tenentes contra vnicum Corneum, Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatione 90. numero primo, vbi numero 2. cum sequentibus late agit de pœnis fœminarum intra annum luctus fornicantium, & de alijs in materia opportunis, necnon & Padilla in l. fideicommissum, numero 5. & sequentibus, C. de fideicommiss. cũ sequẽtibus, & est l. Regia 3. titulo 12. partita 4. in illis verbis: *Pero el fuero de los defendiole que no casasse fasta vn año, è poneles pena a las que ante casan[te] la pena: è dene perder las arras, è la donacio[n] que le fizo el marido finado de las otras cosas que le ouiesse dexado en su testamento, è*

Universidad de Deusto
Biblioteca

las auer los fijos que fincaren del, è si fijos non dexare, los parientes, que ouieren de heredar lo suyo, essa misma pena deue auer si ante que passasse el año fiziesse maldad de su cuerpo, & ibi Gregor. Lop. in his verbis allegat leges Iuris communis concordantes: post annum vero luctus vidua fornicans an incurrat easdem pœnas, ac si intra annum luctus fornicasset late pro & contra agit Sanch. vbi supra, numero 4. cum sequentibus, resoluens multo probabilius esse attento Iure Communi viduã post annum luctus fornicantem non subijci pœnis statutis viduæ nubenti intra annum luctus, ac proinde non amittere legata sibi absolute, & sine conditione relicta, vel donata à viro, vt ibi per ipsum, numero 5. cum alijs pluribus, quos citat, & nu. 6. cum alijs, & contra alios idem probat in Hispania ex d.l. Regia tertia præcitata ibi: *si ante que passasse el año*, à contrario sensu, non obstante l. fori contraria 9. titulo 12. lib. 3. fori: ibi, *si despues de la muerte de su marido no fiziere buena vida pierdalo todo quanto le dexo*, cum ll. fori vicem legis non obtineant, nisi vsu comprobentur, & præterea, quia loquitur in vidua, quæ male viuendi habitum contraxit, ac more meretricio stupra admittit secundũ Acostam, Matienç. & Barbos. quos allegat.

2 Incurret tamen vidua fornicans, siue intra annum luctus, siue post alias pœnas statutas secundo nubentibus post annum luctus, vt late probant Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir, & vx. §. 67. à numero 3. vsq; in fin. Auiles in procem. CC. Præt. glossa 1. numero 36. cum sequentibus, & alios allegans Sanch. vbi supra, numero 7.

3 Similiter mulier vidua luxuriosè viuẽs amittit medietatem lucrorum sibi attinẽtem quæsitorum constãte matrimonio, & restituenda est hæredibus mariti, in cuius commodum fuerunt acquisita, ac lucrata, expressè l. 5. in fin. titulo 9. lib. 5. nou. colle. Reg. & ibi nostrates.

4 Quæ lex vere intelligenda est non de vidua quæ semel, aut iterum fornicatur, sed de ea, quæ fornicationis vitio assuefacta est, id enim sonat luxuriosè viuere, l. & mulieri 15. ff. de curat. furios. iuncta glossa verbo, & mulieri, & in terminis ita docent D. Couar. in quarto Decretal. 2. parte, cap. 7. §. 6 numero 12. in fin. in secunda editione, Acosta in cap. si pater, prima parte, verbo legauit, numero 38. de testamentis lib. 6. Menchac. in quæstion. illustrib. cap. 104. numero 6. Ant. Gom. in l. 14. Taur. numero 17. & in l. 53 numero 80. & Auiles in procœmio CC. Præt. numero 39. Matienç. in l. 5. glossa 8. numero 7. titulo 9 lib. 5. nou. collect. Reg. Padill. in d.l. fideicõmissum, numero 7. nos lib. 2. practic. quæstione 122. per totam, Azeued. in l. 4. numero 12. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Barbos. in l. 2. prima parte in principio, numero 69. ff. solut. matrimonio, Zeuallos in suis Pract. qq. quæstione 708. numero 16. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 90. numero 8. contra Ant. Gom. in d. l. 83. Taur. numero vltimo, Mexiam, & Ioan. Garc. contrarium tenentes, eam l. intelligentes quamuis vnicus tantũ actus fornicationis sit, quorum vltimo loco nominatorum, nec vera quidem, nec tenenda opinio est, sed prior quam prædiximus.

5 Intelligitur tamen præd. l. Regia siue ante annum luctus, siue post, vidua illa vitio carnis assuefacta fit, quia indistincte loquitur, vt cũ alijs probauimus vbi supra, & post nos Sanchez, d. numero 8. in fi. & Azeued. in l. 5. numero 22. titulo 9. lib. 5. nou. collect. Reg.

6 Dicem vero vidua semel fornicans, siue ante annum luctus, siue post annum nõ amittit, vt iure optimo probant contra multos Acosta, Molin. Matienç Barbos. & Zeuall. eosque referens, & sequutus Sanchez vbi supra, numero 9. & est magis communis hæc sententia, & in practica recepta secundum Azeued. in d. l. 4. numero 131. vbi etiam quod est sequenda hæc opinio communior indistincte in iudicando, & consulendo.

7 Præd. tamen pœnæ impositæ viduæ luxuriosè viuẽti, siue intra annum luctus, vel post minime debentur in foro conscientiæ, nisi post condemnationem saltẽ criminis declaratoriam, vt latissime pro vtraque parte hanc quæstionem differẽs Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 90. numero 10. cum sequentibus, sic eam resoluit, numero 11. per totum.

8 Ex quibus infertur, vxorem, cui maritus legauit mille sub conditione si caste, & honeste vixerit, vel donec caste, & honeste vixerit, secundo nubẽtem legatum amittere, licet caste viuere is dicatur, qui vitam coniugalem elegit, cap. Nicena 31. distinctione, D. Thom 2. 2. quæst. 151. articulo 1. ita tenent Angel. & Alex. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.

9 Idem esse dicentes, si d. conditio adiecta sit ab aliquo filio præmortui mariti, secus vero si à patre, vel ab alijs cõsanguineis ipsius viduæ transeuntis ad secundas nuptias, aliove extraneo, qui non esset prioris viri consangaineus filiæ, vel alteri fœminæ sub d. conditione legatum fiat, quia tunc non amittit fœmina illud legatum, etiamsi nubat, secundum eosdẽ, quorum opinio communis est, vt plures allegans testatur D. Couar. in quarto de sponsalib. secunda parte cap. 3. §. 9. numero 12. vbi in fi. d. numeri 12. quod quamuis Angel. vbi supra, Barbat. & Paris. quos ibi citat, dicant mulierem minime caste viuere, quæ tertio nupserit, eorum tamen opinio, nõ aliter sibi placet, (scilicet Couar.) inquit, quam si referatur ad maritum, vel eius filios d. clausulam adijcientes: eandẽ resolutionem communem in omnibus supradictis sequitur, & probat alios plures allegans Ant. Gom. in d. l. 14. Taur. numero 9. per totum, eandem distinctionẽ tenet Greg. Lopez in l. 1. in glossa, *ò mas*, titulo 12. partita 4. & alij quamplurimi DD. quos refert, & sequitur dicens esse probabiliorem Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 91. num. 16. referens in nu. 14. & 15. alias duas opiniones diuersas in hoc, sed præcedẽs distinctio est receptissima, & tenenda, & num. 17. cum sequentibus eã plurimis modis ampliat, & limitat, qui omnino sunt videndi apud ipsum, quia totam materiam explanant.

10 Si tamen maritus vxori leget vsumfructum omnium bonorum suorum donec castam, honestam, & vidualem vitam seruauerit, & casu, quo voluerit ad secundas nuptias trãsire, legat ei centum; si ipsa turpem vitam ducat, perdet vsumfructũ, at, si post vitam illam turpem nubat, non perdet illa centum sibi legata, ita tenet & probat Simõ de Præt. de interpret. vltim. voluntat. lib. 1. interpretatione 1. circa legata, dubio 10. numero 121. quem sequitur Sanch. vbi supra, num. 12.

11 Obseruandum tamen est, quod vidua fornicans priuatur etiam proprietate bonorum ex prioris viri substantia acquisitorum, & tenetur eã reseruare filijs prioris matrimonij, ac si ad secundas nuptias transisset, ne plus operetur luxuria, quam castitas, contra tex. in Authen. de restitutione, & ea quæ parit in vndecimo mense post mortem viri. §. fi. & quia vt prædiximus hoc cap. n. 2. fœmina fornicans, siue intra annum luctus, siue post incurrit omnes pœnas secundo nubentibus post annum luctus statutas, vt cum alijs probat Azeued. in l. 4. numero 10. & 11. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. quare merito cũ hac obseruatione est cõmunis omnium fere sententia secundum Thom. Sanchez, qui plurimos eam tenentes refert d. lib. 7. disputatione 90. numero 13. quamuis ipse ibi, numero 14. contra eam teneat cum Ant. Gom. in d. l. 14. Taur. num. 16.

12 Fatetur tamen, quod quamuis in foro externo hæc sua secunda opinio non careat scrupulo, eo quod contraria sit communis, ac tantorum Doctorum authoritate fulcita, at in foro conscientiæ credit nullatenus esse locum huic reseruationi bonorum ob fornicationem viduæ, donec sententia iudicis ea pœna damnetur, quamuis dum transit ad secũdas nuptias, eam sententiam non desiderari dixerit disputatione præcedenti, numero 2. Ego in foro conscientiæ sequor hanc sententiam Sanch. contra Nauarr. quem refert cum eo transiens Azeued. in d. l. 4. num. 18. in foro vero exteriori communem priorem omnino sequor, & probo ac tenendã esse censeo in iudicando, & consulendo, vtpote veriorem, & receptiorem.

13 Et procedit etiam ex vnico stupro, vt sentiunt DD. tenentes eam.

An autem eadem pœna habeat locum in viduo luxuriosè viuente maxime controuertitur per DD. de quibus per Sanchez vbi supra d. numero 13. & 14. qui cum Pinelo in l. vltima, numero 19. C. de bon. matern. eius videtur esse sententiæ,

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt contrarium sit dicendum in viro viduo luxurioſe viuente, quam in fœmina.

14 Sicut alias videmus, quod licet mulieri luxurioſe viuenti poteſt fieri interdictio bonorum per iudicem tanquam prodigæ, vt cum communi reſoluunt DD. præcipue Ant. Gom. in l. 14. Taur. ſub numero 13. verſiculo imo quod magis eſt, & relati per Pinel. in d.l. fin. numero 20. hoc tamen non habet locum in maſculo luxurioſe viuente, quia non debet ſibi fieri ex hoc interdictio bonorum, quia ſexus mulieris eſt debilior, & fragilior, ita tenent Specul. & alij communiter DD. quos refert, & ſequitur Ant. Gom. vbi ſupra, numero 14. & eſt verius, & receptius ſecundum Arias Pinel. in d.l. fin. numero 24. *el primero*, C. de bon. matern. Vnde idem dicendum videtur in propoſito in viduo luxurioſe viuente, vt minime teneatur ad reſeruationem bonorum faciendam filijs prioris matrimonij cõtra Cifuent. & alios quos refert Sanchez vbi ſupra d. numero 13. quare ego procliuior ſum in hanc ſententiam in fauorem viri, vt ſecus ſit in eo in hoc articulo, quã in fœmina luxurioſe viuente, licet non diffitear opinionem Cifuent. & aliorum cõtrariam probabilem, & ſequutam quoque eſſe.

15 Vidua ſimiliter fornicans amittit tutelam, vel curam filiorum, vt late probauimus de tutel. prima parte, cap. 9. numero 19. & plures referens Azeued. in l. 4. numero 14. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. eſtque communis ſententia, vt nos citans, & alios plurimos affirmat Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, diſputatione 90. numero 15. per totum; vbi ampliat, vt per ſolos tactus inhoneſtos mamillarum, & oſcula impudica amittat tutelam, & curam, eo quod non ſeruetur intacta pudicitia: & quod ipſo iure ceſſet tutela per vitã luxurioſam viduæ, & quod peccet mortaliter vidua fornicans retinendo tutelam filiorum, ſecundum Nauar. in ſumm. Manual. cap. 25. numero 67. item & quod vidua fornicans indiſtincte perdat tutelam ſiue intra annum luctus fornicetur ſiue poſt, ſecundum plurimorum ſententiam.

16 Ipſe vero Sãchez ibidem numero 14. & rectius in ea eſt ſententia, vt nulli dubium eſſe poſsit, viduum forticantem nõ amittere filiorum tutelam.

17 Et in foro externo non dubitat viduã accuſatam de fornicatione fore priuandã tutela, & ſobolis educatione ob malos mores: ſed quod non tenetur ſe ab educatione abſtinere donec iudex priuet, quia id nullo iure cauetur: item quia loquendo in foro conſcientiæ, & ante iudicis priuantis tutela ſententiam eam non amitti per vitam luxurioſam, nedum per vnam fornicationem, aut tactus, vt ibi late probat concludens cõtra Nauar. nullatenus peccare viduam inhoneſtam vitam agentem retinendo filiorum tutelam donec à iudice ea priuetur, addens quod hoc ipſa experientia teſtatur, quia nullus confeſſarius (quod ipſe audierit) negabit abſolutionẽ viduæ fornicanti, nec omittenti tutelam cum viduas in id crimen labi non rarum ſit, & hanc ſententiam vt veriorem probo contra Nauar. vbi ſupra.

SVMMARIVM Cap. CXI.

1 CONDITIO *retrahens à nuptijs an & quando valeat?*
2 *Pœnæ impoſitæ tranſeuntibus ad ſecundas nuptias an Iure Canonico ſint correctæ?*
3 *Pœnæ impoſitæ à teſtatore contrauenẽtibus ſuæ voluntati debentur ante cõdemnationem, & exequutionem, in conſcientia.*
4 *Coniux, cui legatum relinquitur ſub conditione ſi caſte, & honeſte vixerit, tenetur in vtroque foro illud reſtituere hæredibus defuncti, ſi caſtitatem violet etiam occulte.*
5 *Coniux non amittit legatum abſolute ſibi relictum à coniuge prædefuncto per tranſitum ad ſecundas nuptias.*
6 *Legatum relictum alicui ſub conditione ſi caſte, & honeſte vixerit, an amittatur per vnicam fornicationem.*
7 *Legatum relictum pro maritandis fœminis non poteſt dari viduis ſecundo nubentibus.*
8 *Legatum relictum vxori an debeatur ſecundæ vxori, quæ non erat tempore teſtamenti, & numero 9.*
10 *Legatum relictum fœminis maritandis, an poſsit dari fœminæ maritatæ ſine dote, vel cum modica dote?*
11 *Legatum relictum pro fœmina maritanda, an debeatur fœminæ tempore teſtamenti maritatæ?*
12 *Legatum relictum conſanguineis maritandis, an debeatur conſanguineæ maritatæ poſt mortẽ teſtatoris? &c. vt hic.*

CAPITVLVM CXI.

De pœnis à teſtatore impoſitis ſecundis nuptijs an Iure Canonico ſint correctæ?

1 CONDITIO teſtatoris excludes nuptias reijcitur, quãdo is, cui imponitur, nunquã matrimonium contraxit, aut contractum nõ conſummauit, ſecus quando ſemel illud celebrauit, & conſummauit, quod in vtroque foro procedit, vt probauit late Thom. Sanch. de matrim. lib. 1. diſputatione 34. numero 30. iuncta diſputatione 33. numero 1. diximus ſupra alio cap. valebit igitur in vtroque foro conditio non tranſeundi ad ſecundas nuptias viro, vel vxori impoſita, qui primas conſummarunt, vt cum cõmuni probauit idem Author d. diſputatione 34. numero 31. ideoque merito Matienç. in l. 3. gloſſa 2. num. 14. tit. 1. lib. 5, nouæ collect. Reg. dixit, virum, cui vxor legatum reliquit, ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias, illud amittere tranſeundo, quem ſequitur Thomas Sanch. de matrim. lib. 7. diſputatione 91. numero 5.

2 Pœnæ igitur à teſtatoribus impoſitæ in ſuis teſtamentis tranſeuntibus ad ſecundas nuptias nõ ſunt correctæ Iure Canonico, ſed pœnæ tãtum legales: vt patet ex cap. fin. de ſecundis nupt. ibi: Legalis infamiæ ſuſtinere iacturam, & ibi: Cum in his præſertim ſeculares leges non dedignentur, Sacros Canones imitari, & in terminis ita tenent Ioan. Garron. in rubrica, C. de ſecũdis nupt. in noua editione poſt nonam pœnam, numero 22. & remed. 4. cõtra pœnas ſecundo nubent. num. 125. & in l. 1. C. eodẽ titulo, n. 133. in fin. verſic. aduerte tamẽ: Palat. Rub. in l. 15. Taur. numero 5. & 6. Guilier. Bened. in cap. Raynutius, verbo, qui cum alia, n. 166. in fin. & n. 197. de teſtam. D. Couar. in 4. de ſpõſal. 2. parte, cap. 3. §. 9. n. 11. Anto. Cuch. lib. 4. Inſtit. maio. tit. 12. nu. 120. Matienç. de coniect. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 19. n. 2. in fin. idẽ Matienç. in l. 3 gloſ. 2. n. 14. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & alios allegans Sanch. d. diſputatione 91. num. 1.

3 Quinimo, quamuis alias regulare ſit pœnam non obligare in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam, vt late probauimus lib. 2. Canon. quæſtionum cap. 5. nu. 14. hoc tamen fallit in pœna à teſtatore adiecta, nã debetur ſtatim ac incurritur in foro conſcientiæ, non expectata vllaiudicis condemnatione, aut exequtione, vt cum Couar. & alijs reſoluimus vbi ſupra, num. 16. & congerit plurimos eos ſequutus Sanch. vbi ſupra, num. 3. eſtque receptiſsima, & indubia ſententia, quam ibi bene probat.

4 Inde num. 3. deducens nobiſcum, & cũ alijs, coniugem, cui vſusfructus, vel aliud legatum relicta ſunt hac lege, vt caſte viuat, teneri in foro conſcientiæ illud reſtituere hæredibus defuncti ſi caſtitatẽ violet: addens, idem dicendum eſſe ſi ſub conditione hæres inſtituitur, nam vbi conditioni non paruerit, tenetur in vtroque foro hæreditatem reſtituere, & num. 4. non referre quantumuis occulte non pareatur conditioni, ſed violetur caſtitas, vt ibi bene probat cum alijs contra Menchacam.

5 Legatum tamen abſolute relictũ à cõiuge coniugi non amittitur per tranſitum ad ſecundas nuptias, quia abſque cõditione relictum eſt, ac nullo iure cauetur id amitti, niſi quando vidua intra annum luctus ſecũdo nuberet, id quod de Iure Canonico correctum eſſe probauimus, & in terminis ita tenent Couar. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. vbi ſupra, num. 12. vbi etiam agit de vſufructu, & alimentis legatis, & idem in eis probat poſt alios, quos citat; loquimur, quando non ſunt filij prioris matrimonij: ſi enim hi extarẽt, ſera

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruanda sunt, quæ diximus cap. ab hinc secundo.

6 An autem legatum relictum alicui sub conditione caste, & honeste viuendi amittatur, necne per vnicam fornicationem, agit latissime Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 91. numero 31. cum pluribus sequentibus, omnino videndus quoties casus in praxi acciderit: qui numero 47. cum sequentibus, similiter late agit, an legatum coniugi à coniuge relictum, quando cum filijs coniugis legatis commoratus fuerit, amittatur per transitum ad secundas nuptias coniugis superstitis volentis commorari cum præd. filijs? & alia opportuna in materia addit, & declarat.

7 Legatum relictum pro maritandis fœminis regulariter non potest dari, aut cõferri viduis secundo nubentibus, quia ea verba testatoris de solis primis nuptijs intelligi debent, l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. signif. ibi: hoc sermone dum nupta erit, primæ nuptiæ significantur, & ibi Tiraquel. in principio, numero 111. plures citat hoc tenentes, & fuit opinio Bart. in proœmio Decretal. num. 25. & tenet Guilier. Bened. in cap. Raynutius de testam. verbo qui cum alia, num. 79. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 21. & alios referens Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 91. n. 55. vbi num. sequentibus pluribus modis hoc temperat: primo nisi vidua nuptura, prius matrimoniũ non consummauerit, quia tunc potest capere id legatum: secundo nisi prius matrimoniũ irritum fuerit: tertio nisi nullæ essent fœminæ ætate nubiles, quibus possit id legatum impertiri; tunc namque ex verisimili testatoris mente, ne opus pium differatur, potest id legatum dari fœminis viduis, non enim potest id legatum dari nisi fœminis, quæ sunt ætate nubiles, nempe 12. annos natæ, vt sentiunt cõmuniter DD. secundum Garron. in Rubrica, C. de secũdis nupt. in noua editione, n. 5. post Bald. in l. sancimus, in fin. C. de nut. refert, & sequitur Sanch. vbi supra, n. 57. & 51. vbi cum Bald. id limitat, nisi legatum relictũ esset pro certa persona maritanda, vt ibi per eum.

8 Quod si vir aliquid leget vxori, hoc legatũ non debebitur secundæ vxori, quã post testamentum priore defuncta duxit, vt lego vxori meæ Mariæ, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumptione 122. nu. 14. qui alijs relatis hoc limitat nu. 15. nisi posteriori vxori nomen prioris imposuisset, tunc enim censetur loco prioris subrogata, l. Filiæ §. vltim. ff. de condit. & demõstra. sequitur Sanch. vbi supra, num. 58.

9 Si vero legatum sit à viro vxori sub nomine appellatiuo, vt lego vxori meæ: sunt in hoc opiniones, quas referunt D. Couar. in cap. requisisti, num. 3. de testamentis, Mantica de coniect. vltim. vol. lib. 8. titulo 15. numero 1. & 2. & Menoch. vbi supra, num. 8. qui numero 11. & 12. tenet deberi posteriori vxori: inquit tamen Sanch. vbi supra, num. 59 quod quamuis hoc sit satis probabile, sibi tamen placet concordia, quam ex alijs Doctoribus referunt atque sequũtur Couar. & Mantic. vbi supra vterque numero 3. nempe quod si testator coniugatus erat tempore testamenti, intelligitur id legatum de sola vxore præsenti, si vero tunc temporis coniugatus non erat, debebitur cuicũque vxori, quam tẽpore mortis testator habebat: & numero 60. hoc tẽperat certo modo.

10 Et quid de legato relicto fœminis maritandis, an possit dari iam maritatis sine dote, vel cum modica dote, quando vir ea inopia laborat, vt non sit sustinendo onera matrimonij? agit ibidem Sanchez, numero 63. & 64. & ita distinguit, vt si verba testatoris ita se habent; dentur mille ad puellas dotandas, id fieri possit: secus si puellis maritandis legatum relictum sit, quia vere illa puella non est maritanda.

11 Sed quid si pro persona certa maritanda legatum relictum sit, & ea tempore testamenti erat iam maritata, & censeri extinctum legatum, si viuo testatore, & eo inscio nupserit, secus si testator nuptiarũ conscius, ac potens testamentum mutare, & non mutauit; tunc namque præsumitur ipsum voluisse in eadem voluntate persistere, tenet Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. titulo 1. numero 13. cuius fundamentum extra rem est secundum Sanch. vbi supra, numero 65. & ideo dicendum esse ait legatum pro certa persona maritanda deberi, quamuis ea tempore testamenti maritata esset, & à fortiori, si postea nubat testatore superstite, vt ibi probat alios referens.

Et numero 66. similiter credit relictũ consanguineis maritandis, quamuis nequeat conferri consanguineæ tempore testamenti coniugatę, vt prædiximus; at si testatore mortuo nupsisset, existimat cũ duobus iurisperitis ex Doctoribus illius Regij Prætorij Granatẽsis posse illi dari, quod non omnino incertæ personę relictum sit, sed quodammodo certæ, nempe personis ex genere testatoris, & quando nupsit habebat iam ius aliquale ad hoc legatum acquisitum à testatoris morte.

SVMMARIVM Cap. CXII.

1 IMPOTENTIA *perpetua ad copulam reddit irritum subsequens matrimonium non solum Iure Canonico, sed etiam Iure naturali, vt in numero 2.*

Impotentia temporalis non dirimit matrimonium subsequens, numero 1. quod procedit etiamsi ipsa sit ignorata ab altero contrahente, numero 3.

4 *Impotentiæ temporalis conscius an peccet contrahendo matrimonium?*

5 *Impotentia coeundi, quæ non est vera impotentia, sed solum maxima difficultas, non dirimit matrimonium, vt in exemplo hic posito.*

6 *Arcta mulier si per incisionem potest apta reddi matrimonio, an valide contrahat?*

Et quid si nequeat eius arctitudini succurri per incisionem, numero 10.

7 *Potentia seminandi intra vas mulieris an requiratur ad valorem matrimonij, ita vt non sufficiat potentia penetrandi.*

8 *Semen fœmineum an sit præcisum ad generandum?*

9 *Seminis pars viri intra vas mulieris, licet non totum, an sufficiat ad matrimonij valorem?*

11 *Eunuchus vno testiculo tantum carens valide contrahit matrimonium.*

12 *Senes possunt valide contrahere matrimonium.*

Et quid in sene decrepito, num. 13.

Et in fœmina quantũcũque vetula nu. 14.

Et in sene adeo exhausto, vt omnino impotens sit? num. 15.

16 *Steriles an matrimonium cõtrahere valide possint?*

17 *Fœmina apta copulæ, non tamen potente parere, an valide contrahat matrimonium.*

Et quid si taliter affecta esset vt certum foret omnes filios mortuos parere, numero 18.

19 *Impotentia naturalis viri an detur respectu vnius fœminæ tantum.*

10 *Matrimonium est irritum quando ob excessum membri virilis mulier cognosci non potest carnaliter remedijs debitis adhibitis.*

21 *Impedimentum perpetuum ad dirimẽdum matrimonium quando dicatur tam ex parte viri, quam fœminæ?*

22 *Impedimentum cui absque miraculo subueniri nõ potest, dirimit matrimonium contractum.*

Et quid quando per opus humanum auferri non potest absque peccato, n. 23.

24 *Maleficium quando auferri non potest absque alio maleficio, an dirimat matrimonium.*

25 *Arcta fœmina an valide contrahat matrimonium quando a viro proprio non frigido cognosci non potest, si ab alio potentiori cognosci possit, aut iã apta est?*

Et quid tunc præsumatur de iure, n. 26.

27 *Impedimentum impotentiæ si indicio medicorum medicabile sit absque corporali periculo, quamuis fœmina renuat incisionẽ, &c. an dirimat matrimonium? & quomodo hoc intelligatur, num. 29. & 30.*

28 *Cap. fraternitatis de frig. & malef. intellectus.*

31 *Arcta fœmina nupta cuius arctitudini iudicio medicorum potest subueniri per incisionem, absque periculo, an teneatur illam pati?*

32 *Matrimonio dissoluto ob vtriusque cõiugis impedimentum, vel alterius tantum, an & quando aliud matrimonium interdicatur?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM CXII.

De impedimento impotentiæ frigiditatis.

1 IMPOTENTIA perpetua ad copulam reddit irritum subsequens matrimonium, tex.in cap.2. & per totũ de frig. & malef. temporalis autem impotentia id non dirimit, vt constat ex cap. fraternitatis, versiculo quamuis igitur eodẽ titulo:de perpetua est etiã tex.in l.17. in versiculo,*la* 12.titulo 2. partita 4. ibi, *la duodecima cosa que embarga el casamiento, è lo desfaze (si es fecho) es quando el home ha tan fria natura, que nõ puede yazer con la muger*, & l.6. tit.8. partita 4 quæ ita se habet.

Frio seyendo algun home naturalmẽte, demanera que non pudiesse yazer con muger, si acaesciesse que casasse.è se querellasse alguno dellos ante el Iuez de Sãcta Iglesia: diziendo q̃ los departã por razon de tal embargo, deueles dar plaço de tres años, è tomar la jura dellos, è guardar todas las otras cosas q̃ dize en ta ley ante desta: que deuẽ ser fechas, è guardadas en los maleficiados ante q̃ se departa el casamiento. E esto se entiẽde, si la muger fuesse virgen, porq̃ por su cuerpo pueda mostrar manifiestamẽte, q̃ en tiẽpo de los tres años nõ la pudo conocer. Mas si tal home q̃ fuesse frio de natura casasse cõ muger corrupta deuese entender dotra guisa. Ca si la muger desq̃ entendiesse q̃ el marido era assi embargado non lo q̃rellasse luego, o a lo mas tarde fasta vn mes: si despues se querellasse, e el marido dixiesse. q̃ nõ era assi, e jurasse q̃ la conociera carnalmẽte. Estõce non deue auer el plaço de tres años, nin deue ser oyda sobre esta razõ; porq̃ sospecha es cõtra ella, q̃ pues q̃ tantos dias estouo q̃ non querello, q̃ ouo ver con ella: è por ende deue ser creydo el marido, è nõ ella. Pero si ella se q̃rellasse luego, o ante del mes deuẽla oyr, è darle plaço de los tres años, è guardar todas las otras cosas, q̃ son dichas en la ley ante desta. Esso mismo deuen fazer si el marido, e la muger otorgassen, que auia entre ellos tal embargo.

2 Et nõ solũ Iure Põtificio dirimitur matrim. per impotẽtiã perpetuã ad copulã, sed etiã iure naturali, iuxta verissimã sentẽtiã Theolog. quã cõtra alios sequitur, & latè probat Tho. Sanch. lib.7. de matrim. disput.98.n.2.vbi n.seqq. pluribus modis, & casibus id ampliat, licet cõtrariã latissime, vt probabiliorẽ sibi defendat Frater Basil. de impedimẽtis matrim.c.31.§.2.cũ sequentibus, pag. 256. sed in his nostris Regnis prior sententia approbatur in præd.ll. Regijs.

3 Et procedit, quod prędiximus de impotẽtia tẽporali, etiãsi ipsa sit ignorara ab altero cõtrahẽte, adhuc nãque minime obstat valori matrimonij; quod patet, quia nullo Iure Ecclesiastico cõtrariũ cauetur, imo eius valori valde opitulãtur textus de hoc impedimento loquentes, indistincte enim decidũt impotẽtiã tẽporalẽ nõ irritare matrimoniũ, vt patet ex d.c. fraternitatis, nec etiã iure naturali dirimit, quia huiusmodi impotẽtia tẽporalis nõ tollit simpliciter matrimonij finẽ, sed secũdũ quid, scilicet pro aliquo tẽpore, ac proinde non efficit inuolũtariũ simpliciter, sed secundũ quid, instar erroris qualitatis, quibus, & alijs fundamẽtis pro hac sentẽtia sunt vniuersi prope Theologi, & Iuristæ, qui cum D. Thom. in 4. distinct. 34 q.vnic. art.2. in corpore, indistincte tradũt impotẽtiãtem poralẽ non obstare valori matrimonij: & in proprijs terminis ita docẽt, & probant Petrus de Ledesma de matrim.q.58.art.1. in difficultate princip. paulo ante solution. ad argumẽta, & Manuel Rodrig in sua summa 1. tom. in 2. editione, c.235.n. 1. in fin. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib.7. de matrim. disputatione 92. n.4. aduersus Sorum, & Enriquez, quorũ opin. retulerat ibidem, num.3.

4 Et num.5. agit, an saltẽ sit reus alicuius culpæ conscius suæ impotẽtiæ tẽporalis, si ea durãte matrimoniũ cõtrahat, & refert nonnullos Theologos id affirmantes: ipse tamẽ existimat nullam esse culpã ex natura rei: at posse esse ratione deceptionis coniugis potentis, quando diu duratura esset impotentia, & ei non deregeretur, vt ibi bene latius probat. Vnde si coniux potens alias conscius esset illius impotentiæ temporalis alterius coniugis, licet abeo, eiusque parte non detegeretur, cũ tamen scienter cum eo cõiuge potens contraheret matrimonium nulla culpa impotẽti temporaliter imputari poterit, iuxta regulas iuris, quæ habent, eum, qui certus est non oportere amplius certiorari, & aliam quod scienti non fit fraus nec iniuria.

5 Impotentia vero coeundi, quæ nõ est vera impotentia, sed solum maxima difficultas, non dirimit matrimonium, veluti si potest esse vera cõmixtio, sed cum maxima difficultate, & periculo ægritudinis, vt constat ex cap.2.de coniug. leprosi.vbi deciditur, matrimonium cõtractum cum leproso esse validum: & ex cap. fraternitatis de frigid. & malefi.

6 Vbi, quando per incisionem absque mortis periculo factam potest mulier arcta reddi apta copulæ, valet matrimoniũ; & tamen in vtroque euentu est maxima difficultas: hæc conclusio est certissima ex dictis iuribus, & eam in terminis probant vbi supra Ledesma antepenult. columna, in solutione ad 5. & Sanchez, numero 6.

7 Ad valorem tamen matrimonij non sufficit potentia penetrandi vas fœmineum, sed requiritur potentia seminandi intra illud: vnde potens coire, impotẽs tamen perpetuo ad semen emittendum in vas, vel quia nullo modo seminat, vel quia præ nimio calore ita præpropere, vt 10
vas expectare nequeat, est incapax matrimonij, si id vitium ita sit perpetuum, vt nulla medicinæ ope tolli possit: hæc est communis, & omnium receptissima sententia, quam nos quoque tenuimus lib.1. Canonic. quæstionum, cap. 16. numero 18. & alij infiniti Authores Theologi, & Iurisperiti, quos in vnum congerit, & sequitur Thomas Sanchez d. disputatione 92. numero septimo, lib. septimo de matrim. reprobans numero octauo ali- 11
quos, qui contrarium tenebant, & affirmans nullatenus recedendum esse à præcedenti doctrina communi, quæ verissima est, & numero 12. agit, an ipsa procedat quando mulier conscia impedimenti illius cedit iuri suo, valeatne tunc matrimonium, aut non? & numero 13. an aliquid referat in proposito, qua ex causa impotentia hæc in viro consurgat, & resoluit nihil referre quacumque ex causa impedimentum perpetuæ impotentiæ consurgat, quando medijs adhibitis ac experientia triennali præmissa impotentia nõ cesset, tunc namque dissoluetur matrimonium, vt docent D. Thom. & alij communiter DD. quos ibi refert, & sequitur.

8 Quod si vir seminare posset intra vas, ac fœmina capax esset seminis virilis recipiendi, quamuis ipsa impotens esset ad seminandum, validum esset matrimoniũ inter eos contractum, eo quod semen fœmineum non sit præcise ad generandum necessarium, quamuis valde conferat, vt tenuimus d. lib. primo Canonic. quæstionum cap. 16. numero 16. & alij post nos, quos refert Sanchez vbi supra, numero 9. dicens non tamen hoc esse adeo certum, quin oppositũ sit probabile. Nihilominus tamen magis receptum est, quod prædiximus, vt constat ex numero Authorum id tenentium, & præterea in dubio pro matrimonio iudicandum est, iuxta tex. in cap. fi. de sententia, & re iudic.

9 Addit Sanchez num. 10. cum Ouand. quem citat, non esse cẽsendum matrimonium nullum, si vir non totum semẽ possit intra vas fundere, sed partem, quod ea seminis pars intra vas recepta sufficiens sit ad consummandum matrimonium, & efficiendum coniuges vnam carnem.

Si autem fœmina tam arcta esset, vt nõ posset semen intra vas recipere, nec arte aliqua iuuari posset, est incapax matrimonij, ita tenent quamplures DD. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, num.11. addens cum Ouand. secus esse, si fœmina semen recipere posset intra vas, quamuis semen susceptum retinere nequiret, quia tunc valet matrim. tunc nãque vere consummatur ac efficiuntur coniuges vna caro, & ipsa solum sterilis est.

De matrimonio eunuchorum, vno tãtũ testiculũ habentiũ, & virilia sana, & integra indubiũ est esse validũ, vt cũ cõmuni Doctorũ sentẽtia probat Sanch. vbi supra, n.15. si autẽ vtroq; testiculo careãt Iure Cõmuni attẽto magna cõtrouersia erat inter DD. vtriusq; Scholæ, an possent valide matrim. cõtrahere, necne? hodie tamẽ attento Motuproprio Sixti V. in hoc lato proculdubio matrimoniũ contrahere prohibẽtur, & inhabiles ad hoc sunt declarati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt latè deduximus lib. 1. Canon. quęstionũ, ca. 16. numero 8. & vltim. in secunda editione, & nobiscum latissime Sanch. vbi supra, num. 15. cum sequentibus.

12 De senibus autẽ certissimum est apud omnes, & vsus Ecclesiæ habet, quod possint (si aliud non obstitat) matrimonium contrahere, & sic quod sola senectus non obstet matrimonij valori, derogata antiqua lege Papia contraria tanquam iniqua abrogata, nullus namque est adeo senex, quin aliquando natura, vel saltem medicinæ arte possit ad coitum calere, vt inquit glossa in cap. nuptiarum 27 quæstione prima, verbo in quibusdam, & alios allegans Tiraquel. in l. 6. cõnubial, glossa 1. parte 6. numero 19. & ideo hoc docet Sanct. Thom. in 4 distinctione 34. quæstione vnic. articulo 2. ad tertium, quem cuncti sequuntur, secundum Sanch. d. disputatione 92 numero 19. vbi etiam quod est certissimũ apud omnes, & quod vsus Ecclesiæ id comprobat.

13 Et quamuis in sene decrepito hoc negauerit Portius in principio, Institutæ de nupt. columna 4. ad finem in versic. in fine glos. & dubius manserit Ant. Gomez in l. 9. Taur. numero 57. in fin. & Henriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 7. numero 3. in comment. litera, X. dixerit non esse improbabile: nihilominus tamen verius, & receptius est, senes etiam decrepitos capaces esse matrimonij, si nullo alio impedimento præter senectutem laborent ex supradictis: & quia vsus Ecclesiæ nullos senes à matrimonio contrahendo reijcit, & in terminis ita tenet post alios D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 8. §. 2. numero 10. versic. 9. Petrus Dueñas in regula 350. limitatione 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. titulo 13. Andreas Gail lib. 2. practic. obseruat. capit. 141. numero 8. Rojas in Epythom. succes. cap. 2. numero 21. Matienç. in l. 10. glossa 3. num. 4. tit. 8. lib. 5. nou. collect. Reg. Manuel Rodrig. in suis quæstionibus regular. tom. 1. quæst. 13. art. 1. & plures alios Theologos, & Iuristas referens sequitur Thom. Sanch. vbi supra, num. 20. & 21.

14 Vbi numero 22. quod hoc in fœmina quantũcunque vetula certius est, quia fri-

giditas coitum viri senis impediẽs ipsi nõ obstat, vtpote, quæ patiens est, & semen recipit, ad quod calor iuuenilis minime desideratur, Syluest. verbo matrimonium 8. quæst. 16. dicto 4. in fin. Anton. Cuch. lib. 5. instit. mai. tit. 12. num. 262. & Barbos. in l. 1. 1. parte, num. 97. ff. solut. matri.

15 Quod si vir senex sit adeo exhaustus, vt omnino impotens sit ad copulam habẽdam, nec iudicio medicorum iuuari arte possit, adhuc hunc capacẽ esse matrimonij contrahendi, sunt, qui probent, & teneant, quia semper habitu retinet intrinsecam seminandi intra vas potentiã, ac senio per accidens impeditam. ita videntur sentire Ant. de Butrio in c. 2. nu. 5. de frigid. & malef. Iaſi in l. sed est quæsitũ, n. 1. ff. de lib. & posth. Roland. à Valle de lucro dot. quæst. 103. nu. 17. tom. 9. tract. diuers. in nouis, & tenent in terminis Sũma Tabien. verbo impedimentum, impedimento 12. quæst. 3. num. 4. Nauar. lib. 4. consil. in priori editione, tit. de sponsal. cõsil. 39. numero 15. & 18. in posteriori autem editione, titulo de desponsat. impub. consil. 4. numero 15. & 18. Manuel Rodrig. in sua Summa 1. tom. 2. editione, ca. 235. conclusione 5. numero 5. Vega in secundo tom. suæ Summæ, cap. 34. caſo 61.

Sed verissima, & receptissima nostrorũ Doctorũ est in cõtrariũ, nẽpe huiusmodi senẽ esse matrimonij incapacẽ, nihil nãque refert cõsurgat impotẽtia perpetua, ac nulla arte reparabilis, siue à natura, siue ex accidẽti, cũ is nõ possit ad copulã, vpote sibi impossibilẽ obligari: huius opin. videtur fuisse glos. in ca. 2. in fi. de frigid. & malef. & ibi Innoc. n. vnic. Abb. 5. Ancha. nu. 2. & alij: & in proprijs terminis ita tenẽt glos. in d. l. sed est quæsitum 6. verbo nec ætas, ff. de lib. & posthu. & additio ad glos. in l. sancimus, verbo homines, C. de nupt. Hostiens. in d. ca. 2. in fin. de frig. & malef. & ibi Præpos. nu. 4. Alex. de Neuo, n. etiã 4 Greg. Lop. in l. 1. in fin. tit. 8. par tita 4. Ant. Cuchus lib. 5. instit. mai. tit. 12. nu. 257. Matienç. in rubrica glos. 1. n. 193. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. & nos lib. 1. Canonic. quæstionum c. 16. n. 13. Barbos. vbi supra, n. 94. & alij quãplures Iuristæ, & Theologi quos refert, & sequitur Thomas Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 92. nu-

mero 24. vbi ad fin. illius numeri cum alijs idem esse probat, si senex ille posset quidem coire, non tamen semina reintra vas, tunc namque irritum quoque esset matrimonium.

16 De matrimonio autem sterilium quid dicendum sit, dubitant Doctores, quibusdam existimantibus minime id validum esse, quia sicut matrimoniũ ordinatur ad copulam, ita ad prolis generationem, imo est potissimus finis prolis generatio, ita tenet Felin. in cap. cum sit, numero 15. versic. demum scire, de for. comper. & Iaſ. consil. 115. numero primo, volumine primo, dicens non esse proprie matrimonium, vbi mulier sexagenaria matrimonium contrahit.

Contraria tamen in hoc sententia, nempe sterilitatẽ nihil obesse valori matrimonij certissima est, & tenenda, eo quod Ecclesiæ vsus ita habeat, quia nunquam auditum est dissoluisse aliquod coniugium ratione sterilitatis, imo passim admittit senes ad illud ineundum, vt testatur (& ipse quoque sæpissime vidi) Thomas Sanchez vbi supra respondens fundamentis contrariæ partis, & tandem quia licet id matrimonium frustretur fine primario prolis generationis, consequitur tamen finem secundarium, nempe, satisfacere concupiscentiæ vera copula habita, quod ad eius valorem sufficit: ita sustinet D. Thom. in quarto, distinctione 34. quæstione vnic. articulo 2. ad 3. receptus passim ab omnibus Theologis, & Iuristis, excepris, quos supra pro contraria parte retulimus, quos bene impugnat Barbos. in d. l. prima, parte prima, numero 98. ff. solut. matrimonio, teste Sanchez vbi supra.

17 Maior autem difficultas esse videtur in illa quæstione de fœmina non potenti parere absque manifesto mortis propriæ periculo, cum tamen apta copulæ sit, an hac impotentia matrimonium dirimatur necne? in quo duas opiniones contrarias, vt probabiles cum suis Authoribus, & fundamentis refert Sanchez vbi supra, numero 27. & 28. & tandem probabilius sibi esse affirmat matrimonium

18 illius fœminæ esse validum, vt late probat d. numero 28. & numero 29. cum alijs tenet, similiter valere matrimonium, si mulier potens sit ad reddendum debitum, & si taliter affecta esset, vt certum esset fore, vt filios omnes mortuos pareret, vtrũque mihi placet, & sequor.

19 Vlterius prosequendo materiam dubitari etiam poterit, an detur aliqua impotentia naturalis respectiua, ac perpetua dirimens matrimonium respectu vnius tantum, aut alterius fœminæ? quam quæstionem late pro vtraque parte examinat Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 93. numero 2. 3. & 4. vbi late probat, & resoluit cũ alijs pluribus, quod in hac re dubitari nequit, quin si re vera detur impedimentum naturale perpetuum, respectu vnius, & non respectu alterius fœminæ vndecunque id consurgat, dirimat matrimonium respectu illius fœminæ solius erga quam est impotentia, vt ibi late probat.

20 Hinc deducens numero 4. quod quando propter membri virilis excessum fœmina non potest cognosci, nec arte aliqua huic impedimento succurri potest, erit irritum matrimonium cum illa, quãuis cum alijs non sit tale, erga quas excessus ille membri copulam non impedit, vt tenent plures Authores Theologi, quos ibi ad hoc refert, & Matienç. in rubrica glossa 1. numero 197. tituli 1. lib. 5. nou. collect. Reg. addit Sanch. contra plures non esse necessarium in hoc euentu Pontificẽ cõsulere, idemque esse dicẽdũ quãdo ob mẽbri virilis grossitiẽ impeditur copula cũ certa fœmina, si hoc impedimentũ nequit medicinis auferri: tunc namque impedietur, & irritabitur matrimonium cum illa, respectu cuius est impedimentum, secundum Hostiens. & alios, quos citat, & Gregor. Lopez in l. 17. verbo, *en miembros*, titulo 2. partita 4.

21 Secũdo dubitatur, quãdo in hac materia dicatur, & sit impedimẽtũ perpetuũ siue cõsurgat ex parte viri, siue ex arctitudine, aut virginitate fœminæ, ita vt respectu illius, ad quam est, dirimat matrimonium? & in hoc habemus tex. in c. fraternitatis de frig. & malef. vbi loquens tex. de fœmina arcta, quæ à viro, cui nupserat, cognosci nequibat, regulam generalem constituit ad cognoscendum quando impotentia censeatur perpetua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac ob id matrimonium dirimat ita dicens: Nos tamẽ perſpicaciter attẽdentes, quod impedimentum illud non erat perpetuũ, quod præter diuinum miraculum per opus humanum abſque corporali periculo poterat remoueri, ſententiam diuortij per errorem, licet probabilem, nouimus eſſe prolatam, cum pateat ex poſt facto, quod ipſa cognoſcibilis erat illi, cuius ſimili commiſcetur, & ideo inter ipſam, & primum virum dicimus matrimonium extitiſſe: ex quo tex. Doctores communiter colligunt eam impotentiam cenſeri perpetuam, quæ nulla arte humana abſque mortis periculo remoueri poteſt, & ideo ſi ſolo miraculo auferri poſsit, eſſe perpetuã, & ſimiliter ſi poſſit per opus humanum, non tamen abſque corporis periculo, at vero eſſe temporalem, quando naturaliter ſine eo periculo auferri poſsit: & ita concludunt vniuerſi Doctores, teſte Sanchez d. diſputatione 93. num. 7. & cauetur in l. 2. titulo 8. partita 4.

22 Hinc deducitur primo, matrimonium celebratum cum viro ita impotenti, aut cum muliere ſic arcta, vt illi defectui abſque miraculo ſubueniri non poſsit, erit tamquam nullum diſſoluendum, etſi ante diſſolutionem ceſſauerit iam per miraculum illa impotentia: ita tenent, & probant Henric. in d. cap. fraternitatis numero 12. Dominicus à Soto in quarto Sententiarum, diſtinctione 34. quæſtione vnica, articulo ſecũdo, columna ſeptima, immediate ante verſiculũ, ſed quid ſi, & alij plures, quos refert, & ſequitur Thom. Sanch. vbi ſupra, num. 8.

23 Secundo deducitur ſecundum eundem Auth. ibi numero nono, cenſeri impedimentum perpetuum, ac proinde dirimi matrimonium ratione illius, quando nequit auferri per opus humanum abſq; peccato: ideoque tex. in d. cap. fraternitatis decidens eſſe impedimentum temporale, quod per opus humanum auferri poteſt, intelligi debet de opere humano licito; ita tenent communiter Theologi, & Iuriſtæ, quos ibi refert, qui ſunt quam plurimi atque Gregor. Lop. in l. tertia, in gloſſa, *del ſegundo*, titulo 8. partita quarta. Hoc idem procedit in impedimento

24 maleficij, id enim cenſetur perpetuum, ac ſufficiens ad dirimendum matrimonium, quando ſolo alio maleficio auferri poteſt, eo, quod is auferendi modus illicitus ſit, vt infra in hoc eodem impedimento maleficij dicemus.

Tertio infertur, idem eſſe dicendum de fœmina arcta, quæ viro non frigido nupſit, & ab eo cognoſci nequit, ſed per coitum alterius viri potẽtioris poteſt illi aptari, aut iam aptata eſt; ſi enim conſtaret per vſum cuiuſcumque temporis prioris viri, aut arte medicinæ abſque corporis periculo non poſſe aptari, erit huiuſmodi matrim. nullum, cum non poſsit abſque culpa mortali fornicationis viro ſuo reddi apta per coitum cum alio, ita tenent communiter DD. vt conſtat ex Sanchez vbi ſupra, num. 10.

26 Vbi late examinat pro vtraque parte illam difficilem quæſtionem an eo ipſo, quod facti experientia comperitur, eam fœminam arctam potuiſſe ab alio viro cognoſci; vel matronæ peritæ iudicant poſſe à viro potentiori, præſumat ius, potuiſſe quoque cognoſci à priori illo viro, qui nec frigiditate, nec maleficio laborabat, ac proinde iudicet, matrimonium cũ illo initum eſſe validum necne? & refert ac fundat primam opin. quorundam tenentium id præſumi, ac proinde matrim. eſſe validum, & ſi ſic diſſolutum fuerit, reſtaurandum eſſe, quam tenent Innocent. in d. cap. fraternitatis, num. 1. 2. 3. & 7. & ibi Hoſtienſ. numero 7. cum ſequentibus, & cæteri cõmuniter Scribentes, Alex. de Neuo dicens eſſe communem ibidem in §. quamuis, numero 17. Dominic. à Soto vbi ſupra.

Secunda opinio habet, non ex eo quod potuit ab alio cognoſci, eſſe præſumptionẽ concludentem, potuiſſe quoq; à priori viro, & ita non inde cõcludi validum fuiſſe prius matrim. ſed inſpiciendum eſſe, an vterque vir ſimilis ſit, ætate, robore, ac mẽbro virili, etſi ſi males ſint, præſumi potuiſſe quoq; cognoſci à priori viro, ac proinde id matrimoniũ validũ: ſecus ſi diſſimiles ſint, quia prior vir erat ſenex, debilis, vel aliũ defectũ in virili mẽbro patiebatur, poſterior autẽ iuuenis, vel robuſtior vel eo defectu membri virilis carebat,

& hanc

& hanc tẽnent Abb. antiquus in d. cap. fraternitatis, numero ſecundo, & tertio, & ibi gloſſa verbo ſimili, & verbo debeat: & alter Abb. de frigid. & malef. & alij quamplurimi DD. quos congerit, & ſequitur Thomas Sanchez vbi ſupra, numero 12. dicens hoc multo verius eſſe, inter quos ex noſtris ſunt Montaluus, Gregor. Lop. Cuchus, Matienç. & multi Theologi, & numero 13. hoc intelligendum eſſe ait, quando eſt notabilis diſſimilitudo inter vtrumque virum, & numero 14. quod quando hæc differentia non conſtat, ſed eſt res dubia, ſtandum eſſe ea iuris præſumptioni, vt præſumatur eam fœminam potuiſſe à priori viro cognoſci, ac proinde eius matrim. ſit validum, & inſtauretur, ſi iam diſſolutum erat, quia in 28 hoc dubio potiores ſunt prioris viri partes, vtpote, qui iuris præſumptionem pro ſe habet, vt tenent plures, quos ibi ad hoc refert: oportet ergo ſecundum eos aperte conſtare de diſſimilitudine, ne præſumatur prius matrim. vilidum, ac reſtaurandum ſit: & hoc verum eſſe, quamuis prior maritus his nuptijs diſſolutis, iam ad alias migraſſet: quando autem conſtaret notabilis inter vtrumque virum diſſimilitudo, non eſt fœmina priori viro reddenda, quamuis ſit dubium, an per vſum illius potuerit quoque reddi apta, eo quod ſit contra illum præſumptio ſecundum Paludan. in quarto, diſtinctione 34. quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, in fine, & cum eo Sanchez d. numero 14. qui cum his declarationibus ſequitur præd. ſecundam ſententiam ſatis etiam communem, & receptam, prout ego quoque idem facio.

27 Deducitur præterea, quod ſi iudicio medicorum, impedimentum impotentiæ medicabile ſit, abſque corporali periculo, quamuis fœmina renuat inciſionem, aut medicamenta neceſſaria, quibus apta reddatur viro, firmum erit matrimonium, quia eius firmitas, & valor non pendet ex fœminæ voluntate, ſed ex ipſa rei natura, iuxta quam impedimentum illud temporale eſt, vtpote, quia poteſt per artem abſque corporis periculo tolli, vt tenent Paludanus in quarto Sententiarum, diſtinctione 34. quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, concluſione ſecunda, numero tertio, Diuus Antoninus in ſua Summa tertia parte, titulo primo, cap. 12. §. primo, Dominicus à Soto in quarto, d. diſtinctione 34. quæſtione vnica, articulo ſecundo, columna ſexta, verſic. ſed ais, & alij Theologi, & Iuriſtæ, quos refert, & ſequitur Thomas Sanchez d. diſputatione 93. numero 15. lib. ſeptimo, vbi cum Petro de Ledeſma addit, hoc eſſe verum, quamuis fœmina reniteret inciſionem, eo quod ad eam ſuſtinendam minime teneatur, & præterea bene probat, quod ſi medici dubitarent, an immineat mortis periculum ex illa inciſione, tunc ſubeſſe periculum mortis iudicabitur.

Maxima tamen difficultas verſatur circa intellectum tex. in d. cap. fraternitatis de frigid. & malef. quatenus decidit, eſſe impedimentum temporale, quod abſque corporali periculo auferri poteſt, an intelligatur præciſe de periculo corporali vitæ, an grauis morbi? & in hoc gloſ. in d. c. fraternitatis, verbo corporali, & ibi Hoſtienſ. & alij DD. tenent nomine huius corporalis periculi, intelligi periculum probabile vitæ, aut grauis morbi, vt patet ex d. cap. fraternitatis verſiculo quamuis igitur, & l. 2. titulo 8. partita quarta, quæ concordat cum d. cap. fraternitatis in illis verbis, *ſin peligro grande de de ellas*, & ibi Gregor. Lopez in verbo, *grande*, dicens, nam ſi eſt leue periculum tolerare debet, necnon & Montalu. in l. 1. verbo *flaqueza*, tit. 8. partita 4. Matienç. in rubrica, gloſſa 1. num. 97. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. eandem ſententiam tenent & ſequuntur alij quãplures Authores Theologi, & Iuriſtæ, quos congerit Sãch. vbi ſupra, nu. 17. alij vero tenent intelligi mortẽ ipſam, & ideo ſi impedimentũ tolli re vera poſsit, ſuperſtite perſona etiã cũ mortis periculo non irritari matrimoniũ, exiſtimantes in quocunque euentu, & cuiuis vitæ periculo expoſita fuerit mulier pariens inciſionem, ſi mortem euadat validum fuiſſe matrimonium, idq; inſtaurandum, quãuis prior vir, aut fœmina illa ad aliud tranſierit, eo quod vere illud impedimentum non fuerit perpetuũ, experiẽtia detegẽte potuiſſe abſq; morte

Universidad de Deusto
Biblioteca

reparari: ita sustinent Innoc. in d. cap. fraternitatis, numero 1. 2. 3. & 7. & ibi Ioan. Andr. numero 16. Anton. de Butri. num. 22. & 23. Anchar. numero 16. quæstione 2. Cardinal. numero 5. versic. oppono, & ibi Præpositi. numero 18. versic. in fine glos. & n. 20. in fin. Alex. de Neuo, & alij, quos refert Sanch. vbi supra, num. 16.

Tertia sententia verior, & probabilior habet, solius mortis periculum intelligi in d. cap. fraternitatis, dum loquitur de periculo corporali: eo quòd idemmet tx. cap. fraternitatis, versic. per hæc autem, se explicat, appellans mortis periculum, quod paulo antea in versic. quamuis appellauerat corporale periculũ: ibi. Nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solum modo leuis, sed forte tã grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur: & hanc tenent alij quamplures Authores, quos congerit, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 18. dicés, quod quamuis prior sententia præd. sit probabilis, sibi probabilius esse, quod habet hæc tertia sententia, credens tandem eo numero in fine eam non differre moraliter loquendo à primo loco, supra relata, quia quoties grauis morbus timetur, subest moraliter periculum mortis, & ita concordari possunt hæ opiniones.

29 Quod autem prædiximus censeri impedimentum temporale, quod medicabile est, absque vitæ discrimine intelligendum est, quoties potentia illa ope medicinæ restituta, est duratura non superueniẽte breui, alio impedimento perpetuo, secus est, si breui temporis spatio duratura est arbitrio iudicis limitando, ac postea ex eademmet causa primæua, adeo arcta reuerteretur fœmina, vt commisceri non possit absque mortis periculo, tũc namque perinde matrimonium non valeret, ac si immedicabile esset illud impedimentum, quia non dicitur cessare impedimentum quando nõ durat, ita tenet Caualcan. secunda parte, decisione 18. numero 4. & cum eo Sanch. vbi supra, numero 19. vbi numeris sequentibus alia in proposito huius impedimenti adducit, & declarat apud ipsum videnda.

30 Si vero ope medicinæ absque mortis periculo possit subueniri fœminæ virgini, vt apta reddatur viro imbecilli, valide erit matrimonium inter eos, etiamsi nullum peculiare impedimentum sit ex parte fœminæ, sed sola naturalis virginitas cæteris virginibus communis, sed tãrum imbecillitas viri, iuxta doctrinam D. Tho. in 4. distinctione 34. quæstione vnica, articulo 2. ad quintum, cõmuniter ibi, & alibi recepti per cæteros Theologos, quorũ plurimos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 26. latè id probãs, quam etiã tenent Gregor. Lopez in l. secunda, verbo, *maestrias*, titulo 8. partita 4. & Marc. Ant. Chucus lib. 5. Instit. maiorum, ca. 12. numero 261. alias quæstiones in proposito examinat Sanch. ibidem numeris sequẽtibus, in quibus ipse erit videndus.

Disputant in proposito DD. an fœmina nupta, cuius arctitudini iudicant medici posse per incisionem absque mortis periculo subueniri, vt reddatur apta viro, teneatur illã pati: & in hac quæstione duo casus sunt considerandi. Primus est, quando mulier naturaliter est præ cæteris arcta: secundus quando arcta non est, sed solum naturale virgineum signaculum virili congressui obstat. 31

Et in priori casu sunt opiniones, prima habet, debere mulierem arctam leue periculum pati, atque ita videtur à contrario sensu non teneri pati graue; huius opinionis fuit glossa in d. cap. fraternitatis, verbo corporali de frig. & malef. Greg. Lopez in d. l. secunda verbo, *grande*, titulo 8. partita 4. Caualcan. decis. 18. numero 4. Lanzelot. in Instituta Iur. Canonici, lib. 2. titulo quæ matrimoniũ impedir. poss. 5. item frigiditas verbo ope medicorum.

Alij censent, teneri pati incisionẽ, vbi non imminet periculum graue mortis, ita Concanonicus noster Magister Palatio in quarto, distinctione 34. disputatione 1. columna penult. verbo quinto respondebis, Ouand. Angles, & Cañedo, quos refert Thom. Sanch. d. lib. 7. de matrim. disputatione 93. num. 31.

Tertia sententia verior, & tenenda distinguit hoc modo, vt mulier præd. teneatur pati incisionem cum molestia, & grani dolore, & cauterio faciendam: non vero grauissimum morbi incommodum, ita tenent ac docent Dominic. à Soto in 4. distinctione 34. quæstione vnic. articulo 2. columna 7. versic. dubiũ autem, Manuel Rodrig. in summa primo tom. in secunda editione, cap. 235. numero 1. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 7. numero 8. Ludouic. Lopez, Bartholomæus à Ledesma, & Vega, quos refert, probat & sequitur Sanchez vbi supra, numero 32. idem à fortiori tenentes, quando impedimentum est solius virginitatis fœminæ.

In secundo vero casu principali supra dicto, nempe quando solum est naturale virginitatis impedimentum Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 58. articulo 1. columna penultima, tenet non teneri fœminam medicamentum vilum admittere, quamuis eo admisso posit absq; periculo reddi apta viro, & sic matrim. validum sit, quia nullam patitur ægritudinẽ, aut defectum, nec per eam stat, quominus viro debitum reddat, sed viro incumbit remedium quærere, ipsa enim quatenus ex se est, apta est cognosci naturaliter à viro non imbecilli, sicque ex eius tantũ parte impedimentum consurgit: contrariam tamen omnino sententiam in hoc tenent, & late probant alter Ledesma in secundã partem quarti, quæstione 60. articulo 2. columna 5. versic. sed dubitabis, Angles Ludouic. Lopez, Vega, Cañedo, quos refert, & sequitur bene hanc partem probãs Sanch. vbi supra, numero 34. quod numero 35. cum alijs temperat, vt id verum sit, quoties potentia viri cũ corruptis est manifesta; & addit, cautissime iudicẽ procedere debere antequam ad hoc medium perueniatur, & prius considerare, an vir sit frigiditate, aut maleficio affectus ex præsumptionibus de quibus infra, & quando ex illis constiterit neutro eum vitio laborare, & ex viri inspectione nullus in mẽbro virili defectus declaretur, constabit esse potentem ad alias, & solam huius fœminæ arctitudinem, aut virginitatem obstare: potest etiam probari eum esse potentem ad corruptas, si ipse iuret eas cognouisse, & ipsę similiter se ab eo cognitas, vt bene probat decis. Capellæ Tolosan. 581. dubio primo, numero 1. nõ enim res hæc turpissima alijs testibus ocularibus probari potest.

32 Matrimonio autẽ dissoluto ob vtriusque cõiugis perpetuũ impedimẽtũ, vtriq; aliæ nuptiæ interdicendæ sunt: si vero ob alterius tantum impedimentum illi interdicuntur, vbi cessauerit impedimẽtum licentia ad alias nuptias transeundi, vt constat statẽ viri impedimento ex cap. laudabile de frigid. & malef. & cap. 2. in fin. 33. quæstione 1. & de impedimento fœminæ in cap. ex literis eodem titulo. Hæc doctrina bimembris supra dicta est D. Thom. in quarto, distinctione 34. in fin. in expositione literæ, quem vniuersi sequuntur secundũ Thom. Sanch. d. disputatione 93. numero 37. vbi respondet contrarijs, & declarat quod hæc ita se habent, quãdo impotẽtia est absoluta, quia si est respectiua, datur vtrique coniugi licentia contrahendi cum alia persona, erga quam non sit ea impotẽtia secundum Enriquez, quem refert: & addit, quod si coniux potens aliud iniret matrimoniũ non expectata Ecclesiæ sententia, peccaret, & esset validum secundũ Sotum in quarto distinctione 34. quęstione vnic. articulo 2. in fine corporis: plura alia de impotentia, quando sit impedimentum refert Basil. vbi supra, cap. 32. pag. 475. cum sequentibus.

SVMMARIVM Cap. CXIII.

1 IMPOTENTIA *perpetua ad copulam ex maleficio consurgens dirimit matrimoniũ subsequens cum persona illa, ad quam est impotentia.*

2 *Legis 5. titulo 8. partita 4. litera refertur.*

3 *Legis fi. titulo 8. partita 4. litera refertur.*

4 *Maleficium perpetuum censetur quãdo auferri non potest, nisi per aliud maleficium.*

Idem quando tolli non potest nisi per diuinum miraculum: secus si per Ecclesiæ exorcismos, vt in numero 5.

6 *Maleficium an dicatur perpetuũ quando auferri non potest nisi per eundem authorem, modo licito?*

7 *Maleficium in dubio præsumitur perpetuum.*

8 *Maleficium, qui procurauit, non potest*

Universidad de Deusto
Biblioteca

petere matrimonij dissolutionem.

9 *Malefici possunt suis maleficijs reddere hominem viri potentem ad copulam, & quibus modis dæmonis arte soleant id facere, & de alijs in proposito.*

10 *Maleficij signum an liceat destruere ad obtinendam maleficij sanitatem.*

11 *Maleficus quilibet an liceat, & possit interrogari, an norit in quo tale maleficium consistat, vt signum destruatur, & si ille ignoret, non poterit induci, vt per suam artem id inuestiget: & an si forte is addiscat nouo pacto cum dæmone inito, possit ea scientia vti? numero 12. affirmatur.*

CAPITVLVM CXIII.

De impedimento maleficij.

1 IMPOTENTIA perpetua ad copulam ex maleficio cõsurgens dirimit matrim. subsequens cum persona illa, ad quam est impotentia, vt constat ex cap. fin. 33. quæstione prima, quod quamuis sit ex quodam Archiepiscopo desumptum, vsu Ecclesiæ quo ad hoc tamquam textus receptus est: idem constat ex c. fi. de frig. & malef. quem tex. vniuersi Scribentes de impedimento maleficij intelligũt, dẽpto Innoc. qui de impedimento frigiditatis illum intelligit, vt inquit Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 94. numero 8. in principio, & probatur in l. 5. titulo
2 8. partita 4. cuius litera ita se habet, *Fechizos, o otro mal fecho faziendo algun home, o muger, de manera que nõ se pudiesse ayũtar carnalmente con su muger o ella con el, podria ser que tal mal fecho como este que duraria por siempre, o fasta algun tiempo, è si por auentura se querellare alguno destos, o amos a dos ante alguno de los juezes de santa Iglesia, diziendo que los departian por razon de tal embargo para ser sabidor aquel que los ha de partir, como lo deue fazer, è quando, deueles dar plazo de tres años que viuan en vno, è tomar la jura dellos, que se trabajaran quando pudieren para ayuntarse carnalmente, è si fasta este tiempo non se pudieren ayuntar, è lo querellare otra vez alguno dellos, ò ambos, entiendese que el embargo es para siempre. Pero antes que los departan, deuelos fazer catar à homes buenos, è buenas mugeres, si es verdad que è entre ellos tal embargo como razonan. E demas desto deuen fazer jurar à cada vno dellos en esta manera, al varon que jure à buena fee sin engaño, que se trabajò, è dio obra quanto pudo para yazer con ella, mas que lo non pudo acabar. E la muger otrosi, que jure que non fizo engaño ninguno, ni lo dexò por ninguna manera, que non yoguiesse cõ ella su marido. E deuen jurar con el varon siete homes buenos de sus parientes, si los vuiere en aquel lugar, è si non con otros que creã que jurò verdad. E la muger deue jurar en essa misma guisa con siete parientes, ò con otras siete buenas mugeres de aquel lugar, è despues desto deuelos departir è dar licencia à cada vno dellos que casen si quisieren.*

Hæc conclusio fuit D. Thom. in quarto, distinctione 34. quæstione vnic. articulo 3. in corpore, & ibi communiter omnes Theologi eum sequuntur, & alibi sæpissime, estque communissima, & receptissima omnium sententia, vt constat ex infinitis Authoribus eam tenẽtibus, quos citat Sanch. d. numero 8.

Idẽ constat ex decisione tex. in l. fi. tit. 8. partita 4. dum huiusmodi differentiam
3 constituit inter maleficiatos, & frigidos, nempe: *Maleficiados, è frios de natura son dos maneras de homes, que son embargados para non poder casar, segun dize en la ley antes desta. Pero à departimiento entre ellos de guisa, que si el que fuesse frio de natura fuesse partido de su muger por mãdado de santa Iglesia, si despues casasse cõ otra, deuenlo partir de la segunda, è fazer tornar à la primera, è esto es porque semeja que lo fizo en desprecio de santa Iglesia, casando engañosamente otra vez. Ca quien frio es de natura, tambien lo es con la vna muger, como cõ la otra. Mas si el que fuesse maleficiado maguer lo departiesse santa Iglesia de vna muger, si despues casasse con otra bien puede fincar con la segunda, è nõ deue tornar a la primera. E esto es por que podria ser maleficiado a la primera muger, è non a la segunda.*

4 Censetur autem maleficium perpetuum, si non possit auferri per opus humanum, nisi per aliud maleficium (quod minime licitum est, scilicet tollere maleficiũ alio maleficio, esset namque grauissimum scelus, vt late ex pluribus docet Thom. Sãch. lib. 7. de matrim. disputatione 45. per totam) ita D. Thom. & communiter DD. vt patet ex eodem S .ch. vbi supra nu. 9.
5 vbi numero 10. quod similiter cẽsebitur perpetuũ maleficiũ, quamuis tolli possit per diuinũ miraculũ, secus si per Ecclesiæ exorcismos, vt fatentur omnes, & nu. 11.
6 agit idem Author, quid dicendum sit, quando impedimentum maleficij potest auferri à solo eius Authore etiam modo licito: & resoluit, non esse tunc præd. impedimentum perpetuum, sed temporale.

7 In dubio autem, quando constare nequit, an sit perpetuum præd. impedimentum maleficij, vel tẽporale, præsumetur perpetuum, & dissoluetur matrimonium, quando triennio coniuges dederunt operam copulæ carnali, nec perficere potuerunt iuxta d. ca. fi. de frig. & malef. ita tenent communiter DD. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, num. 12.

8 Ille autem, qui procurauit maleficium, non potest petere ratione illius dissolutiõ matrimonij, cũ sua culpa id euenerit, iuxta glossam verbo separari in cap. fin. 33. quæstione 1. & tenent alij Authores, quos citat Sanch. vbi sup. num. 15. quamuis ipse ibi contrarium probet, quia nihil refert ad matrimonij firmitatem, siue coniux, siue alius maleficium procurauerit, cuius in hoc sententia probabilis videtur, sed à priori tamquam recepta recedendũ non est in practica.

9 Quod autem malefici possint suis maleficijs reddere hominem impotentem ad copulã, & quibus modis id dæmonis arte soleant facere, & quibus item signis dignosci possit, an impotentia ex frigiditate, an potius ex maleficio consurgat, & quæ sint signa maleficij, agit late Sanchez d. disputatione 94. numero 1. cum sequentibus,

& ante eum Mascard. de probat. primo tomo, conclusione 311. & in secundo tom. conclusione 888. per totas.

10 An vero liceat maleficij signũ destruere ad obtinendam maleficij sanitatẽ, agit late idem Sanch. d. lib. 7. disputatione 96. numero 2. & 3. vbi cum communi, & recepta sententia quamplurium Authorũ quos citat, probat & tenet, licere ipsi maleficio, vel cuicumque alij signa maleficij temporalis amouere animo destruẽdi pactum cum dæmone initum, & obtinendi sanitatem maleficiati, & numero 4. addit posse interrogari alium maleficum, an norit in quo tale maleficium consistat, vt signum destruatur, quod si ille ignoret, nõ poterit induci, vt per suam artem id inuestiget.

11

12 Vt si forte is addiscat nouo pacto cum dæmone inito, possum ea scientia ad destruendum signum maleficij in meum cõmodum vti, vt tenet Ouand. in quarto distinct. 34. quæstione vnic. disputatione vnic. pagina antepenult.

SVMMARIVM Cap. CXIIII.

1 *IMPOTENTIA perpetua cognita contrahentibus matrim. vel illi qui potens est, an dirimat matrimonium, vel saltim possint illud cõtrahere vt tanquam fratres habitent? & an ad id teneantur? & in numeris sequentibus.*

CAPITVLVM CXIIII.

De impotentia perpetua cognita contrahẽtibus matrim. vel illi qui potens est, an dirimat matrim. vel saltim possint illud cõtrahere, vt tanquam fratres habitent, & an ad id teneantur.

1 HANC quæstionem ad vtramq; partem latissime examinat Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio

nio, disputatione 97 numero 1. cum sequē tibus, & circa primam partem eius quæstionis, numero 1. & 2. refert duas quæstiones sibi invicem contrarias, primā affirmatiuam Magistri Sentent. in quarto, distinctione 34. cap. 1. & D. Thom. in 4. distinctione 36. quæstione vnic. articulo primo, in corpor. & ad quartum, & distinctione 34. quæstione vnic. articulo 2. ad quartum, & aliorum plurium Theologorum, & Iurisperitorum, nempe in præmissa specie validum esse matrim. inter eos celebratum: secundam negatiuam, nō valere, quam tenent & probant Scotus, Abulens. & alij quamplurimi Theologi, & Iuristæ maiori numero, quam affirmatiuam, & è nostris eam quoque tenent Hostiens. Abb. Enrichus, Felin. Alex. de Neuo, Montalu. in l. prima, verbo *mascomo*, & ibi Gregor. Lop. verbo *marido*, titulo 9. partita 4. Nauar. in summa, cap. 22. numero 60. & lib. 4. consil. in secunda editione titulo de frigid. consil. 3. numero 2. Marc. Ant. Cuchus lib. 5. instit. mai. titulo 12. numero 268. Matienç. in rubrica, glossa 1. numero 196. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Barbos. in l. prima, parte 1. numero 92. ff. solut. matrim. & alij quamplures ibi à Sanch. congesti, qui eam quoque sequitur, & latè comprobat tanquā verisimam, & communissimam sententiam, prout eam esse affirmat, & nos quoque confitemur, & sequimur.

2 Circa secundam partē quæstionis principalis de qua in tit. huius cap. nempe, an saltem præd. possint matrim. contrahere (licet nulliter) vt tanquam fratres cohabitent ad solam vitæ societatem? & quidē, quando initio est bona fide inter eos contractum matrimonium, scilicet ignorantes impedimentum impotentiæ, procul dubio est posse hoc fieri, vt in cap. consultationi, & in cap. laudabilem de frigid. & malef. & in cap. secundo, 33. quæstione 1. & in Motuproprio Sixti V. de matrimonio eunuchorum, agente expressa l. 1. titulo 9. partita 4. ibi: *Pero si quisieren callar su embargo, è viuir en vno no como marido, y muger para ayūtarse carnalmente: mas como hermanos pueden lo fazer.*

3 Hoc tamen casu non licent eis tactus, qui solutis interdicuntur, eo, quod re vera coniuges non sunt, vt docent Dominic. à Soto in 4. distinctione 34. quæstione vnic. articulo 2. ad fin. corpor. Nauar. lib. 4. cōsil. in secunda edit. titulo de frig. & malef. consil. 3. numero 1. Manuel Rodrig. in secunda editione suæ sum. cap. 235. numero 1. & alij, quos refert, & sequitur Tho. Sanch. vbi supra, numero 4.

4 Vbi numero 5. quod nullatenus sunt permittendi sic manere, quando incontinenter viuunt, vacando tactibus, aut in eodem lecto dormientes, vt cōstat ex præd. Motuproprio Sixti V. & quod tunc Episcopus debet eos separare, vt tradunt Hostiens. in d. cap. consultationi in fine, & ibi quoque Ioan. And. in fin. Ant. de Butrio, numero 2. & Anchar. in fi. & Henrichus in cap. fraternitatis numero 6. eodē titulo de frig. & malef. Gregor. Lopez in d. l. prima, in glossa, *para ayuntarse*, titulo 9. partita 4.

5 Ego vero huiusmodi cōfœderationē cēseo esse periculosissimam, ac proinde, non esse facile concedendam ob incontinentiæ periculum, quod omnino est fugiendum; qui enim amat periculum, peribit in illo: & huius opinionis prior Author fuit Philiarc. de officio Sacerd. primo tom. parte secunda, lib. 2. cap. 10. versic. sed dubium est, quem refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 6. post alios, quos refert, sed antequam eos vidissem profecto hoc idem decreueram. Nihilominus tamen iudex Ecclesiasticus non poterit, his volentibus instar fratris, & sororis cohabitando permanere, denegare hāc cohabitationem, dum aliud non constiterit, tum cum pro se habeant iuris præsumptionē, cum iura precitata eam sibi concedant, tum etiam ex d. Motuproprio Sixti V. qui solum eos separari iubet, quando incontinenter viuunt, aut in eodem lecto dormiunt; quare merito Nauar. d. consil. 3. numero 14. in prima editione in solutione ad 6. & in secunda, consil. primo eodem numero. & solutione, lib. 4. consil. de frigid. quem refert Sanch. qui supra, numero 7. ait, quod quamuis talis cohabitatio sit aliquando periculosa, frequenter tamen caret periculo; ideoque iudicem non eos sic habitare permittuntū, si essent adeo iuuenes, ac infirmi, & in venerea propensi, vt iure optimo esset continētiæ timor, prout frequentius in hac specie ipse cēseo esse periculu incontinentiæ: quo casu tenētur ipsi reclamare, vt authoritate Eccle siæ dissoluatur matrim. cum aliter absque scandalo separari nequāt stante matrimonij præsumptione in foro Ecclesiæ: si tamen cessante scandalo separari possent, ad id non tenerētur, vt probat Sanch. vbi supra, num. 8.

6 Quando autem impotens suæ incontinentiæ conscius decepit fœminam ipsam ducens eam in vxorem, secundum vnam opinionem tenetur eam, vt sororem habere, & alere, hanc sententiā tenent glossa in cap. secundo, versiculo idcirco, & in cap. penultimo in fin. 33. quæstione 1. & alij quamplures Authores à Sanch. vbi supra citati, numero 9. altera habet contrarium, nempe id non esse præceptum, sed consilium, quam tenent glossa in d. ca. laudabilem, verbo, quod si ambo de frig. & malef. & ibi DD. & alibi sæpissime, quos congerit, & sequitur Sanch. numero 10. dicens esse veriorem: & numero 12. cum quamplurimis Authoribus.

7 Idem probat, & tenet, quando ambo coniuges tempore iniri matrimonij norant impotentiam, contra alios plures tenentes in hac vltima specie, eos teneri tāquam fratres conuiuere ac ad alimenta, ita vt neutri liceat altero inuito resilire: & quamuis vtraque harum sententia sit probabilis, ego magis probo priorem, scilicet, vt neque in hac vltima specie ad id teneatur.

8 Si vero in præmissa specie, nimirum quando ab initio cognita impotentia volunt vir, & fœmina non matrimonio copulari, sed quoddam societatis vinculum inire, quo simul habitantes ad mutua seipsos obsequia obligent, vt fœmina inseruiat viro, & hæc illi alimenta administret: dicunt DD. vtriusque Scholæ hoc licitum esse, dummodo periculum incontinentiæ non subsit, quos sequitur Sanchez vbi supra, numero 13. vbi cum Philiarco bene addit, non facile permittendam huiusmodi confœderationem, quod maxime probo propter periculum incontinentiæ, & eo fortiusquod extra figuram matrimonij in hoc ab initio conueniunt.

9 Quod si in modo proxima specie vir potens trāseat ad matrimonium cum alia fœmina, tenebitur virtute præd. pacti priorem adhuc alere, sicut & ipsa tenetur ei inseruire, vt cum Soto, & Ludouic. Lopez tenet Sanchez vbi supra, numero 14. vbi numero 15. quod si tactibus vacent, aut in eodem lecto dormiant, sunt omnino separandi.

SVMMARIVM Cap. CXV.

OMI

1 MATRIMONIVM *prius iuxta ritum Ecclesiæ dissolutum ratione frigiditatis viri, si ille aliam duxerit, restaurandum est.*

Et quid si tunc prior vxor obierat? numero 2.

Vel aliam mulierem cognouerit fornicarie? numero 3.

4 *Arcta fœmina separata ob hoc à viro, & alij nupta, & cognita ab eo, an sit tunc prius matrimonium restaurandum?*

Et an sit statim separanda à secundo viro? & quid si primus vir aliæ coniunctus erat matrimonio? & an interdicatur petitio, & redditio debiti? numero 5.

6 *Matrimonio separato iudicio Ecclesiæ ob maleficium concedenda est licentia vtrique transeundi ad alias nuptias.*

Et quomodo sit hoc intelligendum? numero 7. & 8.

9 *Matrimonium contractum nō est statim instaurandum post eius dissolutionē factum ad instantiam mulieris, dicētis virum esse impotentem nulla causa impotentiæ expressa.*

10 *Coniuges iurantes à principio esse potentes, si postea dissoluatur matrimonium ob impotentiam, debent agere pœnitentiam de periurio commisso.*

11 *Fœmina à viro separata ob impotentiam, & ei restituta, ob deceptionem circa impotentiam deprehensam, sit illi restituēda si ab eo adhuc nequeat cognosci.*

12 Sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 *Sententia lata in causa matrimoniali, non transit in rem iudicatam & numeris sequentibus vsque in finem latè hæc conclusio declaratur.*

CAPITVLVM CXV.

De restauratione primi matrimonij.

1 MATRIMONIVM prius iudicio Ecclesiæ dissolutum ratione frigiditatis viri, si ille aliam duxerit, restaurandum est; tex. in ca. laudabilem ad fin. de frig. & malef. cum simil. quod intelligendum est, si constiterit posterius matrimonium consummatum esse: ita tenent communiter DD. Canonistæ, & Theologi, nempe Hostiens. in Sũma, titulo de frig. & malefic. §. qualiter, & quando, numero 10. versic. & siquidẽ, & in cap. primo, numero 1. verbo acceperis de frig. & malefi. Ioan. And. in d.c. laudabilem numero 3. eodem titulo, & ibi Anton. de Butr. in fine, Alexand. de Neuo, numero 4. Præposit. secundo, in 3. notab. Ant. Cuchus lib. 5. instit. mat. titulo 12. numero 264. Dominic. à Soto in quarto, distinctione 34. quæstione vnic. columna penultim. versic. alter autem, & alij quãplures Authores vtriusque Scholæ, quos refert, & sequitur Thom. Sãchez de matrim. lib. 7. disputatione 99. numero 4. 5. 7. & 8.

2 Vbi nu. 6. quod si tempore quo frigidus hic ad alias nuptias trãsit, prior vxor obierat, adhuc statim separandus est à posteriori matrimonio, donec se potentem probet, & deceptam fuisse Ecclesiã, quia interim est præsumptio impotentiæ contra ipsum.

3 Quod procedit eadem ratione, si vir ille ratione frigiditatis separatus fœminã quamcunque cognoscat fornicarie, cum iam constet falsam fuisse frigiditatem, vt ex supradictis Authoribus, & alijs tenet Sanch. ibidem, numero 5. vbi numero 8. cum sequentibus plura ex supradictis deducit, & numero 13. agit qualis in proposito probatio plena possit haberi consummationis prioris matrimonij, seu copulæ fornicariæ frigidi, vt sic instauretur prius matrimonium.

4 Sed quid erit dicendum in fœmina ratione arctitudinis à priori viro separata, si alij viro nubat, ab eoque cognoscatur, an tunc sit instaurandum prius matrimoniũ, posteriori dissoluto? & quidem habemus in hac specie textum in cap. fraternitatis versic. nos tamen de frigid. & malef. decidentẽ, quod quando patet ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur, validum esse prius matrim. & secundum nullum, & ideo separandos esse, qui secundum de facto cõtraxerunt.

Verum difficultas huius quæstionis in eo consistit, an in hac eadem specie sit prius inquirendum, vterque vir sit similis complexionis, cum tex. ille in sua narratione meminerit huius qualitatis ibi, cuius simili commiscetur, quam quæstionem latè tractat Sanch. vbi supra, numero 15. & resoluit attendendum esse an sit talis dissimilitudo inter vtrumque virum, & tunc non esse instaurandum prius matrimonium, secus si ea dissimilitudo non sit.

5 An autẽ fœmina hæc arcta, quæ alij nupsit, sit statim separanda à matrimonio posteriori, & si forte vir prior aliam duxerit, separandus quoque sit, & interdicenda sint petitio, & redditio debiti, atq; aliæ nuptiæ, si nondum prior ad illas alias transierat, distinguit Sanch. vbi supra, numero 17. & 18. omnino videndus, cuius distinctio mihi placet: & numero 19. agit qualis probatio posterioris copulæ in hoc casu requiratur.

6 Superiora omnia in hoc cap. contenta procedunt quoties matrimonium prius separatur ob impedimentum impotentiæ frigidi, secus vero in dissolutione matrimonij legitime facta per Ecclesiam ratione maleficij, siue alterius, siue vtriusque coniugis, tunc namque concedenda est vtrique coniugi licentia transeundi ad alias nuptias; ac proinde eis ineuntibus aliud matrimoniũ idque consummantibus nequaquam prius instaurandum erit matrimonium, ita videtur probari in cap. fin. 33. quæstione 1. & tenet glossa in cap. 1. verbo

verbo reparare, & in cap. laudabilem, verbo separentur, & verbo redire, & in cap. fi. verbo cognoscendi de frigid. & malef. & hæc est communissima, & receptissima sententia, vt constat ex infinitis Authoribus eam tenentibus, quos refert, & sequitur Thomas Sanch. d. disputatione 99. numero 22. & approbatur expresse in l. fin. titulo 8. partita 4. cuius verba sunt hæc, *mas si el que fuesse maleficiado, maguer lo departiesse Sancta Iglesia de vna muger, si despues casasse con otra, bien puede tornar con la segunda, è nõ deue tornar a la primera, è esto es porque podria ser maleficiado a la primera muger, è non a la segunda*, & ibi Greg. Lopez verbo, *tornar*.

7 Hæc tamen communis, & secura sententia est intelligenda, quando separationis sententia legitime lata est, scilicet lapso triennio experientiæ, & adhibitis legitimis probationibus, quas ius ad dicti matrimonij separationem petit (de quibus in ferius agemus) si enim non legitime dissolutum sit, debet instaurari, vt error sententiæ dissolutionis reparetur, donec adhibeãtur omnia requisita ad dissolutionem, ita tenet Gregor. Lopez in d. l. fin. in glossa verbo *tornar*, titulo 8. partita 4. Henriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 8. numero 2. & in comment. litera, I. & numero 3. in commento litera, L. Nauar lib. 4. cõsil. in vtraque editione, titulo de frigid. cõsil. primo, per totũ; sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 23. dicens quod neq; hoc aliquis negabit.

8 Secundo intelligenda est præfata conclusio, & sententia quando maleficiũ est particulare respectu vnius, aut alterius tãtum (vt regulariter contingit) quia non ex hoc deregitur Ecclesiam fuisse deceptam, cum possit esse maleficiatus quoad vnam, & non quoad aliam, vt expresse cauetur in d. l. fi. in fin. secus vero si constaret maleficiũ esse generale respectu omnium; tunc namque si maleficiatus dissoluto priori matrimonio per Ecclesiam ad aliud transiret, idque consummaret, separandus esset, & instaurandum prius matrimonium, quia apparet Ecclesiã fuisse deceptam, quæ iudicauit perpetuum impedimentum, quod apparuit temporale: & similiter, si cum separatio fuit facta propter maleficium particulare, appareat postea Ecclesiam fuisse deceptã, veluti, si ille separatus animo fornicario cognouit primam, tunc namque separabitur à secunda & reintegrabitur primum matrimoniũ, quia apparet non fuisse perpetuum impedimentum, vt tenet glossa in d. cap. fraternitatis verbo diuinum miraculum, & ibi Ant. de Butr. Gregor. Lopez in d. l. fin. verbo *tornar*, & ex Theologis D. Thom. & alij quamplures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch vbi supra, numero 24. & 25. qui d. numero 24. idem esse dicendum ait, si maleficiatus ille respectu omnium fornicaretur cum aliqua, quia tunc instaurandum esset prius matrimonium: & quod quamuis difficile tunc esset cognitu maleficium esse vniuersale, at posse id deprehendi, quando plurimas fœminas maleficiatus ille tentauit cognoscere, & nullam potuit: cum tamen eum non esse frigidum constet, secundum Sotum, & alios quos citat.

9 Deinde obseruandum erit, quod si mulier allegans virum esse impotentem, nulla tamen impotentiæ causa expressa, & vir post separationẽ matrimonij ad aliud transierit, non erit statim instaurandum prius matrimonium, eo quod tunc mulier torum suum ius videtur in iudicium deduxisse, vnde idem est ac si per frigiditatem, vel maleficium esset dissolutum matrimonium, & quando propter malificium dissoluitur, non instauratur matrimonium, ex eo quod maleficiatus ad aliud transierit, vt diximus supra: ita tenet glossa in ca. requisiti, verbo acceperit 33. quæstione 1 & Astens. in 2. parte suæ summæ, lib. 8. titulo 37. articulo 1, & 2 quod merito placet Thom. Sanch. d. lib. 7 disputatione 99. numero 27 in eo sensu, vt non statim, ac consummatur posterius matrim. à viro illo, sit prius instaurandũ, donec causa impotentiæ discutiatur, quam iudex tenetur inquirere ob quam dissolutum est prius matrim. vt inde discernat, vtrum ex ijs matrimonium valeat: quod si iudex, qui dissolutionis prioris matrimonij sententiam protulit, causam impotentiæ nõ expressit, erit à præsenti iudice considerandæ ex probatis in priori processu, & ex cautis, quas testes matronæ, & medici reddiderunt

derunt, quod si nec ex eis constet, ipse denuo inquiret, & cum mulier illa legitime nupserit, & sit possessio pro eius matrimonio, non est contra id matrimon. aliquid intentandum, nec separandum, donec cõster prius validum fuisse, & instaurãdum: at separandum est posterius impotentis matrimon. vtpote contra quod est præsumptio ratione impotentiæ donec causa discutiatur: ita recte perpẽdit ac discurrit Sanch. vbi supra, numero 28. qui numero 29 hinc deducitur, quod quãuis pars non teneatur allegare causam impotentiæ, iudex tamen tenebitur eam explicare in sua sententia, & expliciter discurrere ex rationibus de quibus ibi per ipsum.

10 Videtur tamen, quod antequam instauratio prioris matrimonij fiat in casibus, in quib⁹ ea legitime fieri debet, debeat prius vterque coniux pœnitentiam agere de periurio commisso, dum in separatione impotentiam iurarunt, & hoc ex tex. in d. cap. laudabilem in fin. de frigid. & malef. ibi: Et peracta pœnitentia cogantur ad priora connubia redire: & in cap. requisisti 33. quæstione 1. sed bene Turrecremata ibi in fin. satis esse ait, si incepta pœnitentia sit: & melius Sanchez vbi supra, numero 30. credit, satis esse illis iniunctã fuisse, respondens præd. textibus in contrarium præcitatis, declaransque mentem illorum quomodo suæ opinioni non obsint.

11 An autem si fœmina à viro separata, quod ab eo cognosci nequeat, & ei restitura ob deceptionem circa impotentiam deprehensam, sit illi restituenda, si ab eo adhuc nequeat cognosci, & quoties hoc fieri debeat, agit late Thom. Sanch. vbi supra, numero 31. cum sequentibus, qui est videndus in proposito, & numero 37. cũ sequentibus agit, qualis restitutio facienda sit, quando tempore, quo inuenitur deceptio Ecclesiæ circa dissolutionis matrimonij sententiã, est iam alter coniux professus, aut sacris initiatus, & alia in materia vtilia: an autem matrimonio dissoluto ratione impotentiæ vtriusuis coniugis, & errore comperto ex impotentis fornicatione, aut posterioris matrimonij cõsummatione liceat potenti celebrare diuortiũ ob eam copulam impotentis, agit late idẽ Sanchez d. lib. 7. tota disputatione 101.

12 Denique in proposito illud hic adducere volumus, in matrimonio speciale esse, vt sententia in coniugali causa lata, qua cumque circunspectione præmissa, siue bis ab ea prouocatum fuerit, confirmataque sit, siue lapsus termini ad appellandũ sit, nunquam trãseat in rem iudicatam, ac proinde non ita efficacem authoritatem sortitur, quin retractanda sit, quoties compertum fuerit eam errore quodam latam fuisse: tex. est in cap. lator, in versic. mandamus quatenus: & in cap. consanguinei, & in cap. tenor de sententia, & re iudic. & in cap. fraternitatis de frigid. & malef. vbi hoc docent communiter DD. & alibi ſæpissime, quos refert, & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, cap. 8. §. 12. numero 12. in principio, & Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 100. numero 1. vbi refert, & defendit communem huius cõclusionis rationem post Couar. vbi supra, numero 16. cum duobus sequentibus.

13 Et in his sententijs non transeuntibus in rem iudicatam potest probari iniustitia sententiæ tam respectu meritorũ causæ, quam respectu ordinis processus per acta causæ, quamuis transierit decennium à tempore sententiæ: secundum Abb. in d. cap. lator numero 5. & ibi Alexand. de Neuo, numero 4. & Sanch. vbi supra, numero 2.

14 Quinimo, & iudex ex officio etiã parte inuita procedere potest ad retractandam huiusmodi sentẽtiam, vbi de errore certior factus fuerit, vt constat ex c. porro, ad finem, de diuort. ibi: Tui officij interest, matrimonia illa adhibita grauitate dissoluere quæ illicite contracta noscuntur: & bene docet Cardin. in c. lator numero vnic. versic. in glossa fin. & Sanch. vbi supra, numero 3. addens bene ad id teneri iudicem, vt constat ex verbis modo relatis d. cap. lator, quia sua interest peccata auferre: & grauissimum est, illegitime cõiunctos in matrim. perseuerare: aut legitime coniunctos separari.

15 Proculus materiæ intellectu obseruãda sunt sequentia. Primo, quod sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam, in hunc nempe sensum, quia per

per viam querelæ possit contra eam allegari, assumit tamen authoritatem rei iudicatæ in præd. casibus, vt prætextu appellationis corrigi nequeat, vt voluit glossa ind. cap. fraternitatis, verbo fornicario in fin. de frigid. & malefic. vt eam intelligũt, & sequũtur Abb. ibi numero 21. Præpos. numero 19. Alexand. de Neuo in §. quamuis, numero 26. idem tenet glossa in cap. ad reprimendum, verbo suspendatur de officio Ordin. & alios allegans D. Couar. vbi supra, numero 12. versic. sententia vero, & plures Sanch. vbi supra, numero 4. allegantes in fauorem huius communis Doctrinæ Hostiens. in d. cap. tenor in fin. ex quo eam colligunt dicenti, sententiam matrimonij non transire in rem iudicatam; quoad veritatem, bene tamen quoad subtilitatem, quæ profecto verba mirabilia sunt in proposito, satisque instituant præd. communem doctrinam, atq; eam confirmant. 17 18

16 Secundo obseruandum est, quod quãuis sententia in causa matrimoniali non omnino transeat in rem iudicatam, transit tamen quoad hoc, vt non indiscriminatim volens eam impugnare audiatur: sed oportet, vt alleget aliquam verisimilem causam iniustitiæ, quæ iure optimo iudicem ad id credendum moueat, ne in infinitum pars contrauenies audiatur: & ideo causæ cognitio iustitiæ impugnationis præmittenda est à iudice, vt pars contrauenies audiatur, vt docent Innoc. & communiter DD. in d. cap. tenor de sententia, & re iudic. & alij quamplures, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero quinto, vbi quod ideo iudex debet præmittere summariam causæ cognitionem non citato aduersario, & ea apparenti iusta audiri debet volens impugnare sententiam, & non aliàs secundum Hostiens. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Anchar. Bald. Imol. & Felin. & Cardinal. quos citat, & quod in dubio an causa iusta sit, audiri debeat, eo quod animæ periculum vertitur, iuxta tex. in cap. cum speciali, §. final. versic. excessu quoque dubio, de appellat. vt tenent ijdem Hostiens. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Anchar. & Cardin. quorum vltimus subdit, quod si non præmissa tali causæ cognitione iudex audiat petentem sententiam reuocari, non potest aduersarius opponere, neç appellare: sed posse puniri iudicem à superiore, atque posse etiam dici licere aduersario opponere, & appellare: & hoc vltimum verius, & tenendum esse censeo, quia fuit prætermissus iuris ordo necessarius. 19 20

Hinc plura deducuntur congesta per Thom. Sanch. vbi supra, n. 6. cum sequẽtibus, quæ in praxi satis contingibilia sunt, & ideo ea summatim referam.

17 Primo, certam regulam præscribi minime posse quoties audiendus sit volens præd. sententiam impugnare, sed id arbitrio iudicis committendum attenta causa coram eo allegata, vt docent Abb. in d. cap. lator numero 11. Alex. de Neuo numero 12. & Felin. numero 6. declaratione 5.

18 Secũdo, præsumi pro sententia, ac processus iustitia, quando ab ea intra legitimũ tempus non est appellatum, donec eius iniustitia constiterit: & ideo, eam allegãti incumbit onus probandi, vt tenet Innocentius in cap. bonæ, *el primero*, de elect. numero 8. Archid. d. 2. quæstione 6. in summa numero 3. Ioann. Andr. numero 3. & communiter DD. in d. cap lator, allegat plures D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 8 §. 12. numero 12. versic. ex quibus constat, & Sanch. vbi supra d. disputatione 100. numero 7.

19 Tertio, quod ad hoc vt præd. sententia matrimonialis rescindatur, oportet cõ demnatum vti noua querela, nouoque libello, in quo petat eam causam coniugalẽ semel iam definitã, iterum ad iudicium deduci, & sententiam reuocari ratione erroris detecti, nam quoad instantiã causæ trãsijt in rem iudicatam, vt patet in cap. ex literis ad fin. de in integ. restitutione, ibi: Et ad audientiam restituimus eam pro matrimonio postulantem: & ibi Hostiens. numero 12. Abb. in d. cap. lator numero 12. & ibi communiter DD. de sententia, & re iud. Couar. vbi supra, d. n. 12. versic. secund. & Sanchez, num. 8.

20 Quarto, hanc nouam querelam minime posse proponi à subditis suffraganei coram Archiepiscopo, quia inter eos solum est iudex in causa appellationis, & nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

per viam querelæ, iuxta tex. expressum in cap. primo, de officio legat. & c. Pastoralis in principio de officio Ordin. & in cap. venerabilibus in principio de sententia excommunic. in 6. ideoque proponenda erit hæc querela coram eo iudice, qui adiri potest per simplicem querelam, qui est ipsemet, qui primam sententiam tulerat (vt cum alijs probant Couar. vbi supra, d. numero 12. versic. tertio, & Sanch. numero 9. vbi numero 10. agit, quid quando aduersus priorem sententiã opponitur nullam esse) Pontifex etiam, vel eius legatus, vt habetur in d. cap. primo, de officio legat. Alex. de Neuo in d. cap. lator, num. 10.

21 Tertio erit obseruandum, sententiam in causa matrimoniali non transire in rẽ iudicatam quoad ipsum coniugium, secus quoad expensas, quarum succumbens condemnatus fuit per eam sententiam, à qua non fuit appellatum, vt post alios late probat Sanch. vbi supra, num. 11.

22 Quarto obseruandũ est, quod secundum Gofred. in cap. fin. de clandestin. desponſ. quamuis respectu coniugũ sententia præd. non transeat in rẽ iudicatã, respectu tamen tertij contra matrim. agẽtis bene transit contra eum in rẽ iudicatam, ita vt nemo deinceps audiatur volens id impedimentum proponere, quia actio popularis vno agente consumitur, l. eum, qui. §. in popularibus, ff. de iur. iur. sed hæc opinio falsa quidem est, siquidẽ ea retenta foueretur peccatum sustinendo matrimonium nullũ, & ideo eam merito reprobant Hostiens. Anton. de Butrio, Abb. Alexand. de Neuo, Præpos. & Felin. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, num. 12.

23 Quinto, eadẽ cõmunis traditio, quod sententia in causa matrimoniali non transeat in rem iudicatã, intelligenda est, quãdo ex illius sententiæ obseruatione nutriretur peccatum, nec cõsensu partis vtriusque posset culpa cessare, vt si lata esset sententia contra legitimum matrimoniũ declarans id nullum esse, aut in fauorem matrimonij cum impedimento dirimente celebrati: sed quando consensu vtriusque coniugis potest cessare culpa, & matrimonium constare, bene transit in rem iudicatam, vt si litigetur, an aliquod fuerit legitimum matrimonium allegante altero metum, vel conditionem seruientis alterius cõiugis à se ignorata succubuit hic, & sententia pronunciatum est, valuisse coniugium, si non appellauit legitimo tempore, transit in rem iudicatam, ita vt amplius ob eam rationem retractari non possit, ita tenet glossa final. in d. cap. lator de sententia, & re iud. & ibi communiter DD. D. Couar. d. §. 12. numero 19. versic. tertio, vbi bene eam probat, & Sãch. alios allegans d. lib. 7. disputatione 100. numero 13. vbi quod eadem ratione sententiam in sponsalibus de futuro latam transire in rem iudicatam, quando ea dissoluuntur, probato aliquo impedimento, nec à præd. sententia appellatum est, quia possunt partes sibi præiudicare non appellando, cum etiam possint omni sententia cessante dissoluere sponsalia absq; aliquo peccato, secus si sententia lata sit in fauorem sponsalium, non probato impedimento dirimente matrimonium, eã enim non potest in rem iudicatam transire, quia foueretur peccatum, compellendo virtute illorum sponsalium ad matrimonium irritum celebrandum, vt docent Ant. de Butr. in c. iurauit, num. 6. Abb. num. 5. de probat. & ibi Decius, num. 18. conclusione 2. & cum eis Sanchez vbi supra, numero 13. qui numeris sequentibus nonnulla ex præd. deducit apud eum videnda.

SVMMARIVM Cap. CXVI.

1 IMPOTENTIA *perpetua superueniens, matrimonio non consummato an id dirimat?*

Et quid in dubio quando non constat, an præcesserit, vel non? numero 2.

3 *Impotentia propria non plene cognita an liceat eidem ad aliud matrimonium transire donec re diligenter inuestigata dubium deponat?*

CAPITVLVM CXVI.

An impotentia perpetua superueniens matrimonio non consummato, id dirimat?

1 SVNT nonnulli, qui in hac quæstione partem affirmatiuam tenent fragilibus fundamẽtis, nempe Gratianus in sum. in fin. 33. quæstione 1. Alberic. in suo dictionario litera I. verbo impedimentum impedimento 15. Carrerius lib. 5. de sponsalib. c. 18. & nonnulli alij. Cæterum certa, & communissima sententia est, matrimonium rarum, non consummatum, non dirimi per quãcũque impotentiã superueniente, ex tex. in cap. hi, qui 32. quæstione 7. & in cap. si vxorem 32. quæstione 5. & in terminis ita tenent D. Bonauent. in 4. distinctione 34. articulo 2. quæstione 2. & ibi communiter Theologi, & & alibi fæpissime, quos congerit, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 102. numero 3. vbi etiam quamplures suæ sententiæ iuris peritos, l. Reg. 4. ad fin. versic. *Potest accusari*, titulo 8. partita 4. Matienç. in rubrica glossa 1. numero 192. titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Manuel Rodrig. in prima parte suæ summæ in 2. editione, cap. 235. numero 2. ad fin. qualiter autem liceat tunc vsus matrimonij coniugatis, quando ea legitime celebrati superuenit impotentia, Sãchez vbi supra num. 5. cum sequentibus distinguit quatuor genera impotentiæ superuenientis, & per vnum quodque bene discurrit.

2 Sed quid erit præsumendum in dubio, quando non constat, an impotentia præcesserit, an subsequuta sit matrimoniũ, an quod præcesserit, vel non? in hoc sunt opiniones diuersæ; vna habet, præsumi in hac specie impotẽtiam præcessisse, ac proinde matrimonium esse dissoluendum tanquam irritum, eamque tenent loquentes de omni impotentia, ac etiã accidentali maleficij Hostiens. in summa de frigid. & maleficiat. §. quæ impotentia, numero 7. versic. quid si dubitetur, & in cap. fraternitatis. n. 4. verb. præter diuinũ eodem tit. & ibi communiter DD. Montal. in l. 4. in fine, & in l. 7. ad fin. tit. 8. partita 4. Greg. Lop. in d. l. 5 in verbo, *de tal embargo* Mascard. de probat. conclusione 816. num. 19. & conclusione 1017. num. 3. Matienç. in rubrica glos. 1. num. 204. titulo 1. lib. 5. & alij quamplures DD. Iuristæ, & Theologi, quos cõgerit Sãch. vbi sup. n. 1.

Secũda opinio habet in dubio nõ præsumi impotentiã fuisse ante coniugium, quando alter coniux petit separari matrimonium ratione impotẽtiæ, secus, si vterque coniux dissolutioni assensum præstaret, vel si alter petat aliquam in vxorem, tunc enim præsumitur impotentiam præcessisse, ita Ant. de Butrio in d. cap. fraternitatis, nu. 20. de frigid. & malef. ¶ Tertia opinio asserit, impotentiam accidentalem, qualis est maleficij, aut si virilia abscisa sint, non præsumi præcessisse, atque ita in dubio validũ esse matrimoniũ, ita glos. in summa 33. quæstione 1. verbo quod autem, in fine, & nonnulli alij Authores: quid tenendum? Mihi videtur communis, & valde probabilis prior sententia.

Nihilominus tamen distinctio trimembris, quam facit Sanchez supra, numero 5. cum sequentibus, verior & tenenda videtur, qua præd. diuersæ sententiæ concordantur, nẽpe, primus casus est, quod quãdo impotentia est naturalis in dubio præsumitur eam præcessisse, & sic matrimoniũ esse nullũ, vt habet prima sentẽtia cõmunis. si vero impotẽtia est accidẽtalis, vt ex maleficio, abscisione, aut ex aliquo alio morbo cõsurgẽs, & sufficiẽti diligẽtia præmissa cõstare nequit, an ea matrimonium præcesserit, an potius sequuta sit, tũc præsumatur potẽtia illã subsequutã esse matrimoniũ, ac proinde id fuisse validũ, vt habet tertia opinio cum suis Authoribus, & hic secũdus casus limitatur, nisi breue tẽpus à matrimonio cõtracto vsque ad eius consummationis intẽtionẽ transisset, quia tũc nõ præsumitur tã breui tẽpore impotentiam illam accidisse, sed potius præsumendum est, eam priorem matrimonio fuisse, & in hoc casu prior sentẽtia locum obtineat, quod si facta sufficienti indagine dubitetur, an impotentia sit naturalis, an potius accidẽtalis, censet in hoc dubio accidentalem præsumi. Quod si non dubitet (& hic est tertius casus distinctionis)

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis)circa anteceſsionem impotentiæ, ſed an vera impotentia ſit, & an matrimonium conſummatum ſit necne? & adhibita ſufficienti diligentia id dubium vinci nequeat, exiſtimat in hoc dubio præſumi pro matrimonij valore, nec illud ſemel initum poſſe diſſolui, quos tres caſus huius diſtinctionis tribus concluſionibus diſtinctis optime, vere, & prudenter meo iudicio probat, & ſuſtinet.

3 Non autem licebit ei, cui non plene cognita eſt propria impotentia, ad matrimonium tranſire, donec re diligenter inuestigata, dubium deponat, quoniã exponitur periculo irritandi matrimonij, vt contra Palatios bene probat Sanchez vbi ſupra, numero 10. & inſuper quod matrimonium contrahens cum eo impotentiæ dubio poſit non ſolum debitum reddere, ſed etiam petere, vt ibi per eum.

SVMMARIVM Cap. CXVII.

1 IMPOTENTIA *puberis an impediat ſeu matrimonium dirimat?*

CAPITVLVM CXVII.

An impotentia puberis impediat ſeu dirimat matrimonium?

1 QVANDO non conſtat impotentiam puberis eſſe perpetuam, & ex frigiditate conſurgere, ſed dubitatur, an ſit temporalis, ac ex debili ætate proueniat, ſi credimus gloſſæ in ſumma verbo ſponſalia 30. quæſtione ſecunda, & in cap. cõtinebatur, verbo proxime de deſpõſat. impub. & in cap. puberes, verbo tardiſsime eodem titulo, & ibi Abb. numero 4. dicẽs forte hanc ſententiam eſſe veriorem, Alfonſ. à Veracruz in ſuo Specul. coniug. articulo 39 concluſione 2. hoc matrimonium erit irritum, & nullum.

Communis tamẽ, verior & probabilior eſt contraria, imo quod huiuſmodi matrimonium validum ſit, quam tenent Hoſtienſ. in d. cap. puberes, numero 5. & ibi communiter DD. D. Couar. in 4. de ſponſal. 2. parte, cap. 5. §. numero 2. Ant. Cuchus lib. 5. inſtit. maior. titulo 12. num. 255. Maſcard de probat. cõcluſione 889. numero 10. & alij plures Canoniſtæ, & Theologi, quos refert, & ſequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, diſputatione 104. numero 5. vbi eam dicit probabiliorem, eam amplians, vt procedat, quando fœmina completo anno 12. ex diminuta corporis diſpoſitione nondum poteſt pati virilem complexum, quia eadem prorſus eſt ratio ac de viro: & ſic in vtroque caſu validum prorſus erit matrimonium.

Suppoſita hac magis recepta ſententia circa tempus, quod in hac ſpecie expectandum ſit, ad experiendum an ea impotentia ſit perpetua, ac matrimonium irritum? quamuis in hoc ſint diuerſæ ſententiæ, quibuſdam exiſtimantibus triennium expectandum eſſe: alijs vero contrahenti decimoquarto ann. præſcribi bienniũ; & ſi contraxit anno 17. vnicum annum: & fœminæ anno 12. nubenti, quæ ex diminuta corporis diſpoſitione non poteſt viri congreſſum pati, præſcribi tẽpus vſque ad 14. annum.

Verior, & receptior ſententia habet expectandum eſſe vſque ad plenã pubertatem, quæ fœminis decimoquarto ætatis anno contingit, vt colligitur ex lege Mela, ff. de aliment & cibar. legat viris vero decimo octauo ætatis anno. vt habetur in l. arrogato, ff. de adopt. & §. minorẽ, inſtit. eodem titulo: ex namque in c. laudabilem de frigid. & malef. triennium concedens, procedit, quando coniectari poteſt ex frigiditate, aut alio impedimento impotentiam conſurgere: at quando poteſt præſumi ex ætatis imbecillitate impotentiam prouenire, æquitas ſuadet, eam ætatem expectandam eſſe, in qua perfectum robur comparat natura, tunc namque ceſſabit præſumptio debilitatis ex tenera ætate prouenientis, & poteſt iure præſumi frigiditas, aut aliud impedimentum perpetuum, ita tenent Hoſtienſ. in d. cap. laudabilem paulo poſt princip. & ibi communiter DD. & alibi, quorum plures refert, & ſequitur Sanch. vbi ſupra, numero 18. inferens ex hoc, nõ poſſe peti ſeparationem matrimonij ratione impotentiæ viri, niſi vir ſit maior decem, & octo annis: niſi aperte appareat impotentia ad oculum, vt ſi habeat puer virilia ampurata, vel careat vtroque teſticulo: tunc enim nulla temporis mora opus eſt ſecundum Anchar. in cap. ex literis, numero 1. de frigid. & malefic. & eadem ratione, quando diſſolutio matrimonij petitur ob puellæ arctitudinem, nec conſtat ad oculum, eam eſſe talem, vt non ex ætate imbecilli conſurgat, non poteſt peti donec puella expleuerit 14. annum, in quo diximus competere ei pubertatem perfectam, vſque tunc namque ex imbecilli ætate peruenire poſſit præſumi, ſicut de puero ante plenam pubertatem prædiximus.

SVMMARIVM Cap. CXVIII.

1 MATRIMONIVM *contractum in mortis articulo an validum ſit? & numeris ſequentibus ampliatur, & declaratur: & an filij antea nati, legitimentur, & excludant ſubſtitutum?*

4 *Actus, quando non eſt à parte rei contra iuſtitiam necreſtituendi obligationem inducit, & nihil refert an bono vel malo animo fiat ad reſtitutionis obligationem producendam.*

Filij naturales legitimati per ſubſequens matrimonium celebratum in articulo mortis an excludant ſubſtitutum, numero 3.

CAPITVLVM CXVIII.

De matrimonio contracto in articulo mortis an ſit validum?

1 SICVT in mortis articulo poteſt contrahi matrimoniũ ſpirituale profitendo, vt in cap. ſicut tenor de regul. ita & carnale, quia validum eſt argumentum à matrimonio ſpirituali ad carnale, vt late iure probat Euerar. in ſua centuria leg. hoc eodem loco à matrimonio ſpirituali, vt conſtat ex vſu Eccleſiæ, qui habet, vt in articulo mortis conſtitutus valde affectus erga concubinam, cui diu adhæſerat, illam ducat in vxorem, ne ſalus eius ſpiritualis deſperetur ob concubinæ affectum, & defectum propoſiti recedẽdi ab ea. Deniq; quia potentia generandi adhuc perſeuerat, quamuis vſus illius futurus non ſit, ob impedimẽtũ extrinſecũ accedit præterea, quia nec propoſitũ non ſuſcipiendæ prolis nec debiti non reddendi irritat matrimonium quando id in pactum non deducitur, cap. fi. de condit. appoſ. vt conſtat in contrahente animo ingrediendi religionẽ ante conſummationem? & hæc in noſtris terminis eſt vera omnino ſententia, & vſu Eccleſiæ comprobata, & cõmuniter à profeſſoribus vtriuſque Scholæ recepta, vt patet ex Thom. Sanch. lib. 7 de matrim. diſputatione 105. num. 3. vbi reſpondet argumentis contrarijs nu. 2. oppoſitis.

2 Quinimo huiuſmodi matrimoniũ habet vim legitimãdi prolẽ naturalem antea ſuſceptã, quia tex in c. tãta, qui filij ſint legitimi, generaliter & abſolute eã vim matrim. tribuit, quale eſt hoc: & ita in hanc ſententiã cõueniũt omnes DD. dẽpto Bald. in l. eã quã, n. 27. C. de fideicõmiſ. eſtque certiſsima, vt plurimos cõgerẽs affirmat Sanch. vbi ſupra, n. 5. interquos Tiraquel. in l. ſi vnquã C. de reuoc. don. verbo ſuſceperit liberos, num. 73. Cifuentes in l. 12. Taur. dubio 9 nu. 13. & ibi Caſtill. nu. 25. Couar. in 4. Decretal. 2. parte, c. 8. §. 2 nu. 10. Anton. Cuchus lib. 5. inſtit. mai. titulo 11. n. 138. Andr. Gail lib. 2. Practic. obſeruat. c. 141. n 8. Manuel Rodrig. in 1. tom. quæſt. Regul q. 13. art. 1. & alios quãplures refert, ſed vltra eos addo hanc receptiorem ſententiam, & tenendã cõtra alios vt reſoluimus in repetitione §. ſui n. 168. Inſtituta de hæred. qualit. & differentia, & eam tenet Gregor. Lopez in l. 1. in gloſſa, *ſe caſa con ella*, verſiculo etiam, tit. 13. partita 4.

3 Quod procedit, quãuis in ætate decrepita conſtitutus tunc contrahat, vt cũ alijs reſoluit Sãchez vbi ſupra, n. 6. Illa tamen quæſtio in propoſito difficillima eſt, an præd. legitimatio excludat ſubſtitutũ vocatum ſub conditione; ſi inſtitutus abſque liberis legitimis deceſſerit? & proei? vera reſo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

resolutione duo casus distinguendi sunt. Primus est, quoties nulla alia præsumptio concurrit defraudandi substitutum, quam celebrari matrimonium in mortis articulo. Secundus vero casus est: quando vere constat, animo defraudandi substitutum matrimonium esse celebratum: in priori casu quamuis Angel. in l. nuper, numero tertio, C. de natural. lib. & alij quamplures DD. teneant præsumi matrimonium celebratum à constituto in mortis articulo in fraudem substituti, ac proinde filium sic legitimatum non excludere substitutum, argumento l. filiæ meæ. ff. solut. mat. & hanc opin. esse magis receptam, Menoch. consil. 226. numero 87. volumine tertio, & de præsumpt. lib. sexto, præsumptione octaua, numero tertio: contraria tamen sententia, imo quod in præmissa specie nulla alia fraudis suspitione concurrenti, prolem sic legitimatam succedere excluso substituto, verior, communis, & receptissima est, & tenenda in praxi, vt plurimis citatis resoluimus vbi supra in d. §. sui, numero 169. & nouissime post nos Thomas Sanchez d. lib. septimo de matrimonio, disputatione 105. numero 7. & 8.

In secundo vero casu, quando vere constat animo fraudandi substitutum matrimoniũ celebratum fuisse à constituto in articulo mortis, veluti si hic suum animum expressisset, vel minatus fuisset substituto fore, vt matrimonium illud ad eius exclusionem contrahat, vel alias de hoc cõstaret, valeat legitimatio, sed substitutus non excludatur, vt resoluimus cum alijs d. numero 169. sic intelligentes, & concordantes præd. duas opiniones contrarias: & est communis fere omnium sententia secundum Sanchez vbi supra, numero nono, qui plurimos Authores huius Regni, & etiam exteros eam tenentes citat, necnon & plura eius fundamenta.

Nihilominus tamen ipse Sanch. ibidẽ, numero 10. late nititur probare etiam in hoc secundo casu, quod proles sic legitimata excludat substitutum, eo quod non vere dicatur substitutum fraudare, qui vtitur suo iure, actumque mero iure permissum facit, vt ibi late probat, & quia mala intentio patris ineuntis matrimonium nocere non debeat filio sic legitimato, cum ipse nihil à patre consequatur, sed ex beneficio instituentis patrem, hæreditatem illam obtineat, qui noluit prolem legitimam hæreditate priuari.

4 Denique, quando actus à parte rei non est contra iustitiam, nec restituendi obligationem inducit, nihil refert bono, an malo animo fiat ad restitutionis obligationem producendam, vt late deducit Nauar. lib. 3. de restitutione, capit. quinto, in noua editione, dubio primo, numero quinto, & sequentibus, & tandem Sanchez inquit, quod quamuis prior sententia sit valde probabilis, sibi potius placet hæc posterior, opposita in fauorem prolis contra substitutum ex supradictis, & alijs rationibus, & quod eam amplectuntur Bald. in rubrica, C. de priuileg. dot. numero secundo, quem ego non inuenio in meo libro, Sarmiento lib. primo Selectar. cap. sexto, numero octauo, & numero vltimo, in fin. & Menchac. lib. 3. cõtrouers. vsufrequent. cap. quarto, numero quinto, Ioan. Garcia de nobilitate glossa 21. numero 59. & in tractatu de hypotheca post contract. numero 14. Spin. in Specul. testament. glossa 15. princip. numero 106. Molin. Theolog. primo tom. de Iustitia, & Iur. tractat. 2. disputatione 172. ad fi. & quamuis hæc opinio fortibus rationibus fulciatur, vereor tamen ne in praxi obtineri possit iuxta eam, sed potius iuxta priorem in fauorem substituti, tamquam magis receptam, & communem fere omnium sententiam, & valdè probabilem, vt prædiximus.

SVMMARIVM Cap. CXIX.

1 HERMAPHRODITVS *an & quando possit contrahere matrimonium, & quãdo peccet? & numeris sequentibus.*

2 *Parochus an possit, & debeat interesse matrimonio Hermaphroditorum, & numeris sequentibus.*

CA-

CAPITVLVM CXIX.

De Hermaphrodito an matrim. contrahere possit, & in quo sexu?

1 PRo resolutione huius quæstionis obseruãdum est, Hermaphroditum virum, vel fœminam iudicandum esse iuxta sexum in quo præualet, l. quæritur 10. ff. de statu homin. si autem neuter sexus præualet, sed vterque est æqualis, tunc æque vir, ac fœmina iudicandus est, quare potest tunc eligere sexum, quo vti malit, vt docent Hostiens. in summa, titulo de testib. §. quis possit esse testis, numero 2. versic. quid si vtrisq; & alij, quos refert & sequitur Thomas Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 106. numero 1. vbi quod debet iuramẽto se astringere fore, vt in posterũ minime altero sexu præter semel electum vtetur, & numero 2. quis nosse debeat vter sexus præualeat, & quid in dubio censendum sit: nunc ad rẽ.

Hermaphroditus, in quo alter sexus præualet, potest matrimoniũ contrahere iuxta sexũ illũ præualẽtẽ: ideoque si fœmineus præualeat, potest viro nubere, si autẽ virilis, potest fœminã ducere in vxorẽ, ita tenet glossa in c. si testes verbo ad testimonium 4. q. 3. Angel. in summa verbo Hermaphroditus, n. vltim. Syluest. eodẽ verbo in fin. & Sũma Tabien. & Armill. in fi. quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, n. 4. qui n. 5. ex hoc recte deducens esse irritum matrimonium ipso iure iuxta alium sexum, & sic minus præualentem contractum.

Quando vero vterque sexus æqualis est, electio datur Hermaphrodito iuxta alterutrum sexum matrimoniũ cõtrahẽdi, vt cum alijs tenet, & probat Sanch. vbi supra, numero 6.

2 Vbi num. 7. quod parochus non debet interesse tali matrimonio donec Hermaphroditus corã iudice Ecclesiastico protestetur, quo sexu vti velit, quare consulendus est prius iudex Ecclesiasticus, cuius est id discutere, & examinare, vt constet, qualiter matrimonio copulandus sit, vt docet Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 25. num. 16. & Sanch. d. num. 7.

3 Qui num. 8. ideo probat, reum esse culpæ mortalis Hermaphroditũ in quo vterque sexus par est, si semel electo vno sexu & iuxta illum matrimonio contracto, viduus effectus iuxta alterum sexum matrimonio copuletur.

4 Quare parochus his nuptijs tanquam interdictis debet suam præsentiam negare, vt docet Maiol. vbi supra, & nos prædiximus quoq;, licet matrimoniũ sit validũ, quia iure naturæ non irritatur.

5 Quod si consultis medicis res in æquilibrio esset, nec iudicari posset vter sexus præualeat, censendum est sexũ esse æqualem, ita Sanchez vbi supra, numero 9.

SVMMARIVM Cap. CXIX.

1 DISSOLVTIONIS *matrimonij materia est grauissima, & quid oporteat in ea circunspicere iudicem?*

2 *Signa impotentiæ tria sunt vt hic, & qualia sint, numeris sequentibus.*

4 *Triennium experientiæ copulæ ad dissoluendum matrimonium, vel quando expectandum sit, vel non? & numeris sequentibus.*

6 *Signum euidens frigiditatis est quando ratione eius fuit vir separatus ab alio matrimonio.*

7 *Triennium experientiæ copulæ in maleficiatis est necessarium.*

8 *Maleficij impedimento existente inter cõiuges, vltra triennium, assignãdũ est etiã aliud tẽpus arbitrio iudicis, indicto simul cõiugibus, vt orationi vacẽt, & pœnitentiam agant, &c.*

9 *Triennium an sit expectandum ad dissolutionẽ matrimonij, quando sunt signa dubia impotentiæ, & an deinde aliqua alia probatio requiratur.*

10 *Iuramentũ septimæ manus propinquorũ debet esse ex quolibet coniuge, ita quod iurare debeant quatuordecim si adsint, sin minus vicinorũ, vltra cõfessionẽ vtriusque cõiugis. ¶ Etsi tot deficiant, sufficiũt pauciores arbitrio iudicis, vt in n. 11. ¶ Et his deficientibus debent iurare alij bonæ famæ, & omni exceptione maiores, n. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Iuramenti forma septimæ manus propinquorum quæ sit?*
14 *Iuramentum coniugum circa impotentiam quale esse debeat, num. 15.*
16 *Impotentiam coeundi an sufficiat allegare in genere, vel requiratur etiam quod allegetur species eius.*
17 *Viro fatenti consummasse matrimoniũ credendum est vxore negante, nisi in casu de quo infra, num. 21.*
18 *Proclamatio contra matrimonium, quo tempore fieri debeat.*
19 *Triennium datum ad cohabitandum coniugibus incipit currere à tempore quo vir cœpit copulam intentare, & declaratur numeris sequentibus.*
20 *Signa certa impotentiæ quãdo adsunt, non est amplius expectandum, & fœmina quocumque tempore audienda est.*
21 *Vxori affirmanti se esse virginem idque constet per aspectum matronarum potius credendum est, quam viro asserenti contrarium.*
21 *Matronæ satis est quod sint peritæ, licet non sint peritissimæ.*
Et quot esse debeant, numero 23.
24 *Vxor audiri non debet ad dissolutionẽ matrimonij ob impotentiam viri ante triennij lapsum, nisi in casu de quo hic, transeundi ad religionem.*
25 *Mulieri asserenti se cognitam à viro potius credendum est, quam viro negãti.*
26 *Mulier sero proclamans impotentiam viri non auditur ante triennium, secus post.*
27 *Cap. 1. & cap. fin. de frig. & malef. & cap. fraternitatis eodem titulo cõcordia, & intellectus.*
28 *Mulier, quæ tempore matrimonij vir go erat, si statim reclamauit allegans viri impotentiam post mensem, vel bimestre audienda est, quamuis vir impotẽtiam neget, & sic approbetur per rectum iudicium, dissoluetur matrimonium cõcurrentibus his de quibus hic.*
29 *Muliere corrupta tempore contractus matrimonij qualis probatio impotentiæ requiratur ad dissolutionem matrimonij.*
30 *Viro proclamanti contra matrimoniũ ob arctitudinem mulieris seruanda sunt omnia, quæ dicta sunt in fœmina proclamante.*
31 *Mulieri statum proclamanti contra matrimonium ob impotentiam viri negantis quando credendum sit?*

CAPITVLVM CXX.

De triennio cohabitationis coniugum experientiæ requisitæ ad declarandum matrimoniũ irritum ratione impotentiæ, & de alijs in materia opportunis.

1 QVAESTIO de matrimonij dissolutione est de re grauissima, in qua de maximo animæ periculo agitur, vel dissoluendo matrimonium validum, vel approbando irritum: quod si in alijs causis oportet iudicem cuncta rimari, cap. iudicantem 30. quæstione 5. à fortiori Christianus, & rectus iudex in hoc casu id facere debet, in quo maius periculum versatur, vt expresse docent glossa in cap. fin. in fi. de frigid. & malefi. & ibi communiter DD. & alibi sæpissime, quos congerit Thom. Sãch. lib. 7. de matrim. disputatione 107. numero 1. addens, quod in tanti ponderis negotio nulla iudicis in veritate indaganda, ac probationibus exquirendis superfluitas potest iure optimo reprehendi, vt tradunt DD. ibi pro hoc ab eo citati, hinc fit semper iudicem in hac materia eo spectare debere, vt potius probationes impotẽtiæ superfluas, quam in aliquo diminutas exigat, & vt omnem cautelam, quæ potest adhiberi per omnes probationis modos, adhibeat, vt recte præmittit Sanch. in principio d. num. 1.

2 Triplicia igitur sunt impotentiæ signa: quædam necessario, & euidenter concludentia impotẽtiã: alia verisimiliter euidentia impotentiæ signa: alia vero dubia, & præsumptiue probantia, ita distinguunt Ant. de Butr. in cap. laudabilem, num. 14. de frigid. & malef. & ibi Præpos. numero vltim. & Alexand. de Neuo, num. 16. & 17. & Sanch. vbi supra, num. 2.

3 Circa priora signa, nẽpe necessario, & euidenter concludentia impotentiam, obseruandum est, quod siue viri, siue fœminæ sint, statim, quod de his constet, dissoluendum est matrimonium, nulla mora expectata: triennium namque requisitũ ad dissoluendum matrimonium ob impotentiam frigiditatis intelligitur præterquã si prius ea probari possit, vt cauetur in c. laudabilem de frigid. & malefi. at nulla apertior probatio hac reperiri potest: igitur, &c. præterea, cum extet apertissima probatio, frustra expectatur euentus triẽnij, cuius nullus induceretur effectus, cap. cum contingat de officio deleg. triennij namque dilatio in proposito à iure datur, vt cursu, & exercitio copulæ illius temporis detegatur impotentia: sed quando de ea constat statim, & incontinenti necessario, & euidenter cessare debet præd. dilatio, nec tunc iuramentum septimæ manus propinquorum desideratur: glos. in d. cap. fraternitatis, verbo matronis, in principio, & ibi Abb. numero 11. Alexan. de Neu. in principio, numero 8. vbi etiam quod neque iuramentum ipsorum coniugum est necessarium cum ad oculum pateat impotentia, sequitur Thom. Sãchez d. disputatione 107. numero 3. vbi quod sufficiet iuramentum matronarum, vel medicorum ea signa clara per inspectionem attestantium.

4 Circa secunda signa non omnino certa, & euidentia, sed verisimiliter euidentia impotentiæ obseruandum est, similiter non desiderari triennium experiẽtiæ, sed exigitur iuramentum coniugum asserentium, se non posse coire, & septimæ manus propinquorum iurantium, se credere, eos verum fateri, secundum Ant. de Butrio in d. cap. laudabilem, numero 14. & ibi Alex. de Neuo, numero 17. & Sanch. vbi supra, numero 4. vbi latius hoc declarat dicens, quod tunc inspiciendus est coniux impotens per medicos, aut matronas, & si iudicauerint illum omnimodo impotẽtem per signa verisimiliter euidentia ac concordauerint cum medicorũ dicto, iuramenta coniugum, ac septima manus propinquorum, dissoluetur statim matrimonium, nulla temporis mora expectata: si autem discordauerint, dicendum est idem, quod de signis dubijs, vt infra.

5 Signum autem euidens, ita vt neque triennium, nec iuramenta propinquorũ requirãtur, dicetur, quando omnino virilia amputata sunt: quod est indubiũ apud omnes de re hac agẽtes: item si vir careat vtroque testiculo, vt docent D. Thom. in quarto distinctione 34. in fin. in expositione literæ, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 5. idem est, si virilia arida sint, vt docent in d. cap. laudabilem Innoc. numero vnic. paulo post medium, verbo iustum iudicium, de frigid. & malef. Ioan. Andr. ibidem numero 9. Abb. numero 2. Præpositus numero 6. Mascard. de probat. conclusione 889. numero 4. nihilominus tamen sunt, qui existiment, membri virilis siccitatem non esse signum omnino certum, & euidens impotentiæ, ac illam necessario concludẽs, sed verisimiliter euidens, ac proinde quod quamuis non sit necessarium expectare triennium, at exigendum est iuramentum coniugũ, & septimæ manus propinquorũ, ita sentiunt Innocen. in cap. 1. numero 1. versic. vel potes dicere, de frigid. & malefic. & ibi Ant. de Butrio, numero 2. versic. & per hanc Decretalem, Præposit. numero 5. in fin. idem Ant. de Butr. in cap. laudabilem eodem titulo, & ibi Præpos. numero vltim. Alex. de Neuo, numero 11. ad finẽ, & numero 17. casu secundo, quorum fundamentis respondent Calder. Cardinal Florent. & Petrus de Saxonia, quos refert Præposit. in d. c. laudabilem, numero 5. Quare pro resolutione huius articuli bene distinguit in hac specie cum alijs, quos refert Sanch. vbi supra, numero 6. in hunc modũ, vt si mẽbrum virile sit omnino siccum, est signũ omnino euidens, & necessario cõcludẽs, & ideo nec triennium, nec iuramenta dicta exiguuntur, & in hac specie procedat, & vera sit procul dubio prior opinio: idẽ si verum semẽ emitteret, si euidens esset, non posse membrum erigere, ita vt possit vas fœmineum penetrare, atque ita semen intra vas illud emittere: si autem nõ sit membrum omnino aridũ, sed taliter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt medici iudicent, non esse certam, & euidentem impotentiam, sed verisimiliter euidentem, tunc procedat, & vera sit secũda præfata opinio, & sententia; quod si nõ sit ita aridum, quin possit sufficienter erigi ad copulam, & de hac potentia constet, nõ erit censendus vir ille impotens, secundum Alex. de Neuo in d. cap. laudabilem, numero secundo, in secundo casu, & ibi Præpositus. num. 5.

Signum præterea omnino euidens impotentiæ, ita, vt nec triennium, nec præd. iuramenta exigantur, est, quando mulier est arcta, vt voluit glossa in cap. fraternitatis, verbo matronas de frigid. & malef. & tenent Innocent. in cap. laudabilem eodem titulo, numero vnic. verbo iustũ iudicium, & ibi Ioan. And. numero 9. Ant. de Butr. numero 13. & 14 Præpos. numero 6. super verb. iustum iudicium, & numero vltim. Archid. in cap. 2. numero 6. versic. & nota in fin. 33. quæstione 1. & ibi Bellarm. in fi. & alij plures, quos refert Thom. Sanch. d. disputatione 107. numero 7. vbi refert alios nonnullos tenentes contrarium, nempe arctitudinem mulieris non esse signum omnino certum, & euidens, sed euidens verisimiliter, & ideo licet non exigatur triennium, bene tamen dicta iuramenta, eo quòd arctatio illa fit per matronas inspicienda, quarum oculus sæpe fallitur, cap. nec aliqua 27. quæstione 1. & iudicium medicorũ simili ter est sæpe fallax, vt experientia docet, & notatur in cap. proposuisti de probat. & hæc sententia posterior magis placet Sanch. nisi mulier ita arcta esset, vt cuilibet inspicienti clare liquere possit eam nõ esse capacem alicuius instrumenti virilis, vt bene explicat Speculat. tit. de frigid. & malefic. §. vnic. numero 3. quam concordiam nos quoque sequimur.

6 Sed si vir ab alio matrimonio sit iam ratione frigiditatis per sententiam separatus proculdubio hoc erit signum euidens, & omnino necessarium, ita, vt nec triennij, nec iuramenta propinquorum necessaria sint, itaque matrimonium statim dissoluendum est, vt docẽt Ant. de Butr. in d. c. laudabilem, numero 14. & ibi Ioan. Andr. numero 8. Alexand. de Neu. numero 15. Præpositus. numero vltim. Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 99. numero 6. & disputatione 107. num. 8.

7 In maleficij autem impedimento, cum hæc impotentia non naturalis sit, sed accidentalis, semper in hoc maleficij impedimento desideratur triennium experientiæ, vt declaretur irritum matrimonium, quia præsumitur quod discursu temporis medijs adhibitis remoueri possit, ita tenet Hostiens. in d. cap. laudabilẽ, numero 1. & in cap. fin. ad fin. verbo triennium de frigid. & malefic. & vtrobique communiter DD. Gregor. Lopez in l. 5. verbo *fasta esse plaço*, titulo 8. partita 4. hoc amplians, vt procedat etiam si ab altero coniuge, vel ab vtroque offeratur antea probatio per aspectum, vel per alia signa, nec poterit iudex trienniũ in hoc euẽtu abbreuiare, cum id tempus omnino à iure requiratur, in cap. fin. de frigid. & maleficiat. iuxta Hostiens. ibi ad fin. verbo trienniũ, Ioan. Andr. numero 11. Anchar. num. 9. notabil. 12. & alios, quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. disputatione 107. numero 9. per totum contra glossam, & alios ab eo citatos minus bene aliud indistincte volentes in maleficio, & frigiditate, dicentes in neutro horum impedimento exigi triẽnium, si statim de illo constet: nõ enim potest statim clare constare de impedimento maleficij, sicut de impedimento naturali, id esse perpetuum: nisi in casu rarissimo, nempe quando per maleficium amputata essent omnino virilia, aut vterque testiculus sublatus; tunc namque manifestum est, nullo modo præter Dei miraculum ea restitui posse, ac proinde clare cõstabit, eam impotentiam esse perpetuam, & ideo in hac specie nulla temporis dilatio erit expectanda, nec concedenda, sed statim separatio facienda est, & matrimonium dissoluendum, alias secus iuxta præcedentem communem sententiam, quam etiam probat d. l. 5. tit. 8. partita 4.

8 Deinde in maleficij impedimento vltra triennium est tempus arbitrarium à iudice assignandum indicto simul coniugibus, vt orationi vacent ac operibus pœnitentiæ consilio, vt sic Deus placatus coerceat dæmonem, vt desistat matrimonio nocere, vt colligitur ex d. cap. fin. de frigid. & malef. & docent ibi Abb. num. vltim.

vltim. & alij Authores, quos refert, & sequitur Thom. Sãch. d. disputatione 107. numero 10. hoc verum intelligens quando coniuges per triennium habitarunt ante decretum iudicis, in quo casu loquitur tex. in d. cap. fin. & nonnulli DD. nã si id triennium signatum esset à iudice, vel parocho illius indictis operibus pœnitentiæ, & oratione, non est cur eo transacto, sit amplius expectandum, cum iam tempore iure præscripto coniuges habitauerint, ac indicta sit pœnitentia ad placandum Deum.

9 Circa tertiam speciem signorum impotentiæ, nempe quæ sunt dubia, & præsumptiue probata, an expectandum sit trienniũ experiẽtiæ, & deinde aliqua alia probatio requiratur, ad hoc vt matrim. dissoluatur? decisio huius quæstionis redditur difficilis ex oppositione (vt ita dicam) tex. in cap. primo, & cap. laudabilẽ de frigid. & malefi. in d. namque cap. 1. in principio cauetur, viro post mensem, aut trimestre, aut annum à celebrato matrimonio fatenti propriam frigiditatem, vxorique eandem affirmanti, si ea per verum iudicium probari valeat, dissolui posse matrim. in d. vero cap. laudabilem dicitur, quod vbi clare non constat de frigiditate, expectandum sit triennium experientiæ, sed & in alio videntur illi textus sibimet contrarij, nempe quod in d. cap. 1. culpę tribuitur vxori serotina reclamatio, eo quod post annum reclamauerit allegãs viri frigiditatem, atque ideo eius petitio non admittitur, at in d. cap. laudabilem ea reclamatio censetur præmatura, & ob id reijcitur, & triennium experientiæ requiritur. Quid dicendum?

In hac difficultate omissis alijs impertinentibus intellectibus Doctorum duo casus distinguẽdi sunt: primus casus est, quãdo vterque coniux fatetur impotentiam; secundus, quando alter eam fatetur, altero negante.

In priori casu, nempe quando vterque coniux fatetur impotentiam alterius, sunt duæ opiniones contrariæ Doctorum cũ suis fundamentis, prima habet, non esse opus triennij experiẽtiæ, sed tẽpus quoddam arbitrarium sufficere, vt vnius mensis, aut trium, aut anni, & iuramentũ vtriusque coniugis, ac septimæ manus propinquorum, vt dissoluatur matrimonium, & quod in hoc casu loquatur, & intelligatur d. cap. 1. quã tenent ibi glossa verbo per verum; & verbo probari, de frigid. & malef. & ibi communiter DD. cum Abb. antiquo, & in alijs pluribus locis, de quibus per Mascard de probat. conclusione 889. numero 7. & 8. Anton. Cuch. lib. 5. instit. maio. titulo 12. numero 264. & Thom. Sanch. de matrimonio, lib. 7. disputatione 108. numero 3. vbi etiam congerit plura fundamenta huius sententiæ, & numero 21. eam libenter admittit in senibus, vt ibi per eum, & in hac specie vera videtur hæc sententia, in senibus dico.

Secunda sententia, & opinio in hoc articulo habet, quod quamuis vterque coniux fateatur impotentiam, vbi ea non est certa, semper debet expectari triennium experientiæ concessum à d. cap. laudabilem, ita tenent glossa in cap. si quis acceperit, verbo tempore 33. quæstione 1. & in d. cap. laudabilem verbo vterque, Abb. Panormit. in d. cap. 1. numero 5. & 6. in d. cap. laudabilem in fin. & in cap. fi. numero 4. de frigid. & malef. D. Thom. in 4. distinctione 34. in fin. in expositione literæ Magistri, versic. septima manu, & alij quamplurimi DD. Canonistæ, & Theolog. quos refert, & sequitur late hãc probans, & dicens eam longe veriorem, & cõmuniorem Sanchez vbi supra, numero 5. & est communior sententia inter Theologos, & Iuris Interpretes, vt affirmat eam sequutus Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 22. §. 6 pagina 496. versiculo cæterũ, & approbatur in l. 6. titulo 8. partita 4. & ibi Gregor. glossa fin. vbi hoc verum intelligit, in casu quo loquimur, scilicet, nisi prius per probationem certam constaret de frigiditate, & impotentia, quod etiam prædixerat idem Author in glossa, *à tres años*, & in verbo, *deue ser oydo*, & verbo, *è darle plaço*, quam etiam limitem cũ alijs Authoribus sequitur Mascard de probat. primo tom. conclusione 311. verbo coitus numero 4. & 7. & in secundo tom. verbo frigiditas, numero 5. 8. & 16. Sylvest. verbo matrimonium 8. numero 16. in versi. sed si vir, & versi. sed intellige, Soto in quarto Sentent. distinctio 34. in secunda con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusione, versic. quapropter, pagina 232. est necessarium vtroque coniuge fatente impedimentum, ac triennio elapso facere vlterius coniuges inspici, licet sanum sit consilium hoc facere, cum hoc non requiratur in d. capit. laudabilem in vltimo casu, vbi est sermo de hoc, vt bene cum alijs probat Sanch. vbi supra, numero 6.

Desideratur tamē vltra triēnium illud & iuramentum vtriusque coniugis fatentium impedimentum, vt septima manus propinquorum iuret, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, vt cum D. Thom. alijsque quamplurimis Theologis, & Iuristis, & cum d. l. 6. tit. 8. partita 4 resoluit, & probat Sanch. vbi supra, numero 7. contra alios, quos citat numero 8. qui numero 9. intelligit glossam final. in cap. fi. de frig. & malef. dicētem, quod licet non sufficiat aspectus matronarum, nisi etiam concurrat iuramentum septimæ manus propinquorum, attamen valebit sententia altero horum omisso, vt procedat de omissa matronarū inspectione, secus de omissione iuramenti septimæ manus, hæc namque sententiam reddet irritam, vt ibi cum alijs bene probat, & tenet, & numero 10. inde etiam probat, quod licet quidam hoc temperent, vt non exigatur hoc iuramentum septimæ manus propinquorum, quoties fama assertionem cōiugum adiuuaret, vt sunt glos. in cap. requisisti, verbo septima manu 33. quæst. 1. & ibi Archidiac. numero 6. Bellamera numero 3. merito tamē ab his recedēdū est, eo quod licet fama in impedimēto cōsanguinitatis magni sit momenti, at quando petitur dissolutio matrimonij ratione impotentiæ, modici aut nullius momenti est, vt tenent Innocent. in cap. 1. numero 4. de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. numero 11. Hostiens. 4. Præpos. 8. versi. sed quæro quia sæpe.

10 Iuramentum autem hoc septimæ manus propinquorum vtroque coniuge fatente impedimentum sic accipiendū est, vt cuiuslibet coniugis septem consanguinei iurent, vel eis deficientibus septem vicini cuiuslibet: & ita debēt esse quatuor decim, vt cū alijs pluribus Authoribus resoluit Sanch. vbi supra, & est expressa l. Regia 5. in fine, titulo 8. partita 4. ibi, *e dezimos*, &c. hoc tamen non procedit, quando alter coniux impedimentum fatetur, alter vero negat, tūc namque propinqui negantis non sunt vocandi, vt in fauorem fatentis iurent, vt docēt Innoc. Host. Ioan. And. & Anchar. in cap laudabilem in principio de frigid. & malef. & cum eis Sanch. d. lib. 7. disputatione 109. numero 13.

11 Quod si tot testes haberi nequeāt, sufficiunt pauciores arbitrio iudicis, iuxta glossam in d. cap. requisisti, verbo septima manu 33. quæst. 1. Gregor. Lop. in d. l. 5. verb. *siete*, titulo 8. partita 4. Mascard. de probat. conclusione 889. numero 7. & alios plures, quos refert, & sequitur Sanchez d. disputatione 108. num. 12. vbi num. 13.

12 Quod si desint consanguinei, & vicini, debent assumi alij testes bonæ famæ, & omni exceptione maiores.

13 Forma autem huius iuramenti, quamuis iure communi attento debeat fieri tactis Sacrosanctis Euangelijs, vt patet ex tex. in d. cap. laudabilem de frigid. & malef. in versic. si autem, &c. & in cap. 2. 33. quæstione 1. & late probat Thomas Sanchez d. disputatione 108. numero 14. at consuetudine præscriptum est id iuramētum super Cruce præstari, vt affirmat D. Couar. in cap. quamuis pactum 1. parte §. 1. numero 2. ad fin. de pact. in 6. & Sanch. vbi supra ad finem d. numeri 14. id, quod semper vidi in iudicio seruari vniuersaliter in omnibus iuramentis testium.

14 Coniuges autem iuramentum de certa scientia præstare debent, nempe quod vir iurare debet se bona fide, & absque dolo speciosam operam copulæ dedisse, nec potuisse consummare, mulier autem per eā non stetisse, nec se fraude aliqua vsam esse: consanguinei vero de sola credulitate iurare debent: ita tenent omnes Theologi cum D. Thoma in 4. distinctione 34. in fine, & communiter Canonistæ cum glossa in d. cap. laudabilem, verbo vterq; de frigid. & malefic. secundum Thom. Sanch. vbi supra, numero 15. & vtrumque probat expresse l. quinta, in versic. *Pero ante que los departan*, &c.

15 Nec sufficit ad hoc, vt ratione impotentiæ dissoluatur omnino matrimonium (denegata facultate impotenti contrahēdi aliud matrimonium) confessionem cōiugum dicentium transacto triennio se nō potuisse consummare matrimonium, nisi iuret quoque vir se non posse coire cum ea fœmina nec cum aliqua alia, ac proinde esse simpliciter impotentem, vt constat 18
ex cap. 1. de frigid. & malefic. & probat late, plures DD. hoc tenentes allegans Thom. Sanch. d. disputatione 108. numero 16. per totum, inde plura deducens numeris sequentibus circa periurium quomodo, & quādo incurratur in hoc, & quā do non, si contrariū postea appareat eius, quod prius iurauerant, & num. 20.

16 An sufficiat allegare generaliter impotentiam, vel requiratur necessario speciē illius proponere, & resoluit cum communi, sufficere prius, nec requiri secundum, nempe ad hoc, vt coniux potēs audiatur, at iudicē teneri nitimosse speciem impotentiæ, & causam ipsius, & partes teneri iuxta interrogata declarare, & hęc quoad primum casum principalem, de quo supra.

17 Quoad secundum autem casum, nempe quando alter coniux impotentiam fatetur, altero eam negante, nec ea constat euidenter, primo obseruandum est, quod quando mulier fatetur impedimentum, & vir negat, nec illa ab initio contracti matrimonij proclamauit, audienda non est, sed potius reijcienda, & viro adhibenda est fides fatenti se consummasse matrimonium, ita probat tex. in ca. 1. de frigid. & malef. ibi, illa autem, si prior post annum, aut dimidium ad Episcopū, aut eius missum proclamauerit dicens, quod non cognouisses eam; tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est, eo quod caput es mulieris, quia si proclamare voluit, cur tandiu tacuit, cito enim, & in paruo tempore scire potuit, si secū coire posses: cōcurrunt namque (vt inquiunt ibi Abb. numero 5. Alexand. de Neuo, numero 7. in fi. & Brunel. de sponsal. conclusione 28. limitatione 1. numero 16.) duæ præsumptiones contra mulierem modo dictæ assignatæ in d. cap. 1. quem tex. intelligunt præfati Doctores, quamuis mulier tempore contracti matrimonij virgo esset, & placet hic intellectus Thomæ Sanch. lib. 7. de matrim. disputatione 109. numero 2. contra Hostiens. & alios plures DD. quos ibi citat, intelligentes d. cap. 1. quando mulier est corrupta, nam si virgo esset post multos etiam annos reclamantem, audiendam esse aiunt.

Addit Sanch. numero 3. tunc dici non initio matrimonij proclamare, sed sero, quando transacto bimestri proclamat, vt cauetur in d. cap. 1. & docent glossa in c. si quis acceperit, verbo tempore 33. quæstione 1. Innoc. in d. cap. 1. numero vltim. & ibi Præpos. numero 8. versic. vltimo quæro, quamuis idem Innoc. in d. cap. 1. numero 1. versic. tertia pars, dicat, breue tempus esse minus semestri, addit Sanch. quod ideo minus bene l. Regia 6. titulo 8. partita 4. dicit reputari serotinam proclamationem, quando post annum fit.

Ego vero circa modò dicta video præ dict. l. Regiam 6. aliter disponere, quam refertur à Thom. Sanchez vbi supra, vt constat ex eius litera: & præcipue ibi: *esto se entiende*, (scilicet de cohabitatione triennij), & iuramentis coniugum, & consanguineorum, de quibus in l. præcedenti) *si la muger fuesse virgen, porque por su cuerpo pueda mostrar manifiestamente, que en el tiempo de los tres años no la pudo conoscer: mas si tal home que fuesse frio de natura, casasse con muger corrupta de ue se entender de otra guisa: casi la muger de que entendiesse que el marido era assi embargado, no lo querellasse luego, o a lo mas tarde fasta vn mes si despues se querellare, y el marido dixere que no era assi è juraasse que la conoscera carnalmente: estonce no deue auer el plaço de tres años, nin deue ser oyda sobre esta razon; porque sospecha es contra ella, que pues que tantos dias est uuo que no querello, que ouo que ver con ella: è porēde deue ser creydo el marido, e non ella; pero si ella se querellasse luego, o ante del mes, deuenla oyre darle plaço de tres años, e guardar las otras cosas que son dichas en la ley antes desta, esso mismo deuē fazer si el marido o la muger otorgassen, que auia entre ellos tal embargo*, vbi Greg. Lopez glossa vltima, hoc intelligit etiamsi intra mensem non esset proclamatum de frigiditate, vt in d. cap. 1.

primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo responso, scilicet, vt detur triennium, vt in primo responso d.l. 6. etiam si mulier nõ erat virgo sed corrupta, & semper dicit esse intelligendum, nisi prius per probationem certam constaret de frigiditate, & impotentia, vt nos quoque supra diximus, & hoc quando vir & mulier fatentur impotentiam, quia quando vnus fatetur, alter vero negat, obseruandum est quod prædiximus in hac eadem prima obseruatione.

Demanera que esta ley Real sexta, habla al principio quando la muger fuesse virgen y despues en el verſiculo, mas ſi tal bone habla y diſpone otra coſa quando el varon que fuesse frio de natura casasse con muger corrupta, porque en este tal caſo vltimo, ſi la muger deſque entendiesse que el marido era embargado no lo q̃rellasse luego, a lo mas tarde fasta vn mes, ſi despues se q̃rellare, y el marido lo negasse, è jurasse, que la conociera carnalmente. Eſtonce no deue auer el plaço de tres años, ni deue ser oyda ſobre eſta razon por la ſoſpecha que ay contra ella, de que pues tantos dias eſtuuo que no querello, que ouo que ver cõ ella, y anſi deue ſer creydo el marido, è no ella, como lo diſpone la dicha ley de Partida.

La qual no dize que ſe deue reputar por tardia la proclamacion quando post annũ fit, *como pienſa Sanchez, ſino quando ſe haze deſpues de vn mes, aunque bien ſe ſigue* à fortiori, *que ſera mas tardia la proclamacion que ſe haze deſpues del mes haſta medio año: pero no haze mencion la dicha ley Real del medio año, ſino del mes, à lo mas tarde deſque entendieſſe la muger el embargo del marido, y no lo querellaſſe luego, o a lo mas tarde haſta vn mes.*

Verdad es, que el capitulo primero, de frigid. & malef. *en el verſiculo*, ſi autẽ ſtatim, *da vn mes, o dos de termino, en eſte caſo para poderſe querellar la muger, y que al dicho texto ſe ha de eſtar por ſer de Derecho Canonico, y no a la ley Real que da vn mes.*

19 Hoc autem tempus incipit à die, qua vir cœpit copulam intentare, vt colligitur ex textu in d. cap. primo, de frigid. & maleficiat. dum eam rationem reddit ſeroti næ proclamationis, quod cito mulier poſſe poſſet, an vir ſecum coire potuiſſet, omiq hoc namque experiri nequit niſi à tempore nixus copulæ, & ſic intentatę, ita gloſſa in ſumma, verbo quod autẽ, in fi. 33. quæſtione 1. & in cap. laudabilem, verbo celebrati de frigid. & malef. & ibi Innocent. ſtatim in principio, & Hoſtiẽſ. etiã in principio Ant. de Butrio numero 10. Alexan. de Neuo etiam numero 10. & nullus contradicit, Sanch. vbi ſupra numero 4. & diſputatione 110. numero 1. & probatur hæc ſententia in dd. 6. ibi, *caſi la muger, deſque entendieſſe que el marido era aſsi embargado, &c.* non enim hoc intelligere poteſt mulier, niſi à tempore intentatæ copulæ.

20 Nunc autem præd. prima obſeruatio de qua ſupra, numero 17. vera intelligenda primo eſt, niſi vxor per certa ſigna oſtendere velit viri impotentia, tunc enim non obſtante lapſu cuiuſuis temporis audienda eſt, vt docent Innoc. in d. cap. 1. numero vltim. de frig. & malef. & ibi cõmuniter DD. Gregor. Lopez in d. l. 6. in gloſſa, *ni deue*, titulo 8. partita 4. imo ſatis eſt ad hoc, quamuis ſigna non ſint omnino euidentia & neceſſario concludentia, ſi ſint veriſimiliter euidentia, de quibus ſupra, vt late probat & declarat Thomas Sanch. d. diſputatione 109. numero 5. vbi etiam cum Alexand. de Neuo, tunc non ſatis eſſe nẽ expectetur triennium ad eſſe ſigna frigiditatis vrgentia, ac præſumptiue probantia, niſi ſint veriſimiliter euidentia: ideoque ſecundum Abb. in d. cap. primo, numero 5. & ibi Alexand. de Neuo in fin. & Brunel. de ſponſal. concluſione 28. limitatione 1. numero 16. non erit audienda fœmina petens probare ſe velle viri impotentiam nondum elapſo triennio, ſi velit per aliqua alia ſigna impotentiam probare.

21 Secundo, & deinde intelligenda eſt præd. prima obſeruatio, niſi vxor per aſpectum probet ſe non cognitam à viro, vt quia reperitur virgo à matronis illam inſpicientibus, tunc namque potius creditur vxori neganti copulam, quam viro affirmanti, vt in cap. propoſuiſti in fin. de probat. ibi iuramento puellæ, & teſtimonijs illarum ſeptem mulierum fides eſt potius ordinata, & tenent gloſſa in cap. ſi quis acceperit, verbo tempore 33. q. 1. & in cap. quod autẽ, verbo probare 27. quæſtione 2. & in d. cap. propoſuiſti in fi. & cap. penult. verbo mulieres de probat. & in cap. continebatur, verbo viri de deſpõſ. impub. & in cap. primo, verbo caput de frigid. & malef. Diuus Thom. & communiter Theolog. & alij plures Canoniſtæ, quos refert, & ſequitur Thom. Sanchez d. diſputatione 109. numero 6.

22 Vbi numero 7. probat cum alijs ſatis eſſe quod matronæ ſint peritæ, licet non ſint peritiſsimæ, & num. 8.

23 Verius eſſe probat ſufficere ad hoc duas, vel tres obſtetrices, nec requiri ſeptem: & num. 10. tenet.

24 Quod in hac ſpecie nihilominus ſi nõ adſint alia vrgentiora frigiditatis viri ſigna nec initio matrimonij reclamauit, audiri non debet ante triennij lapſum ad effectum ſoluendi matrimonij, ſed vt concedatur ſibi licentia tranſeundi ad religionem, tunc namque audiri debet, quia per id ſatis probatur matrimonium non eſſe conſummatum, vt in d. cap. propoſuiſti, & in cap. penult. de probat. & ante matrimonij conſummationẽ licitum eſt tranſire ad religionem, cap. ex publico de conuerſione coniugat. quod ſic probat, & declarat Alexand. de Neuo in d. cap. 1. numero 13. de frig. & malef.

25 Mulieri autem ſe cognitam à viro aſſerenti potius eſt credendum, quam viro neganti, vt tenent hoc bene probantes D. Thom. & alij Theolog. necnon & Maſcard. de probat. concluſione 312. numero 24. & relati à Thom. Sanch. vbi ſupra, numero 9. limitans cum alijs, niſi vir conuincat eam per aſpectum corporis eſſe virginem; tunc namque viro potius eſt fides adhibenda.

26 Tertio intelligenda eſt præd. obſeruatio prima, vt mulier ſero proclamans non audiatur ante triennium habitationis, ſecus vero poſt triennium, vt recte docent, & probant in d. cap. laudabilem de frigid. & malef. Innocent. num. 1. Abb. & Alexand. de Neuo vterque etiam numero 1. & alij, quos refert, & ſequitur Thom. Sanch. d. diſputatione 109. numero 11. vbi numero 12. hoc declarat, vt huiuſmodi mulier ſero proclamans audiatur poſt triennalem habitationem, ac ſe-

parabitur matrimonium, ſi per aſpectum probet ſe virginem, accedatque iuramentum ſeptimæ manus propinquorum teſtantium ipſis veriſimile eſſe, eam verũ deponere, & numero 13. quod in hac ſpecie, ſcilicet, quando alter coniux ſolus fatetur, ſoli ſeptem propinqui illius fatentis debent iurare ſe credere, illum dicere verum, licet aliàs quando vterque coniux fatetur impotentiam vnius, requiratur iuramentum ſeptem propinquorum vtriuſuis coniugis, & ſic quatuordecim propinquorum, vt prædiximus, & quod in terminis ita docẽt Innoc. Hoſtiẽ. Ioan. And. & Anchar. in d. c. laudabilẽ ſtatim in principio.

Ex quibus profecto concordantur textus, qui alias valde contrarij videbantur, nempe in cap. primo, & in ca. fi. de frigid. & malef. & in cap. fraternitatis eodem titulo de frigid. & malef. tex. namque in d. cap. 1. denegat audientiam mulieri, quæ non reclamauit initio matrimonij allegãs viri impotentiam: in d. autem cap. fi. auditur mulier reclamans poſt octo annos; in d. vero cap. fraternitatis auditur mulier poſt multos annos: ex quibus iuribus notant communiter DD. licere cõiugi, quocumque tempore tranſacto triennio allegare alterius coniugis impotentiam, quia temporis tractu matrimonium irritum, & nullum non firmat, ita tenent Hoſtienſ. & alij communiter Canoniſtæ, quos refert, & ſequitur Thom. Sanchez vbi ſupra d. diſputatione 109. numero 14. Cõcordia igitur inter hæc iura eſt, nempe quod tex. in d. cap. 4. negans mulieri audientiam, quando non ſtatim celebrato matrimonio proclamauit, intelligatur, donec triennium tranſactum ſit; at cap. fraternitatis, & cap. fin. intelligatur modo iam tranſierit triennium, ita vere & ſubtiliter meo iudicio conciliat præd. tria iura Thom. Sanchez d. numero 14. ad fin. qui numero 15. agit, quid dicendum ſit, quando mulier erat corrupta tempore cõtractus matrimonij.

28 Secunda principalis obſeruatio in propoſito eſt, quod ſi mulier, quæ tempore matrimonij virgo erat, ſtatim proclamauit allegans viri impotentiam, nẽpe, poſt menſem, aut biennẽ tre, audienda eſt, quãuis vir impotentiam neget, & ſi ea probetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur per rectũ iudiciũ dissoluetur matrimoniũ, vt in c. 1. in versic. si autẽ statim, &c. de frig. & malef. hoc autẽ procedit, quando apparent signa dubia frigiditatis viri, quæ præsumptiue concludunt, & vxor reperitur virgo, acceditque iuramentũ septimæ manus propinquorum eius, ita cum alijs probat, & tenet Sanchez vbi supra, numero 16. qui numero 17. inquit, quod in hoc euentu requiritur inspectio coniugum, vt iudicent medici, qualia frigiditatis signa in viro sint, & matronæ an mulier nondum cognita sit. Et ad hæc reducenda sunt, quæ in proposito tradit Basilius vbi supra.

29 Quid autẽ dicẽdũ sit quãdo mulier initio matrimonij proclamãs, erat tẽpore cõtractus corrupta, nempe qualis probatio tunc requiratur, vt potius ipsi credatur, quam viro affirmanti copulam, & sic dissoluatur matrimonium, nec apparent signa euidentia, vel verisimiliter euidentia frigiditatis in viro? agit latè idem Sãchez ibidem, numero 18. omnino videndus cũ casus in praxi contigerit.

30 Vbi numero 20. monet omnia hactenus dicta in hac materia de muliere allegãte impotentiam viri, & ob id petente matrimonium dissolui, accipienda quoque eodem modo esse quando vir proclamat contra matrimonium ratione arctitudinis fœminæ, vt ibi bene probat, quæ sane doctrina optima est in proposito.

31 Prædicta autem, nempe, potius credẽdum esse fœminæ saltem virgini statim clamanti, sunt intelligẽda, quando vir simpliciter affirmat se cognouisse fœminã, mulier autem dicit, & iurat contrarium cum septima propinquorum manu existente aliqua præsumptione ariditatis, vel alterius defectus mẽbri virilis, nam si vir paratus sit iurare cũ septima propinquorum manu se coire posse, vel fœminam à se cognitam præfertur viri probatio, ita tenent Innocent. in d. cap. 1. numero vltimo, de frig. & malef. & ibi Hostiens. nume 104. Ioan. Andreas numero 11. Ant. de Butr. in fi. Anchar. numero 11. Præposit. numero 8. versiculo vltimo quæro: quod non procedere iudicio suo asserit Sanch. vbi supra, numero 19. vbi fœmina vltra eas probationes ostenderit se per aspectum virginem, quia vrgentior tunc erit eius probatio cum alijs præd. coniecturis, & simili iuramento proprio, & septimæ manus propinquorum suorum, quã probatio viri per simile iuramentum, & quod ideo æquitas poscit, vt illi probationi potius credatur. Ego recto iudicis arbitrio hoc relinquendum esse censeo, qui pensatis actis causæ vrgentiora, & verisimiliora signa in proposito sequetur, ac iuxta ea pronunciabit.

A quo autem tempore computandum sit triennium experientiæ præd. & an debeat esse continuum, necne, sequenti capite congemus.

SVMMARIVM Cap. CXXI.

1 TRIENNIVM *experientiæ à quo tempore computandum sit ad dissoluendum matrimonium, & an illud debeat esse continuum necne? & numeris sequentibus.*

2 *Triennium ad dissolutionem matrimonij in dubio à quo tempore computandum est?*

3 *Triennium experientiæ an præcise computetur à tempore intentatæ copulæ, vel potius à tempore per iudicẽ præscripto, peracta à coniugibus pœnitentia?*

4 *Triennium experientiæ an computandũ sit a die plenæ pubertatis, vel antea quando coniux eam non est adeptus? & plena pubertas, quæ dicatur?*

5 *Triennium experientiæ an debeat esse continuum? & numero 7.*

Et quid de tempore infirmitatis, numero 8.

6 *Tempus legale in dubio debet esse continuum.*

9 *Triennium experientiæ sumi debet moraliter non metaphysice.*

10 *Spolium an dicatur, quod fit ante matrimonij consummationem inter virum & vxorem ad hoc, vt restitutio coniugis concedenda sit?*

11 *Coniux quando recessit a viro ante triennium experientiæ cogendus est redire ad cohabitandum, sententia excommunicationis.*

12 *Viro asserẽte se cognouisse alias fœminas, non vero propriam, an ea posset ipsa prædicta confessione ad petendũ diuortium, quando ipsa allegauit esse impotentem?*

13 *Vir impotens aut frigidus an possit proclamare contra matrimonium ad se relevandum oneribus illius?*

14 *Fœmina impotens, ignara suæ impotentiæ si proclamauerit aduersus matrimonium audienda est.*

15 *Matronarum, & medicorum circa impotentiam coniugum plura dubia remissiue declarantur.*

CAPITVLVM CXXI.

A quo tempore computandum sit triennium experientiæ ad dissoluendum matrimonium, & an illud debeat esse continuum necne?

1 TRIENNIVM indulgẽdũ esse naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis iura proclamant, præcipue tex. in cap. laudabilem in principio de frigid. & malef. l. 5. ibi, *deueles dar plaço de tres años que viuã en uno*, titulo 8. partita 4. & omnes fatentur triennium hoc non numerandum esse à tempore contractus matrimonij, sed à tempore, quo cœptum est à cõiugibus copulæ vacare: quare tex. in d. c. laudabilem decidens, quod tempore celebrati contractus cohabitent per triennium, intelligendus, & supplendus est à tempore cohabitationis, imo nec sufficit cohabitare, nisi dent operam copulæ carnali, vt in cap. requisisti 33. quæstione 1. ita nuncupatim glos. in proprio loco, verbo celebrati, & in summa verbo quod autem, in fine eadẽ causa, & quæstione, nẽpe 33. quæstione 1. Innocent. & cæteri communiter DD. in d. cap. laudabilem, nec est, qui contradicat, vt patet ex Thom. Sanch. de matrimonio lib. 7. disputatione 110. numero 1, sic similiter supplenda est d. l. Regia 6. in verbis supra relatis dum dicit, *deueles dar plaço de tres años que viuan en uno*, addendum est etiam, & incipiant copulam intentare.

2 In dubio autem quando non constiterit de tempore, quo cõiuges cœperint copulam intentare, censeo computandum esse hoc triennium à tempore, quo simul in eodem lecto inceperint iacere atque dormire, siquidẽ ex tunc videtur esse violentissima præsumptio, & à communiter accidentibus, quod cœperint copulam intentare, si iam antea ea non probetur.

3 Dubium tamen præcipuum in proposito est, an triennium experientiæ præd. præcise computetur ab eo tempore intẽtatæ copulæ, vel potius à tempore per iudicem præscripto peracta à coniugibus pœnitentia? sunt namque plures Authores in maleficij impedimento tenentes ab eõ tempore computari triennio nec haberi rationem temporis, quo antea copulæ vacauerant, ita tenent Hostiens. in summa tit. de frigid. & malef. §. qualiter, & quando num 12. & in cap. fi. eodem tit. n. 10. verbo plures terminos, & verbo infra prædictos, & verbo triẽnium, & ibi Ioan. And. num. 11. Anchar. num. 9. notabil. 12. post Anton. de Butr. num. 10. Cuch. lib. 5. instit. mai. tit. 12. num. 267. Caualcan. 2. parte, decis. 18. num. 7. & alij nonnulli ab eis relati.

Sed & sunt alij dicentes in frigiditatis impedimento triennium esse numerandũ à tempore quo per iudicem signatum fuerit, ac coniuges copulæ pœnitentiam egere, vt docent Henricus in cap. 1. num. 2. de frigid. & malef. Brunel. de sponsal. conclusione 28. declaratione 4. num. 10. & 14. & Caualcan. vbi supra.

Nihilominus tamẽ Sãch. vbi supra, n. 4. cũ sequẽtibus duabus cõclusionibus dubiũ hoc rẽsoluit: prima est in impedimẽto frigiditatis triennium cõputatur à die copulæ intẽtatæ, nec oportet hoc triennium assignari à iudice, nec prius pœnitẽtiã peragi, vt constat ex d. c. laudabilem, & prædiximus supra, idẽque est dicẽdũ vndecũque hoc impedimentũ impotentiæ cõsurgat.

Secunda conclusio est huiusmodi: idẽ est in maleficij impedimento, vt in cap. fi. de frigid. & malef. Ita tenent glossa in

Universidad de Deusto Biblioteca

summa: verb. quod autem in fine 33. quæstione 1. Innocent. in d. cap. fin. in fine, & ibi Abb. antiquus in fin. & alter Abb. numero vltim. Cardinal. in fin. Gregor. Lopez in l. 5. verbo, *dar plaço*, titulo 8. partita 4. decis. Capel. Tolos. 381. numero 6. Matienç. in rubrica glossa 1. numero 203. titulo 1. lib. 5 nou collect. Reg. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 5. & hæ duæ conclusiones sunt veræ, & tenendæ.

4 Controuertitur etiam iure an trienniũ præd. experientiæ computãdum sit à die plenæ pubertatis, vel antea, quando coniux eam non est adeptus? Plena pubertas namque in fœminis completur in 14. annis; in viris autem in 18. vt prædiximus supra: in quo articulo tres sunt opiniones: prima habet, & vult adueniẽte plena pubertate, si coniux alter instet, vt dissoluatur matrimonium ratione impotentiæ id dissoluendum esse, non tamen explicat, an aliqua mora expectãda sit, ac proinde nullam expectãdã esse sentire videntur Authores huius opinionis, alia habet post plenam pubertatem expectandum esse mesem, aut bimestre arbitrio iudicis: ita tenent Hostiens. & alij nonnulli, vtrosque refert Sanch. vbi supra, numero 8. & 9. qui numero 10. ab eis discedens, sequitur opinionem Cardinal. in cap. puberes numero vnic. de desponsat. impub. tenẽtis triennium hoc incipere à plena pubertate, quam sententiam ibi bene probat, & ipse eam quoque veriorem, & securiorẽ esse censeo, & probo.

5 Triennium autem experientiæ videtur, quod debeat esse continuum, vt in c. fi. de frigid. & malef. ibi: per continuum triennium in simul habitasse, quinimo generalem regulam habemus alias in iure, quod in dubio,

6 Tempus legale debeat necessario esse continuum, vt cum alijs probauimus lib. 1. Canonic. quæstionũ, cap. 12. numero 24. & in præscriptionis tempore requisito, quod si semel intermittatur, debeat denuo incipere: probat cum alijs D. Couar. in regula possessor de reg. iur. in 6. secunda parte §. 12. numero 7. & idẽ fere omnium verissima sententia habet in anno nouitiatus, teste Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 111. numero 1. & in terminis triennij experientiæ coniugum ex d. cap. fin. tenet Cardinal ibidem in fine, & voluit Archid. in summa, numero 3. 33. quæstione prima, & ibi Bellamer. numero 2.

7 Nihilominus tamen contraria sententia in specie nostra triennij experientiæ vera, communis, & tenẽda est, nõ requiri, scilicet id esse cõtinuũ, & quod tex. in d. c. fin. ibi: per continuum triennium: intelligendus sit ciuili modo, nẽpe vt toto triẽnio vacauerint coniuges copulæ debitis horis, & locis, non vero Mathematice cõtinuo, quia id esset moraliter impossibile, sæpe namque morbus intermitti, tempus illud, & si aliud diceremus impediretur peregrinationes, aliaque negotia, quibus virum vacare societas, atque gubernatio domestica cogit, & in terminis ita tenent Hostiens. & alij quãplures Authores, quos refert, & sequitur l. te id cõprobans Thomas Sanchez d. disputatione 111. numero secundo, & tertio, Greg. Lopez in l. 5. verbo, *fasta este plaço*, titulo 8. partita 5. & Mascard. alios allegans de probat. conclusione 889. numero nono.

8 Tempus tamen, quo coniux infirmitate, aut alijs negotijs detentus non cohabitauit copulæ vacans, supplendum est alio tempore cohabitationis, vt sic triennium compleatur, vt tenent Ioann. And. in d. cap. fin. numero 9. de frigid. & malef. Mascard. cum alijs vbi supra, numero 8. & Sanchez numero quinto, probans numero 6. contra Henriquez non sufficere maioris partis anni cohabitationem, sed necessarium esse triennium compleri, atque ita suppleri tempus interpollatũ, nõ tamẽ hoc Metaphysice intelligendũ esse, quasi quodcunque breue tempus interpollatum supplendum sit, sed quando est notabile arbitrio prudentis, ita, vt moraliter loquendo non censeatur plena trienij experientia.

9 Vnde tenet sufficere cohabitare triennio sumpto morali modo, vt communiter solent cohabitare cõiuges, vt ibi bene, & cum iudicio probat.

10 Illa tamen quæstio se hic examinanda offerebatur tres probabiles opiniones repe-

reperiuntur, an scilicet ante matrimonij consummationem censeatur spolium, ac proinde sit locus restitutioni denegata audientia circa matrimonij valorem, aut nullitatem, donec restitutio fiat, quando alter coniux propria authoritate recedit ab altero ob eius impotentiam ante trienij lapsum, vel postea? nisi eam cum suis fundamentis, & Authoribus late disseruisset Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, disputatione 112. in princip. & per totam: qui tãdem præd. tres opinion. refert, prima habet, ante matrimonij consummationem non esse verum spoliũ, ac proinde non esse locum remedio restitutionis, vt ibi tribus fundamentis hanc fulcit, præcipuum est ex tex. in cap. ex transmissa de restit. spoliat. vbi petenti viro restitutionem vxoris ea concedit, dummodo probet matrimonium, & copulam, & ibi glossa verb. & ab eo, hanc tenet & Hostiens. numero 2. eodem verbo, Anchar. numero 1. & alij plures Authores, ab eodem primo Authore numero 6. citati.

Secunda sententia in hoc articulo tenet, quod si sponsa de præsenti traducta sit in domum sponsi, & vt vxor tractata, quamuis constet, copulam inter eos non esse sequutam, acquiratur quasi possessio ipsius, atque ita concedendam esse restitutionem, ipsius marito spoliato, non tantum quoad habitationem, sed etiã quoad copulam, nisi mulier proponat se virginem esse, & aliquid alleget, quo probato non tenebitur ad copulam, & tunc denegatur restitutio donec de re illa per mulierem allegata cognoscatur, quod si spõsa traducta non fuerit, cum cesset possessio eius, habet hæc sententia cogendam esse redire ad coniugem dimissum, & ad copulam, nisi exceptione aliqua iusta fœmina se tueretur, non via restitutionis, sed ratione contractus matrimonij ad id obligantis, ita tenet Bellamera in d. cap. ex parte num. 11. de restit. spol.

Tertia sententia verior, & tenenda habet, non esse locum in præmissa quæstione plenæ restitutioni ante matrimonij consummationem, quoad habitationem, & copulam: sed tantum quoad habitationem, & alia ministeria inter coniuges mutuo debita præter copulam, vt colligitur ex d. cap. ex parte à contrario sensu: neque obstat cap. transmissa eodem titulo, vbi contrarium videtur probari: tex. namque in d. cap. ex parte tantum agit de sola restitutione quoad habitationem, & alia obsequia, atque solam traductionem ad domum desiderat: at tex. in d. c. ex transmissa, de plena restitutione, etiam quoad copulam, ac ideo iure optimo postulat copulam habitam, & ita merito hanc tertiam sententiam tenent Ioann. de Ligna. in d. cap. ex parte, quem ibi referunt, & sequuntur Abb. numero 25. & in cap. penultim. numero primo, de probat. & alij Canonistæ, quos refert, & sequitur etiam hanc partem bene fundans Thom. Sanchez d. disputatione 112. numero 8. inde deducens numero nono, fuga contingente ante traductionem ad domum nullire stitutioni esse locum, vt fatentur DD. ab eo supra citati: & numero 10. temperat hanc tertiam sententiam principalem, quatenus ait, sponsam nondum cognitam restituendam esse viro, quoad habitationem, antequam audiantur eius exceptiones, si post traductionem recessit, vt intelligatur, nisi vir sit adeò seuerus, vt merito timeatur extorsio copulæ, nec possit sufficienter caueri hoc damnum cautione per virum præstita, quia tũc ob hunc timorem differẽda est restitutio donec de exceptionũ iustitia cognoscatur, vt docent Abb. & Brunel. ab eo præcitati.

11 Quando vero coniux recessit à viro ante experientiæ triennium cogendus est excommunicatione contra eam lata ad cohabitandum, vt cũ Hostiens. in summa tit. de frigid. & malef. §. qualiter, & quãdo, numero 12. in fin. in versic. quid si per maritum stet, & in cap. fi. eodem tit. num. 10. verbo cõtinuũ, & alijs pluribus bene tenet Sanch. vbi supra, n. 12. vbi etiã cũ Manuel Rodrig. denegandã esse ait absolutionẽ fœminæ nolẽti cũ viro cohabitare, nullam aliam rationem, quam impotentiam viri alleganti, nec lapsum esse triẽnium obedientiæ, & quod idem dicendum est, si cohabitare velit, at nõ permittat copulam intentari, si autem coniux fugit à cõiuge triẽnio experiẽtiæ iã elapso ob ej-

Universidad de Deusto
Biblioteca

impotentiam restituetur viro quoad habitationem antequam exceptio admittatur iuxta præfatam tertiam sententiam 14
veriorem, & tenendam supra numero 10. relatam, cum non potuerit coniux propria authoritate recedere nõ expectato iudicio Ecclesiæ, vt late probat Sanchez vbi supra, numero 14. vbi numero 15. cum sequentibus etiam agit. 15

12 An si coniux, contra quem allegatur impotentia, tueatur se, fatendo in iudicio se post id matrimonium cognouisse alias fœminas, ac proinde non esse impotentem asserat, fœmina eius coniux possit vti in suam vtilitatem præd. adulterij cõfessione, ad hoc vt saltem ratione illius concedatur sibi diuortium, & sic non cogatur cohabitare cum viro, & resoluit, & recte meo iudicio minime id posse fœminam.

13 Viro autem impotenti, vel frigido licitum est proclamare aduersus matrimonium, quia sua interest ipsum dissolui, nec compellatur ad onera matrimonij nulli sustinenda, vt constat ex cap. primo, de frigid. & malef. vbi vir proclamauit allegans propriam frigiditatem, & auditus est, ita tenet glossa in cap. 2. verbo ideirco 33. quæstione 1. Abb. antiquus in d. cap. primo, numero 3. & ibi Ioan. Andr. numero 3. Abb. Panormitan. numero primo, notabili primo, Alexand. de Neuo num. primo, Præposit. nu 4. Sylvest. verbo matrimonium 8. quæstione 16. dicto quinto, Palud. & Diuus Antoninus quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. septimo de matrimonio, disputatione 114. numero 2. vbi numero 3. hoc temperat, si vir propriam frigiditatem alleget, vt id matrimonium dissoluatur, ac eximatur ab eius oneribus sustinendis, secus vt sibi ad alias nuptias transitus permittatur, quia tunc audiendus non est, vt tenet glossa, & Alexand. de Neuo, vbi supra, qui numero secundo hoc intelligit, quando vir allegat propriã frigiditatem, quia si allegaret maleficiũ, audiretur, & ibi bene probat Sanchez d. numero tertio, qui numero quarto, cum alijs declarat priorem conclusionem, vt liceat viro proclamare allegando suam impotentiam quando illam ignorauit tẽpore matrimonij; secus si illam tunc nouerat, quia tunc minime audietur.

14 Si vero impotentia se habeat ex parte fœminæ eam ignorantis, ipsa quoque audienda erit, vt cum alijs tenet, & probat Sanchez vbi supra, numero 6. d. disputatione 114.

15 Sed quia sæpe in superioribus mentionem fecimus de matronis, & medicis adhibendis ad inspiciendos viros frigidos, & maleficiatos, & sic impotentes, & præterea fœminas arctas, ac proinde an consummatum sit matrimonium, vel nõ? opportunũ, imo & necessarium esse videbatur plura dubia hic declarare circa qualitatem matronarum deponere debentium de sponsæ virginitate, item qualiter, & quibus diligentijs præmissis deponere debeant, & quibus maior fides adhibenda sit, si discordes fuerint, & an publicatis attestationibus possint aliæ admitti, & recusari, & quid possit iudex ex officio in his causis matrimonialibus, sed quia omnia hæc in vnum congesit atque singula declarauit pulchre, curiose, ac satis vtiliter in praxi, doctissimus Thomas Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatione 113. per totam; ideo nolui hic ea transcribere, ad ipsum Lectorem remittens, ex quo deducere poterit, quæ opus fuerint in praxi, quoties casus circa supradicta contigerit.

(z)

SVM-

SVMMARIVM Cap. CXXII.

1 SVMMVS *Pontifex an possit dispensare in impedimentis naturali, & diuino iure matrimonium dirimentibus?*
2 *Dispensare an solus Summus Pontifex possit in impedimentis solo Iure Pontificio dirimentibus matrimonium?*
3 *Legatus Summi Pontificis an possit dispensare in impedimentis Iure Pontificio dirimentibus matrimonium?*
4 *Episcopus an ex aliqua causa possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium?*
Et quid in dubio numero 5.
Et quid in casu Concil. Trident. sessione 24. de reformatione matrim. cap. 5. numero 6.
Et quid in casu magnæ necessitatis? n. 7.
8 *Commissarius Bullæ Cruciatæ an possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium concurrentibus ijs de quibus hic?*

CAPITVLVM CXXII.

De potestate dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimonium.

1 PRIOR quæstio in hoc c. breuiter examinanda illa est, an Sũmus Põtifex possit dispẽsare in impedimẽtis naturali, & diuino iure matrimoniũ dirimentibus? in hoc art. tres diuersas Authorũ sententias refert Thom. Sanch. lib. 8. de matrimonio, disputatione 6. n. 8. cum sequentibus: prima habet, posse Summum Pontificem dispensare aliquando in casu speciali.

Secunda sententia distinguit inter impedimẽta iuris humani, & diuini, vt in illis possit Pontifex dispensare, quando cum eis est iam contractum matrimonium, vt ex tunc, ideſt, vt matrimonium legitimetur in sua radice, atque ea dispensatio retrotrahatur, in his vero tantum dispensare possit, vt ex nunc, id est, vt denuo contrahatur idem matrimonium nec dispensatio retrotrahatur, & hanc tenent Ioan. Andr. in c. per venerabilem, num. 30. qui filij sint legitim. & ibi Abb. num. 21. Anchar. num. 21. Alex. de Neuo num. 24. & 25. Cardin. num. 9. quæst. 1. Imol. dicens posse etiam vt ex tunc, & alij quos refert Sanch. vbi supra, num. 9.

Tertia sententia ait, in nullo impedimẽto iure diuino naturali matrimonium dirimente posse Pontificem dispensare: neq; in casu aliquo speciali, excepto voto solẽni religionis, & hanc probat late, & verissimam, ac communissimam appellat, & sequitur Sanchez vbi supra, num. 10. plurimos eam tenentes congerens, & num. 11. monet, valde cauendum à Doctoribus tenentibus, vt gradus consanguinitatis, & affinitatis Leuitic. 18 olim iure diuino prohibiti, sint quoque nunc eodem iure vetiti, & in nullo illorum posse Pontificem dispensare: hoc namque hodie tãquam hæreticum damnatum est in Sacro Concil. Trident. sessione 24. de matrim. Canone 4 ibi: Si quis dixerit, nõ posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispẽsare, anathema sit: quare cũ iuxta verissimã sententiã, quã late probauit idem Author lib. 7. disputatione 52. num. 6. nullus ex illis gradibus sit hodie iure diuino prohibitus, nisi, qui alias prohibitus est iure naturæ, atq; ideo potest hodie Sũmus Põtifex in omnibus illis gradibus dispẽsare, prẽter eos, qui attẽto iure naturæ matrimonium cassant, de quibus ibi agit, & exemplificat Sanchez numero 12. & 13.

2 Secunda est quæstio, an solius Sũmi Põtificis sit dispensare in impedimentis solo Iure Pontificio dirimentibus matrimonium? in qua vt breuiter similiter procedamus, primo dicendum est, solius Pontificis esse hanc dispensationem, ita tenent Hostiens. in cap. quod dilectio, paulo post princip. & in ca. quia circa de cõsanguin. & affinit. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra d. lib. 8. disputatione 6. numero 14. inter quos sunt Anastas. Germon. de sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 11. nu. 105. Paulus Borgos. de irregular. parte 6. tit. de sponsalib. n. 1. Toled. lib. 7 suæ Sũmæ c. 18. n 5. & loquẽtes de impedimẽto cognationis spiritualis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem affirmant Ledesm. in secundam partem quarti, quæstione 58. articulo 2. columna 2. Barthol. à Ledesma de matrimonio, dubio 43. in fine primæ conclusionis, & nõ posse Episcopũ dispensare in his impedimentis docent alij, quos refert, & sequitur Sachez vbi supra, ad finẽ d. numeri 14. & ita declaratum est à Congregatione Cardin. his verbis: Episcopus authoritate ordinaria non habet facultatem in gradibus affinitatis seu consanguinitatis à iure prohibitis contrahentes matrimonia dispẽsandi, vt refert Farinat. volumine quarto, declarat. super cap. 5. de reformatione matrim. sessione 24. in fi. d.c. 5 folio 72. columna 4.

3 Sed neque Legatus Summi Pontificis potest in his impedimentis dispensare (nisi ad id mandato sufficienti Summi Pontificis sit suffultus) Legatus namque etiam à latere circa dispensationes ea solum potest in Prouincia sibi commissa, quæ potest Episcopus in sua diœcesi, & ideo hanc ampliationem tenent glossa in d. cap quia circa, verbo à Sede: & in c. quod dilectio, verbo indulgentiam de consang. & affinit. Innocent. in cap. ex parte numero vnic. de transact. & ibi Imol. numero sexto, Abb. in cap. quod translationẽ numero nono, de officio legat. D. Couar. in quarto de sponsalibus, secunda parte, capit. 6 §. 10. numero 11. Anton. Cuchus lib. secundo instit. maio. titulo 5. numero 142. & alios plures allegans Sanch. vbi supra, numero 15. vbi ad fin. id ampliat, vt procedat etiam in Legato à latere secundum Abbat. Imol. Couar. & alios vbi supra, qui numero 16. cum alijs contra Gofred. hoc ampliat, vt nec generaliter nec specialiter cum aliquibus personis Legatus possit in præd. impedimentis dispensare.

4 Ex quibus dubitari potest de doctrina Dominici à Soto in quarto Sentent. distinctione 42. quæstione 1. articulo 1. immediate ante solutionem 4. primum principale, tenentis posse Episcopum dispensare in impedimento cognationis ortę ex Baptismo tempore necessitatis non solẽniter collato, dum facillimus nõ pateret ad Papam aditus. & q. 2 art. 2. in fine corporis ait, si cognati legales inueniantur matrimonium contraxisse, & facillimus non pateret ad Pontificẽ recursus posse Episcopum dispensare, quem in hoc sequitur Ludouic. Lopez. secunda parte Instructor. conscient. vbi de matrimonio, cap. 51. in fin. Emanuel Saa in summa, verbo matrim. vbi de impedim. dirimentib. numero 6. in fin. & idem met Soto in quarto, distinctione 41. quæstione vnic. articulo 3. in fine ait, quod si contra impedimẽtum publicæ honestatis ex sponsalibus ortum aliqui contrahant, & expeditissimus non sit ad Papam accessus, possit Episcopus dispẽsare, quem in hoc sequũtur Ludouic. Lopez in eodem tractatu de matrim. cap. vltim. columna antepenult. vers. propterea aduertendum, & Emanuel Saa vbi supra, numero 12. in fin.

Dubitari inquam potest de his doctrinis, quia cum hæc omnia impedimenta æque sint iure Põtificio inducta ac alia, & æque dirimant matrimonium, nulla prorsus discriminis ratio videtur esse in rei veritate, cur in alijs impedimentis nequeat Episcopus dispensare siue ante matrimonium contractum, & in hoc possit, vnde neque in hoc poterit, & in terminis ita tenent Thom. Sanch. vbi supra, num. 17 dicens præd. doctrinas minus veras esse, & huius opinionis semper sui contra supradictos antequam Thom. Sanch. sua commentaria in publicum edidisset, quare & nunc eius in hoc sententiam libenter probo, nisi in casu de quo infra statim agemus.

Dubitari etiam potest de alia doctrina eiusdem Emanuel Saa in summa, verbo dispensatio, numero 1. dicentis, in dubio an egeat res dispensatione posse Episcopum iuxta quorundam probabilem opinionem declarare, non desiderari dispensationem, vel ad cautelam dispensare.

5 Hæc namque opinio non est omnino admittenda, sed potius distinguendum, vt si omnino res sit dubia, an interuenerit impedimentum necne? nulla opus sit dispensatione, quia in hoc dubio præsumitur pro libertate ad contrahendum, & posset tunc Episcopus gratia tollendi scandali, vel scrupuli declarare non opus esse dispensatione, vel ad cautelam dis-

dispensare, quamuis hæc non videatur vera dispensatio: ideoque si postea celebrato matrimonio, constaret impedimentum dirimens, alia dispensatio Summi Põtificis quærenda esset, si autem res non esset omnino dubia, quia præsumptio vrget pro impedimento, est necessaria dispensatio Summi Pontificis, nec eam potest Episcopus concedere, ita bene tenet & probat Sanch. vbi supra, num. 18. exempla huius distinctionis adducens, addit, quod quando res non esset omnino dubia, sed essent opiniones quibusdam asserentibus, id esse impedimentum, alijs vero negantibus: si opinio negans esset vere probabilis, quamuis affirmans esset probabilior: posset ille sequens opinionẽ probabilem id matrimon. inire absque aliqua dispensatione.

Eo quod iuxta veriorem sententiam satis sit in rebus moralibus sequi minus probabilem sententiam, si tamen vere probabilis sit (ego vero probabiliorem sequerer) quod si nec sit opinio, nec mere dubium, sed magis propendatur in eam partem, vt sit impedimentum, nullo tamen assensu illius partis habito, nec existente aliqua iuris præsumptione pro impedimento, tunc adhuc censendum esse putat Sanch. d. numero 18. ad finem, non esse impedimentum, nec exigi dispensationem, sed standum esse pro libertate contrahendi matrimonium; ego vero huius Authoris dicta in fauorem matrimonij vera esse crederem, dummodo contrahentes non habeant conscientiam læsam circa id impedimentum, tunc namque aut deponere debent bona fide scrupulum, aut petere, & impetrare dispensationem, & absque ea non contrahere id matrimonium, quia qui facit contra conscientiam lesam, ædificat in gehennam, & qui amat periculum, peribit in illo.

6 Sed an poterit Episcopus dispensare virtute Decreti Concilij session. 24 in Decret. de reformatione matrim. cap. quinto, cum habentibus impedimentum dirimens, quando bona fide, præmissisque denunciationibus contraxere, vt denuo illud matrimonium ineant? videtur namque prima (quod aiunt) facie id facere posse Episcopum, ex d. cap. Concilij, ibi: Si vero solẽnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod subesse postea cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habeat, tunc facilius cum eo & gratis dispensare poterit, & in hoc euentu permitti Episcopo dispensationem, quãuis sit constitutio generalis Concilij, probauit cum alijs Thom. Sanch. lib. 8. de matrim. disputatione 5. num. 5.

7 Sed nihilominus proculdubio tenendum est hoc minime posse Episcopum, vt ex antecedentibus colligitur, totum illud Decretum cum Summo Pontifice loqui, & sic quoque consuetudine explicatum est, teste eodem Sanch. d. disputat. 6 n. 19.

Sed an casu magnæ necessitatis possit Episcopus dispensare in impedimẽtis matrimonium dirimentibus concurrentibus huiusmodi circũstantijs, nẽpe, vt matrimoniũ sit publicũ, impedimẽtũ autem occultũ, & quod sit scandalũ in separatione, nec ad Summũ Pontificem aditus pateat, inopia, aut aliqua iusta causa id impediente, egimus late supra alio capite, in versiculo sed dubitant DD. vbi his concurrentibus resoluimus id licere Episcopo, & quid de Commissario Cruciatæ Generali ibi dicta seruient pro limitatione eorum, quæ hoc cap. diximus.

8 Vlterius in proposito est obseruandũ, Cõmissariũ Bullæ Cruciatæ posse dispẽsare (vt in eius Pontificia commissione cauetur) in solo conscientiæ foro in affinitate consurgente ex copula fornicaria in primo, vel secundo gradu: atque prolem susceptam, & suscipiẽdam legitimam decernere concurrentibus quatuor conditionibus. Prima, quod matrimoniũ cũ illo impedimẽto sit ia cõtractũ, seruataque sit forma Cõcil. Trid. sess. 24. de matrim. c. 1. Secũda, vt id impedimentũ sit occultum. Tertia, vt adfuerit bona fides, saltem ex parte alterius cõtrahẽtis, qui tẽpore contractus matrimonij id impedimentũ ignorabat. Quarta, vt cõiux, qui ignorauit impedimẽtũ, certior fiat de prioris cõsensus nullitate, quamuis ei non declaretur causa nullitatis, vt ebitẽtur scandala: quas conditiones declarat Thom. Sanchez d. lib. 8. disputatione 6. numero 23. & numero 24. assignat differentias inter dispensationẽ Episcopi in præd. casu magnę necessitatis,

& Commissarium Cruciatæ, vt ibi per eum, & numero 25. cum sequentibus alia in proposito adducit, & præterea de indultis Apostolicis, quibusdam Religionibus concessis ad dispensandum in similibus casibus.

SVMMARIVM Cap. CXXIII.

1 PAPA *potest dispensare in voto castitatis, in ordinibus sacris emisso, & quæ causa requiratur in hoc.*

2 *Papa an possit dispensare ex magna causa in solemni Monachorũ castitatis voto ad matrimonium contrahendum?*

3 *Episcopus in votis absolutis religionis, vel castitatis dispensare non potest, nisi in casu de quo infra numero 4.*

4 *Coniux potest irritare votum ab altero coniuge factum absque eius licentia. Est tamen odiosa hæc reseruatio Episcopis facta, num. 5.*

6 *Episcopus potest dispensare in voto castitatis temporalis vt ad annũ, &c.*

7 *Episcopus potest dispensare in voto coniugis non petendi debitum facto sine alterius coniugis licentia.*

8 *Episcopus non potest dispensare in voto virginitatis seruandæ, nisi in casu de quo hic.*

9 *Episcopus an possit dispensare in voto non contrahendi matrimonium.*

10 *Episcopus potest dispensare in voto assumendi ordinem sacrum?*

11 *Episcopus an possit dispensare aliquo casu ex magna causa, de qua hic, in voto castitatis absoluto?*

Et numero 12. quomodo hoc intelligatur?

13 *Episcopus an possit dispensare in votis pœnalibus ante vel post commissam pœnam, in quibus si alias essent absoluta, hoc non posset?*

14 *Episcopus an possit dispensare ad petendum debitum cum coniuge, qui voto castitatis simplicis astrictus matrimonium contraxit?*

15 *Episcopus an possit dispensare ad petendum debitum cum coniuge, cui debiti petitio est interdicta ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge?*

16 *Episcopus an dispensare possit cum coniuge ad petendum debitum, qui cum suo coniuge cognationem spiritualem contraxit?*

17 *Dispensare quis possit in iuramentis puris castitatis, vel religionis?*

18 *Episcopus an possit dispensare in casibus sibi permissis, quando prius est adita Summus Pontifex pro dispensatione in eisdem? & numeris sequentibus.*

19 *Mentio prioris dispensationis ad nubendum consanguineo an sit facienda Papæ, quando petitur secunda dispensatio ad aliud matrimonium cum consanguineo?*

Et quid si fœmina resiliat à prima dispensatione nolens priori consanguineo nubere? numero 20.

21 *Dispensatio prior ad ducendam consanguineam in vxorem, an euanuisse videatur pœnitentia secuta?*

22 *Dispensatio ad contrahendum matrimonium si plura concurrant impedimẽta an valeat aliquibus suppressis, si in alijs dispensationibus dispensetur super illis?*

CAPITVLVM CXXIII.

De dispensatione Papæ impedimenti voti solemnis, ordinis sacri, vel religionis, matrimonium dirimentis, & quibus in casibus possit Episcopus dispensare, & de alijs in materia.

1 CONCORS fere omnium sententia habet, posse Pontificem dispensare in voto castitatis in ordinibus sacris emisso, vt affirmat contra nonnullos Thom. Sanch. de matrim. lib. 8. disputatione 8. numero 1. vbi se alijs in locis refert, & numero 2. cum sequentibus late agit, an hæc dispensatio exigat causam publicæ vtilitatis, post Açor in summa lib. 13. institut. moral. cap. 13. quæstione 5.

2 An autem idem possit in solemni Monachorum castitatis voto, vt scilicet religiosus professus ex magna causa commuti puta pro Regni conseruatione, vel pace, quæ aliter non speratur tam cõmode fieri, quam vt religione relicta vxorem ducat? satis controuersum est, & randem cum communi sententia affirmatiua probauimus cum alijs lib. 1. Canonic. quæstionum, cap. 17. numero 5. & articulum hunc late pro vtraque parte post nos vbi supra disserit nouissime Thom. Sanch. d. disputatione 8. numero 6. cum sequentibus, vbi relatis duabus opinionibus in hoc cõtrarijs cum quamplurimis fundamentis, & Authoribus vtriusque Scholæ, & affirmans negatiuam esse probabilem: tandẽ tenet nostram affirmatiuam cum infinitis Authoribus Theologis, & Iurisperitis eã sequentibus, dicens, eam esse lõge probabiliorem negatiua, ex quorum numero, & fundamentis constat præd. affirmatiuã sententiam veriorem, & magis communẽ esse, & pluries in practica iuxta eam fuisse per Summos Pontifices dispensatum cum Monachis professis in hoc voto: & numero 8. contra Ricard. & cum communi tenet, & probat desiderari ad hoc vrgentissimam boni communis causam: neque obstat affirmatiuæ sententiæ rex. qui contra eam videbatur expressus in cap. cũ ad monasterium sexto in ordine in fin. de statu Monach. ibi: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis à Deo est annexa regulæ Monachali, vt cõtra eam, nec etiam Summus Pontifex possit licentiam indulgere; vera namque solutio est ad illum tex (alijs omissis) Papam nõ posse dispẽsare, vt Monachus, quamdiu manet Monachus, ducat vxorem, quia esset contra essentiam Monastici status: at potest dispensare efficiendo de Monacho, non Monachum, vt tradunt Socinus, Ricard. & alij, quos refert & sequitur Sanch. vbi supra, numero 12. vbi aliam solutionem quoque assignat, & respondet cæteris fundamentis contrarijs, & num. 10. late disserit, an dispensatio Pontificia in voto solemni professi absque causa concessa, sit valida, ac proinde matrimoniũ illud firmum, ac liceat illi petere, & reddere necne?

3 In votis autem absolutis castitatis, vel religionis Episcopus dispensare non potest, quia de iure sunt reseruata hæc vota Summo Pontifici, alias namque secluso reseruatione liceret etiã Episcopis in eis dispẽsare, quia sunt Ordinarij in suis diœcesibus, & possunt omnia illa circa dispensationes, quæ Pontifex in toto Orbe, nisi reseruentur, vt probauit Thom. Sanch. de matrim. disputatione 61. numero 3. & in terminis Dominic. à Soto lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæstione 4. articulo 3. columna 4. versic. qui sunt autem, & nos vbi plures alios hoc idem tenentes citauimus lib. 2. Canon. quæstionum, cap. 22. numero 46. & Sotus in hoc est ab omnibus receptus, secundum Thom. Sanch. lib. 8. de matrim. disputatione 9. numero 3. in fine.

4 Hoc autem temperauimus vbi supra d. cap. 22. numero 49. vt procedat, quoties à personis liberis, alijs non subiectis præd. votum religionis, & castitatis perpetuæ emittuntur: secus vero si fiat ab altero coniugũ absque alterius licentia, quia tunc alter cõiux poterit votum huiusmodi irritare, & à fortiori Episcopus in eo cũ causa dispensare: vt tenent plures Authores, quos ibi ad hoc citauimus. Superuenit Thom. Sanch. qui d disputatione 9. numero 4 nos citans in hoc inquit, se nullatenus id probare, quia quicquid sit de potestate irritandi hæc vota, non inde arguitur potestas Episcopi ad dispensandum, quia dum Põtifex hæc vota sibi reseruat, quoad solam potestatem dispensandi id facit, nulla habita ratione derogandi potestati dominatiuæ, ex qua facultas irritandi hæc vota consurgit.

Sed profecto vir ille religiosus merito poterat immunẽ se ostendere à sua præd. censura, siquidem doctrina mea in hoc est communis, & vera vt patet, & ipse id non negat sed potius fatetur, & tatum intẽdit, ex potestate irritandi hæc vota non argui potestas Episcopi ad dispensandum: at quis dubitat quin à fortiori iuncta præd. irritatione possit Episcopus in eo voto cũ causa dispensare? itaq; impugnatio præd. gratis potius, quam ex re facta videtur,

quod alienũ esse debet à viro graui. Præsertim, cum nos per viam declarationis in præd. doctrina processerimus, & nostra declaratio sit vera, & communiter recepta, eamque sequitur cũ alijs idem Author posteà, d. lib. 8. disputatione 11. numero 3. & 4. quamuis dicat meum fundamentum reprobasse in priori loco supra allegato, sed immerito, vt prædiximus: distinguit tamen d. numero 4. vt procedat nostra præfata opinio, quando fuit emissum votum post matrim. consummatum, secus si emissum sit ante matrimonij consummationem, quo casu iterum distinguit, & declarat, vt ibi per eum. Sed eius profecto distinctio atque subdistinctio casu quo nũcupatim loquimur, nempe quando præd. votum fit ab altero coniuge absque alterius licentia, non videtur procedere, siquidem tunc alter coniux neglectus, qui licẽtiam non præstitit præd. voto, irritare id iure potest: ergo à fortiori ad eius instantiam Episcopus, si opus fuerit, potest in eo dispensare indistincte. Poterit tamen seruari præd. eius distinctio, quando cum licentia alterius coniugis alter solus continentiam vouit, vt latius declarat idem Sanchez d. disputatione 11. numero 5. qui numeris sequentibus late agit, quid dicendũ sit in alijs tribus diuersis casibus, quos ibi fingit, & declarat, & ideo est videndus omnino in materia quoties in praxi casus contigerit.

5 Illud tamen in proposito primo obseruandum est ex doctrina omnium de hac materia agentium, reseruationem præd. dispensandi in præd. votis esse restringendam, quia iuri Episcoporum derogat, & ideo odiosa sit, vt in terminis docet Sanchez d. disputatione 9. num. 6.

6 Secundo, posse Episcopum dispensare in voto castitatis tẽporalis, vt ad annum, vel aliud tempus limitatum emisso, vt cũ communi probauimus vbi supra, numero 48. & plurimos alios citans Sanchez vbi supra, numero 6. vbi numero 7. quod potest similiter Episcopus dispensare in voto castitatis coniugalis seruandæ, quia deficit (hoc est differt) à voto castitatis absoluto, hoc namque omnimodam continentiam claudit, ac non copulari matrimonio, at illud solos actus venereos illicitos comprehendit: ita Enriquez lib. 7. de indulg. cap. 30. numero 6. Similiter confessarius virtute Bullæ, & Iubilei potest commutare votum temporale castitatis, Sanch. d. lib. 8. disputatione 15. numero 4. vbi quoque agit de alijs votis.

7 Tertio, posse quoque Episcopum dispensare in voto, quo alter coniux absque alterius licentia ad non petendum debitũ se astringit, quia non est votum integræ castitatis, sed partis, vt cũ Sylvest. & alijs tenet Sàch. vbi supra, numero 8. vbi quod ob eandem rationem idem dicendum est, si ex licentia alterius emissum esset, vel si ex licentia alterius votum non petendi emisisset, & etiã, licet vterque communi consensu vouerit, nec petere, nec reddere, nec fornicari.

8 Quarto, non posse Episcopum dispensare in voto virginitatis seruandæ, nisi expresse vouens noluerit ad castitatem se obligare, sed tantum ad corporis integritatem seruandam consistentem in abstinẽtia à primo luxuriæ actu, per quem virginitas deperditur, quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum absolutæ castitatis, secus vbi ea adest, vt probat Thom. Sanch. lib. 9. de matrim. disputatione 33. numero 7. & in terminis ita tenent Açor lib. 11. instit. moral. cap. 19. q. 14. & Thom. Sanch. cum eo lib. 8. disputatione 9. num. 9.

9 Quinto ex supradictis deduci videtur, non posse Episcopum dispensare in voto non contrahendi matrimonium, vt sentit Caietan. in opusculis tomo 2. tractatu 11. de voto non nubend. quæstione 1. Nauar. in Manual. Hispan. cap. 12. numero 76. Angles in Florib. Theolog. quæstionum secũda parte, vbi de voto, quæstione vnic. articulo 2. difficult. 11. Valentia in quarta parte, vbi de matrimonio, disputatione 10. quæstione 5. puncto 5. cõclusione 4. Verior tamen, & communis sententia in hoc est in contrarium, imo quod Episcopus possit in hoc voto dispensare, vt docuimus lib. 2. Canon. quæstionum, cap. 22. numero 39. & plurimos referens hoc tenẽtes Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 9. numero 11. vbi numero 12. hoc declarat, vt procedat, quando esset merum votum, vel merum iuramentum factum Deo: secus si tantum factum fuisset in fauorẽ tertij id petentis, cuius interest, quia tunc non posset Episcopus dispensare, veluti si coniux à coniuge peteret, vt sub iuramento, vel voto se obliget ad abstinendum se ab alio matrimonio, tunc namque coniugis illius interest propter filiorum bonorum, & vt eius amor, nomẽ, honor, amicitia cũ eius consanguineis conseruentur, & ideo non poterit Episcopus in hac specie dispensare propter ius tertio acquisitum: sicut asserunt communiter DD. non posse Episcopum dispensare in voto in fauorem tertij facto, & ab illo acceptato: at si ille remittat ius sibi acquisitum, poterit Episcopus dispensare, quod non sit votum castitatis, & cesset præiudiciũ tertij: cuius Authoris in hoc sententiam libenter probo, quia mihi verissima videtur, & tenenda. An autem ille tertius possit remittere totam illam abstinendi ab alio matrimonio obligationem distinguit, & bene ibidẽ idẽ Author, vt si non tantum in eius fauorem emissum sit votum, vel iuramentum, sed intuitu etiam religionis ad id offerendum Deo, non posset: secus si tantum eius intuitu: in dubio autem existimat propter subiectam materiam id iuramentum, aut votum factum esse in alterius coniugis fauorem: quamuis alterius nihil interest, censeatur in dubio factum in honorem Dei, vt recte docet Domic. à Soto lib. 8. de Iustitia, & Iur. quæstione prima, articulo 9. ad secundum.

10 Deinde poterit Episcopus dispensare in voto assumendi ordinis sacri, eo quod id non sit votum castitatis, sed assumendi statum, cui castitas annexa est, vt cum alijs plurimis probat Sanch. d. lib. 8. disputatione 9. numero 13. vbi numeris sequentibus agit late de dispensatione aliorum vororũ an in eis possit Episcopus dispensare, vel solum Pontifex: sed quia directe non spectant ad nostram materiam matrimonij, eas quæstiones omitto.

11 Quamuis autẽ supra resoluerimus in votis absolutis castitatis, vel religionis Episcopũ dispensare non posse, quia sunt reseruata Pontifici: non tamen ita amare, & stricte intelligendum hoc est, quin liceat Episcopo dispensare in his votis castitatis perpetuæ, ac religionis, quando magnum incontinentiæ periculum imminet nec facilis aditus ad Pontificem patet ratione paupertatis, vel alia causa: merito enim credi potest, non fuisse mentem Põtificis, velle in tali casu reseruare sibi hæc vota, nec item est verisimile velle eum, vt animæ laqueis irretitæ in tanto periculo versentur, & ideo merito hanc partem tenent Sylvest. & alij quamplurimi Authores Theologi magni nominis quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 9. numero 22. vbi idem cum alijs probat, quando etsi Pontifex adiri possit, ex mora tamẽ adeundi graue incontinentiæ periculum immineret, vel aliud quodcumque graue periculum aut grauis scandali, vel magni damni tertiæ personæ, vt in exemplo in quo ipse hoc dicit cõsuluisse, de quo ibi per eum, & numero 23. eandem doctrinam extendit ad cætera vota reseruata quamuis non ita frequẽter in illis hæc necessitas contingat: & numero 24. late agit de intellectu tex. in ca. veniens, qui cler. vel vou. circa dispensationem Episcopi in voto castitatis ex perturbatione animæ emisso, quando vouens est iuuenis, vel suspectus ob maius periculum incontinentiæ vitandum.

12 Sunt tamen qui existiment præcedentem doctrinam in versic. quamuis autem numero 11. relatam, procedere, quando non est in eo euentu recursus ad Nunciũ, vt tunc liceat Episcopo dispensare: secus vero alias, ita tenent Magist. Aragon in 2. 2. quæstione 88. articulo 12. columna 8. in versic. si quis autem quærat, & Manuel Rodrig. in secundo tom. suæ summæ cap. 100. numero 3. ad fin. sed merito eos improbat Sanch. d. disputatione 9. numero 25. nisi Nuncius, vel quiuis alius haberet ex priuilegio Pontificis potestatem dispensandi in his votis, & commode absque præd. periculo adiri posset, & numero 26. agit ad quid deseruiet in præd. specie dispensatio Episcopi, & numero 27. latissime agit an in præd. votis, quando non reseruantur Summo Pontifici, sed Episcopis ea dispensatio competit ob rationes præd. possit parochus dispensare quando aditus ad Episcopum nõ patet, vel etiã si pateat? & reiecta opinione affirmatiua multo,

multorum tenet negatiuam cum Soto lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæstione 4. articulo 3. columna 5. versic. Abbates quæ etiam mihi placet præterquam si legitime constaret de consuetudine contraria in præd. votis, vel si parochus, vel alius confessarius virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius legitimi indulti id posset facere, vel commutare præd. vota.

13 An autem Episcopus possit dispensare in votis pœnalibus castitatis, & religionis, & cæteris reseruatis cum causa ante, vel post commissam pœnam, egimus late lib. 2. Canon. quæstionum, cap. 22. numero 50. cum sequentibus; vbi relatis opinionibus resoluimus cum opinione communi recentiorum id posse: quinimo, & confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilei commutare præd. vota, & post nos cum communi idem probat, & tenet Thomas Sanch. d. lib. 8. disputatione 15. numero 8. & disputatione 10. numero 6. cum sequentibus: vbi numero 10. cum sequentibus idem probat in voto conditionali sequutus in hoc tertiam sententiam receptissimam in praxi, quam refert numero 13. contra alias duas numeris præcedentibus à se relatas, cum eo tamen temperamento quando scilicet votum est vere conditionale; non vero apparenter, vt explicuerat eadem disputatione numero 4. & 5. item quoties conditio est de futuro, nec tacite inest, secus si conditio sit de præterito, vel de præsenti, aut si tacite inest, quia tunc est votum omnino purum, vt ibi late probat idem Author num. 14.

14 Illa tamen quæstio difficultatem non leuem habet, an Episcopus possit dispensare ad petendum debitum cum coniuge, qui voto castitatis simplici astrictus matrimonium contraxit? quam tetigimus lib. 1. Canon. quæst. cap. 23. num. 17. resoluentes cũ communi, Episcopum posse in hac specie dispensare ex causa legitima, prout est periculum animæ, aut ex mora, aut impossibilitate omnino adeundi Romã, nam alias requiritur authoritas Apostolica, quam sententiam tenent etiam alij quamplurimi, quos refert Thom. Sanch. lib. 8. disputatione 12. numero 2. inferens numero 3. ex ea non posse Episcopũ etiã in casu necessitatis dispensare, si recursus sit ad potentem dispensare ex priuilegio in voto hoc ad petendum debitum; quare ipsemet ibi numero 4. inquit, & tenet multo probabilius esse, posse semper Episcopum dispensare cum coniugato, qui voto castitatis simplici ligatus transit ad nuptias, vt petat debitum, quia licet attento iure hæc dispensatio sit solius Pontificis, at consuetudine, quæ iurisdictionem præbet cap. cum contingat de foro compet. obtẽtum est hanc dispensationem Episcoporum esse, passim enim Episcopi in hoc dispensant, nullo Romam confugiente ad petendam in hoc dispensationem, eo, vel maxime, quod eæ dispensationes excusari nequeunt ratione vrgentis necessitatis, cum facilis semper aditus pateat ad Religiosos Mendicantes, qui ex priuilegio possunt in hoc dispensare, & ideo hanc opinionem quamplurimi alij Authores Iuristæ, & Theologi tenent, quos ipsemet Sãch. ibi refert, & sequitur, propter quorum authoritatem de consuetudine deponentium nos quoque idem secure censemus: quam sententiam ampliat Sanchez vbi supra, disputatione 20. numero 6. vt procedat etiam matrimonio non consummato, cum Manuel Rodriguez in primo tom. summæ, secunda editione, cap. 242. numero 2. addens quod similiter posset Episcopus dispensare in hac debiti petitione, aut redditione priori bimestri, quo ante consummationem reddere non tenetur, vel si cùm ipse vouens sit innocens, alter coniux sit adulter. Idemque dicit quando hic voto castitatis astrictus ad matrim. transiret animo ingrediendi Religionem, quia cum is animus non obliget ad ingressum, sed liberum sit ei matrimonio inito non ingredi, sed id consummare reddendo, eadem ratio militat, vt possit Episcopus cũ illo dispensare ad petendum: nec in his euentibus necessarium est confugere ad habentes facultatem dispensandi ex priuilegio Pontificio ratione præd. consuetudinis, in qua sunt Episcopi dispensandi, imo, & parochus, vt est prædictum, & in terminis deducit Sanch. vbi supra, numero 7. vbi numero 9. nobiscum vbi supra, & alijs tenet, & monet non posse Episcopum dispensare omnino in voto castitatis cum eo, qui post illud votum simplex castitatis

stitatis matrimonium contraxit, sed tantum ad petendum debitum, vnde non obstante præd. dispensatione hic sic dispensatus fornicando sacrilegus erit, & trãseũdo ad aliud matrimonium post illud dissolutũ, & noua dispensatione Episcopi egebit ad petendum debitum. 17

15 Secunda similis quæstio difficilis est, an possit Episcopus dispensare ad petendũ debitum cum coniuge, cui debiti petitio est interdicta, ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge, de qua quæstione egimus d. lib. 1. Canon. quæstionum, cap. 23. num. 16. post Sot. & alios, quos ibi citauimus tenentes, non posse Episcopum in hac specie dispensare, nisi in casu necessitatis, eo quod non pateat facilis aditus ad Papam, sitque incontinentiæ periculum; præcipue, quando copula illa est scelestissima, vt cum socru, vel sorore vxoris, quam etiam tenet Grafis in prima parte decisionum lib. 2. cap. 81. numero 3. sunt tamẽ alij, qui dicunt, eam dispensationem solius esse Pontificis, vt cõstat ex D. Conar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 7. §. 2. numero 6. ad fin. Matienç. in rubrica titulo 1. lib. 5. nouæ collect. Reg. glossa 1. numero 103. Grafis vbi supra, cap. 83. num. 12.

Et hæc quidem, quamuis de rigore iuris vera sint; consuetudine tamen, & praxi communi introductum est, vt possit semper in hoc Episcopus dispẽsare, prout passim Episcopi in hoc dispensant iuxta communem sententiam, & affirmationẽ Theologorum, & Iurisperitorum, quos congerit numero infinito, & sequitur dicens hoc esse probabilius, & tenẽdũ Thomas Sanchez d. lib. 8. disputatione 12. numero 13. id amplians numero 14. vt procedat etiamsi ad quoscumque potẽtes dispensare sit facillimus aditus.

16 Tertia quæstio est in proposito, an possit Episcopus dispensare cum coniuge ad petendum debitum, qui cum suo coniuge contraxit cognationem spiritualem? & posse proculdubio tenendum est, vt docent quamplurimi, quos etiam refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 15. addens, quod hoc consuetudine præscripta obtentum est.

Hactenus de dispensatione voti absolutæ castitatis, vel Religionis, ité & de prædict. votis pœnalibus, vel conditionalibus.

Nunc agimus de iuramentis puris, & absolutis castitatis, vel Religionis: & quidem ea esse reseruata Summo Pontifici, ficut, & vota similia tenet Caiet. 2. 2. quæstione 89. articulo 9. paulo post princip. Dominicus à Soto lib. 8. de Iustitia, & Iur. quæstione 1. articulo 9. in fine corpor. Alcozer de ludo, cap. 13. conclusione 9. & in summa cap. 16. folio 58. versic. *la primera es*, Don Didac. de Zuñiga de voto quæstione 5. numero 42. & quæstione 6. in fin. Manuel Rodrig. in secundo tom. cursus summæ, cap. 100. numero 3. Pater Toledo lib. 4. summæ, cap. 23. numero 2. Açor lib. 11. instit. moral. cap. 10. quæstione 3. Aragon de Iustitia, & Iur. 2. 2. quæstione 88. articulo 12. columna 6. dicto 1. & quæstione 89. articulo 9. columna 3. dicto 4. Valent. 2. 2. disputatione 6. quæstione 7. puncto 4. columna 5. versic. & notandum est.

Secunda sententia habet contrarium, nempe huiusmodi iuramenta non esse Pontifici reseruata, ita tenent Tabiena in summa nouior, verbo iurare, quæstione 20. numero 21. ad fin. Nauar. lib. 2. consil. titulo de iure iurãd. in priori editione cons. 3. numero 4. & 5. in posterior. consil. 1. numero 4. & 5. & alij Moderniores doctissimi.

Has tamen opin. bene meo iudicio cõcordat Thom. Sanch. lib. 8. de matrim. disputatione 13. numero 5. in hunc nempe modum: scilicet vt prima vera sit regulariter, & in plurimum, quia regulariter ea iuramenta votum continẽt, & ita fortius vinculum, quam solum votum, ergo merito quod quando hæc iuramenta votum continent, sint reseruata Summo Pontifici: secunda vero opinio vera sit, & procedat in casu raro, quando id iuramentum non includit in se votum, vt in exemplis de quibus per eundem Authorem ibi numero 4. vbi numero 6. addit, quod quoties priuilegium concedit relaxari, aut commutari omnia iuramenta, quæ non cedũt in damnum tertij, & omnia vota præter castitatis, & Religionis, censetur sub ea votorũ reseruatione, reseruari quoque iura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramenta eiusdem materiæ, quoties hæc promissionem continent, secus, vbi ea vacant: & numero 7. quod quamuis in Bulla concederentur omnia vota, & iuramenta, quæ non sint in tertij præiudicium, nulla votorum reseruatione facta, censebuntur adhuc reseruata iuramenta castitatis, & Religionis, in quibus promissio continetur, secus si ea non contineatur.

Si vero iuramenta castitatis, & Religionis sint pœnalia, vel conditionalia, idē prorsus tenendum ac seruandum est de illis, quod de votis similibus prædiximus hoc capite numero 13. & in terminis eadem ratione hoc affirmat Sanch. d. disputatione 13. num. 1.

18 Dubium tamen singulare est in hac materia, an Episcopus in casibus sibi permissis, de quibus supra, possit dispensare, quando prius adītus est Pontifex pro dispensatione in eisdem, sed hoc quinque conclusionibus bene explicat, & late eas probat Thom. Sanch. de matrimonio lib. 8. disputatione 14. numero 3. cum sequentibus, quas hic summatim referam, vt breuiter resolutionem huius dubij habeamus, cætera apud eundem videnda remittens.

Prima conclusio, quando Episcopus potest iure ordinario in aliqua re dispensare, vt in voto pœnali castitatis, vel non nubendi, quamuis obtenta sit à Pontifice commissio facta Ordinario, vel confessori, vt dispenset, potest vouens ei renunciare, & adire Episcopum, vt potestate sua ordinaria dispenset. ¶ Secunda conclusio, idem est, quamuis iam virtute eius commissionis Ordinarius, vel confessarius in eo voto dispensasset partim commutando iuxta Pontificis præscriptum, posset enim hic vel ab Ordinario petere, vt authoritate ordinaria in ea commutatione dispenset, etiam quando votum commutatum erat ex reseruatis, vel potest etiam eligere redire ad priorem voti obligationem, & petere ab Ordinario, vt dispenset in illo authoritate sua ordinaria.

Tertia conclusio, quando Pontifex de eo casu consultus denegauit dispensationem iudicans non adesse causam, non potest Episcopus dispensare nisi noua causa proponatur; secus tamē esset, vbi huic singulari non denegasset, sed constat solitū esse Pontificem alijs denegare ob eas causas dispensationem reputando eas non esse iustas, quia tunc posset Episcopus cum illo, cui denegata non est, dispensare iudicans eas esse causas iustas: de hoc tamen vltimo ego valde dubito, quia si Summus Pontifex solitus est ex his causis denegare dispensationem alijs, quamuis huic particulari eam dispensationem non negauerit, quare Ordinarius eam concedere poterit? imo à maiori ad minorem sumendum est argumentum fortissimum; nempe, si maior ex præd. causis solitus est denegare dispensationē, à fortiori erit prohibita minori? nisi forsan daremus Summum Pontificem, alios quandoque denegasse, & quandoque concessisse ob easdē causas dispensationem, quo casu verè crederem esse hanc tertiam conclusionem, alias secus.

Quarta conclusio, quando Episcopi dispensant ex commissione expressa annexa perpetuò dignitati, vt in casibus Cōcil. Trident. sessione 24. de reformatione cap. 6. incip. Liceat Episcopis, &c. nō astringuntur ad dispensandum ex solis causis, ex quibus solet Pontifex dispensare; quare licet noris Papam nolle dispensare ex aliquibus causis, & alijs denegasse, potest cum hoc, cui non denegauit dispensare ex alijs causis, si eas iustas iudicat, & idem censet Sanch. numero 6. quando ex commissione speciali Pontificis dispensaret, quoties Pontifex non assignat causas ex quibus Commissarius dispenset, sed solum astringit illum, vt ex iusta causa dispēset eius prudentiæ committēs discernere, quæ sit iusta causa: & secus esse dicit, quādo ex sola Epycheia dispensat Episcopus, vt in casu necessitatis ratione periculi in mora, quia cū tunc ex sola præsumpta Pōtificis voluntate dispenset, vbi de contraria voluntate constat, cessat præsumptio, cui Epycheia innititur: ego vero vtroq; casu, quando Papa solitus est alijs ex similibus causis denegare dispensationem crederem, & Ordinarium (vt prædixi) minime quoque dispensare posse, siquidē prudentia Papæ eiusque consuetudo, experientia, & stylus Romanæ Curiæ præferenda est, ei, quæ Ordinarij Episcopi est nisi (vt præmisimus) quando Papa concederet, licet aliquando neget, quia tūc nō est contraria voluntas, vt quoque nuncupatim in proposito aduertit, & tenet Sanchez d. numero 6. ad finem.

Quinta conclusio; in casibus, in quibus, qui impetrauit dispensationem voti à Pōtifice, in quo poterat Episcopus dispensare, potest ad ipsum confugere, de quibus in superioribus conclusionibus, in eisdem poterit confugere ad potentem ex priuilegio dispensare. Quod si quispiam dispēsationē petijt ab Episcopo in casu in quo poterat, vel à religioso virtute priuilegiorum, vel commutationem virtute Bullæ, qui eam concedere noluerunt, sed remiserunt illum ad Pontificem, postquā hic se præsentauit Pontifici petens ab illo dispensationem, poterunt nihilominus Episcopus, Religiosi, vel confessor, sicut prius dispensare, ita tenet Sanchez vbi supra, numero 8. quia licet iam videantur desijsse esse iudices ex quo causam ad superiorem remiserunt, vt in cap. licet de officio legat. & tradunt ibi glossa verbo transtulerat, Anton. numero 8. Abb. 3. Anchar. 2. & Imol. ad fi. addentes, vt nec ex partiū consensu possit ea causa semel iam superiori præsentata ad priorem iudicem redire; hoc tamen intelligitur in iurisdictione contentiosa, de qua is textus loquitur, qualis non est iurisdictio dispensandi, & idem in hac eadem specie probat Sanch. vbi supra, numero 9 in casu d. cap. licēat Episcopis, session. 24. Sacri Concil. Trident. quamuis tex. ille excipiat casum, quando causa est deducta ad forum cōtentiosum, quia verb. forum idem est, quod iudicium, siue locus vbi iudicatur, ca. forus de verb. signific. contentiosum namque forum dicitur quando lis agitatur inter partes corā iudice, vt tenet Felin. in cap. primo, numero 39. de constit. secus quando causa, quæ 20
non vertitur inter partes, remittitur ad superiorem, vt in nostra specie, quod mihi non displicet.

Alias plures quæstiones in materia cōmutationis votorum virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei latissime examinat Sanch. d. lib. 8. disputatione 15. per totam vsque in fin. quas consulto hic omittimus ne diuertamur ab intento, qua ratione etiam præterimus cæteras quæstiones

eiusdem Authoris in pluribus disputationibus subsequetibus, quamuis enim in disputatione 21. per totam latissime agat de taciturnitate veri aut falsi expressi in rescriptis, & dispensationibus ad matrimonia, quæ nostro proposito cōueniant, eorum tamen præcipua prius digessimus nostro lib. Canonic. quæstionum, cap. 15. per totum, quæ hic accōmodanda erunt, quoties de eis agi oporteat superadditis à præd. Authore moderniore, sine tamē præiudicio veritatis, quam semper profiteri, & docere nitimur in nostris scriptis, hanc quæ sit sapientior discernet.

Nonnulla tamen hic breuiter adducere libuit ex eodem Authore ibidem disputatione 22. quæ nostram materiam cōcernunt, circa ea, de quibus egimus d. lib. 2. Canonic quæstionum, cap. 15. numero 86. cum sequentibus, quæ latius prosequitur idē Author tota illa disputatione 22. de duplici ad eandem rem dispensatione impetrata, an posterior subreptitia censeatur, si prioris mentionem non faciat?

19 Primum est, quod si fœmina ex dispēsatione Papæ consanguineo nubat, & eo matrimonio soluto, aliam dispensationē obtineat ad nubendum alij consanguineo tacita priore dispensatione valida erit: nihilominus hæc secunda dispensatio, quia ambæ sunt super diuersis matrimonijs, & neutra habet cōnexionē cū alia, ac proinde non est necessaria præd. mentio iuxta late tradita per eundem Authorem ibidē numero 5. & in hoc meo iudicio recte dicit Sanchez simpliciter, & cum addit, idē se credere, quamuis hæc posterior dispensatio aut vtraque esset petita, ac concessa, nulla allegata causa, sed maiori compositione pecuniaria exacta ad vsus publicos.

Cæterū dubitari forsan posset de alia ampliatione eiusdē Authoris ita tim ibidē posita, nēpe vt idē sit dicendū, licet fœmina resileat nolens priori cōsanguineo nubere, ac impetret posteriorē dispesationē ad nubendum alij: credit enim in vtroque casu mentionem prioris dispensationis necessariam non esse, eo quod sint super diuersis matrimonijs, & neutra habeat connexionem cum altera: & licet hæc ratio concludat in præcedentibus dictis; at in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc posteriori de fœmina resiliente à prima dispensatione nolente priori consanguineo nubere, ac impetrante posteriorem dispensationem ad nubendũ alij: non videtur sufficiens, siquidem secunda dispensatio est noua gratia in derogationem prioris: sed nihilominus adhuc credo hanc ampliationem quoque esse verã, ex eo quod nihil interesse videatur, quoad irritationem posterioris, quod fœmina hæc nubat illi consanguineo priori, vel huic secundo, iuxta mentem, & intentionem Papæ concedentis, de quo si el fuisset facta mentio eum non remoueret à concessione secundæ gratiæ, siquidem hæc nõ fuit subreptitia in causa finali, nec in impulsiua.

21 Secũdo obseruãdũ est, quod quãdo aliquis obtenta dispensatione ducẽdi in vxorem consanguineam, noluit eam ducere, sed obtinuit dispensationem ad ducendã aliam, prior dispensatio euanuisse videtur per posterioris validæ impetrationem, licet ea non sit vsus ducendo posteriorem consanguineam, quia licet per secundum matrimonium, ad quod non interfuit dispensatio, non videatur renunciari dispensationi, vt bene probat Sanch. eodẽ lib. 8. de matrim. disputatione 32. numero 6. at secus esse videtur per impetrationem posterioris dispensationis, quoniam hæ duæ dispensationes simul stare nequeunt, sed repugnant quoad exequutionem, & ita per impetrationem posterioris visus est impetrans renunciare priori in manu Põtificis, à quo posteriorem impetrauit, & ita ea ampliusvti nequibit, sed sola posteriori dispensatione, quam non esse subreptitiã, eo quod de priore mentionem nõ fecerit, prædiximus, quibus & alijs rationibus ita credit in terminis huius secundæ obseruationis Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 22. numero 19.

Hæc tamen credita opinio vera minime videtur, siquidem in vtroque casu militat eadem ratio, nempe vt non videatur renunciare impetrans secundo dispensationem priori, tum ex dictis per eundem Authorem lib. 7. disputatione 42. numero 9. tum etiam, quia cum semel ablatum sit id consanguinitatis impedimẽtum, & illi habiles effecti sint ratione prioris dispensationis, non est cur ratione secundæ impedimentum illud reuiuiscat.

Neque obstat tacita illa renunciatio, per secundam dispensationem inducta, quia ea non fuit à concedente acceptata, prout in expressa etiam renũciatione nedum in tacita requiritur ad hoc, vt impetrans non possit præd. dispensatione, vel priuilegio vti mutata voluntate, vt late probat idem Sanchez d. lib. 8. disputatione 32. numero 2. sicut hac eadem ratione idem Sanchez ibidem numero 6. resoluit, quod prædiximus, nempe per secũdum matrimonium, ad quod non interfuit dispensatio; non videri renunciatum dispensationi præteritæ, imo in præsenti specie à fortiori videtur tenenda hæc eadem sententia contra Sanch. d. lib. 8. disputatione 22. numero 19. siquidem si permutationem voluntatis ad aliud matrimonium obtenta secunda dispensatione videretur tacite renunciatum dispensationi priori, magis id videretur factum per secundum matrimonium effectu celebratũ absque dispensatione; sed in illo casu non censetur renunciatum, vt per Sanchez vbi supra, ergo à fortiori nec in hoc necesse igitur est, vt in vtroque casu fateatur Sanchez posse vti postea priore dispensatione, aut in neutro: ego partem affirmatiuã in vtroque veriorem esse censeo, quia tacita illa renunciatio non fuit acceptata à concedente, vt requirit Sanch. d. disputatione 32. numero 6. ad hoc, vt sit valida illa renunciatio, & vti non possit priori dispensatione, ergo in suo robore manet, siquidem impedimentum iam sublatum non reuiuiscit per secundam dispensationem, cum semel effecti fuerint habiles ad contrahendum matrimonium inuicem inter se, quoties voluerint: quæ acceptatio renunciationis debet fieri ad d. effectũ per solum superiorem illum, à quo dispensatio, vel gratia emanauit, non vero per Ordinarium, vel Commissarium, vt bene probat Sanch. d. disputatione 32. numero 4. hinc deducens numero 5. non desitui viribus dispensationem, & si is, cui conceditur, literas cancellet, concidatve.

22 Cæterum illa quæstio in proposito satis difficilis, & controuersa est, an quando plura concurrunt impedimenta matrimonij

nij oporteat omnia illa in eadem dispensatione referre, vel satis sit, quod in diuersis dispensationibus diuersa impedimenta referantur, quo casu duas cõtrarias opiniones cum suis fundamentis, & Authoribus refert Thomas Sanchez d. lib. 8. de matrimonio, disputatione 23. numero 1. cum sequentibus. Prima habet satis esse in diuersis dispensationibus diuersa impedimenta proponi, & sic quamliber earum validam esse, quoad impedimentum in ipsa explicitum, verbi gratia, si qui sint, simul consanguinei, & affines, poterunt in quibusdam literis consanguinitatem propositam, tacita affinitate, & in alijs hanc, illa tacita, & vtraque dispensatio valebit, quoad suum impedimentum, cuius sententiæ sex congerit fundamenta, & plures Authores eam tenentes, dicens tandem; quod cum hæc sententia tot patronos habeat, & rationes non parui momenti, est probabilis, nec posse iuste damnari, qui illam amplecteretur, nisi tot impedimenta in eadem persona concurrerent, vt iuste possit credi Pontificem non dispensaturum ex causis sibi propositis, si tot impedimenta concurrere nosset.

Secunda sententia habet, necessario in eadem dispensatione esse faciendam mentionem plurium illorum impedimẽtorum, ne dispensatio subreptitia sit, ac nullius prorsus valoris: hanc sententiam tuentur, & tenent alij plures Authores, & inter os D. Couarru. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. sexto, §. quarto, in fine, quos ibi Sanchez refert numero secundo, cui tanquam longe probabiliori accedit, vbi eam ampliat numero tertio, vt procedat siue scienter, siue ignoranter alterum impedimentum in ea dispensatione tacitum sit, deducens ex ea numeris sequentibus aliqua nonnulla apud ipsum videnda, & ego quoque hanc secundam sententiam probo, & sequor cum sua ampliatione.

Est tamen intelligenda, & moderanda cum ipso ibi, numero sexto, primo vt intelligatur, quando vtrumque impedimentum sola dispensatione tolli potest; secus si alia via tolli posset, quia tunc non est opus nisi solum, quod dispensatione indiget dispensanti explicare, & alij impedimento potest alia via subueniri, vt in exemplo, de quo ibi per eum.

Secundo, vt procedat, nisi alterum impedimentum sit occultum, & eius generis, vt ex manifestatione sequeretur infamia, tunc namque non est necesse vtrumque impedimentum proponi Pontifici, sed satis est exprimere publicum, vt in foro externo dispenset, occultum autem sacræ Pœnitentiariæ explicato quoque impedimento publico illi, super quo Pontifex dispensauit; verbi gratia, si quis velit ducere propriam consanguineam, cui affinitate quoque occulta coniunctus est ratione copulæ occultæ cum eius sorore, ita tenet Petrus de Ledesma in sua summa de sacramentis, vbi de matrimonio agit, capite vigesimo septimo, post sextam conclusionem, difficultate prima, cuius opinionem sequutus iam ita iuxta eam in facti contingentia consultus respondi: & deinde sacra Pœnitentiaria cõsulta respondit hoc sufficere, & esse necesse, vt testis est Thomas Sanchez vbi supra d. disputatione 23. numero septimo, idem sequutus, & affirmans se vidisse ipsas Pœnitentiariorum subscriptiones: additque non referre, siue prius proponatur vtrumque sacræ Pœnitentiariæ, & postea publicum Papæ, siue é contra: quia idemmet est effectus, & vtroque modo satis fit Pontificis intentioni, & similiter credit, posse tunc confessarium, cui sacra Pœnitentiaria hoc committit dispensare in ea affinitate, licet nondum impetrata sit consanguinitatis dispensatio, vt postea ea impetrata, possint illi licite contrahere, & mihi hoc non displiceat. Quinimo, & numero octauo idem credit sufficere, quamuis impedimentum occultum esset eius generis, vt ex manifestatione infamia non sequeretur, vt si esset votum castitatis, credit namque sat esse repræsentare Pontifici publicum impedimentum, vt in eo dispenset, & postea vtrũque sacræ Pœnitẽtiariæ, quia

cum Summus Pontifex designauerit, vt in occultis dispenset, nec ea voluerit publice in foro externo propeni, pie, & merito credi potest eum velle sufficere, & requiri, vt vel vtrumque impedimentum sibi proponatur, vel sacræ Pœnitentiariæ explicato tamen publico sibi, super quo sacra Pœnitentiaria potestate caret; hæc tamen opinio minus secura videtur, siquidem cessat in eo casu ratio, quare in occultis possit pro dispensatione occurri, sacræ Pœnitentiariæ scilicet, quando ex manifestatione sequeretur infamia, hic non sequitur, igitur, &c. Præterea contra Sanchez in hac sua credita opinione facit stylus Curiæ Romanæ, quod quotidie occurritur in foro exteriori ad Papam, pro dispensatione voti castitatis.

SVMMARIVM Cap. CXXIIII.

1 IMPEDIMENTA, *quoties plura sunt, omnia sunt narranda ad impetrandam dispensationem matrimonialem, & præterea opus est exprimere, quoto gradu consanguinitatis, affinitatis, vel publicæ honestatis ex matrimonio rato cõiuncti sunt contrahere volentes.*

2 *Copulæ numerus an sit exprimendus ad impetrandam dispensationem matrimonialem super affinitate.*

3 *Dispensandi facultas in aliquo coniunctionis gradu an extendatur ad eum gradum, licet duplicatum? & quid si coniunctus gradus esset inferior? numero 4. & quid in affinitatis, & publicæ honestatis gradibus? numero 5. & quid in linea recta, an sit necessarium exprimere distantiam gradus? numero 6.*

7 *Cognationis spiritualis in dispensatione: an sit necessario exprimendum, quod alter alterum leuauerit de sacro fonte?*

8 *Error maioris gradus, quam sit inter contrahere volentes expressus in dispensatione, an eam vitiet? & quid è conuerso? numero 9. & quid in errore maioris impedimenti, quam sit? numero 10.*

11 *Gradus propinquioris mentio an sit facienda ad impetrandam dispensationem matrimonialem, quoties matrimonium contracturi distant in æquali gradu?*

12 *Copulæ habitæ inter contrahere volentes matrimonium mentio an sit facienda in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis? & quid, quando incestus esset occultus? numero 13.*

14 *Dispensationis matrimonialis iudex, hoc est, Commissarius an possit interrogare partes, vtrum inter se copula intercesserit, quoties in dispensatione adijcitur conditio, dummodo copula non intercesserit, vel alias?*

CAPITVLVM CXXIIII.

De expresione graduum consanguinitatis, & affinitatis, & alijs exprimendis in dispensationibus Apostolicis ad contrahendum matrimonium.

1 VOTIES sunt plura impedimenta, omnia sunt necessario narranda, vt virtute dispensationis liceat matrimonium contrahi, atque celebrari, vt omnes de re hac agentes communiter docent, & diximus supra cap. præcedenti: & præterea opus est exprimere quoto gradu consanguinitatis, affinitatis, vel publicæ honestatis ex matrimonio rato coniuncti sunt contrahere volentes, vt habet communis stylus Curiæ Romanæ, ne sit subreptitia dispensatio: vnde nõ sufficit, quod hæc in genere explicentur tacito gradu, eo quod deficiat qualitas necessario exprimenda, quo enim gradus coniunctior est, eo difficilior est dispensatio, ac maiori compositione exacta, & vrgentiori bus causis petitis conceditur, vt omnes fabus causis petitis conceditur, vt omnes fabentur, vnde si duo sint duplici titulo cõiuncti in eodem, vel diuerso gradu, necessaria

cessaria erit vtriusque coniunctionis mẽtio, veluti si sint ex parte vtriusque parentis coniuncti in secundo gradu, nempe *primos hermanos por dos partes*, hoc est duplici secundo consanguinitatis gradu cõiuncti, vel vno parentis latere in secundo gradu, & ex altero in tertio, vel quarto, vel sant affines duplici titulo, vel etiã duplici titulo contraxerunt cognationẽ spiritualem, & sic de similibus, vt in legitimatione illegitimi ex adulterio coniugati cum coniugata, quod subreptitia sit præd. legitimatio, & nulla, nisi vtriusque parentis adulterium narretur, vt cum alijs sustinent, & probant Oldrad. consilio 247. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 8. §. 9. numero 3. Gregor. Lopez in l. 9. verbo non auia, titulo 18. partita 3. Villalob. in Aerario communi. opin. litera, L. verbo legitimatio, numero 13. Rojas in Enytom successionũ, cap. 23. numero 17. & 19. Pelaez de maiorat. in prima editione, prima parte, quæstione 3. numero 6. Aluar. Valasc. consult. 80. numero 3. in primo tom. Molin. Theol. de Iustitia, & Iur. tractatu secundo, disputat. 173. columna 8. versic. hinc colligitur, & alios plures referens Thom. Sanchez lib. 8. de matrimonio, disputatione 24 numero 5. vbi idem probat in proprijs terminis de quibus agimus, nempe dispensationis consanguinitatis, & aliorum impedimentorum duplicium, cum Rota nouissimorum volumine 3. lib. primo, decisione 117. numero 1. & lib. 2. decisione 70. numero 1. & alijs contra alios, quos retulerat numero præcedent. idem tenet Molin. primo tom. de Iustitia, & Iur. disputatione 161. columna 914. versiculo illud ibi, exprimendum, &c. Sanchez vbi supra, numero 6. addit, quod nec tacito adtero coniunctionis gradu proderit clausula, non obstante, in literis dispensationis apposita, vt reddat ipsam validam supplẽs gradum non expressum, vt ibi bene probat.

2 Et similiter num. 7. recte addit, quod si affinitas esset contracta ex pluribus fornicationibus cum eadem consanguinea non esset opus exprimere copulam fuisse multiplicatam, sed sufficere affinitatis mentionem, quod procedit secundum ipsum ibidem numero 8. etiamsi obtenta Pontificia dispensatione in affinitate, antequam Ordinarius eam exequatur, impetrans iteraret copulam cum eadem consanguinea fœmina à se ducenda in vxorem, quia adhuc valuit dispensatio, eo quod nondum consummata est dispensatio in affinitate, sed Ordinarius virtute mandati Apostolici dispensare debet: secus si accideret copula postquam iam dispensauit Ordinarius, vel confessor, cui committitur dispensatio in foro conscientiæ, quia cum prior affinitas sit omnino per dispensationem oblata, contraheretur noua affinitas per hanc copulam, qua nulla est dispensandi commissio, egent ergo contrahere volentes in hac specie noua dispensatione, quod mihi etiam placet.

3 Temperat tamen Thomas Sanchez, ibidem numero 9. prædicta, nempe quod etsi dispensatio in aliquo coniunctionis gradu non extendatur ad coniunctionẽ multiplicatam ex vtroque parente; at potestas dispensandi in aliquo coniunctionis gradu concessa, extenditur ad eũ gradum licet duplicatum, quia dispensatio tanquam odiosa est restringenda: potestas autem dispensandi tanquam fauorabilis extendenda, vt in proprijs terminis docent Calder. consil. 1. de consanguin. & affinit. Alexand. de Neuo in cap. quod dilectio ad fin. de consang. & affinit. & ibi Præpos. num. 8. versic. quæro Papa, Felin. in cap. fi. numero 8. de simon & in cap. at si Clerici, §. de adulterij numero 8. de iudic. Rip. responsi. 11. de rescript. Gãbar. de authorit. legat. lib. 7. titulo de dispensat. legator. circa matrim. numero 46. cum sequentibus.

Hæc tamen declaratio duas patitur difficultates, prima est, quia durum, & absurdum videtur, vt maioris potentiæ sit & fortior in hoc facultas Papæ dispensandi alicui concessa, quam dispensatio ipsius Papæ, cum potius contrarium esset dicendum.

Secunda difficultas est, quoniam si hãc declarationem sequamur per eam derogatur præcedenti communi sententiæ siquidem regulariter, & vt in plurimum communiter dispensatio ad matrimoniũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

committitur Ordinario loci facienda, ergo de nihilo, aut parum seruiet communis sententia.

Nihilominus tamen præfata declaratio vera est, & tenenda hoc temperamento adhibito, nempe, vt procedat, quoties facultas ad dispensandum concessa fuit Motuproprio, secus, si ad petitionem, & supplicationem eorum, cum quibus dispensandum est, concederetur, quia tunc nec etiam Cõmissarius dispensare posset in duplici gradu, sed in vno tantum, & in hoc est, quod voluit Calder. d. consil. primo, ita hanc materiam intelligunt, & declarant Iacob. Puteus lib. 2. decis. 39. numero secundo, & decis. Rotæ nouissimor. tertia parte, lib. 1. decis. 117. numero primo, & secundo, & iterũ eodem tertio tom. lib. 2. decis. 70. & voluit quoque Thomas Sanchez vbi supra, d. numero 9. ad fin.

Neque his obstat prima difficultas supra in contrarium proposita, quia dispensatio facta à Papa in præd. specie facta fuit solum in secundo coniunctionis gradu tantum expresso, vnde ex defectu intentionis, & quia dispensatio est odiosa, non extenditur ad vtrumque secundum gradum duplicatum non expressum, sicut, neque etiam extenderetur dispensatio Episcopi, cui concessa fuit facultas dispensandi, si vterque gradus sibi non exprimeretur, sed tantum vnus simplex secundus gradus, quia noluit dispensare in duplici, & mixto, non expresso nec articulato, sed tantum in vno simplici sibi exposito, vt constat ex eodem Puteo vbi supra, in fin. Secunda etiam difficultas dissoluta manet ex præd. secunda declaratione.

4 Is verò, cui potestas data est dispensandi in certo gradu, vt in secundo, non poterit si illi adiunctus quoque esset alius gradus etiam inferior, vt si contrahentes sint coniuncti in secundo, & in tertio etiam gradu, vt quia sunt, *primos hermanos, y primos segundos*, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 10.

Nec sufficit aliquando exprimere consanguinitatis gradum, etsi explicetur esse inæqualem, sed quando inæqualitas oritur ex eo, quod fœmina sit stipiti proximior, est quoque hoc explicandum, aliàs erit subreptitia dispẽsatio, cum enim fœmina sit amita, vel matertera vni, hoc est, *tia suya*, absurdum esset, ac maior difficultas versatur in dispensando inter eos ad hoc matrimonium ineundum, vt bene docet Dominicus à Soto in quarto, distinctione 40. quæstione vnic. articulo tertio, columna 8. versic. quarta demum, ibi: & eadẽ ratione, folio mihi 328. columna 2. ad fin. & articulo quarto, columna penultima, versic. & tertio, folio 337. quia cum consobrinus debeat iure naturæ esse subiectus materteræ, eique ac superiori reuerentiam præstare teneatur, peruerteretur hic ordo matrimonio inter eos celebrato effecta ipsa tanquam vxorẽ subdito suo consobrino, vt obseruat Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. tom. 1. disputatione 161. columna penultim. versic. illud tamen, ibi, quia etiam, columna 914. quod verum merito esse censet Thomas Sanch. d. lib. 8. disputatione 24. numero 12. quando esset amita, vel matertera in secundo, vel tertio gradu, nempe, *siendo hermana, ò prima hermana del padre, ò madre del varon*, secus si in quarto gradu, vt quia est, *prima segunda desios*, quia inter hos fere nulla eius superioritatis æstimatio est.

5 In affinitate tamen, aut publica honestate existimat Sanch. vbi supra, & bene, non esse necessarium explicare hanc maiorem fœminæ propinquitatẽ stipiti, sed satis esse inæqualitatẽ gradus exprimere, nõ enim in affinitate, vel publica honestate ea peculiaris reuerẽtia exhibetur fœminæ propinquiori stipiti, quæ in consanguinitate, præsertim mortua in prima vxore, ac proinde non ita dedecet hoc matrimoniũ in affinitate, & publica honestate, vt in cõsanguinitate, vt eiusmodi maioris propinquitatis ad stipitẽ ex parte fœminæ se tenẽtis sit peculiaris mẽtio faciẽda.

6 Nihilominus tamen in modo præmissa specie necessarium foret exprimere distantiam graduũ esse in linea recta, quoties id ita esse contigerit, vt bene probat assignans exemplum Thomas Sanchez vbi supra, n. 14. vbi tamen id non reputat esse necessarium exprimere in affinitate ex copula fornicaria.

In cog-

7 In cognatione spirituali credit numero 15. necessarium esse exprimere an inter contrahentes sit filiatio spiritualis, nẽpe, quod alter alterum leuauerit de sacro fonte, aut tenuerit in confirmatione, an potius compaternitas? vt ibi bene probat Sanchez, & numero 16. idem tener, quãdo publica honestas oritur ex matrimonio rato, quia tunc non erit satis mentionem publicæ honestatis fieri, quando petitur dispẽsatio in primo gradu, sed est necessarium exprimere eã ex matrimonio rato ortam: nisi quando vltra primũ gradum peteretur dispensatio publicæ honestatis, quia tunc non est opus exprimere vnde orta sit, cum post Concil. Trident. session. 24. cap. 3. ex solo matrimonio rato possit oriri. 11

8 Deinde obseruandum est, quod si error explicetur Sũmo Pontifici pro dispensatione cõsequẽda ad matrim. maior gradus, nẽpe vt secundus, cũ tamẽ sit minor, nẽpe tertius, valebit dispensatio, quia minus includitur in maiori, quo casu in dispẽsationibus valet argumentum de maiori ad minus, vt dixit Sanch. lib. 8. disputatione 1. n. 22. iuncto num. 35. & in terminis præd. obseruationem tenẽt Petrus de Ledesma in Sũma sacrament. vbi de matrim. c. 27. post 7. conclus. dubio 1. Manuel Rodrig. in 1. tom. suæ summæ in 2. editione, c. 138. conclusione 3. nu. 3. Vega 2. tom. summ. 34. casu, n. 98. in principio, quos refert, & sequitur Thomas Sanch. d. lib. 8. disputatione 24. nu. 17. vbi ad finem hoc verum credit, quamuis data opera id mendacium contingeret, quia non tangit dispensationis substantiam, & ea falsitate nõ expressa concederetur facilius.

9 Sed è conuerso si errore explicaretur gradus inferior, vt quartus, cum tamen sit superior, vt tertius, quãtũuis ex ignorantia inculpabili procedat, erit subreptitia, & irrita dispensatio ex defecto intentionis Papæ, vt ibi bene probat idem Sanchez, num. 18.

10 Si tamen error contingat in narrando minus impedimentum, cum tamen sit minus diuersæ speciei, vt si dicatur, contrahentes esse consanguineos in secũdo gradu, cum tamen non sint cõsanguinei, sed affines in secundo, vel tertio gradu, dispẽsatio erit irrita, quia vna species ex suprad. non includitur, nec comprehenditur sub alia, vt ibidem recte tenet numero 19. qui numero 20. bene inquit hoc etiã procedere in proxime præcedẽtibus duabus conclusionibus, licet sit error communis circa illum gradum, vel impedimentum.

Præterea adnotandum est, quod licet olim maxima controuersia fuerit inter DD. an in dispensationis impetratione super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis quando matrimonium contracturi distant inter se inæqualiter à cõmuni stipite, vt si alter distet in secundo, & alter in tertio gradu, sit necessario facienda mentio gradibus, sit necessario facienda mentio gradus propinquioris, quo alter distat, an potius sit satis mentio remotioris gradus, quibusdam existimãtibus subreptitiã esse dispensationẽ in præd. specie non facta illius gradus propinquioris mentione, prout etiã decreuit Pius IIII. in quodam suo Motuproprio: aliis contrariũ tenentibus, & horũ opin. probauere Greg. XI. & Clemens VI. Romani Pontifices. Hodie tamẽ quid tenendũ sit, cauetur Motuproprio Sanctissimi Pij V. Summi Pontificis anno Incarnationis Dominicæ 1566. 20. die mensis Augusti, cuius literam refert Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 24. numero 23. cum sequentibus post Couar. in 4. secunda parte, cap. 6. §. 10. numero 12. & nos consil. 18. numero 11. & lib. 2. Canon. quæstionum, cap. 15. numero 128. & alios plures, quos refert, nec refert secundum ipsum ibi, numero 24. hodie esse consuetudinẽ, & stylum Curiæ, vt is gradus propinquior manifestetur, quia hoc non introduxit stylus, quasi id necesse sit, aduersaretur namque præfato Motui Proprio Pij Quinti, sed ad euitanda dubia, & literas declaratorias, quæ sunt necessariæ, & hodie ponuntur in præd. dispensationibus his verbis: Dispẽsationem vero secundi gradus præfati eis non obstare declares, &c. circa quem Motum proprium plura obseruat, dubitat, & declarat Sanchez vbi supra, numero 27. cum pluribus sequentibus vsque ad finem præfatæ disputationis 24. apud ipsum videnda, quia raro in praxi concurrere censeo attento prædicto communi stylo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 An autem sit facienda mentio in dispẽsationibus ad contrahendum matrimonium inter consanguineos, & affines copulæ inter eos habitæ, ante expeditam ab Ordinario dispensationem, cui fuit commissa per Papam, siue ea contingat antequam mittatur Romam ad dispensationem impetrandam vel post, latissime egimus lib. primo Canonic. quæstionum, ca. 15. quod totum ibi probauimus, num. 10. cum sequentibus, nempe esse subreptitiã, & iterum sit dispensandũ super præd. copula, vt sic contrahentes sint securi in cõscientia, & post nos Thom. Sanchez d. lib. 8. de matrimonio, disputatione 25. per totam, qui num. 8. in omnibus nostram sententiam probat, & sequitur tanquam lõge veriorem, & alia in proposito opportuna adducit, & declarat, præcipue num. 11. & num. 14 cum sequentibus.

13 Quod quando incestus esset occultus, non oportet eius mentionem fieri in dispensatione pro foro externo proposita Pontifici: sed satis esse petere eius dispensationem in sacra Pœnitentiaria explicata quoque ibi consanguinitate, vel affinitate publica, super qua aut dispensauit, aut est dispensaturus Summus Pontifex, vel quod ab eo petenda est dispensatio, secundum Galleg. & Nauar. quos ibi ad hoc citat, estque verum.

14 An autem quando Sũmus Pontifex in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis apposuit illam conditionem: dummodo copula non interuenerit: possit iudex Cõmissarius iusste interrogare contrahere volentes de præd. copula, & ipsi possint eã negare, si fuerit occulta? agũt multi DD. resoluentes non teneri contrahentes illam fateri, eo quod is incestus occultus sit, ac proinde valere dispensationẽ negata copula, & quod iudex non iuridice interrogauit: hi sunt Nauar. lib. 4. cõsil. in prima editione. titulo de spõsal. cõsi. 2. in fine, & in secunda editione, titulo de consang. & affinit. consil. 10. in fin. Salzed. in addit. ad practic. Bernard Diaz de Lugo, cap. 126. in noua editione, columna 17. verfic. vnde merito: Quand. in 4. distinctione 41. disputatione vnic. immediate ante 12. propositionem, Emanuel Saa in summa verbo dispẽsatio, numero 11. Hẽriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 7. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæstione 56. articulo vltim. dubio 2. difficultat. 3. conclusione 2. & in summa vbi de matrimonio, cap. 27. circa primam conclus. dubio 4. Manuel Rod. in primo tom. suæ summæ in 2. editione, c. 238. n. 8. in fin. Vega in 2. tom. suæ summæ, cap. 34. casu 97.

Cæterum retenta nostra sentẽtia, quæ habet incestum occultum esse explicandum in dispensatione, vt ea valida sit, dicendum est, ius esse iudici de eo interrogandi, & teneri eos fateri, aut si fateri nolint, cùm copula præcesserit, quæ non fuit narrata, non debent vti dispensatione obtenta tanquam subreptitia ob non declaratum in ea incestum: nõ enim ea interrogatio eo tendit, vt illi puniantur, sed vt impediatur vsus dispensationis subreptitiæ, & matrimonium irritum, vt docet Sanchez lib. 3. de matrimonio disputatione 14. numero 3. & d. lib. 8. disputatione 25. n. 15. post Manuel. Rodrig. in tractatu de Ordin. iudiciar. cap. 10. conclusione 4. nu. 4. in fine, quem citat: ego nũquã in similibus dispensationibus expediendis, prout infinitas expedierim, vt officialis Ordinarius Ciuitaten. interrogaui cõtrahere volentes non adiecta tali conditione copulæ in eis, an eã cõmiserint necne? siquidẽ hoc non continebatur in eis, nec meum iudicaui esse facere similem interrogationem, quando nulla suspitio est, quod copula intercesserit, ipsi contrahentes hoc videant, si tamẽ aliud mihi alias cõstaret, minime dispensarem absque noua dispensatione copulæ.

Si tamen contraria nostræ sententia sequenda esset asserendo esse probabilẽ, vt fatetur Sanch. ibidẽ n. 6. in fin. & nu. 8. in principio (quam ipse minime probo nec censeo probari posse, nec admittendam esse in iudicando nec consulendo: tametsi non careat fide aliorum) quæ haberi non impediri valorem dispensationis tacito incestu, vera esset opinio n. præcedẽti relata in versic. An autẽ, quãdo Sũmus Põtifex, quinimo & omni potius vacare culpa negare incestũ illũ etiã cũ iuramẽto tenet Sãch. vbi sup. d. n. 15. ad fi quia id iuramẽtũ est verũ in eo sensu nõ feci incestũ, vt subsistat huic foro externo, in quo iudex

dex rogat, nec iudex roget iuridice, sed neque hoc probo, nec etiam quod dicit numero 16. nẽpe, quod si esset alia occulta dispensatio impetrata pro foro conscientiæ pro incestu illo, non tenerentur tunc contrahentes fateri incestum occultum huiusmodi, vt probauit quoque idẽ Author d. lib. 3. disputatione 14. numero 4. & idem quando etsi non esset impetrata pro foro conscientiæ, at contrahentes nolunt ea dispensatione vti, donec alia pro foro conscientiæ impetrent, cũ enim longe verior, & tenenda sit nostra supra dict. sententia in articulo principali, prout fatetur Sanchez; quinimo certa, & vera, & approbata à Reuerendiss. Cardin. deputatis à Sum. Pontif. ad interpret. dubiorum Decret. Sancti Concil. Trident. vt prædiximus d. lib. 1. cap. 15. numero 24. quare sequenda est hæc secunda: altera opinio in foro externo nec in conscientia, ratione peccati ex periurio orituri, præsertim cum attenta præfata declaratione Cardin. contrariæ sententiæ aduersus nostram principalem præfatam iam minime dici possunt probabiles.

Tandem Sanchez d. lib. 8. disputatione 25. numero 17. cum duobus sequentibus agit de intellectu clausulæ communiter consuetæ apponi in similibus dispensationibus matrimonialibus, dummodo fœmina propter hoc rapta non fuerit, sed quia parum dubium in hoc versatur, hic non agimus de ea.

SVMMARIVM Cap. CXXV.

1 *COMMITTI tribus modis potest potestas delegata alicui, vel nomine proprio Commissarij expresso, vel dignitatis vel vtroque simul, & quibus coniecturis id colligatur?*

Et quando morte Commissarij extinguatur, numeris sequentibus.

2 *Commissio seu delegatio facta Vicario seu officiali Episcopi an eo mortuo, vel reuocato transeat ad successorẽ.*

3 *Commissiones, & delegationes factæ Vicarijs Capituli sede vacante, vel habentium iurisdictionem quasi Episcopalem an transeant ad successorem?*

4 *Commissiones factæ à Legato etiam alatere sub nomine dignitatis non transeunt ad successorem?*

5 *Comissio facta a Canonico alicuius Ecclesiæ non transit ad successorem, præterquam ex mente Pontificis, vt hic.*

6 *Commissio facta Canonico, qui iam resignauerat Canonicatum an transeat ad successorem?*

7 *Commissio continens nudum ministerium seu nudam facti executionem an transeat ad successorem.*

8 *Commissio facta sub nomine dignitatis, coniuncto sanguine, aut stricto amicitiæ vinculo cum delegante an ad successorem transeat?*

9 *Commissio facta alicui sub nomine proprio, & dignitatis an transeat ad successorem.*

10 *Commissio seu delegatio facta officiali Diœcesano dispensandi in impedimentis matrimonij, vel in alijs rebus an transeat eo reuocato ad successorem?*

11 *Commissio facta officiali, vel Vicario Episcopi nõ potest expediri per Episcopum etiam officiali remoto.*

12 *Vicarius, cui facta est commissio, an possit eam expedire postquam desit esse Vicarius?*

13 *Cõmissio facta Vicario, vel officiali talis Diœcesis, nõ expresso quod sit Vicarius Episcopi, an expediri possit per Vicariũ Capituli sede vacãte circa dispẽsationem matrimonialem, vel alias?*

14 *Vicarius Episcopi capta possessione Episcopatus, non tamen consecrati, an possit expedire dispensationes matrimoniales, & alias cõmissas Vicario seu officiali Episcopi simpliciter.*

15 *Officialis Episcopi qui semel pronũciauit rescriptũ sibi cõmissum esse subreptitiũ, an possit amplius se in causa intromittere, & sic reuocare suã huiusmodi sententiam? ¶ Et quid è contra, eodem numero. ¶ Et an tanquam Ordinarius id possint facere? nu. 16.*

17 *Confessore semel electo virtute breuis sacræ Pœnitentiariæ ad dispensandũ in impedimentis matrimoniorum an possit elector illo amisso alterum eligere? & numero sequenti.*

19 *Episcopus an possit Vicarium specialem constituere, vt de sola delegatione cognoscat?*

Officialis Episcopi, cui est commissa dispensatio quibuscumque verbis, ac quibus hic, potest alij committere receptionem testium ac informationem.

21 *Commissiones circa dispensationem matrimonij in impedimentis matrimonij in foro externo, & confessori in foro animæ an morte concedentis expirent?*

Et quid si tempore mortis committentis res tam non erat integra, numero 22.

23 *Dispensationes, quæ a Legato Apostolico, vel a Summo Papæ pœnitentiario fiunt, non expirant morte Papæ re integra.*

24 *Priuilegia, & indulgentiæ virtute Bullæ Cruciatæ concessa, & alia, de quibus hic, non expirant morte Papæ ea concedentis.*

CAPITVLVM CXXV.

An & quando cõmissio dispẽsandi in matrimonij impedimentis, & quæcũque alia potestas delegata expiret morte, vel cessatione officij personæ, cui commissa est, vel delegãtis, re integra?

1 TRibvs modis potest cõmitti potestas delegata alicui: primo expresso solo nomine proprio delegati: vt committimus Petro, vel Ioanni: secundo, expresso solo nomine dignitatis, vt cõmittimus Episcopo Ciuitatens. vel aliunde: tertio expresso vtroque, vt cõmittimus Petro, vel Ioanni Episcopo Ciuitatens. ex quibus apparebit, quando cõmissio huiusmodi personalis sit, quando vero realis: si enim personalis sit, cessabit eius morte, si autem realis non extinguetur morte delegati, vtpote dignitati, vel officio concessa, sed transibit in personã succedentem in eo officio, vel dignitate: ex coniecturis ergo deducetur, quando commissio censeatur facta dignitati seu officio, & sic realis sit, quando autem personalis.

Ad coniecturandum igitur an commissio sit personalis, vel realis, non quidem principaliter expectandum est, an delegatio fiat expresso nomine delegati, an vero eius dignitate, hæc namque inspectio est vltimum remedium, scilicet, quando ex subiecta materia, vel ex alijs verbis in commissione contentis id deduci nequit: prius igitur sunt alia verba, & subiecta materia perpendenda, & quando illis perpensis res dubia manet, id iudicandum est ex nominis proprij delegati, aut eius dignitatis expressione.

Vnde si verba, vel materia subiecta indicant commissionem, seu delegationem esse personalem, sic erit iudicandum, & si solius dignitatis delegati mentio fiat, veluti si Papa committat causam Episcopo Cordubẽsi solo dignitatis nomine expresso declarãs se illi cõmittere ob peculiarẽ scientiæ ac sanctitatis notitiam, quam de illo habet; vel item si fuit excommunicatus Episcopus Corduben. solo dignitatis nomine expresso: tunc namque manifestum est, excommunicationem esse personalem, & non transire ad successorem, quia hoc petit subiecta materia excõmunicationis, cũ ob solũ personale delictum ferri potest: hæc doctrina est Ioan. Andr. in regula priuilegium de regul. iur. in. 6. & ibi Anchar. numero primo, columna 2. & consil. 327. numero 5 & 6. Abb. consil. 93. numero 1. & 2. lib. 2. & in cap. mandata, numero 1. de præsumpt. & in cap. quonã Abbas, numero 8. de officio deleg. & ibi communiter DD. Couar. lib. 3. var. re sol. ca. 15. numero 2. & latissime alios allegans idem Couar. in cap. requisisti, numero 1. cum sequentibus de testam. Barbosa in l. quia tale 14. numero 41. ff. solut. matrim. Thom. Sanchez lib. 8. de matrimonio, disputatione 27. numero 3. In dubio autem in hac materia, præsumptio respiciens personam præferenda est præsumptioni respiciẽti dignitatem, ita tenet Decius in d. cap. quoniam Abbas in noua editione, numero 36. quem in effectu sequitur ibi Beroius, numero 85. satisfaciẽs difficultatibus contrarijs, estque verissimum secundum Thomã Sanchez vbi supra, numero 4.

Semotis autem coniecturis verborũ, & quando materia subiecta aliud non exposcit, sed omnibus pensatis, res est dubia, hæc regula seruanda est, vt si solum persona delegati nomen exprimatur, erit commissio personalis, ac morte ipsius delegati extinguetur delegatio, & commissio; si vero nomen dignitatis, vel officij solum exprimitur, commissio erit realis, & eo delegato mortuo transibit ad successorẽ in ea dignitate, vel officio, ita deciditur in d. cap. quoniam Abbas, & ibi glos. Abb. & communiter DD. est communis hæc distinctio, secundum Flamin. Paris. de resignatione benef. lib. primo. quæstione 11. numero 16. & Sanchez vbi supra, numero 6. vbi numero 7. cum communi cõtra Angel. tenet, quod præd. regula procedat etiam si ille, cui facta fuit commissio realis, decedat re integra, sicut transit ad successorem re non integra decedente priore.

2 Verum illa quæstio in proposito est sei tu dignissima an commissio seu delegatio facta Vicario seu officiali Episcopi, eo mortuo, vel reuocato transeat ad successorem eiusdem officij? quam pro vtraq; parte cum suis fundamentis, & Authoribus examinat Thomas Sãchez vbi supra, numero 8. cum sequentibus, & numero 10. resoluit cum Abb. in d. cap. quoniam Abbas, numero 11. de offi. delegat. quod licet proprie, & stricte Vicarius Episcopi non habeat dignitatem, atque ita in rigore commissio illi facta sub nomine dignitatis non transiret ad successorem: propter mentem tamen Pontificis volentis vere considerare Vicarij tribunal, dum hæc committit sub nomine Vicariatus, bene transit commissio in successorem, præter quam quod praxis ipsa hoc testatur, de qua ego sum testis, quia sæpissime hoc vidi seruari in praxi, & seruaui, quod etiam suader prudens, ac suauis Ecclesiæ gubernatio, cum enim commissiones dispensationum in foro exteriori dirigantur semper officiali diœcesano, si personales essent, passim perirent magnæque expensæ fierent in impetrandis alijs rescriptis, & partium dispendia sequerentur, his igitur obiare volens Pontifex, Vicario seu officiali Episcopi causam committit sub nomine tribunalis Episcopi, vel dignitatis eius, & iuxta hãc sententiã fuit resolutũ in Rota in vna Senen. Canonicatus, & Præbendæ D. Reumano die 25. Octob. ann. 1546. teste Puteo decisione 487. lib. 2. prout refert Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 5. quæstione 11. numero 17. & 18. & hæc sententia est æquior, & in praxi recepta eãque sequuta est Rota, vt affirmat alios allegans nouissime post Sanchez Nicolas Garcia Canonicus Abulen. de benef. 6. parte, ca. 2. numero 34. cum sequentibus, respondens contrarijs adductis per ipsum numero 32. & 33. præcedentibus, vbi resoluerat negatiuam sententiam esse communem, & magis communem Legistarũ, sed nihilominus hanc nostram affirmatiuam probat numeris sequentibus.

3 Qua ratione idem probat Sanch. in Vicarijs Capituli sedevacãtis, & Prælatorum habentium iurisdictionẽ quasi Episcopalem in sua Diœcesi, ita vt nulli subsint Episcopo, commissiones enim huiusmodi Vicarijs directe sub nomine officij transibunt ad successorem cum militet eadem ratio, & praxis ipsa ita docet, vt testatur ibidem præd. Author ad fin. d. numeri 10. & probat latius ibidem numero 34. Sed de Vicarijs Capituli sedevacante latenos agemus infra hoc ca. in versicul. 4. Vicarium, num. 13.

4 Commissiones autem factæ Legato etiam à latere sub nomine dignitatis non trãseunt ad successorem, sed cum persona Legati extinguntur, quia Legati dignitas non est perpetua in Ecclesia, sed ad nutum, & simplicem Pontificis reuocabilis, atque ita finita legatione, non dicitur vacare dignitas, sed semper de nouo per Põtificem creatur, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 11. vbi num. 12.

5 Idem probat cum alijs in commissione facta Canonico alicuius Ecclesiæ, nempe, vt non transeat in eius successorem, quia Canonicus eum proprie non habet in rigore.

6 Addit tamen, quod ex mente Pontificis bene transit in successorem illius Canonicatus ex supradictis in successore Vicarij Episcopi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 De Canonico autem resignãte, quod ipse resignans possit post resignationem cognoscere, si tempore cõmissionis erat Canonicus, vel in dignitate illa constitutus, tenet glossa in cap statutum, verbo Canonico, versiculo & si tempore datæ, de rescript. lib. 6. & est verior, & communis sententia, vt contra Abb. late probat respondens contrarij, Flamin. Pariſ. vbi supra, numero 6. cum sequentibus. Quæcõmunis sententia vera est, & procedit quãdo commissio est personalis, secus si realis sit; tunc namque transit in successorem, vt cum alijs late probat, & declarat Thomas Sanchez vbi supra, numero 22. cum sequentibus.

7 Limitatur tamen regula communis supradicta in eius secunda parte, qua habetur, quod commissio facta dignitati transeat ad successorem, vt procedat, quando commissio illa iurisdictionem aliquam cõtinet, secus si sit nudum ministerium, seu nuda facti exequutio, quia in iurisdictionis commissione attenditur præsumpta peritia eius, qui eam dignitatem habet, qui cumque ille sit, at in nudi ministerij commissione sola certæ personæ affectio, & confidentia: ita tenet cum Innocent. in c. fin. de officio Delegat. Bart. in l. more in fin. numero 19. ibi: aut committitur aliquod negotium, ff. de iurisdictione omn. iudic. & ibi Ias. numero 65. idem Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba numero 4. ff. de vulg. & pupill. substitutione, & ibi Innocent. numero 5. in fi. & numero 6. Ioan. Andr. in cap. fin. numero 24. de officio delegat. & ibi Ant. §. vltim. numero 25. Beroius in cap. quoniam Abbas nu. 111. eodem titulo, Anchar. in cap. si gratioſe numero 7. de rescript. in 6. Ruynus consil. 115. numero 9. volumine 1. & consil. 63. numero 5. versic. neque obstat, volumine 4. & hanc sequuntur simpliciter Scribẽ. præsupponẽtes esse communem, vt refert Curt. Iun. in d. l. more, numero 99. addit tamẽ non esse communem; imo refert plures distinguentes sicut in iurisdictione: Ioan. tamen Oroscius ibidem, numero 22. refert Abb. & alios aliter intelligentes dictum Innocent. allegatum per Bart. vbi sup. & re vera Innoc. in d. c. fi. n. 4. loquitur in casu, in quo ex verbis constat electam esse industriam personæ, in quo omnes fatentur, eam esse personalem, & non transire ad successorem. Præterea contra præfatam priorem sententiam facit, quod nulla congrua differẽtiæ ratio assignari potest in præmissa specie, cum enim dignitas, cui commissio facta est, non moriatur, sed ea in successore maneat, dicendũ esse & ad successorẽ trãsire siue commissio illa sit alicuius iurisdictionis seu nudi facti, vel ministerij, aut solius exequutionis, & ita merito hãc partem contra priorem tenent in d. cap. fin. numero 11. de officio deleg. & ibi Abb. §. vltim. in fin. Card. quæstione 7. Imol. numero 20. Anchar. numero 8. Felin. numero 8. limit. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæstione 68. numero 23. qui omnino videndus est à numero 4. & hanc tenẽt quoque alij DD. quos refert, & sequitur dicens hoc esse verius Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 27. numero 14. versat verius est.

8 Secundo limitandam esse censet præfatam regulam communem Ias. in d. l. more numero 65. ff. de iurisd. omnium iud. nisi ille, cui sub nomine dignitatis facta est delegatio, sit coniunctus sanguine aut stricto amicitiæ vinculo cum delegante, quia tunc erit personalis hæc delegatio, nec ad successorem transibit, vt ibi latius nititur hoc probare: sed isthæc limitatio similiter vera nõ est, vt bene probat Sanch. vbi supra, numero 15. vbi numero 16. aliam prætensam limitationem ad priorem partem præd. regulæ communis, nempe quãdo commissio fit nomine solo personæ delegatæ expresso, reprobat resoluẽs tũc esse personalem commissionem, & non transire ad successorem; licet delegatus sit incognitus deleganti, & cum his sunt expediti duo priores casus cõmissionis, & delegationis: Primus, quando commissio seu delegatio fit solum delegato, eius nomine tamen expresso: secundo quando fit dignitati.

9 Superest nunc tertius casus mixtus explicãdus, nempe, quando commissio, vel delegatio fit expressis simul nominibus dignitatis, & personæ delegatæ, an tunc in dubio sit personalis, vel realis? & in hoc multæ sunt opiniones: glossa namque in

l. cum ita 93. verbo hæredi, tenet censeri commissionem realem dignitati factã ac proinde transire ad successorem.

Bart. vero in d. l. more in fin. ff. de iurisd. omn. iudic. tenet, inspiciendum esse, quod ex his nominibus præcedat in commissione, vt si id sit proprium, commissio sit personalis, nec trãsire ad successorem; si vero dignitatis nomen præcedat, tunc sit realis commissio, vel delegatio: quam sequũtur ibi Decius, numero 55. Ias 65. Curtius Iunior in fin. Zasius etiam in fin. Iacob. in prima lectura, numero 33. Anchar. in cap. si gratioſe numero 6. in fin. de rescript. in 6. Imol. in l. si seruus communis, numero 2. in principio, & ibi Ang. statim in principio, ff. de stipul. seru. 10

Alij autem distinguunt in hunc modum, vt si quidem committens notitiam habeat eius, cui committit, & tunc commissio sit personalis, quando præcedit nomen proprium, realis vero, quando præcedit dignitatis nomen, aut non habet notitiam personæ, & tunc censetur commissio realis facta dignitati, quodcunque nomen præcedat, ita tenet Bart. in d. l. si seruus communis, numero vnic. Abb. consil. 93. in fin. lib. 2. & in cap. mãdata, numero 1. de præsumpt. & in d. cap. quoniam Abbas, numero 8. & ibi Cardinal. quæstione penultim. Decius in noua editione, numero 47. & 48. vbi Beroi. numero 91. eam dicit communem, eam quoque tenet Gregor. Lop. in l. 47. titulo 18 partita 3. Menoc. de arbitrar. lib. 1. quæstione 68. numero 16. & 17. & alij. 11

Vera tamen sententia, atque tenenda in hoc articulo est, quod semper huiusmodi commissio sit personalis, siue præponatur nomẽ delegati, siue dignitatis, ac proinde non transire ad successorem, ita tenet Imol. in d. cap. quoniam Abbas, numero 8. in fin. & ibi Bellamera quæstione 4. numero 13. Flamin. alios allegans d. lib. 1. de resign. benef. quæstione 11. numero 12. vbi citat Bero. vbi supra, nu. 91. & 92. dicentem eam esse communem, & in puncto iuris veriorem, & numero 13. inquit Flamin. quod si præcedit nomen propriũ, absq; dubio delegatio dicitur personalis; eandẽ quoq; sententiã sequitur, & late cõprobat alios allegans Thom. Sanch. d. lib. 8. disputatione 27. numero 20. vbi numero 21. eam limitat, nisi commissio seu dispositio secundum alterum intellectum redderetur omnino inutilis, tunc enim in dubio censeri debet spectatum id nomẽ, siue proprium, siue dignitatis, iuxta quod dispositio est valida, & vtilis, vt ibi probat ponens exemplum Abbatis in d. cap. quoniam Abbas numero 9. vt ibi per eum. 12

Deueniamus nunc iam ad commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij, vel in alijs rebus, quæ solent committi officiali diœcesano, an transeant eo reuocato ad successorem, vel ab ipsomet remoto? in quo primo obseruandum est.

Nomine officialis diœcesani intelligi Vicarium Generalem Episcopi illius diœcesis, vt patet ex Clemẽtina 2. de rescript. iuncta glossa verbo officialis: & in cap. 1. & 2. de officio Vicar. in 6. & in cap. fin. eodem titulo, & hoc experientia quotidiana docet.

Secundo, quod commissio huiusmodi facta officiali, vel Vicario non potest expediri per Episcopum etiam officiali remoto: tum quia aperta differentia est inter Episcopum, & eius officialem, vt constat ex cap. venerabilibus, in principio, de sententia excommunic. in 6. ibi: Archiepiscopo, vel eius officiali: tum etiam quia etsi idem sit tribunal Episcopi, & eius Vicarij, id tamen est verum in causis, quæ iure ordinario competunt Vicario, secus in eidelegatis specialiter, vt pluribus Authoribus citatis affirmat Thom. Sanch. d. lib. 8. de matrim. disputatione 27. numero 30. id quod in praxi iam vidimus his diebus obseruatum, & declaratum à Summo Pontifice in quadam commissione facta Vicario Episcopi, sed eam expediuit Episcopus, consului eam expeditionẽ esse nullam, ac proinde oportere impetrari gratiam perinde valere à Papa, & postea fuit obtenta, in qua prioris expeditionis nullitas fuit declarata præd ratione. 11

Tertio obseruandum est, quid sit dicẽdum quando idem Vicarius creatus Vicarius eiusdem diœcesis, vel alias desinit esse Vicarius, an possit de causa illa sibi commissa tẽpore Vicariatus cognoscere, vel dispensationem eam exequi? nam si quidẽ cõmissio facta fuerit in forma ordinaria, dicen- 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendo officiali talis loci, non poterit cõmissionem prosequi, postquam desijt esse Vicarius, quauis factus sit Episcopus eius diœcesis, sed transit ad successorem in Vicariatu: si vero commissio fuit personalis poterit de ea cognoscere cessante Vicariatu, vt deducitur ex supradictis, & cum alijs in terminis probat Sanch. vbi supra, n. 31. id aliquibus modis limitans.

13 Quarto, Vicarium Capituli sedevacante posse eam dispensationem expedire, & de quauis simili delegatione cognoscere, quando commissio non fit Vicario, seu officiali Episcopi, sed officiali talis diœcesis, vt probat Sanch. vbi supra, n. 32. & nos quoque hoc sæpe in praxi obseruauimus tanquam Vicarius Ciuitaten. Quinimo idem practicatum est in simili specie in alijs Episcopatibus Hispaniæ, in quibus Vicarij Capitulorum sedevacante similes dispensationes, & commissiones expedierunt, vt inquit Nicol. Garsi. Canonicus Abulensi. de benef. 6 parte, c. 2. n. 42. & 43. vbi adducit fundamenta huius partis.

Nihilominus tamẽ ipse ibi n. 44. inquit contrarium esse tenendum, vt certũ, attẽto stylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ Sede Episcopali vacante non dirigit huiusmodi literas in forma dignum, nec dispensationes, &c. officiali Capituli, quia non cõfidit de illo, sed Episcopo viciniori, seu eius officiali, de quo stylo testatur Hieronym. Paulus in pract. Cancellar. in principio, vers. circa qualitatem personarum, & quod est notissimus omnibus in Curia mediocriter versatis, & apparet ex literis, quæ huc transmittuntur directis vicinioori, vt ibi late probat, & numeris sequentibus adducit plures decisiones Rotæ, quibus hocidem decretum fuit: quibus attẽtis eiusdem sum iam sententiæ, nec existens officialis Capituli sedevacante admitto sede Episcopali vacante similes dispensationes matrimoniales, quia ex defectu intentionis Summi Pontificis videtur partibus nõ suffragari, nisi Papa sciens sedis Episcopalis vacantis eas consulto cõmitteret officiali illius Episcopatus vacantis, tunc namque eius intentionis manifestæ esse videtur, vt eas expediat officia 14
lis à Capitulo rite deputatus.

Idemque esset secundum Garsiam vbi supra, num. 49. si huiusmodi literæ, & executiones solerent etiam committi, & delegari officiali Capituli, tunc namque nomine officialis Ciuitaten. veniret etiam officialis Capituli sedevacante: etsi tempore datæ nõ esset officialis Capituli sed Episcopi quia eo mortuo transiret delegatio in officialem, vel Vicarium Capituli tanquam successorem in Vicariatu Ciuitat. nec hoc est contrarium supradictis, quia nunc loquimur, quando est consuetudo committendi, & delegãdi præd. causas officiali Capituli sedevacãte, tunc nãque, & eo casu etiamsi simpliciter nunc cõmittantur officiali Ciuitaten. poterit eas exequi officialis sedevacante, & ad ipsum quoque transibit huiusmodi iurisdictio delegata, etiamsi tempore datæ non esset officialis Capituli, sed Episcopi, tanquam eius successorem in Vicariatu: cessante vero præd. posteriori loco relata consuetudine committendi, & delegandi officiali sedevacante, erit obseruanda principalis de hac re opinio Garsiæ præd. quæ habet vt iuxta stylum Curiæ, & Cancellariæ præd. officialis Capituli non posset cognoscere, nec vti dictis literis, nec in eum transeat iurisdictio delegata vno modo, nec alio.

Quinto hic dicendum est, quod officialis Capituli sedevacante non possit cognoscere de causa commissa officiali Episcopi, ita tenet Felin. in cap. eam te, numero 17. versicul. faciunt, quia hæc est potestas delegata, nec Vicarius Capituli est vere Vicarius Episcopi, item quia Capitulum ipsum nequit de hac causa cognoscere, vt est notũ, & verissimum: ergo a fortiori nec eius Vicarius, quia nemo potest plus iuris transferre in alium quam ipse habet, vt in regula nemo potest plus 79. de reg. iur. in 6. & hanc tenet, & sequitur alios plures allegans Nicol. Garsi. vbi supra, num. 41. vnde cauendum est à Tho. Sanch. vbi supra, num. 33. tenentis contrarium, quibusdam priuatis fundamẽtis, minime quidem vrgentibus, quem merito improbat Nicol. Garsi. vbi supra ad fin. d. numeri 41.

Sexto ex supradictis constat, Vicariũ Generalem Episcopi confirmati (intelligo capta possessione Episcopatus iuxta for-

formam extrauagantis iniunctæ de electione, in communibus) nondum tamen consecrati posse dispensationem hanc ad matrimoniũ celebrandũ exequi, eo quod nullus alius sit illius Diœcesis officialis, & hic capax sit harum delegationum, vt tradunt glossa in Clementina 4. verbo Episcopi de rescript. & ibi Anchar. n. 1. in fi. & Bonif. n. 33. licet Imol. n. 20. cum Anton. quẽ refert, sentiat, totius esse non esse hũc capacem, sed multo verius est eum esse capacem, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 35. 18

Septimo deducitur, ℣ si duo sint officiales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter officiali, & alter ex illis est principalior, illi soli censetur commissio facta, vt constat ex Clementina 2. de rescript. & ibi glos. verbo principalis, Imol. nu. 10. & probat Sanch. vbi supra, n. 36. vbi nu. 17. agit quid censendum sit, quando vterque esset æque principalis, & nullus designaretur in rescripto.

15 Quod si officialis Episcopi semel pro- 19
nũciauit rescriptum esse subreptitium, & sic non posse virtute illius dispensari in matrimonij impedimento, non poterit amplius sententiam retractare, etsi se deceptum inuenerit, sed adeundus erit Pontifex, qui delegauit, si tamen è contra pronunciauit legitimam esse dispẽsationem, & postea, siue iusto, siue non iusto matrimonio virtute illius dispensationis, inueniat se deceptum, vel errasse, non poterit, in quantum Delegatus, causam iterum as- 20
sumere, eo quod iam fuit functus officio delegati.

16 Sed tanquam Ordinarius poterit causam iterum assumere, & impedire matrimonium ineundum, vel iam initum dissoluere non cognoscens, nec iudicãs de prioris sententiæ viribus, quam, vt Delegatus pronunciauit, id enim solius est Pontificis delegantis: sed habebit se ac si nulla esset sententia, & cognoscet de matrimonio contracto, validum sit, necne, vel an possit contrahi, quemadmodum potest cognoscere de quouis alio matrimonio male inito, ita probat, & tenet Sanchez vbi supra, numero 39.

17 Sed quid erit quæso de dispensationibus, quæ in foro conscientiæ committuntur expediendæ confessori per rescriptum sacræ Pœnitentiariæ? & non posse pœnitentem, vbi semel literas cuida confessario præsentauit, illum eligens, vt dispensationem exequatur, alterum eligere, eo dimisso etiam de prioris confessarij consensu probat, & tenet Nauar. lib. 1. cõ fil. in secunda editione, titulo de officio Delegat. consil. 8. num. vnic. melius tamen, & æquius existimat Sanch. d. lib. 8. de matrim. disputatione 27. num. 40.

Non tantum vbi pœnitens semel literas præsentauit cuidam confessario, sed etiam postquam ab eo pronunciatũ fuit, dispensationem esse subreptitiam, posse impetrantem adire alium confessarium, qui forte sit in ea opinione, vt rescriptum valeat, imo posse eubdemmet confessarium re melius perspecta dispensationem illam mutata sententia exequi: quamuis si semel dispensauit, non possit recantare pallinodiam, eo quod iam dispensatio cõsummata sit.

Episcopus non poterit Vicarium specialem constituere, vt de sola delegatione cognoscat, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 42. at secundum ipsum numero præcedenti, Vicarius Generalis substitutus à Vicario Generali Episcopi cum potestate substituendi, & creandi alium Vicarium Generalem poterit delegationem Vicario nomine dignitatis commissam exequi, sicut ipsemet Vicarius poterat.

Officialis autem Episcopi, cui delegatur per rescriptum dispensationis, dispensatio in matrimonij impedimento (nõ obstante clausula illa, si preces veritati niti repereris super quo conscientiam tuã oneramus, vel discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciã obtinemus) poterit receptionem testium, ac informationem alij committere, vt fit quotidie, non tamen ipsam dispensationem, vt recte, & late probat, & resoluit Sanchez vbi supra, numero 43. vbi respõdet ex. in ca. fi. §. vltim. de offi. Delegat. & alijs difficultatibus.

Nunc videamus, an cõmissiones dispẽsandi in impedimẽtis matrimonij, alijsve rebus, quæ in foro exteriori Ordinarijs cõmittuntur, in interiori autẽ animæ confessario,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſurio, expirēt morte cōcedētis re integra? Hanc quæſtionē latiſsime examinat pro vtraq; parte Thom. Sanchez de matrim. lib.8. diſputatione 28.n.86. cū ſequētibus primò partē affirmatiuā, deinde nu.87. cū ſequentibus, negatiuā nēpe non expirare cōcedentis morte etiā re integra probabiliorē reputat, probat & ſequitur, quamuis priorem affirmatiuā valde probabilem eſſe cenſeat: ſed negatiuæ hoc fortiſsimū 24 fundamentū eſt, quod quādo in literis gratiæ in alicuius fauorem cōceſsis, miniſter exequuturus eſt volūtarius, vtpote, cui nō præcipitur, vt exequatur, ſed ſola exequēdi facultas cōceditur nō fauore ipſius, ſed eius, cui gratia eſt cōcedēda, tūc eſt gratia faciēda, ac proinde expirat morte cōcedētis re integra, at quando eſt exequutor neceſſarius, vtpote qui exequi iubetur, ſi preces veritate nitantur (vt contingit in commiſsionibus impedimētorū matrimonij) tunc eſt gratia facta, ac proinde non expirat morte cōcedētis re integra, vt ibi late probat, & allegat hāc negatiuā, & veram opin. tenentes Hieron. Paul. in Pract. Cācellar. tit. declaratoria ſuper proponēte, ſeu vouente, §. Præſtātiſsime, Doctor Rebufus in concordat. vbi de mandat. Apoſtolic. §. 1. in verb. ſui Pōtificatus, verſ. licet quidā DD. Maiol. lib. 5. de irregul. c. 51. n. 6. Suarez de cēſur. diſput. 41. ſectione 2. in fin. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 21. n. 7. & lib. 12. de matrim. c. 2. n. 5. & c. 3. num. vltim. Petrus de Ledeſma, Manuel Rodrig. & alij quos ibi refert.

22 Illud quoque in materia obſeruandum eſt, quod ſiue cōmiſsiones diſpēſandi ſint gratiæ factæ, vel faciendæ, ſi Cōmiſſarius iam diſpenſauit ad matrimonium, vel ad ordines, & antequam is, cum quo diſpēſatum eſt, vtatur diſpenſatione, ineat matrimonium, vel recipiens ordines diſpenſans obijt, diſpenſationes huiuſmodi non pereunt, quia res non erat integra tempore mortis, & præterea, quia cū iam ſemel diſpenſatio ſit legitime facta non retractatur ex ſuperueniente facto, vt cum Federic. Roſel. Angel. Sylueſt. Tabiena, Armilla tenet Sanch. vbi ſupra, num. 91.

23 Similiter diſpenſationes, quæ à Legato Apoſtolico, vel a Summo Papæ pœnitentiario fiunt, expediuntur, non expirāt morte Papæ re integra, quamuis dicamus eas eſſe gratias faciendas, quia neutrū horum officium expirat morte Papæ re integra, vt de officio Legati deciditur expreſſe in ca. Legatos de officio Legat. in 6. & de officio Pœnitentiarij in Clementina 2. §. eo tamē prouiſo de electione, & interminis, ita obſeruat Sanch. vbi ſupra, n. 92. vbi n. 93. reſoluit etiam.

Priuilegia, & indulgentiæ Bullæ Cruciatæ conceſſa viſitantibus altaria, & facultates edendi lacticinia, & cætera à nullius exequutione pendentes, necnon, & indulgentias ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo per confeſſarium concedendas, ac abſolutionem à reſeruatis, votorumque commutationem per ipſum præſtandas morte Papæ eas concedentis non perire, quia omnia illa ſunt gratiæ iam factæ ipſi pœnitenti, & præterea confeſſarius non eſt in hac ſpecie miniſter voluntarius, ſed neceſſarius; ſiquidē electus eſt à pœnitēte virtute Bullæ, vt concedat pœnitenti poſtulanti omnia illa, quæ Bulla indulget, hocque pro remedio animæ conceditur, qui vere eſt actus neceſſarius, & alijs rationibus quas ibi adducit citans Authores huius ſententiæ.

Tandem in tota illa diſputatione 28. à ſui principio late agit de quauis alia poteſtate delegata generaliter, quando expiret morte, vel ceſſatione officij Delegatis re integra in impedimentis contingentibus tam in reſcriptis iuſtitiæ, quā gratiæ, ſed quia hæc tangunt, & pertinent ad alias materias tantum hic adduximus, quæ ad noſtram matrimonij ſpectant, cætera ab ea extranea conſulto omittentes, videnda tamen erunt, quoties opus fuerit eis in praxi, quia optime ſunt congeſta.

SVM-

SVMMARIVM Cap. CXXVI.

1 *PRECVM veritas, de qua in diſpenſatione ad contrahendum matrimonium quo tēpore interuenire debeat, & probanda ſit tā de iure quam de ſtylo?*

2 *Cauſa diſpenſationis vere probata, ſi poſtea deficiat, an matrimonium valide contrahi poſſit, & quid in dubio, late hīc agitur.*

CAPITVLVM CXXVI.

Quo tempore preces diſpēſationis matrimonialis debeant eſſe veræ?

1 VERITAS precum, quæ Sūmo Pontifici, vel Pœnitentiario porriguntur ad obtinendam diſpenſationem impedimentorum matrimonij in foro exteriori, vel interiori animæ reſpectiue deſideratur atque requiritur, vt adſit tempore cōceſsionis Pontificis, vel Pœnitentiarij, quare ſubreptitia erit diſpenſatio, ſi tunc vere non ſint, quamuis tempore præcedenti fuerint, vel tempore ſubſequenti, vera exiſtant, hæc concluſio probatur ex tex. in cap. quia circa de conſang. & affinit. dum ibi deciditur, falſam fuiſſe cauſam allegatam ad diſpenſationem matrimonialem, nempe prolem habitam, cum tamen ante diſpenſationem obtentam proles deceſsiſſet; ergo non ſufficit tempore præcedente cauſam fuiſſe veram.

Secundo probatur argumento tex. in cap. ſi eo tempore de reſcript. lib. 6. vbi deciditur, quod is, cui prouideri mādatur de beneficio curato, non poteſt id conſequi, ſi tempore datæ non ſit legitimæ ætatis, quamuis tempore collationis eam ætatem habeat; & reddit tex. rationem; cum tempore datæ non eſſes idoneus, & ibi gloſſa verbo cum tempore, ait, tempus datæ eſſe inſpiciendum, & allegat alios textus hoc idem probantes.

Tertio, hoc conſtat ex clauſula illa in facultate, & commiſsione diſpēſandi appoſita: nempe, ſi preces veritati nitantur, quo igitur tempore debent eſſe veræ, niſi, quo hæc verba proferuntur, & ſic tēpore datæ, quod tempus eſt præſens ſubiunctiui modi. & hæc eſt aperta mens Pōtificis, & Pœnitētiarij committentis, iuxta quam ipſa diſpenſatio regulatur, qualitas namque adiecta verbo debet regulari ſecundum tempus verbi, l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. l. Titius, ff. de teſtam. mil. & ideo merito hanc ſententiam tenent, & probant Hoſtienſ. in d. cap. quia circa, paulo poſt princip. verbo ingreſſa, & ibi Ioan. Andr. numero 3. Ant. de Butrio, numero etiam tertio, notabil. tertio, Abb. numero 4. Alexand. de Neuo, numero etiam quarto. Præpoſit. numero primo, notabil. 3. Rebuf. in tom. ſecundo Regiar. conſtit. titulo de reſcript. in præfatione, numero 56. verſiculo 14. Maſcard. de probat. tertio tom. concluſione 1128. numero 22. nos lib. 2. Canonic. quæſtionum, cap. 15. numero 133. necnon Cordub. in ſum. quæſtione 45. opinione 2. puncto primo, Manuel Rodriguez in primo tom. ſuæ ſummæ, in ſecunda editione, cap. 238. numero vltim. Vega, & alij, quos refert, & ſequitur Thom. Sāch. de matrim. lib. 8. diſputatione 30. numero 4. vbi numero 5. addit hinc inferri, ordinarios, & confeſſarios, quibus hæ diſpēſationes committuntur, cautiſsime ſe habituros eſſe, dum precum veritatem examinant, nam facillimo negotio decipientur ſolam cauſæ veritatem examinantes, cum ſæpè contingat eius veritas poſt conceſsionem Romæ factam, verbi gratia, allegatur, fœminam famæ iacturam paſſam eſſe ex frequenti conuerſatione cum viro, & ſæpe ea infamia poſt tempus datæ diſpenſationis ſuborta eſt, & quod ideo cautiſsime, & magna diligentia inſpicere debent tempus datæ, & examinare an tūc verificetur cauſa, prout neceſſarium eſſe conſtat ex prædictis.

Nihilominus tamē praxis communis, & ſtylus antiquus habet, verificari preces tēpore quo apud Ordinariū producūtur, & præſentantur hæ diſpenſationes matrimoniales, tunc enim producuntur etiam interrogatoria, quibus articulatur veritas cauſæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

causarum tempore quo informatio testiũ fit, nempe. *que la muger quedaria infamada, si este casamiento no se hiziesse, o que no hallaria varon de igual condicion con quien se pudiesse casar, que no fuesse su pariente, &c. como el dicho fulano,* propter angustiam loci, & sic de cæteris causis, quibus sic probatis (nullo facto nec probato articulo de tẽpore datæ, nisi expresse hoc requiratur, vel dicatur in commissione dispẽsationis) expediũtur præd. dispensationes, dummodo non constet de falsitate precum tempore datæ, & sic vidimus quotidie seruari in praxi, & practicauimus ab hinc 40. ann. & plus absque vlla contradictione, aut dubio in diuersis tribunalibus.

2 Dubitari tamen sæpe poterit, an si causa dispensationis fuit vera tempore impetrationis ipsius, at postea eius veritas cessat, siue tempore, quo Ordinarius, vel confessor dispensaturus est, siue postquam dispensauit antequam exequutioni mandetur id, ad quod est impetrata dispensatio, ea euanescat ex cessatione causæ, verbi gratia: Maria allegauit defectum dotis competentis, vt secum dispensaretur, & vere tunc & quando Papa gratiam cõcessit, pauper erat, sed postea, vel antequã Ordinarius dispensationem exequeretur, vel postquam exequutus est eã, antequam matrimonium contraheret virtute illius dispensationis, comparauit dotem sufficiẽtem, dubitatur, an valor huius dispensationis cesset, eo quod eius causa cessauerit? Pulchra quidem, & difficilis quæstio est, in qua diffuse procedit Thomas Sanch. d. lib. 8. de matrim. disputatione 30. numero 6. cum sequentibus: ego vero eius mentem, & distinctionem breui sermone comprehendam, meumque iudicium interponã in hunc modum.

Aut causa à principio vera, quæ postea cessat, est impulsiua, aut finalis: si fuit impulsiua, quamuis postea cesset, nõ corruit dispensatio, vt bene ibi probat, numero 7. & hoc est certum, & verum.

Si vero causa erat finalis, exigitur ad dispensationis valorem, vt causa in literis narrata verificetur tempore, quo fuit proposita Pontifici, vel Pœnitẽtiario, & etiã tempore, quo hi examinata precum veritate dispensationem exequuntur: quare si causæ veritas tunc cesset, euanescet dispẽsatio, quia causa eius finalis dispensauit, dum erat in fieri, & nondũ consummata, vt ibi recte probat, numero 12.

Si autẽ cessat omnino causa finalis dispensationis, postquam iam Ordinarius, vel confessor dispensarunt, & sic omnino perfecta, & consummata est in se dispensatio, nondum tamen sortita est suum effectum, quia matrimonium non est contractum, vel si cœpit sortiri effectum, is est cõmode diuisibilis; duplex est sententia: prima habet tunc non cessare dispensationem, cuius opinionis fundamenta, & Authores plures refert ibi Sãchez, numero 13. inter quos & nos lib. 2. Canonic. quæstionum cap. 15. numero 30. & numero 132. & lib. 1. c. 15. numero 22. in principio, & in fin. & tandem affirmat, quod qui hanc sententiam amplecteretur damnari non posset, cum graues pro se Authores habeat, nec rationibus destituta sit, nec oppositæ ita concludant, quin solui possent. Ego hanc nunc quoque veram esse censeo ac tenendam.

Secunda sententia in hoc habet, cessare tunc eius dispẽsationis valorem, quam late comprobat Sanchez vbi supra, numero 14. per totum, ei accedens tanquã multo probabiliori authoritate plurium Authorum tenentium generaliter, & indistincte cessante dispẽsationis causa ipsam cessare, inferens ex eis numero 15. quod ad hoc vt dispensatio valida sit, ac suam firmitatem conseruet, opus est duplici tẽpore verificari totam causam finalẽ, ex qua valor dispensationis pendet, nempe tempore datæ commissionis, & tẽpore, quo omnino consummanda est assequens suũ vltimum indiuisibilem effectum, & sic quod vtroque hoc tempore non cessarit omnino causa finalis. Prima tamen sententia distinguens mihi verior videtur, licet secũda sustineri valeat, in dubio autem an cessauerit omnino causa dispensationis, iudicanda est dispensatio valida, vt bene censet Sanchez vbi supra, numero 9.

Quod si medio tempore inter concessionem, dispensationem, & exequutionẽ Ordinarij, vel confessoris, cui dispensatio respectiue commissa fuit, deficiat veritas causæ,

causę, sed vtroq; tẽpore vera fuit, vt si fœmina impetret dispensationem ad matrimoniũ ex causa defectus dotis, & vere dũ Pontifex dispensauit, pauper erat, diues tamen effecta est antequam literæ ad manus Ordinarij venirent, & iterum ante id tempus redijt ad pristinam paupertatem, valebit quidem dispensatio, quia cũ vim suam, & valorem habere debeat ex voluntate Pontificis, vel Pœnitentiarij concedentis, & Ordinarij, vel cõfessoris exequentis sufficit eo duplici tempore causam esse veram, ne subreptionis vitio valeat notari, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 16.

Qui numero 17. addit, quod si causa vtroque hoc tempore verificetur, & sic legitime concedatur dispensatio, etsi postea deficiat, & ita cesset dispensatio, ex dicti mentẽ concedẽtis eam esse ne ita cesset, vt valore suo destituatur redeunte illa causa, sed suspensum esse valorem dispensationis, ita, vt dum causa nõ reddit, nec licius, nec validus sit eius dispensationis vsus: at eadem inet causa redeunte valebit dispensatio.

Ego vero cum fuerim sequutus primã opinionem principalem supra adductam in versic. si autem cessat omnino causa finalis, &c. eamque teneãt graues alij Authores, vt prædiximus, minime probare possum hanc vltimam additionem Thomæ Sanchez modo relatam, siquidem verificata causa dispensationis vtroque prædict. tempore requisito, & sic legitime concessa iam ipsa dispensatione, & perfecta, etsi postea casu deficiat causa, amplius dubitari non debet de eius valore, nec esse impendenti eius vsus: non enim video, aut coniecturare possum talem esse mentem concedentis, qualem credit Sanchez, nec vnde eam collexerit, semel namque perfecta dispensatio atque legitime concessa, nõ debet retractari, nec suspendi eius vsus, siquidem iam completa, & obseruata est mens, & præceptum concedentis, alias enim mille scrupuli inde pluries orirentur dicendo, iam cessat, iam reddit causa, iam non reddit, sed desicit, & animæ fidelium illaquearentur cõtra mentem Pontificis; accedat tandem, quod cum Pontifex in commissione dispensandi in impedimentis matrimonij, si preces veritate nitantur, concedat Ordinario licentiam, & facultatem dispensandi, ita vt matrimonium inter se contrahere possint impetrantes, seruata forma Sacri Concil. Trident. & in eo postmodum libere, & licite permanere, hoc legitime per impetrantes, & sententia Ordinarij probato, & completo, & tõtis suis numeris absoluto, & pro tali declarato, cur est amplius dubitandum de eius valore, nec suspendendus eius vsus, quod postea causa dispensationis cessare incipiat, vel cesserit tempore, quo de causa iam non est amplius discutiendum? & ita censeo tenendum, ac proinde deponere debere partes scrupulum, si quem forte habeant, salua correctione Sanctæ matris Ecclesiæ.

SVMMAR. Cap. CXXVII.

1 *DISPENSATIO in voto castitatis, religionis, vel non nubendi, an sit realis circa plura matrimonia, vel tantum circa primum? & numeris sequẽtibus vsque in finem.*

2 *Dispensatio facta in fauorem filij illegitimi pro vno beneficio, an si collatio illius sit irrita, extendatur ad aliud?*

3 *Dispensatio Episcopi ad matrimonium contrahendũ prodest vbique terrarũ.*

CAPITVLVM CXXVII.

An dispẽsatio in voto castitatis, religionis, vel nõ nubendi extinguatur priori matrimonio inito, iam dissoluto, vel dispẽsato egresso territorio dispensantis?

1 QVANDO ex dispensationis verbis colligitur, ad vnicum matrimonium eam concedi, id procul dubio erit obseruandum: dum tamen matrimonium sit validum; nam si irritum, siue nullum non extinguet dispensationis effectum: sermo siquidem simpliciter prolatus intelligitur

pro primo actu valido, vt latissime ex multis comprobat Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone, limitatione 1. numero 1. cum sequentibus, ff. de verb. significatione.

2 Item etiam videmur in illegitimo dispensato ad vnicum beneficium, nã si collatio illius sit irrita, non finitur per eã præd. concessio, & dispẽsatio, vt tenet Anchar. in c. 1. quæsti one penultima de filijs presbyt. in 6. & ibi Dominicus, numero penultimo, & Franc. numero 13. quia dispensatio debet intelligi cum effectu, ergo ita in proposito dicendum est, vt quamuis dispensatio voti expresse restringatur ad vnicum matrim. intelligenda sit de valido matrimonio, non vero de irrito, nisi is cum quo dispensatum est, scienter inierit matrimonium irritum, tunc namque ne ex sua fraude commodum reportet, dispensatio extinguitur eo primo actu, quamuis irrito, vt declarant, & tenent præcitati DD. & Tiraquel. latissime id probans vbi supra, à numero 29. cum sequentibus, & vtrumque Thomas Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 31. numero secundo, tertio, & quarto, vbi numero 5. quod nec etiam ea dispensatio extinguetur primo matrimonio valido, soluto tamen ante consummationem, aut morte, aut professione alterius coniugis, aut Pontificis dispensatione, quia tunc non dicitur perfecte, & omnino initum illud matrimonium, ad quod dispensatum est, si non consummetur; nec dispensatio est omnino suum effectum sortita, vtpotè, quæ ad id est, vt matrimonium consummetur; & sola matrimonij consummatio repugnat voto. Si vero dispensatio voti non restringatur ad primũ matrimonium tantum, nec explicetur in ea, vt liceat matrimonium inire toties, quoties libuerit & sic in dubio videtur ea intelligi de sola prima vice, ex tex. in cap. primo, §. ille vero de filijs presbyt. in sexto, vbi quod si filius illegitimus, cum quo dispensatur ad beneficium, non potest nisi vnicum obtinere, eo quod dispensatio sit stricti iuris, secundo ex d. l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum significatione. Nihilominus tamẽ Thomas Sanchez vbi supra, numero septimo, cum sequentibus articulum hunc tribus conclusionibus explicat: prima est, vt si dispensatio fiat absolute, & totalis in voto castitatis religionis, aut non nubendi, probabilius sit licere toties, quoties matrimonium inire, & sic dispensationem non extingui prima vice: hanc limitat primo numero nono, nisi causa dispensationis omnino cessarit: secundo limitat in numero decimo, nisi potestas dispensandi limitata sit, vt si Episcopus in votis absolutis castitatis, vel religionis dispenset ratione vrgentis necessitatis.

Ego vero certius esse in dubio indistincte censeo in specie huius conclusionis non intelligi dispensatum nisi pro prima vice ea ratione, quia dispensatio præd. sit odiosa, & stricti iuris, vt est prædictum, ita tenet Enriquez lib. 12. de matrimonio, cap. quinto, numero septimo, in commento litera V.

Secunda conclusio est, quando dispensatio partialis esset quoad actum, vt in voto castitatis, aut religionis, ad contrahendum matrimonium, non caret magna probabilitate asserere eam dispensationem primo actu extingui; at probabilius reputat Sanchez numero 11. & 18. non extingui, sed licere ad alia matrimonia transire permanente eadem dispensationis causa: secus si causa non permanet, ex rationibus, de quibus ibi per eum, vbi citat Stunic. quæstione sexta de voto, numero 125. & Angles in Floribus Theologicarũ quæstionum, vbi de voto, quæstione vnica, articulo octauo, post secundam difficultatem, dubio primo, hãc opinionem volentes, saltem Stunica: nam Angles vbi supra tantum dicit Monachum professum, cum quo dispensatum est ad matrimonium, non teneri mortua vxore ad religionem redire; ego vero censeo verius, & securius esse etiam in specie huius conclusionis indistincte dispensationem præfatam intelligi tantum debere pro prima vice, nõ vero pro secũda eisdem rationibus, quibus contra primam conclusionem præfatam tenuimus, nempe, quod dispensatio præd. sit odiosa, & stricti iuris, & in dubio pro prima vice intelligi debere.

Tertio

Tertia conclusio, quando dispensatio in his votis limitatur quoad personam, cũ qua ineundum est matrim. tunc ex mente disponentis iudicandum erit, an extinguatur pro prima vice, vel vlterius extendatur, vt in exẽplis ibi per eũ fictis, num. 13. Ego vero hanc conclusionem tunc probarem quando aperte, vel saltem quasi in dubio de mente Pontificis dispensantis cõstaret voluisse vlterius extẽdi, ad alias nuptias dispensationem suam, & sic gealẽ esse: secus in dubio ex rationibus de quibus supra.

3 Illud autem eiusdem Authoris dictum n. 17. probo, nempe dispẽsationem Episcopi cum subdito in voto non nubendi prodesse, & extendi, vt vbique terrarum extra territorium Episcopi dispensantis, sic dispensatus possit ad nuptias transire absque voti violatione, vt ibi rectè, & latè probat.

SVMMAR. Cap CXXVIII.

1 AVGMENTI *dotis clausula in dispensatione matrimoniali, alicui commissa, quomodo intelligatur?*

2 *Muneris cuiusque spe, aut præmij recipiẽdi prohibitio de qua in alia clausula matrimonialis dispensationis quomodo intelligatur? & numeris sequentibus.*

3 *Consuetudo, quæ in aliquibus Diœcesibus inuoleuit accipiẽdi pro dispensationibus matrimonialibus vltra iura licita pro alijs actis, del arancel, an sit valida?*

4 *Consuetudo inducens pronitatem peccãdi non valet.*

5 *Consuetudo contra interdictũ, vel alias censuras Ecclesiæ habens ne obseruẽtur, non valet.*

6 *Diuturnitas peccandi auget peccatum.*

7 *Officialis Ecclesiasticus expediens dispensationes matrimoniales sibi commissas an teneatur munera sponte oblata restituere?*

Præcipue si esset exiguitas muneris sponte oblati à persona qualificata, cui esset dedecus illud rehabere, nam 8.

Et quid omnino expedita dispensatione præcipue esculentorum, & poculentorum? numero 9.

10 *Precum veritas, de quibus in dispensatione matrimoniali quomodo verificanda sit?*

11 *Ordinarius cui committitur dispẽsatio matrimonialis potest ex iusta causa dispensare circa monitiones nõ obstãte clausula dispensationis, quæ asseritur, seruata forma Cõcilij Tridẽtini.*

Et quid quãdo matrimonium est nullum ex impedimento dirimenti, & denuo est celebrandum? num. 12.

13 *Causa adiecta dispensationi quod contrahere volentes sint nobiles, vel principaliores Oppidi, vel Ciuitatis an sit probanda?*

14 *Concilij Tridentini sessione 24. cap. 5. in fine de matrimonio disponentis, ne inter magnos Principes dispensetur in secundo gradu ad contrahendum matrimonium, nisi ex causa publica intellectus.*

15 *Ordinarius dispensans ad matrimonium an verificare teneatur verba illa dispensationis; ipsi ex certis, & rationabilibus causis animum suum mouentibus cupiunt, &c. an possit, vel debeant eas petere verificari?*

16 *Confessor electus literis sacræ Pœnitẽtiariæ in foro conscientiæ ad dispensandum in matrimonio, approbatus tantum ab Ordinario ad audiendas confessiones virorum, non vero mulierum an possit præd. dispensationes expedire?*

Et numero 17. in approbato ad audiendas confessiones huiusce modi electo virtute Bullæ Cruciatæ, & numero 19. & 20. & 21.

18 *Confessio sacramentalis an sit necessaria ad dispẽsationem, absolutionem, & commutationem voti, alicui commissam?*

22 *Impedimentum dirimens an debeat detegi alteri cõiugi, & quomodo, ad hoc vt matrimonium iterum valide contrahi possit?*

23 *Expensas dispensationis quis solui debeat quando resilitur a fide data matrimonij contrahendi?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM CXXVIII.

De intelligentia aliquarum clausularum, quæ in commissionibus dispensationis in impedimentis matrimonij apponi solent in vtroque foro.

1 PRIMO agemus, quando apponitur in commissione dispensationis directæ officiali, vel Ordinario alicuius Episcopatus clausula de dotis augmento faciendo per virum, quod allegatur tanquam causa, vt hæc dispensatio concedatur, an necessario sit integra dos fœminæ augenda, ita vt augmentum illud, simul cum illius fœminæ dote, plenam, & sufficientem dotem constituat iuxta fœminæ qualitatem? & tunc quidem hoc erit necessarium, siue ipse eam ducturus, siue alius dotem augeat, vt hoc speciale matrimonium cõtrahatur, & non alias, idem namque est ad huius dispensationis valorem, ac si vir ipse augeret, nõ enim ad illam refert, ex cuius bonis augmentum id fiat, vel quis illud faciat, sed solum expectatur, vt ea liberalitas augmenti dotis fœminæ pauperi fiat, vt huic nubat: vnde si vir, propter paupertatem dotem augere non posset, atque ita mentitus esset, allegans se velle eam dotare, cum tamen alius esset, qui de hac dote danda fœminæ pactus esset, si huic viro nuberet, verificatur substantia causæ, ac proinde dispensatio valebit, quia cum mendacium sit circa rem nihil conferentem ad dispensationem, eam non vitiat, semper enim, quod principaliter agitur, est attendendum, vt in l. non omnis 19. ff. si cert. petatur: hic autem agit de dote competente augenda, eaque vere est mens Pontificis dispensantis: ergo nihil refert, si augmentum fiat, vel præstetur à viro, vel alio, dummodo vere augeatur dos vsque ad quãtitatem, secundum qualitatem fœminæ ducendæ competentem, quando hoc exprimitur his verbis in dispensatione; cum enim in hac specie, verbum, augere, cadat supra dotis quantitatem, & ponitur particula, vsque, iuncta cum quantitate illius dotis augenda complectitur totam dotis quantitatem, quæ deerat, vt sit competens iuxta fœminæ qualitatem, etsi aliquid huic augmento deficiat, non dicetur vere aucta dos vsque ad quantitatem competentem qualitati fœminæ; secus tamen esset, si clausula diceret velle virum augere cõpetenter dotem fœminæ: hæc namque verba non important integram quantitatem supplendam esse, sed augmẽtum illud dotis supplendum esse competens, & consideratione dignum attenta qualitate fœminæ, quare secus esse videtur in hac specie, si aliqua ex parte augeatur dos, dummodo illa pars reputetur alicuius momenti, & digna qualitatis fœminæ; quem sensum videntur habere verba illa, quæ aliquando in his dispensationibus adijci solent, & quidam consanguineus dotem huiusmodi iuxta statui sui conditionem augere vult, satis enim esset iuxta proxime dicta, si augmentum, licèt nõ sit integrum, & plenum, sit tamen eius qualitatis, vt dignum sit statu fœminæ, illique competens ita intelligit atque existimat Thomas Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 35. numero 6. hinc deducens numero 7. teneri Ordinarium examinare diligẽter huius causæ veritatem, discutiendo, an id augmentum promittens, sit illud soluendo, & faciat, vt id scriptura publica promittat muliere acceptãte, vt verificetur dotem esse auctã, prout petitur in hac dispensatione, & aduertat etiam, si maritus (adde, vel alius promittens) habeat filios ex alio matrimonio an quantitas hæc excedat, vel non quintum bonorum suorum, in quo solo potest filijs præiudicare in his Regnis, quæ optima aduertentia est, & præterea alia, an præd. bona sint libera, de quibus disponere possit, vel implicata ære alieno.

Prædict. tamẽ differentia Sanchez inter præfatas species dispensationũ circa quantitatẽ augmẽti dotis, nõ videtur tam præcisa, vt diuersum ius in vtraque statui debeat, imo censeo idẽ dicẽdũ in vtraque, dummodo defectus augmenti moraliter loquendo non sit magnus iuxta qualitatem fœminæ. Nõ enim plenitudo, & sufficientia dotis consistit in puncto indiuisibili, sed arbitrio boni viri, hoc est recti iudicis consideratis debitis circunstantijs iudicanda, & arbitranda erit.

2 Circa illam autem clausulam ordinariam dispensationis impedimentorũ matrimonij: deposita per te omni spe cuiuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblati, à quo te omnino obstinere debere monemus: iuncta alia circa idem in fine posita: volumus autem, quod si spreta monitione nostra huiusmodi aliquid muneris, aut præmij, occasione dispẽsationis exigere, aut oblatũ recipere temere præsumpseris excõmunicationis latæ sententiæ pœnã incurras, dubitatur primo an iura, hoc est, *los derechos ordinarios del aran cel*, officialis cum quo hæc clausula loquitur, possit licite recipere, & absque incursu præd. penæ excommunicationis? & in hoc pars affirmatiua est indubia, quia hæc non sunt munera, nec præmia, sed iura debita, quæ alias pro similibus actis sunt taxata, *como es por la presentacion de la dispensacion, y la commission para hazer la informacion de la verificacion de la narratiua, y por la sentencia*, & simil. *como el Notario ante quien se expide puede llenar, y lleua los suyos*: quod autem prohibetur, est recipere munus, aut præmium, hoc est, *algũ don ò premio, y la esperança de recebirlo por occasion de la dispensacion: los derechos justos no son esto*: ergo, &c. *y la razon es, porque por codicia no lleuen lo que no se deue por dispensar, ni lo reciban aunque las partes de su voluntad lo offrezcan, y ansi dispensen aunque no se verifique la narratiua como dene, y se requiere, que en effecto lo que se prohibe es los cohechos, dones, y presentes, mas no los derechos justamente deuidos, como dicho es.*

3 Secundo dubitatur, an licita sit consuetudo, quæ in aliquibus diœcesibus inoleuit accipiendi pro expeditione dispensationis vnum scutum aureum, alteriusvè quantitatis pro labore, quem officialis præd. diœcesanus subijt in ea dispensatione expedienda, Nauar. namque in hac quæstione libr. 1. consil. in secunda editione, titulo de rescript. consil. vltimo per totum id negat attentis præd. clausulis dispensationis, & præterea ex tex. in cap. statutũ, §. insuper, de rescrip. in 6. vbi interdicitur iudici Ecclesiastico Delegato cuiuscumque muneris, aut stipendij receptio præter esculenta, & poculenta gratis oblata, quæ paucis diebus consumi possunt, & præter itineris expensas si causa delegationis è domicilio exeat.

Sed nihilominus Thomas Sãchez vbi supra, numero 10. refert alios viros doctos sustinuisse contrarium, & sic id licere; primo, quia prohibitio huius clausulæ loquitur de munere aut prẽmio, quæ pro gratitudine sponte offeruntur, at quod est laboris impensi stipendiũ, non est remunerationis præmium, nec muneris rationem habet: secundo, quia mẽs Pontificis in hac prohibitione est ne muneribus corruptus, & excæcatus Ordinarius minus bene munus suum exequatur, at laboris iure, vel consuetudine debitum non corrumpit iudicem, nec ipsum à recto desistere obligat. Quibus rationibus hanc posteriorẽ sententiã verisimam esse existimat Sanchez vbi supra, nu. 11. & quia d. cap. statutum, §. insuper, pro prima sententia adductũ non loquitur de quocũq; iudice Delegato, sed de Delegato per litteras iustitiæ ad litẽ inter partes agitandam, qualis non est hic, & esto, quod de quocũque Delegato loqueretur, consuetudo iam obtinuit, vel saltem declarauit hoc stipendium recipi posse.

Quid tenendũ in hac specie? ego semper dubitaui de valore præd. consuetudinis, & nunc eam non excusare censeo, & affirmo sequutus primam opinionẽ Nauar. & contrariam respuo, dicant quicquid velint officiales Episcoporum, seruantes præfatam consuetudinem, male ferentes hanc Nauar. & nostram sententiã, quæ vera est contra alteram Sanchez, & omnino tenenda sequentibus fundamentis.

4 Primo, quia non valet consuetudo inducens pronitatẽ ad peccandũ, c. ex parte de consuetud. & ibi DD. Petrus de Rabena in enarration. ad titul. de consuet. sectione

ctione 2.n.44 fol. mihi 131. in paruis,columna 1.

5 Secundo,quia nõ valet consuetudo cõtra interdictũ, vel alias censuras Ecclesiæ habens ne obseruentur,tex. est in ca.cum inter de consuetud. & ibi DD. & reddit tex. rationẽ in fin. in hunc modũ, nos igitur cognito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, disrũperetur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ,ipsam de consensu fratrũ nostrorum duximus irritandam, & per illum tex.vltra DD. ibi tenet Rochus de Curt. in c. cũ tanto de consuetud. sectione 5.num.34. ver sic. octauo infertur,folio mihi 74. col.3. & optime Hugolin. de censur. Eccles. Tabul. 1.§.11. numero 1. & 2. folio 140. vbi quod licet tex. ille loquatur in consuetudine non seruandi interdictum:idem & in alijs censuris obseruandũ est ex præd. ratione illius tex.quæ ratio eadem est in ipsis, ac propterea eadẽ debet esse dispositio:argumẽto l. illud cum simil. ff. ad l. Aquil. tum etiam quod ratio illa generalis est, quo casu etiãsi lex specialis sit,generaliter tamẽ accipi debet argumento l. Regula,§. penultim. & ibi notãt Barto. & Bald.ff. de iur. & fact.ign. stantibus igitur præd. clausulis omnino prohibitiuis in commissione dispensandi in matrim. impedimentis, recipiendi quid muneris, vel præmij etiam sponte oblati occasione illius dispensationis sub pœna excommunicationis Papalis latæ sententiæ, quæ consuetudo potest valere non seruandi, & timendi præd.censurã,quæ ob peccatũ mortale præfertur, quãtumque antiqua sit præfat. consuetudo?nõne temeritas magna erit illã cẽsurã negligere,vt inquit eademmet clausula final. eiusdẽ dispensationis,ibi,volumus autẽ quod si spreta monitione nostra eiusmodi, aliquid muneris, aut præmij occasione d.dispensationis exigere,aut oblatũ recipere temere præsumpseris excõmunicationis latæ sententiæ pœnã incurras? ergo nullo modo hoc est faciendum.

6 Tertio,quia quãtocũque tempore censurã nõ seruent aliqui, nõ idcirco faciẽt, quominus peccẽt, quãdoquidẽ diuturnitas peccãdi,nõ modo peccatũ,eiusvè pœnã nõ minuit,sed cõtra potius,vt in c.cum tãto de cõsuet. vbi dicitur,cũ tãto sint grauiora peccata, quanto diutius infelicem animã detinẽt alligatã,nemo sanæ mentis intelligit naturali iure (cuius transgressio periculũ salutis inducit) quacũque cõsuetudine(quæ dicẽda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari,licèt enim lõgæuis cõsuetudinis, nõ sit leuis authoritas: non tamen est vsq; adeo valitura, vt vel iuri positiuo debeat præiudiciũ generare, nisi fuerit rationabilis, & legitime præscripta: hęc autem,de qua agimus, nõ est huiusmodi,sed fundata in pura auaritia,& cõtra cẽsurã Ecclesiæ,& sic cum peccato, ergo minime est valida, nec seruanda, etiãsi diuturna sit,imo hoc ipso graviora sunt peccata inde sequuta, vt in d.ca.cum tanto in principio,& bene Hugolin. vbi supra, num.3.

Modo nõ obstãt fundamẽta cõtrariæ sentẽtiæ,& nõ quidẽ primũ de stipẽdio laboris impẽsi,quod hoc nõ est prohibitũ in dictis clausulis,sed tãtũ muneris,aut præmij in gratitudinẽ oblatio:respõsio nãque est in prõpto,nẽpe, quod stipẽdiũ laboris impẽsi sunt tantũ,*los justos derechos deudos cõforme al arancel del Obispado, y vsomas*, & hæc iã supra permisimus: *pero no masauñq̃ sea por costumbre antiquissima, porq̃ lo demas desto es exceſſo,y suena dom y cohecho gratuito.*

Nec etiã secundũ obstat,quia mẽs expressa est ne quid muneris, aut præmij etiã spõte oblati exigatur sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ,*q̃ es lo q̃ se llama por la dispensacion de loque son derechos justos, y deudos.*

Ex quibus iã clarè patet minime licere cõsulere,nec seruari imposterũ præd.secũdã sentẽtiã,deinde etiã nõ licere officialẽ huiusmodi recipere ea esculẽtã, & poculẽta, quæ paucis diebus cõsumi possũt permissa aliàs iudicibus Delegatis per tex. in d.c. statutũ,§. insuper, vt rectius, & late probat idem Sanch. vbi supra,n.12.

7 Displicet tamẽ mihi eiusdẽ Authoris additio ibidẽ,n.13.dũ tenet quod officialis has dispẽsationes expediẽs nõ tenetur munera spõte oblata restituere,quia tantum deliquit contra prohibitionem huius clausulæ,quæ solũ cõtraueniẽti excõmunicationẽ imponit, nec vllũ verbũ habet, quod dominij translationem impediat; non

nõ mihi inquam placet hæc opinio, quia cum non solum ipsa ex acto cuiuscunque præmij,aut muneris sit prohibita,sed etiã omnis spes id recipiendi, consequitur quod conueniens teneatur id restituere etiamsi sponte sibi sit oblatum, sicut teneretur etiam restituere cætera recipi prohibita, vt alias diximus in materia vsurarum lib.2. Canon. quæstionum ca.23. de simonia, num. 46. sufficit enim tam enixa prohibitio ab initio facta, vt intelligatur mentẽ Pontificis eã fuisse,vt nihil recipiatur, nec retineatur: si enim ea recipiens incurrit sententiam excommunicationis ipso facto, quomodo absoluendus erit ab ea,nisi male receptum restituat,& sic parte satisfacta,licet enim sponte fuerit oblatum,illa oblatio potius dici potest inuoluntaria, siquidem fit gratia consequendi facilius dispensationem ab officiali,multoque certius quando dubitatur de integra precũ verificatione post expeditã dispensationẽ,& sic finita delegatione.

8 Exiguitas tamẽ,vel paruitas materiæ dati,& recepti bene excusaret à restitutione,præcipue quãdo fuit spõte oblatum à persona qualificata, cui esset dedecus illud rehabere, illique iniuria fieret si ipsi retraderetur.

9 Præterea si expedita omnino dispensatione, & sic finita delegatione aliquid spõte offerretur tã esculetorũ quã poculetorũ,alteriusvè muneris,& reciperetur nõ ex hoc officialis incurreret in illam excõmunicationẽ literarũ Apostolicarũ,siquidẽ hoc nõ fit occasione dispẽsationis expediẽdæ,cũ sit iã expedita,sed in merã remunerationẽ naturalẽ, & gratitudinẽ omnino voluntariã beneficij præcedẽtis, quæ habet, & benefaciẽti benefaciamus: argumẽto l. Attilius Regulus 27. cum similib.ff. de donat. & in l. sed etsi lege,§. consuluit in fin. ff.de petitione hæred. cũ late cumulatis à Tiraquel. in l. si vnquam verbo donatione largitus,n.11. cũ sequẽtibus C. de reuocand. donat. & in terminis ita tenet postea visus Sãch. vbi supra, numero 14.

10 Circa aliã clausulã dispensationis Ordinario delegatæ,qua dicitur, si per informationẽ preces veritate niti repereris, super quo cõsciẽtiãtuã oneramus,&c.ob seruãdũ est nõ desiderari, nec requiri ad hoc cognitionẽ iudicialẽ,super veritate harũ precũ receptis testibus iuramento astrictis corã Notario examinatis,& scriptis,sed satis erit quod extra iudiciũ iudex hic informetur certiorq; fiat de harum precũ veritate,vt late in simili casu, nẽpe in remittendis denũciationibus in Ecclesijs inter Missarum solemnia tribus festis cõtinuis alias faciendis,quod per Concil. Trid. remittitur prudẽtiæ,& iudicio Ordinarij sess.24. de matrim. c.1.de reformatione,probauit Thom.Sanch.lib.3.de matrim. disput.8.n.4. vbi n.5. inde infert posse fieri sine ordine,& figura iudicij,& testibus,nõ receptis in forma iudicij,nec iurantibus,& n.6. qualiter possit fieri extra Diœcesim, & repetit in terminis idem Tho. Sãch.lib.8.disp.35. n.15.vbi eã rationẽ reddit, quia sicut in illo casu cognitio causæ dispẽsationis cõmittitur cõsciẽtiæ iudicis, estque ad eius consciẽtiã informãdãta & in hoc de quo hic agimus,vt constat ex illis verbis,super quo cõsciẽtiã tuã oneramus,pro qua etiã parte facit Parisius consil.57. n.55. volumine 4. dũ ait in mãdato dispẽsandi super matrim.exequtorẽ minime cogi debere assumere partes iudicis,sed debere se de precum veritate informare.

Hinc infert Sanch.d. disput.35. nu.16. hoc distare inter examinationẽ veritatis precum dispensationis in foro interiori, & exteriori,quod in illa sola partis informatio accipiẽda sit, in hac autem ex aliorum testimonio certior faciendus est iudex;at in vtraque conuenit, quod neutra Notario,nec iuramẽto testium indigeat: quinimo si notoria esset precũ veritas,vel aliũde de ea iudici cõstaret,nulla opus esset informatione, quia iã cõscientiæ iudicis satisfactũ est,vbi autẽ ignarus veritatis precum dispensaret, quamuis preces in se veræ essent, non valebit dispẽsatio, vt ibi per eum.

Nihilominus tamen stylus, & praxis ordinaria,& cõmunis tribunaliũ Ecclesiasticorũ huius Regni se habet in cõtrariũ de qua ego sum testis in diuersis Episcopatibus,& iudex;præsentãtur nãq; huiusmodi literæ dispẽsatoriæ ad matrim.sem per corã officiali ordinario Ecclesiastico

cui committitur verificatio precum, & Notario simul cum petitione, & interrogatorijs iuxta formam commissionis ad precum verificationem, & testes, qui iudicialiter cum iuramento examinantur, quibus breuiter & summariè absque vlla citatione, sine strepitu, & figura iudicij factis, & visis per iudicem Commissarium, statim pronũciat suã sententiã, qua (si ita probatum existit) declarat in scriptis preces esse verificatas, & dispensat iuxta formam rescripti, & suo nomine subscribit sententiam, & transumptum eius authenticum partibus traditur, vt sic legitime inter eos matrimonium ineant, quod in foro externo iudico esse necessarium ad hoc vt iudici, nec partibus aliquid sinistrum imputetur, & ne aliàs de veritate precum, & de dispensatione huiusmodi dubitari in iudicio de eius valore contingat: siquidem omnia hæc in foro exteriori aguntur, quamuis alias in foro conscientiæ (nemine contradicente in foro interiore) opinio Sanchez procederet consulto iudici extra iudicialiter de veritate precum, & de dispensatione ab eo ore concessa absque scriptis.

Nec stylus, & communis praxis iuris caret fundamento, imo eidem conformis esse videtur ex traditis per eundem Thomam Sanchez d. lib. 3. disputatione 8. numero 3. per totum, & præterea, quia tradita per ipsum ibidem in contrarium num. 4. cum seqq. loquuntur quando prudentis iudicio, & conscientiæ alicuius aliquid committitur: in nostra autem præsenti quæstione non est ita, sed committitur verificatio precum, & dispensatio huiusmodi matrimonialis officiali talis loci tanquam Ordinario illius, quo tacitè supponitur ipsum tanquam iudicem iudicialiter procedere debêre, super quo Pontifex eius conscientiam onerat, vt rectius, & arctius procedat propter causæ arduitatẽ, & grauitatem, non tamen ideò sequitur, quod extraiudicialiter procedere posit absque testibus, & iuramentis eorum sed quod breuiter, & summarie, caute, imo cautissime procedat absque strepitu & figura iudicij: præsertim, quia 12
sæpe, & sæpius contingit necessariũ esse pro capienda informatione testium foris mitti, prout fieri potest delegando hunc articulum alteri iudici, & Notario: quomodo ergo hoc fieri potest in voce, aut quæ fides danda est, nisi iudicialiter cum cõmissione expressa, & in scriptis id fiat? Præterea veritas precum absque iuramẽto testium non potest ita deprehendi, sicut cum iuramento eorum in hunc igitur effectum, vt de ipsa legitime constet, oneratur conscientia officialis per Papam, quamuis in hoc non ita formaliter exprimatur in literis Apostolicis, sed satis deducitur ex mente ipsius, & tenore literarum siquidem oneratur super hoc conscientia officialis in re admodum graui, in qua agitur de periculo animarum: euitandoque per onerationem conscientiæ, vt sæpe fit iudicibus minime tolli videtur ordo iudicialis necessario alias requisitus, sed conscientia iudicis eius memoriæ reducitur, & commendatur, vt sic cautius, & accuratius procedat: sed quomodo in foro exteriori procedere debet, nisi iudicialiter, & in forma consueta rationes autem Sanchez quoad forum conscientiæ rectè concludunt, sed in exteriori minime.

11 Circa aliam clausulam dispensationis, quæ habet, vt matrimonium inter se publice seruata forma Concil. Trident. contrahere valeant, dispensés: obseruandũ est primo per hanc clausulam non tolli Ordinario facultatem dispensandi ex iusta causa in denunciationibus, quæ matrimonium præcedere debent, iuxta Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. de matrim. quia ibidem præcipitur, vt præmittantur, nisi Ordinarius dispensauerit. Præterea quãuis præd. monitiones consulto omitterentur etiam sine causa matrimonium alias contractum coram parocho, & testibus inter non impeditos validum esset ac legitimum, vt docuimus in nostro tractatu de Iuramento Confirmatorio 1. parte c. 51. numero 25. & in termiois huius clausulæ eandem doctrinã tenet, & probat rectè Sanch. d. disputatione 35. num. 19. & insuper quod Ordinarius possit remittere præfatas denũciationes cum causa non obstante d. clausula ex prædictis.

Secũdo, quod quando conceditur dispensatio in foro exteriori, vt matrimonium prius, publice ac præmissis denunciationibus initum cum impedimento dirimenti, iterum celebretur, sicut iterum coram parocho, & testibus est ineundũ: ita etiam sunt iterum præmittendæ denũciationes, eo quod prius matrimonium perinde sit ac si initum non fuerat (intelligẽ, nisi ex causa iusta remitterentur) hæc tamen secunda obseruatio intelligenda est, nisi paulo ante in priori matrimonio inualido præmissæ essent, moraliter namque tunc præmissæ censentur, secus vero si multum temporis spatium transisset, sicut etiam, quando nullum esset initũ matrimonium, si vt iniretur, præmitterentur denũciationes, & multo temporis spatio differretur matrimonium, essent necessariæ aliæ denunciationes, quia post priores posset ortum esse aliquod impedimentũ, arbitrioque prudentis iudicis relinquitur, quod tẽpus longum sit cẽsendum in proposito, attenta cõtrahentium conditione eo solo expectato, vt illa attẽta non sit moraliter periculum noui impedimenti dirimẽtis, aut impedientis orta à tempore priorum denunciationum, ita hæc omnia credit, & tenet Sanchez vbi supra, numero 20. dicens in fine illius numeri, quod rarissime trimestre reputaret longum tempus.

13 Circa autem aliam clausulam dispensationis ad matrimonium contrahẽdum, quæ continet contrahentium qualitatem, dum allegant se esse nobiles, aut ex nobili genere natos, aut ex sui oppidi principalioribus dubitari contingit, an probanda sit hæc causa: videtur namque pars affirmatiua vera, quia nobilitas iustam præbet causam dispẽsandi in matrimonio, vt probauit Sanch. de matrim. lib. 8. disputatione 19. num. 5. nihilominus idem Author d. lib. 8. disputatione 35. numero 25. ita distinguit in proposito: nempe, vt quando ea contrahentium qualitas refertur mere narrando, & non per modum causæ, vel conditionis, hoc modo ipsi qui ex principalibus existunt, tunc non esse hoc verificandum eo quod d. qualitas nõ refertur tamquam causa, siquidem postea additur ex certis rationabilibus causis, & hæc dispensatio absque causa conceditur; secus, quando præd. qualitas explicatur inter causas, ex quibus ea dispensatio concedi-

tur, & additur eam asseri à contrahentibus, ibi asserentes se ex principalibus Ciuitatis existere, quia tunc est verificanda: quia in gratijs Apostolicis multum differt quando aliquid narratur in præfatione per verbum impersonale, nempe, vt asseritur, vel non per impersonale, dicendo, vt asseris, vel, vt asserũt proponentes, vel, vt ab ipsis asseritur, in priori namque casu, nempe quando per verbum impersonale ponitur, ea res nõ est probanda; secus, quando non per verbum impersonale, vt docet Rebuf. in concordat. vbi de forma mandat. Apostolic. super verbo omnia, & singula. vers. non tamen, Nauar. in cap. si quando exceptione 3. numero 2. de rescript. & alios referens Mascard. conclusione 888. numero 40. cum ergo in hac clausula ponatur hæc qualitas tanquam ab ipsis asserta, est verificanda ab ipsis contrahentibus, hæc Sanch. vbi supra. Ego vero vtroq; casu censeo esse verificandam præd. qualitatem nobilitatis, vel principalitatis, quando in commissione dispensandi ponitur clausula, si preces veritate nitantur, dispenses, &c. cum hæc cadat indistincte, & generaliter super omnibus narratis in supplicatione, & sic quocumque modo ponatur, videtur asserta, vel tanquam asserta ab ipsis contrahentibus, cum aliàs Papa illam qualitatem non assereret nisi sibi proponeretur ab illis: nõ igitur est imponẽda verbis, sed rebus eius commissio ne dicamus nominalem potius esse quam realem: ar si in dispensatione facta statim à Papa, nõ apponatur clausula præfata, si preces veritate nitantur, quamuis de præd. qualitate, vel alia fieret mentio in dispensatione, tunc non erit probãda, quia iam Papa ex certis alijs causis animum suum mouentibus dispensauit.

At in commissione dispensandi inter nobiles cũ clausula, si preces veritate nitãtur, videtur, quod hæc qualitas nobilitatis verificari debeat, vt tales sint ex parte vtriusque parentis, ex l. 3. titulo 21. partita 5. vbi hoc exigitur in nobilitate, secus si dicatur, vt vulgo dicimus, *hijo obijos dalgo*, quia tunc satis est, & desideratur nobilitas ex parte patris tantum: sed nihilominus in vtroque casu satis est nobilitas ex

parte patris, eaque est necessaria, quia cõmunis modus intelligendi est, eos esse *hijos dalgo*, quod à patre solo deriuatur, sic tenet Zeuallos dicens se ita vidisse sæpe praxi receptum in practic. quæstionibus quæstione 688. numero 11. & 12. & in terminis ita recte probat Thomas Sanch. de matrim. lib. 8. disputatione 19. num. 6. vbi improbat Anton. Cuch. lib. 5. instit. Maior. titulo 13. numero 15. dicentem plus sonare dicere aliquos esse ex nobili genere natos, quam dicere esse nobiles, & addit ibi etiam Sanch. quod quando dicitur eos esse principales, vel ex principalioribus populi sat esse, vt tales dicantur, eos esse viros potentes, ac valde diuites, & quod ita vidit literas perinde valere concessas à Sixto V. anno 1587. quod in dispensatione dicebatur, quosdam esse nobiles cum tamen tales non essent, & ad impetrandum literas perinde valere, narratum esse Pontifici, eos esse ex principalioribus populi, & iussit admitti, si ex principalioribus essent, quamuis non nobiles.

14 Quatenus autem in Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. in fine de matrim. dicitur, statutum esse, ne in secundo gradu dispẽsetur, nisi inter magnos Principes, & publicam causam, illud dubitari potest, qui nomine magnorum Principum intelligatur? & non comprehendi filios Marchionum, aut Ducum, qui Regibus subdũtur, probat Pater Suarez in tertia parte, quæstione 71. disputatione 31. sectione 2. columna 4. pro quo facit Clementina vnic. 15 de Baptismo, vbi interdicitur Baptismus extra Ecclesiam, nisi filiorum Regũ, vel Principum, iuncta glossa verbo Regum, ait, Principatum sumi pro notabili Potentatu, merito Regiæ dignitati comparando, idem tradunt ibi Cardinal. numero 8. Anchar. 4. Imol. 8. in fin. verum inquit Sanch. d. lib. 8. disputatione 19. num. 2. non deduci hinc, sumi ita stricte principes in præd. Concil. Trident. capite, quoniam in d. Clement. vnic. ex adiũctis colligitur illa stricta interpretatio Principum, vt potè, quæ filios Regum, ac Principũ æquiparauit, atque ideo Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. numero 6. in cõmento litera, X. ait, in præfato cap. Concilij praxi interpretari, nomine Principũ intelligi, principales personas, & numero 9. intelligi viros opulentos, eo quod ex larga significatione hi Principes appellantur, vt late probant Tiraquel. de nobilit. cap. 3. numero 5. & 6. & in l. si vnquã verbo facultatum à numero 1. C. de reuoc. donat. & D. Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 2. num. 25.

Hæc tamen interpretatio non placet Thomæ Sanch. d. numero 2. quia Concil. Trident. nõ dicit absolute Principes, sed magnos Principes, at viros opulẽtos nemo magnos Principes iure vocarit, & mens Concilij, fuit quod rarissimæ essent hæ dispensationes, & frequẽtissime mercatores diuitijs abundant, & tamen hi nullo modo magni Principes vere dici possunt, quare existimat Sanchez intelligi in eo Decreto, dominos solos Titulares, qui merito magni domini appellari possunt, & confirmatur hoc ex doctrina Bald. in cap. innotuit numero penult. de electione, vbi quod in priuilegio concesso alicui legitimandi omnes, præter natos de genere magnatum, nomine magnatum comprehenduntur nobiles, qui sunt in aliquo Potentatu seu Baronia: nihilominus tamẽ sæpe vidimus dispensari per Summũ Pontificem in secundo gradu consanguinitatis inter alios, qui non sunt magnates, nec nobiles viros ex alijs causis, & tamen non est dubitandum de valore huiusmodi dispensationum Pontificiarum.

Alia clausula opponitur in dispensationibus absque causa concessis, nempe, ipsi ex certis rationabilibus causis eorum animum mouentibus, cupiunt inuicem matrimonialiter copulari, &c. circa quam dubitatur, an Ordinarius debeat petere eam verificari, eo quod statim adiungun tur alia verba, scilicet, discretioni tuæ mãdamus, vt de præmissis te diligenter informes, & si per informationẽ preces veritate niti repereris, &c. Nihilominus tamẽ his verbis non obstantibus illæ causæ rationabiles, quibus illi ducuntur, non sunt probandæ, neque iudex aliquid ab impetrantibus dispensationem, vel ab alijs debet inquirere: verba namque illa de præmissis te diligenter informes, referuntur ad impedimẽtum matrimonij narratum, & non ad omnia præmissa, vt bene probat Sanchez d. disputatione 35. numero 24.

Hæc de intellectu clausularum dispensationũ, quæ officialibus, & Vicarijs Generalibus in foro exteriori per Pontificẽ committuntur.

Nunc autẽ nõnulla agamus de his quæ in foro conscientiæ circa matrimonij impedimenta expediuntur in sacra Pœnitẽtiaria Romana, plurima namque in vnum congesit in proposito Thom. Sanchez 19 lib. 8. de matrimonio tota disputatione 34. apud ipsum latius videnda, ex quibus tantum duo capiemus, quæ difficiliia videntur.

16 Primum est de literis dispensatorijs super impedimentis matrimonij emanatis à sacra pœnitentiaria, commissis in foro tantum conscientiæ discreto viro confessori, Doctori in Iure Canonico, vel Magistro in Theologia ab Ordinario approbato, à latore, vel latrice eligendo, an eligi possit ad expediendas has dispensationes sic qualificatus, approbatus tamen ad confessiones audiendas à suo Ordinario, cum limitatione personarum, non defectu scientiæ, sed ratione ætatis, eo quod iuuenis sit, prout contingit, quãdo approbatur ad audiendas solas virorum cõfessiones, non vero fœminarum? & in hoc Thomas Sãchez ibidem, numero 16. hũc eligi posse ad expediendas has dispensationes, siue viris siue fœminis concessas eo quod in his literis dum petitur in expeditoro approbatio Ordinarij vna cũ gradu Doctoratus, vel Magisterij; expectatur namque potius scientia, ac rerũm moralium peritia ad earum expeditionem, at hic vtrumque suæ scientiæ testimoniũ habet.

17 Secundo, quia in hac specie probabile est censeri quoque tunc sufficienter approbatum, vt per Bullam possit ad vtriusque sexus confessiones eligi, vt tenet Hẽriquez lib. 6. de pœnitentia, cap. 6. numero 8. & dicens esse probabile Petrus de Ledesma in summa sacrament. vbi de pœnitentia, cap. 13. post primam conclusionem, numero 8.

18 Tertiò superior opinio confirmatur ex altera, quam late probat & fundat idẽ Sanch. vbi supra, numero 29. dicens sibi esse probabilis, non esse necessariũm in dispensatione, absolutione, & commutatione voti castitatis, vel religionis confessario cõmissa in foro conscientiæ injuncta pœnitẽtia salutari impetranti, audire confessionem sacramentalem eius, cum quo dispensandum est, quam prius tenuit Gallego de cognatione spirituali. cap. 23. numero 2. & aliqui viri docti consulti à Sanchez vbi supra, vt ipse ibi refert.

At his non obstantibus in principali puncto de quo supra vers. primum est, numero 16. verior videtur, & potius tenenda opinio contraria negatiua: nempe confessarium approbatum à suo Ordinario cum limitatione personarum, nempe virorum, non vero fœminarum, minime posse eligi, ad expeditionem literarum, quibus committitur confessario approbato absolute à suo Ordinario Doctori, vel Magistro, &c. vt dispenset in foro conscientiæ tãtũ cũ tali fœmina super tali impedimento occulto matrimonij, vel super voto castitatis, vel religionis à fœmina emisso, ea ratione, quod non solum in cõfessario expedituro requiritur ille gradus, scientia, ac rerum moralium peritia ad earum literarum expeditionem, & exequutionem, sed etiam simul quod sit cõfessarius approbatus à suo Ordinario, vt patet ex ipsis literis, & sic vtrũque copulatiue, sed hic de quo agimus non est approbatus ad audiendas confessiones mulierum, ergo ad instantiam earum nõ potest eligi ad præd. dispensationes expediendas, quia non absolute, nec simpliciter approbatus est, sed limitate ad audiendas confessiones virorum, non vero mulierum: ergo, &c. Præterea totum hoc negotium committitur confessori approbato ab Ordinario sic qualificato, de quo fiduciam habuit: hic nõ est huiusmodi, quomodo ergo poterit præfatas literas expedire, qui non est approbatus ad audiendas confessiones fœminarum, cũ nullam approbationem ad hoc habeat cõtra mentem expressam concedentis, & delegantis? nullo modo profecto ob defectum inrentionis, & cum his cessat primum fundamentum contrarium.

20 Ad secundum de eligendo in confessorem à fœminis ille, qui tantum est approbatus

batus à suo Ordinario ad audiendas confessiones virorum, respondemus negando illum posse eligi nisi à solis masculis rationibus modo prædictis in principali nostra secunda sententia, quamuis Sanchez d. numero 16. in principio dicat, quod in articulo de quo in præd. suo fundamento adhuc sub iudice lis est: quamuis enim ipse cum Henriquez, & Petro de Ledesma supra citatis teneat partem affirmatiuam, negatiua tamen contra eos multo verior, & certior est, eamque præterea tenent, & probant Manuel Rodriguez in primo tom. suæ summæ in 2. editione, c. 60. numero 4. conclusione 4. & dicit probabile Petrus de Ledesma eodem dubio 8. quod etiam tenere videtur Suarez tomo quarto, vbi de pœnitentia disputatione 28. sectione 7. num. 3.

21 Ad tertium fundamentum respondemus, quod quamuis id probabilius, & verum sit, cum tamen contrarium probabile sit quoque, vt fatetur idem Sanch. d. n. 29. in principio, non tamen inde sequeretur in nostro proposito principali, de quo nunc exprofesso agimus, aliquid concludens cõtra nostram sentẽtiam, quia etiasi confessio sacramentalis necessaria non sit, nec esset ad præd. literas exequendas, cum tamen securius sit eam interuenire, vt soleo in praxi facere: attamen cum in præd. commissione exigatur, quod confessor sit approbatus à suo Ordinario, & hæc qualitas deficiat in confessore, de quo agimus, quoad fœminas, non video qua ratione concludenti possit dici, aut sustineri contra expressam mentem dele gantis, quod hic sit competens ad dispensandum cum fœminis in præd. impedimẽto, aut voto.

22 Secundum principale dubium, & satis difficile in proposito est circa declarationem alterius clausulæ, ibi, cum ipsis latoribus dispensa, muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, vt si illa adhuc ignara sit, latoris delictum nusquam detegatur: an in quantũ in ea dicitur, vt coniux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensus nullitate, id inducat cõditionem necessariam, ita vt valide confessarius dispenser, necne? & quidẽ ille ablatiuus absolutus, mulie re certiorata de nullitate prioris consensus, conditionem importare videtur l. à testatore, ff. de condit. & demonstr. præterea, quia in facultate concessa Commissario Generali Cruciatæ dispensandi in matrimonio inito cum impedimento affinitatis occulto in primo, vel secũdo gradu, ponitur eadem clausula, & tamẽ Thomas Sanchez d. lib. 8. disputatione 6. numero 23. & 24. dixit, per eam induci conditionem necessariam, sed nihilominus idem Author vbi supra disputatione 34. numero 61. sibi persuadet eam non esse conditionem, sed instructionem quandã confessarij, vt certior sit posterioris matrimonij contractus, quod fere certa opinio habeat necessarium esse ad eius valorem, vt alter coniux certior fiat de prioris consensus nullitate, ducitur, quia quando ponitur, vt conditio (sicut contingit) in facultate Commissarij Cruciatę, ponitur multo strictioribus verbis denotantibus conditionem, & inter alias conditiones positas, vt Commissarius ea facultate gaudeat, quod non contingit in clausula præd. dispensationis à sacra Pœnitentiaria emanatæ: & præterea, quia alias sæpe fraudarentur hæ dispensationes suo valore, si id esset necessarium, cum non semel contingat non posse nullitatem detegi absque periculo etiam detegendi delicti; præmaxime, si impedimentum sit ex parte fœminæ, tũc namque raro accidit posse viro nullitatem prioris consensus aperiri, absque maximo fœminæ periculo, & suspitione alicuius delicti, & instabit vir vt sibi causa nullitatis detegatur, & ea nõ detecta vrgentiorem delicti suspitionem concipiet, atque inimicitiæ inter cõiuges orientur. Denique, quia cum stylus habeat, vt semper in huiusmodi dispensatio nibus hæc clausula ponatur, non est credendum, DD. quos retulit idem Sãchez lib. 2. disputatione 39. numero 2. hunc stylum ignorasse, & tamen consulunt in hoc casu impetrari dispensationẽ occulte, & tacita prioris consensus nullitate, illud de nouo contrahi, senserunt ergo præd. Doctores per hanc clausulam non induci cõditionem, ac proinde locus erit opinionibus, quas retulit, & explicauit tota illa disputatione 36. an vbi cõmode, & absque

absque periculo neque alteri coniugi explicari nullitas prioris consensus, possit ea tacita matrimonium instaurari.

Hæc namque opinio, & distinctio inter dispensationem factæ Pœnitentiariæ, & commissionem dispensandi in simili specie, Commissario Generali Cruciatæ concessa maximam habet difficultatem, quia in vtroque casu eadem militat ratio declarandi prioris consensus nullitatem, siquidem ablatiuus absolutus, vt supra diximus, importat conditionem, & conditiones, sunt adimplendæ in specifica forma, & ad vnguem obseruandæ iuxta iura vulgaria, quod si periculum præfatum verisimiliter timeatur, & speretur futurum, ac proinde fraudari has dispensationes, adeatur tunc sacra Pœnitentiaria pro huius quoque conditionis dispensatione, vel à principio hoc petatur, ne scilicet opus sit declarari prioris consensus nullitatem, nec causam ipsius propter periculum animarum, & alia mala vitanda, necnon & opinionum concursum: argumentum autem de stylo factum parui momenti est, quibus sic recte consideratis, atque perpensis dubito multum de securitate contrariæ opinionis, ac proinde satius esse censeo petere quoque dispensationem præfatæ declarationis, vt prædiximus, quam ea tacita omittere illam.

Cætera autem eiusdem Authoris resoluta d. disputatione 34. in hac materia verificationis precum certiora sunt, & tenenda.

23 Vltimo ad sciendum cuius expensis dispensatio matrimonialis imperranda, & soluenda sit, & quando resiliens à fide matrimonij data eas teneatur integre soluere, videndus est omnino Thom. Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 36. per totam, quæ est vltima, necnon & prius idem author lib. 5. disputatione 5. numero 11. 37. & à 32. vsque ad 34. vbi late, & bene materiam hanc declarat.

SVMMARIVM Cap. CXXIX.

1 *ADVLTERIVM vxoris est sufficiens causa ad hoc, vt vir ab ea discedere possit quoad torum, & mutuam cohabitationem.*

Et quid in vxore propter viri adulterium, numero 2.

Et an ex natura contractus matrimonij id procedat, numero 3.

4 *Vxor adultera non solum quoad torũ, & mutuam cohabitationem potest dimitti, sed etiam quoad curam, & disciplinam.*

5 *Matrimonio dissoluto ob adulterium quoad torum, & mutuam cohabitationem, non licet neutri eorum alio superstite ad alias nuptias transire.*

6 *Diuortium potest peti quoad torum, & mutuam cohabitationem ex causa fornicationis vxoris, vel viri quocũque tempore.*

7 *Fornicatio vnius coniugis sufficit ad diuortium petendum, quoad torum, & mutuam cohabitationem.*

8 *Diuortium an peti possit quoad torum, & mutuam cohabitationem ab vxore quando adulterium fuit commissum culpa viri vt hic.*

9 *Coniux innocens adulterij alterius an propria authoritate possit ab eo discedere quoad habitationem?*

10 *Confessio vnius coniugis ad probandum adulterium, an sufficiat quoad separationem?*

11 *Separatio matrimonij cum petitur coram iudice Ecclesiastico causa adulterij, quæ praxis seruanda sit, vt recte in causa procedatur?*

12 *Separatio, vt fiat quoad torum, & mutuam cohabitationem matrimonij ex causa fornicationis, quæ probatio necessaria sit?*

13 *Vir facta separatione matrimonij quoad torum ex causa fornicationis non tenetur vxorem etiam emendatam recipere.*

Si tamen velit, potest eam recipere, nisi religionem professa fuerit, numero 14.

15 *Separatio matrimonij ex causa fornicationis*

cationis, quamuis regulariter fieri debeat, fallit tamen in pluribus casibus de quibus num. 15. & sequentibus.

Separatio matrimonij quoad torum, & mutuam cohabitationem ex causa fornicationis vxoris, locum non habet quando vir etiam similiter fornicatus est vt in numero 15.

Nec quando ipse vir vxorem prostituerit.

Nec quando mulier alteri nupsit propter longam viri absentiam, credens esse mortuum.

Nec quando latēter ab aliquo cognita sub specie viri lectum subintrante bonæ fidei ex parte coniugis.

Nec quando fuit vi oppressa.

Neque si post adulterium perpetratum re conciliauit eam sibi, carnaliter cognoscens, vt in d. numero 15. & 16. & sequentibus, vbi de intellectu harum limitationum agitur.

18 *Vxor separata à viro causa fornicationis potest petere, vt reintegretur matrimonium, quando ipse vir facta separatione cum alia muliere fornicaretur.*

Et an tunc vir teneatur dotem vxori restituere, quādo eam superlucratus fuerat? num. 19.

20 *Alimenta sunt præstanda vxori litependente super diuortio, & litis expensæ.*

Et etiam si eam expulerit è domo, nisi adulterium notorium sit, num. 21.

22 *Vxor sponte recedens à viro propter adulterium ab ea commissum, non potest petere extra domum alimenta à viro.*

Et quid si sit iam facta separatio per iudicem? numero 23.

24 *Vxor recedens à viro propter concubinas publice ab eo retentas, an possit petere alimenta à viro.*

25 *L. 3. titulo 19. partita 4. intellectus, & litera.*

26 *Electio datur vxori separatæ à viro per sentētiam iudicis, alimentorum, vel fructuum suæ dotis.*

27 *Vxor propter sæuitiam viri seorsum habitans debet ali à viro,*

28 *Separatio tori fit ob sæuitiam coniugis,*

CAPITVLVM CXXIX.

De diuortio coniugū quoad torum, & mutuam cohabitationē ex causa fornicationis (hoc est) adulterij.

1 ADVLTERIVM vxoris est causa sufficiens, vt vir ab ea diuertere possit, quoad torum, & mutuam cohabitationem, vt constat ex cap. 5. Matthæi, ibi: ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, &c. Et 19. ibi, Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliā duxerit, mœchatur. vbi Nicol. de Lyra, numero 10. hoc dicit esse intelligēdum quantum ad cohabitationem, & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculū, quod non soluitur, nisi per mortem, & propter hoc subditur, & aliam duxerit. hoc est si dimissa vxore propter fornicationem aliam duxerit, mœchatur, quia remanet adhuc vinculum matrimonij cum primo, & quod adulterium vxoris sit causa sufficiens, vt vir ab ea diuertere possit quoad torum, & mutuam cohabitationem probatur etiam in cap. significasti, & in cap. gaudemus. & cap. ex literis de diuort. & hæc conclusio est de fide, & à nemine in controuersiam adducitur, vt recte inquit Thomas Sanchez de matrimonio lib. 10. de diuort. disputatione 3. num. 2.

2 Caietanus autem in illud Matth. d. c. 19. censet, non esse pares coniuges in iure diuortij celebrandi propter adulteriū sed id solis viris permitti, ob vxoris adulterium, quoniam Christus Dominus in dictis locis Matth. legem hanc diuortij explicans de solis viris mentionem fecit. similiter & textus Iuris Canonici supra allegati.

Præterea non videtur similis ratio, vt vxor possit à viro adultero diuertere, quoniam adulterium vxoris longe grauiorē iniuriā infert viro propter sobolis incertitudinem, ac viri infamiam, facit etiam, quia vt inquit Diuus Basilius in suis Cano-

Canonibus, Canone 9 & 11. saltem consuetudo iam inualuit, vt id diuortium nō concedatur vxoribus ob viri adulterium.

Sed his nō obstātibus sententia præd. negatiua Caietan. prorsus est falsa, & temeraria, vt affirmat Thom. Sanchez vbi supra, numero 6 latissime, & verissime ex pluribus probans contrarium, nempe coniuges esse pares in diuortio causa adulterij celebrandi, ac proinde sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere, ita è contra vxor innocens à viro adultero, quam sententiam tenuit glossa in cap. 2. verbo vincat 32. quæstione 1. & in ca. si quis vxorem, *el primero*, verbo, non ad imparia 32. quæstione 1. & quamplurimi Authores Theologi, & Iurisperiti, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, d. num. 6. vbi num. 10. respondet fundamentis contrarijs, eandem sententiam indistincte, hoc est respecta coniugum sequitur alios allegans, licet eius fundamenta non referat, Farinat. 4. tom. quæst. 143. § separatio tori, num. 9. & nūcupatim in vxore propter fornicationē viri plures allegans cum communi Sāch. vbi supra, idem nuncupatim tenet, & probat Farinat. vbi supra, num. 22. cum sequentibus, & hæc sententia in praxi seruatur quotidie, vt videmus, & iuxta eam iā pronunciauimus.

3 Et quamuis dubitari contingat, an ex natura contractus matrimonij proficiscatur, vt liceat diuortium ratione adulterij, ac proinde illud sit ratione naturæ, quod negat Alphons. à Castr. lib. 2. de leg. pœnal. cap. 4. in principio asserens esse de iure diuino positiuo, vt ibi probare nititur: attamen verius est oriri ex matrimonij natura diuortium hoc, atque ita esse de iure naturæ, vt docent frequentiores, quos refert, & probat Thom. Sanch. vbi supra, numero 4.

4 Quinimo non solum quoad torum, & mutuam cohabitationem potest adultera dimitti, sed etiam quoad curam, & disciplinam, vt cum Hugone, & Laur. tenent, & probant Archidiacon. & Bellamer. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, num. 3.

5 Non tamen ob adulterium dissoluitur matrimonij vinculum, atque ita neutri cōiugi licebit alio superstite ad alias transire nuptias, quod si transeat de facto, matrimonium erit irritum, vt latissime comprobat, & tenet cum cōmuni Thom. Sanchez d. lib. 10. disputatione 2. num. 2. cū sequenti, Farinat. d. quæst. 143. § separatio tori, n. 33. & optime probat Auēdañ. in D. Matthæū, c. 5. super illis verbis: Dictum est autem, quicunque dimiserit vxorem, fol. 369. col. 2. cum sequenti.

6 Obseruandum tamen est, quod quamuis ius accusandi de adulterio, quoad pœnam criminalem, & ciuilem præscribatur quinquennio, l. adulter. 5. C. ad l. Iul. de adulter. l. 4. tit. 17. partita 7. quoad diuortium tamen petendum numquam præscribitur, sed integrum est quantocūque tempore transacto illud petere, vt constat ex tex. in cap. admonere 33. q. 2. vbi post septennium pœnitentiæ vxoris adulteræ concedit vir libera diuertendi facultas, & ibi hoc tenet glossa verbo pœnitentia, reprobatque alios dicentes, vigiuti annorum spatio hoc ius præscribi, quam glossam sequuntur Anania. Palud. Aymon Crauet. & Farinat. in Pract. Crimin. 1. parte, quæst. 10. num. 20. & eos referens Thom. Sanchez, d. lib. 10. disputatione 3. num. 9.

7 Secundo obseruādum est, vt quidquid secus sit in fornicatione spirituali, in fornicatione tamen carnali vnica tantum fornicatio sufficiet ad separationem tori inter coniuges, nec oportet expectare correctionem, vt integrum sit innocenti reū coniugem dimittere, vt probat late cum alijs Thom. Sanchez lib. 10 de matrimonio, disputatione 15. numero 11. & Farinat. vbi supra, num. 11.

8 Tertio ampliatur præfata communis sententia de separatione tori, vt procedat etiam in adulterio commisso culpa viri, vt puta expellendo vxorem de domo iniuste, denegādo eidem alimenta, & reddendo debitū, aut quid simile. Tunc enim si vxor adulteretur, potest vir diuertere, vt cauetur in cap. significasti de diuort. & ibi glos. verb. materiā, reddit rationē, quia mulier nulla ad fornicandum adduci deberet ratione, cap. Iranē 32. quæst. 5. idem deciditur in cap. ex literis eodem titulo, vbi glossa, verbo compulsa, eam reddit ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem, quod non sit ignoscendum turpiter viuenti prætextu paupertatis, l. palàm, ff. de ritu nupt. & ita vniuersi DD. fatentur, secundũ Thom. Sanchez, d. lib. 10. de diuortio, disputatione 5. num. 6. vbi hoc intelligit, nisi vir ea intentione vxorem repulisset, alimentis vè priuasset, quod illa necessitate vrgente adulterium perpetraret, quia tunc perinde est, ac in adulterio cõniuere, vt tenent plures DD. quos ibi refert, & sequitur alios allegans Farinat. vbi supra, num. 12.

9 Deinde maxime dubitari contingit, an quoad habitationem liceat coniugi innocenti propria authoritate diuertere ab adultero, ita vt aduiter restitutionem petere minime possit? Qua in re tres Doctorum opiniones refert Thom. Sãchez, lib. 10. de matrimonio, titulo de diuortio, disputatione 12. quæst. 2. per totam, & ibidem tribus conclusionibus hoc dubiũ resoluit. Prima est, quod si adulterium sit occultum, non permittitur in foro externo, vt innocens propria authoritate non expectata Ecclesiæ sententia diuertat ab habitatione, vnde si adulter coniux restitutionem petat ad habitationem, qua spoliatus est, restituetur, nec admitteretur exceptio innocẽtis opponentis adulterium occultum, donec ad pristinum statum restituatur coniux dimissus, qua restitutione facta agetur de illa exceptione, & probato adulterio diuortium celebrauitur. Quod si in probatione defecerit innocẽs cogetur in matrimonio perseuerare, atque ita hanc restitutionem ante omnia faciendam, deciditur expresse cap. 2. cap. in literis, cap. ex conquæstione, cap. item cum quis, de restitutione spoliat. quam cõclusionem ibidem late probat Thom. Sãchez num. 14. cum sequentibus, vbi aliquibus modis eam limitat.

Secunda conclusio est, quod ad hoc vt possit coniux adulter expelli ab habitatione propria authoritate non expectata Ecclesiæ sententia, itaque vt adultero in foro externo non competat beneficium restitutionis, desideratur adulterium ita notorium esse, vt nulla prorsus tergiuersatione celari possit, vt ibi late probat, & declarat, num. 25. cum sequentibus.

Tertia conclusio est, quod cõiux adulterij sui coniugis conscius potest in foro conscientiæ secluso scandalo ab eius habitatione diuertere, quamuis adulterium sit occultum, nec ad id aliqua iudicis sententia desideratur, ex tex. in cap. dixit Dominus 32. quæst. 1. & latius probat Thom. Sanchez vbi sup. n. 31. cum sequentibus, vbi plura ex hoc infert, & deducit, quæ sunt omnino videnda.

Sed in hac eadem quæst. & dubio duodecim conclusiones congerit, & summat Farinat. 4. tom. de delictis carnis, quæst. 143. §. notorium, & occultum, num. 49. cum sequentibus, quæ omnino sunt videndaquoties de hac re dubitare contigerit.

Ad probandum autem adulterium in proposito sufficit confessio vnius ex coniugibus iuxta tex. in cap. penultimo, de adult. cap. ex literis de diuort. & ibi Hostiens. colũna 1. in verbo spiritu, vbi explificat in ea vxore, quæ videns se nõ placere marito dixit ei. Tu non vis me, & ego minus te, proponas quidquid volueris, & ego confitebor, & iterum infra in verbo confiteri, & columna 2. numero 2. eandem sententiam tenent alij DD. quos refert, & sequitur Farinat. vbi supra, d. quæst. 143. §. separatio tori, nu. 17. & ante eum Thom. Sanchez d. lib. 10. disputatione 12. num. 49. vbi hoc verum intelligit quando confessio facta est in iudicio, vt docet glossa verbo confessionem in d. c. penultimo, & ibi Hostiens. glossa etiam in c. 1. verbo patronus 32. q. 1. quia hæc facit notorium iudiciale, extra iudicium autem facta non plene probat, sed inducit sufficiens indicium ad torturam: hæc tamen conclusio duobus modis limitatur.

Primo, vt quamuis hæc iudicialis confessio coniugis de adulterio sufficiat ad separationem tori, non tamen sufficit quando agitur de dissoluendo vinculum matrimonij, vt notant communiter DD. in d. cap. ex literis, quos refert, & sequitur Farinat. d. §. separatio tori, num. 18. pro quo est bonus tex. in cap. super eo de eo, qui cognou. consang. vbi quod ad matrimonij carnalis dissolutionem minime fatur coniugis confessioni, quia sæpe aduersus matrimonium, vt illud diuimatur, coniuges inter se colluderent, quem tex. ad hoc

hoc citat Thom. Sanchez d. lib. 10. disputatione 12. num. 50.

Secunda limitatio est, vt procedat dũmodo talis confessio non sit facta ad alterius suggestionem, aut per collusionem, in quo iudex debet multum aduertere, & ex officio inquirere, ac etiamsi opus fuerit confitentem monere, & interrogare, vt bene probat tex. in d. cap. ex literis, & ibi Hostiens. columna prima, in verbo admonita, & in verbo, & ad suggestionẽ Anchar. numero 7. in fin. & sequenti, Butrio numero 4. in tertio notabil. & numero 12. Abb. numero 9. & Præpos. Alex. sub numero 2. & numero 5. versiculo sed quæro quarto, quos ad hoc refert, & sequitur Farinat. vbi supra, num. 19.

11 Vnde placuit mihi olim, & nunc quoquè placet praxis solita obseruari in tribunali Ecclesiastico Placentin. cum agebatur, nempe, de dissoluendo matrimonio iam contracto, vel de eius separatione ex aliqua legitima causa ob euitandam suggestionem, & collusionem cõiugum in præiudicium matrimonij, deferri causam ad Fiscalem, vt ipse totis viribus inquirat, vtrum aliquid fraudis in his causis interueniat, & pro matrimonio suum patrocinium cum veritate, & iustitia, ac meritis causæ consideratis præstet, excitans ad id officium iudicis ne valor, & iustitia coniugij indefensa maneat confitentibus coniugibus, vel impedimentum dirimens, vel adulterium, alias namque plura matrimonia per suggestionem, & collusionem dissoluerentur de facto, vel coniuges de facili separarentur, quod per iniustitiã, & defectum probationum absurdissimum esset.

12 Nunc autem scire oportet in proposito valde vtiliter in praxi, quæ probatio adulterij coniugis requiratur ad hoc, vt in vtroque foro licita sit separatio quoad torum, debitique denegationem, & mutuam cohabitationem? quam quæstionem late, & exacte quinque conclusionibus explicat Thomas Sanchez d. lib. 10. de matrimonio titulo de diuortio disputatione 12. quæstione 3. numero 39. cum sequentibus.

Prima conclusio est: desiderari ad id, vt coniux innocens certus sit de alterius adulterio, cum enim possessio sit pro altero coniuge ea in dubio priuari non debet, nec exigitur, vt id testibus probari valeat in foro conscientiæ, sed tantum in exteriori iudicio, in quo iuxta allegata, & probata iudicandum est, ita ibi, d. numero 39.

Secunda conclusio est; non requiri certitudinem Metaphysicam, sed satis esse moralem, qualis habetur per ea indicia, quæ in foro externo probata conuincerent coniugem de adulterio, ita tenet Vincent. & alij plures Authores, quos citat Sãchez vbi supra, numero 40. cum enim adulterium sit ex illis criminibus, quæ in abdito loco, & omnino occulte admittuntur, l. consensu, C. de repud. est difficillimæ probationis, nec vere probari potest, sed præsumptionibus, quod adeo verum est, vt si quispiam nudus super nudam fœminam in ipso actu copulæ reperiatur, non vera, & Metaphysica certitudine constet adulterium consummatum quale ad diuortium exigitur, vt cum pluribus Authoribus, quos citat, tenet Mascard. de probat. conclusione 59. numero quarto, cum sequentibus, & Menoch. de præsumpt. lib. quinto, præsumptione 41. numero 12. quoniam fieri potest, vt fœmina sit arcta, vel vir impotens, aut minime seminarit intra vas; vnde fit vt non tam exacte probationes petendæ sint, ac in alijs criminibus, quæ oculis patent, & palam perpetrantur, vt cum alijs docent Mascard. conclusione 57. numero octauo, & Menoch. vbi supra, numero primo, & consilio 31. numero 18. cum sequenti, volumine primo, & constat ex cap. ex literis de præsumpt. vbi deciditur posse diuortij sententiam proferri ob violentam adulterij præsumptionem, ita Thom. Sanch. vbi supra, numero 40.

Tertia conclusio habet, non sufficere quamcumque suspitionem probabilem, sed debet esse violenta, quia hæc sufficit ad condemnandum, cap. afferte, capit. ex literis de præsumptione, & maxime in adulterio, quod vere probari nequit: quare dum tex. in cap. dixit Dominus 32. quæstione prima, inquit, ob fornicationis suspitionẽ libere posse vxo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem dimitti, intelligitur de suspitione violenta, vt tenet glossa in d.cap.dixit Dominus, verbo suspitio, & in cap. maritis verbo ex suspitione de adulter. & quamplures alij DD. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, d. lib. de matrimonio, titulo de diuort. disputatione 12. tertia quæstione, numero 41. & 42. quem & alios refert, & sequitur Farinat, d. quarto tom. quæstione 143. §. separatio, numero 10.

Tunc autem dicitur suspitio violenta sufficiens ad diuortij sententiam, cum viderunt, solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentes, multis locis secretis, & latebris, ad hoc commodis, & horis electis, ex huiusmodi namque violenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententia diuortij promulgari, vt in d. cap. in literis de præsumpt. & ita docent omnes, secundum Sanchez vbi supra, numero 43. vbi numero 44. non ita accipiendum esse asserit, vt sola ea præsumptio explicata in d. capit. in literis sit violenta, sed sufficit quæcumque alia similis, quæ vehementer suadeat coniugis adulterium, & numero 45. hinc inferri dicit præsumptionem violentam, ad hoc vt dicatur plene probari adulterium, dici, quando quis solus cum sola in loco abdito inuentus est, ita Menoch. d. præsumptione 41. numero 11. cum duobus sequentibus, sed id ita generaliter verum non credit Sanchez vbi supra, sed quando quis repertus est solus cum sola in lecto, vel nudus cum nuda, & ita cum summa Astensi tenet, non satis esse solum cum sola in locis suspectis reperiri, nisi in eodem lecto, & hora apta ad concubitum, quia prior suspitio est probabilis, sed non violenta, & inquit Nauar. in rubrica de iudic. numero decimo, id non sufficere nisi aliæ circunstantiæ adijciantur, loci, temporis, & personarum. Vnde non induci violentam suspitionem adulterij ex solis osculis, & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt, late probat cum alijs quampluribus Thomas Sanchez vbi supra, numero 47. contra alios à se relatos, numero 46. vbi numero 48 quod nec à fortiori sufficient xenia missa ab adultero vxori alienæ, aut verba amatoria, vt probetur adulterium, nec similiter satis erit, si quis glorietur se cum vxore alterius concubuisse, nec literæ amatoriæ, vt ipse existimat, quamuis in eis mulier fateatur adulterium proprium, quoniam confessio, hæc non est iudicialis, sed extraiudicialis, quæ in proposito non sufficit, vt prædiximus: quicquid alij DD. varij sint in hoc articulo de literis amatorijs, vt ipse ibi eos refert.

Quarta conclusio principalis Thomæ Sanchez est, quod quamuis adulterium plene probari nequeat; at coniecturæ, & præsumptio violenta quibus probandum est, sunt plene probanda per testes non singulares, & omni exceptione maiores, vt cum multis, quos citat, tenet Bursat. consilio 435. numero 39. volumine quarto, quem refert, & sequitur Thomas Sanchez, d. quæstione 3. numero 51. vbi existimat, quod in foro conscientiæ sufficiens erit notitia, quo coniux innocēs diuertere possit si de adulterio sui coniugis certior fiat à persona fidedignissima, cui merito prudentissimus quisque fidem haberet, se vidisse adulterium aut eius violentam suspitionem testanti quoniam hoc certitudinem moralem efficit, quæ satis est.

Quinta conclusio Thomæ Sanchez vbi supra, numero 52. est, quod viro suspicanti adulterium vxoris licitum est illā obseruare, cum testibus idoneis, vt eam possit de adulterio conuincere, quoniam id non est eius peccato conniuere, sed vti eius malitia ad proprium commodū, quam conclusionem ipse ibi late probat, & numero 53. resoluit cum Emanuel Saa, contra Nauarram, non licere eo fine offerre occasionem vxori, vt adulteretur, vel filijs aut famulis, vt furentur, & numero 54. agit, num liceat viro pactum cum vxore inire, vt amasio eius castitatem violare tentanti conniueat, concedens tempus, & locum, non vt adulterium perficiat, sed vt in crimine deprehendatur, & resoluit in foro conscientiæ id non licere, imo præd. pactum illicitum esse censet, quidquid aliud sit in foro contentioso, iuxta quamplurium Doctorum huius Regni opinionem, quos ibi cōgerit.

Ex

Ex quibus omnibus supra adductis in hac quæstione satis constat requiri violentam præsumptionem à iure approbatam ad probandam fornicationem, hoc est adulterium coniugis quoad tori separationem. & mutuam cohabitationem nec sufficere aliam præsumptionem, quæ violenta minime sit, vt vidimus. 13

Nihilominus tamen contrarium latè post alios, quos citat, tenet & probat Ioānes Baptista Ferretus consilio 168. numero quarto, versiculo quod ad probandam copulam ad separationis torum sufficit probabilis, & vehemens suspitio, etsi non esset violenta, secundum Ioannem de Anania in d. cap. maritis, columna secunda, super glossa prima, de adulter. per illum tex. qui ea ratione quoque mouetur, quia indicium violentum solum habet vim integræ probationis ad condemnandum, etiam in materia criminali. d. cap. afferte de præsumpt. notant DD. in cap. tertio loco, eodem titulo. Vnde vt sit speciale in materia, de qua agitur, sufficit præsumptio probabilis, quæ habeat mouere animum iudicis, ad ita credendum suo arbitrio consideratis pluribus circunstantijs, & qualitate personarum, prout etiam ita cōcludere ait omnes DD. in d. cap. præterea de testibus, & quod ita secundum eos intelliguntur iura prælegata, nempe in d. cap. dixit Dominus, & ea. maritis, quæ contentantur suspitione, vt ea intellexit Anan. vbi supra, quem sequitur Ferretus d. numero quinto, addens non obstare, quod glossa in d. cap. dixit Dominus, requirat violentam præsumptionem, quia procedit, quando agitur ad dissolutionem vinculi, eandem opinionem Ananiæ, & Ferreti sequitur etiam Farinat. in quarto tom. crimin. quæstione 136. numero 18. vbi citat eam etiam tenentes Bossium in titulo de partu suppositio, numero 31. Practic. Conradi ad Rubricam de adulter. numero 15. Bertazol. consilio 20. numero 8. lib. primo, & consil. 273. numero primo, in fin. cum sequenti, & Polidor. Rip. in tractatu de nocturn. tempore, cap. 36. numero 27. & 47. & profecto ista vltima sententia propter difficilem probationem adulterij satis æqua, & tenenda videtur, dummodo, vt ipsa habet, considerentur plures circunstantiæ, & qualitas personarum, quæ habeant mouere animum iudicantis ad ita credendum suo arbitrio.

Facta autem separatione tori propter adulterium, vir vxorem etiam emendatam recipere non tenetur, vt latè probat Thom. Sanchez de matrimonio lib. 10. titulo de diuort. disputatione 13. per totam, vbi totam materiam ad saturitatē explicat, & ad plura infert, quem refert & sequitur Farinat. d. quarto tomo, quæstione 143. §. separatio, numero 21. vbi numero 24. quod vxor possit petere separationem tori non solū propter adulterium mariti, hoc est si nuptam cognouerit, sed etiam propter fornicationem habendo rem cum soluta, & hoc vt inter cō iuges seruetur æqualitas iuxta communē Doctorum opinionem, quos ibi ad hoc refert.

Si maritus autem facta separatione tori propter adulteriū vxoris potest, si vult, adulteram vxorem in consortium recipere, & illam sibi reconciliare etiam inuita, dummodo iā non fuerit ingressa, & professa religionem, iuxta glossam fi. in cap. ex literis de diuort. & testatur de magis communi ex Præpos. Alexand. plures Doctores & alias opiniones contrarias referens Farinat. vbi supra, num. 34. Multum tamen dubito de veritate huius opinionis, quādo vxor est inuita, cum habeat pro se maximam præsumptionē mortis sibi inferendæ per maritū propter adulterium præcedens, vel ad minus malæ tractationis, & sæuitię ingentis, ergo ipsa inuita nō est restituenda viro, cū sit in possessione iusti diuortij, & separationis iudicio Ecclesiæ, & licet dolus, & fraus in dubio non præsumatur, nec delictum, nisi probetur, l. merito, ff. pro socio, cū simil. ex pluribus adductis per Mascard. de probat. lib. 1. conclusione 495. num. 1. cū sequentibus, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. idem Mascard. late conclusione 531. lib. 1. n. 1. cum sequentibus, hoc tamen fallit multis modis, & præcipue contra personam suspectam, & odiosam, vt contra victricū, vt per Mascard. d. conclus. 531. 14

num. 61. quæ autem maior suspitio esse potest in specie de qua agimus, quã in marito offenso per vxoris adulterium, qui eã separatam iudicio Ecclesiæ petit sibi re tradi: item fallit, quando quis aliquẽ actũ insolitum fecit, nam ex eo præsumitur dolus, vt per Mascard. d. conclus. 531. numero 75. sed manifestum est nullum honestum virum repetere vxorem à se dimissam, & separatã propter adulterium: fallit etiã inter personas suspectas, in quibus facile præsumitur dolus, vt per Mascard. ibidem, num. 143. cum igitur in præsenti casu tot simul coniecturæ concurrant doli mali futuri, quod timeri potest, & suspitio violenta, vel saltim vehemẽs, & probabilis: consequens est, vt vxor separata à viro propter adulterium, inuita compelli non possit redire ad maritum, 16 etiamsi ille velit eam recipere in suum cõsortium, illamque petat sibi restitui, ob imminens mortis periculum, vel aliud magnum malum, & scandalum ex ea restitutione perita, vt nemo est, qui hoc neget: quibus rationibus, & iuridicis fundamentis ego præfatam communem opinionem minime sequor, neque seruarem in praxim, si iudex essem, instante vxore ne viro restituatur.

15 Hactenus vidimus de separatione tori, & mutuæ cohabitationis ob adulteriũ vnius ex coniugibus: nunc autem hæc regula affirmatiua patitur aliquas limitationes, quas congerit Farinat. d. §. separatio tori, numero 25. cum sequentibus vsque in fin. & ante eum optime Thom. Sanchez lib. 10. de matrimonio, titulo de diuort. disputatione 5. per totam, vbi septẽ casus à Iure Canonico collectos ab vniuersis DD. enumerat, & differit, & Auẽd. super Matthæum illo ca. 5. fol. 371. col. 1. in versiculo excipiuntur, vbi sequẽtes refert, & sequitur. Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit, nihil enim (ait Augustinus) est iniquius, quã fornicationis causa vxorem dimittere, si & ipse conuincitur fornicari, occurrit enim illud, in quo alterum iudicas, te ipsum condẽnas. Secundo, si ipse vxorẽ prostituerit. Tertio, si mulier virũ probabiliter mortuum credens propter longam eius absentiam alteri nupserit. Quarto, si est latẽter abali quo cognita sub specie viri lectum subintrante bona fide ex parte coniugis, sicut accidit Iacob cum Lia, Genes. 29. Quinto, si fuerit vi oppressa. Sexto, si recõciliauit eam sibi post adulterium perpetratũ carnaliter eam cognoscens: vbi etiam addit, quod quãquam exceptis his casibus licitũ sit marito vxorem dimittere, non tamen tenetur: eo enim dimittere eam Dominus præcipit, sed permisit inculpabiliter: nisi quando ob dimissionẽ spes esset correctionis eius, vel esset scandalum, quasi ipse adulterium eius cõsentiret, tũc enim tenetur eam dimittere: scriptum quippe est Prouerbiorũ 18. qui adulteram tenet, stultus est, & insipiens. Vltimũ casum, & limitationem sequitur, probat, & declarat Thom. Sãch. vbi supra, n. 2. cũ sequẽtibus.

Secundã limitationem ex supradictis probat, & tenet etiã Thom. Sanch. d. lib. 10. disput. 17. n. 6. vbi ampliat, quod vxor potest propria authoritate diuertere à viro, si ille sit vxoris leno, necnõ & Farinat. 4. tom. q. 143. §. separatio tori, nu. 25. vbi n. 26. hoc ampliat siue vxor inuita, & coacta prostituta fuerit, siue etiam volens, & consentiens, secundũ Ioan. Andr. & alios plures DD quos citat, & n. 27. ait, quod si uir adulterij vxoris conscius noluit prohibere, cũ posset, idẽ est ac si expresse consensisset, atque ideo tanquã leno puniri ex allegatis per Thom. Sanch. vbi supra, disput. 5. n. 4. vbi ipse etiam declarat quando, & quomodo maritus dicatur impotens ad prohibendũ vxori adulterium, & quid è contra de vxore conscia adulterij sui viri, & illud non prohibẽte, & quid de viro domi suæ in simul cũ vxore adulterũ retinente agit Thom. Sanch. vbi supra disp. 14. nu. 17. vbi concludit perinde haberi, ac si vxoris leno existeret, quatuor tamen concurrentibus de quibus ibi per eum, & n. 18. vbi de viro se familiarẽ exhibẽte cum adultero, insuper cum eo ludendo, ridendo, & comedendo, & disputat. 17. n. 7. vbi de viro admittente domi suæ viros procaces, & parũ pudicos.

Tertiã limitationem supradictam quãdo maritus se cum vxore adultera reconciliauit tacite, aut expresse, sequitur Farinat. d. q. 143. d. §. separatio tori, num. 31. & 32. vbi se alio loco refert. 17

Vlterius d. regula communis affirmatiua permittens separationem tori propter adulterium vxoris limitatur quoties facta separatione tori maritus cum aliqua muliere fornicaretur, quia tunc reintegraretur matrimonium, mulierque ad virum restitui petere potest, ex tex. in cap. ex literis de diuortio, & ibi glossa in verbo adinuicem segregari, & glossa fin. in fi. notat, quod delictũ superueniens post rem iudicatam ipsam rem iudicatam tollit, & ibi DD. & alij plures, quos refert & sequitur cum communi Farinat. d. §. separatio, numero 35. de qua re latissime agit Thom. Sanchez vbi supra disputatione 9. quæstione 3. numero 27. cum sequentibus, vbi in proposita quæstione quatuor refert Doctorum sententias, quarum vltima, cui ipse adhæret, probabilior est, vt isto casu coniugi nulla competat actio ad uersus coniugem, qui fornicatus fuit post sententiam diuortij ad sui fauorem latã: sed bene iudex ex officio ad euitandum fornicationis periculum potest, & debet coniuges reconciliare, & in simul ad cohabitandum cogere, vt ibi late comprobat pluribus Authoribus Canonistarum, Legistarum, atque Theologorum, & numero 37. agit nunquid in hoc casu in foro conscientiæ post separationem tori fornicationem committens, teneatur vxorẽ ob adulterium à se derelictam recipere, & numero 36. vbi quid si mulier sic per adulterium derelicta non curet redire ad maritum, qui fornicationem commisit post tori separationem, nunquid maritus habeat actionem ad ipsam repetendam, vel potius iudex possit, & debeat illam cogere ad redeundum cum 19 viro. Similiter Sãchez vbi supra agit vtrũ isto casu quando vir lucratus fuit dotem propter adulterium vxoris, & ob id factam tori separationem, si postea ipse vir fornicetur, teneatur eidem vxori dotem, quam lucratus fuit, restituere? quem refert, & sequitur ad suprad. Farinat. vbi supra, d. §. separatio tori, numero 36. cum sequẽtibus: vbi numero 40. quod vigore Bullæ Sixti V. 47. de temeraria tori separatione, versiculo sed si per sententiam iudicis, & sequenti imponitur pœna vltimi supplicij coniugibus post tori separationem publicè, & palam adulteria committentibus. 18

Lite autem pendente super adulterio certũ est, quod debẽtur vxori à viro præstari alimẽta, & litis expensæ, vt cũ Palar. Rub. & alijs contra alios, quos refert Zeuall. quãdo adulteriũ vxoris est notoriũ, in suis quæstionibus Cõmunibus, q. 734. n. 18. & sequẽtibus, tenet & probat Tho. Sanch. vbi supra, d. lib. 10. disput. 8. n. 28. vbi arbitratur, quod in foro externo cogendus sit vir alimenta, & litis expensas ministrare vxori vsque ad condemnationem, & pendente lite nihil innouandum, sed in foro conscientiæ virum illius adulterij conscium minimè ad ea teneri, & Thom. Sanch. vbi supra refert Farinat. vbi supra, num. 43. alios allegans, & testatur de cõmuni, vbi id ampliant proculdubio procedere quando vxor litem diuortij aduersus virum intentaret, ne expẽsis destituta à causa cadat, vt nobiscum, & cũ Barbos. ibi probant. 20

Quod si maritus eiecit vxorem ex domo sua propter adulterium, tunc adhuc debet eam alere extra domum, nisi adulterium fuerit notoriũ, vt resoluit Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 118. num. 5. & tit. 7. quæst. 16. & sequenti, & alios referens Thom. Sanchez d. lib. 10. titulo de diuortio, disput. 8. nu. 24. & seq. addens, quod in foro conscientiæ etiam in occulto adulterio potest vir denegare alimenta vxori adulteræ; sequitur etiã cũ alijs Farinat. vbi 21 supra, n. 44. vbi n. 45. quod è cõtra si vxor nõ eiecta à viro, sed sponte ab eo recedit propter adulteriũ ab ea cõmissum, nõ potest petere ab eodẽ viro alimenta extra domum, iuxta communem opinionẽ Doctorũ, quos ibi refert, amplians cũ Iacob. Port. Imolen. conf. 160. n. 2. & 3. vt procedat etiã quod aufugerit à viro propter timorem, ne ab eo occidatur. 22

Facta autem separatione tori propter adulteriũ vxoris, an maritus teneatur eã alere, maxime differunt DD. vt constat ex Thom. Sãch. d. lib. 10. disp. 8. num. 23. & 24. & Farinat. vbi supra, n. 41. cum sequenti, vbi relatis duabus opinionibus cõtrarijs, & vtraque communi remanet cũ negatiua tãquam veriori, & magis cõmuni. 23

42 Tandē illud pro coronide huius capitis sciri digniſsimum obſeruamus, nempe, quod ſi vxor reteſſerit à viro, eo, quia publice retinet concubinas, non eſt dubium, quod ipſi vxori extra domum habitanti debeantur ab ipſo viro alimenta, ſecundum Anchar. in cap. ſignificaſti, numero 7. de diuort. vbi in verſiculo, & forte, inquit, quod propter culpam mariti non eſſet abſurdum dicere, imo æquum, quod vel fructus perceptos reddant, vel alimenta præbeant: prout vxor elegerit, quem refert, & ſequitur Farinat. ſtatim citandus, & voluit etiam Matth. de Afflict. deciſione 10. numero primo, & numero 3. vbi ampliat etiam quod vxor habeat abū de, vnde poſsit viuere, Viu. opin. 458. numero 8. quos refert, & ſequitur Farinat. quarto tom. quæſtione 143. §. ſeparatio tori, numero 46. & 47. idem Farinat. eadem quæſtione, §. expulſio, numero 237.

25 Quod eſt ſingulare pro intellectu tex. in l. 3. titulo 19. partita 4. ibi: *E ſi acaeſciesſe, que ſe parta el caſamiento por alguna razon derecha, aquel por cuya culpa ſe partio es tenudo de dar de lo ſuyo de que crien los fijos ſi fuere rico, quier ſean mayores de tres años, ò menores, è el otro que no fue en culpa los deue criar, è auer en guarda*, quam l. ad hoc citat ſimul cum iure communi de hoc agente Thomas Sanchez, lib. 10. de matrimonio, titulo de diuort. diſputatione 20. per totam cuius legis Regiæ ratio militat etiam in ſeparatione ob fornicationem vnius coniugis, quia tunc fit diuortium ratione iuridica culpa fornicantis.

26 Et ſic dabitur electio mulieri in ſententia, qua fit ſeparatio tori propter fornicationem viri, & concubinatum fructuum doctis, vel alimentorum, prout in facti cōtingentia iam ita pronunciaui.

27 Et quod vxor debeat aliā viro, quādo ipſa ab eo ſeorſum habitat eius culpa, quia eſt nimis ſęuus, & incomparabilis ſeu tenet cōcubinā, eſt cōmunis opinio, vt in ſecundo tom. cōmun. opin. col. fi. verſ. vxor debet aliā viro, vbi hoc verū intelligit quando ad eius inſtantiam admonitus fuit ab eius cōſanguineis, vt concubinam dimitteret, & recuſauit relaxare, ſecus ſi non præcedente tali admonitione, & interpellatione vxor diuertit à marito, quia tunc nō debet ali aliquo pacto. Quæ moderatio vera mihi non videtur, ſi vxor in hac ſpecie cū licentia iudicis cōpetentis, vel eius approbatione diuertat, licet enim hoc ex cauſa fornicationis mariti abſque præd. admonitione, vt cōſtat ex ſupradictis. Vnde non ſunt ei denegāda alimēta.

28 Sed & ob ſæuitiā cōiugis fit ſeparatio tori, vt late egimus lib. 1. Canonic. quæſtionū, ca. 24. per totū, & latius poſt nos Thom. Sanch. lib. 10. de matrim. diſput. 18. per totā: & eſt regula cōmunis quam cum 16. ampliationibus, & 4. limitationibus conſtituit nouiſsime Farinat. 4. tom. quæſtionū crimin. q. 143. & ſæuitia, per totū, vbi §. probatio ſæuitiæ ſtatim ſequenti late agit, quomodo probetur ſæuitia in propoſito, & §. verberatio, quando poſſit vir vxorem ſuam verberare, vel non, & §. cautio de non offendendo vxorem, præſtanda ſit cautio, & quando ea non ſufficiat, & §. expulſio, & habitatio, an vir quando & ex qua cauſa poſsit propria authoritate ex ſua domo expellere vxorē, & cōtra, vxor ab ipſo viro aufugere, & ſeorſum habitare: & qualis cautio à coniuge, cuius ſæuitia eſt probata, præſtāda ſit, ne ratione ipſius celebretur diuortium, & coniux, qui diuerterat, ei reſtituatur, agit late idem Sāch. vbi ſupra, q. 2. per totā à n. 34. cum ſequentibus, & in 3. q. n. 47. cū ſequētibus an celebrato diuortio authoritate iudicis Eccleſiaſtici ratione ſæuitiæ aut furoris alterius coniugis liceat alteri, aut vtrique ad religionem trāſire aut ordinari.

SVMMARIVM Cap. CXXX.

1 RESTITVTIO *dotis conſiſtētis in iuribus Regijs, & alijs redditibus annuis ſoluto matrimonio quādo & quomodo fieri debeat? & nu. ſeqq. reſoluitur, nu. 9.*

5 *Annui redditus de iure reputantur, & cenſentur eſſe inter bona immobilia.*

Etiamſi ſint cenſus redimibiles, quia adhuc reputantur perpetui, n. 6. & 7.

8 *Fructus empti gabellæ à communi pro certo aliquo tempore non cenſentur eſſe in fructu, ſed proprietati annexi.*

CAPITVLVM CXXX.

De reſtitutione bonorum dotalium ſoluto matrimonio conſiſtentium in iuribus Regijs, & annuis redditibus, & quo tempore fieri debeat præd. reſtitutio.

1 QVAERO: vxor quædam detulit ad matrimoniū magnam dotem conſiſtentem in iuribus Regijs quotannis ſoluendis, virtute quorūdam priuilegiorum, & in annuis redditibus redimibilibus ſuper rebus immobilibus hominū priuatorum, durauit matrim. pluribus annis, tandem vxor deceſsit abſque liberis, & deſcendētibus, relicta matre legitima hærede vniuerſali, præterquam in tertio bonorum, quod marito leganit, qui prætendit ſe nō teneri reſtituere priuilegia, & inſtrumenta præd. iurium hæredi vxoris, niſi poſt annū ſoluti matrimonij, nec redditus interim decurſos, & decurrendos durāte præd. anno, ſed eos ſe debere lucrari, non vero hæredem vxoris, quia cōſiſtūt in redditibus pecuniarijs iuxta deciſionē tex. in l. vnic. §. exactio, C. de rei vxoriæ actione, & l. 31. tit. 11. partita 4. & ibi Gregor. Lopez. Rurſus, mater præd. vxoris tanquam eius hæres prætēdit contrariū, imo quod ad ſe pertinent præd. redditus à die ſoluti matrimonij imposterum, quia adhærent rei immobili, ſuntque iura incorporalia.

Dubitatur ergo, quid dicendum ſit de iure in præfata quæſtione?

2 Reſpōdi ſecūdū ea, quæ proponerentur. Maritū ſibi lucraturū redditus decurſos vſque ad diem mortis ſuæ vxoris. & exillo tēpore ſolutionis matrimonij imposterum redditus decurrendi ſimul cū proprietate, & ſorte principali præd. iurium expectare ad matrem, hæredemq; vxoris ſequentibus fundamentis.

3 Prior pars huius reſpōſionis probatur, quia hi ſunt redditus, & vſusfructus dotis durante matrimonio, quæ datur pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, l. pro oneribus cum ſimil. C. de iure dotium.

Et hi diuidūtur in forma præd. l. diuortio in princip. cū materia, ff. ſolut. matrim. l. 26. in verſ. *Aporq̄*, & c. tit. 11. part. 4. diximus lib. 1. Canonic. qq. c. 33. nu. 14. & in terminis ita docet, & tenet Marcus Ant. Pereg. de fideicommiſſ. art. 49. num. 100. verſic. aut conſtitutæ ſunt, cum ſequentibus, vbi loquitur in donarijs annuis Principum pro capitali pecuniario, item in cēſibus, qui in regione frequentantur, ad rationem ſex, vel ſeptem, pro ſeptennario, vel ad rationem frumenti, & vini redimibilibus ad voluntatem debitoris, & in his putat diuiſionem faciendam eſſe pro rata temporis, quo, pecuniæ ſors, cuius reſpectu debentur, ſingula quaque die ſuā præber vtilitatem ſecundum Bald. & Couar. quos citat.

4 Ex hoc igitur bene ſequitur, quod maritus ſuperſtes mortua vxore lucrari debet ſimiles redditus, & iura pro rata vſq; ad diem, quo vxor deceſsit, & ſolutū fuit matrimonium; & deinceps, hæredes mulieris, non expectato anno poſt diſſolutionem matrimonij, nec alio tempore. Idem in terminis tenet, & probat Ayora de partition. prima parte, q. 6. nu. 9. & 10. vbi loquitur in cenſibus: addit idem Author. 2. parte, quæſtione 39. n. 38. in ſimili caſu de quo ſupra, nempe, quando vxor prædeceſsit abſque liberis, & alijs deſcendentibus inſtituta matre hærede, & relicto tertio bonorum ſuo marito, qui pro dote cum ipſa receperat plura bona mobilia, & immobilia inæſtimata, & matrimonium duravit quatuor mēſibus, quod in hoc caſu fructus apparētes, y crecidos, debent diuidi pro rata temporis iuxta diſtinctionē d. l. diuortio, ff. ſolut. matrim. & maritus iure mariti lucrabitur tertiam partē præd. fructuū, *por los quatro meſes q̄ duro el matrimonio, y de las otras dos terçias partes, q̄ pertenecierō à la heredera de la muger, el marido no ha de lleuar parte alguna*, ratione præd. legati, *de las dos terçias partes de los fructos de las dichas heredades, q̄ quedarō à la muger, ſacado el tercio, q̄ ha de lleuar el marido de la rata q̄ diuiro el matrimonio*, vt ibi iure late probat, quia nō debētur fructus d. tertij ab vxore ſibi relicti etiam poſt mortem ipſius vxoris, niſi à tempore moræ.

Vlterius ſecunda pars reſponſionis,

nempe quod matri præd. vxoris, vt eius hæredi debeant statim dari atque restitui priuilegia, & instrumenta præd. iurium Regaliũ, & cæterorum censuum, quæ ipsa vxor in dotem detulit, & tradidit suo marito, nullo tempore expectato post mortem ipsius vxoris probatur.

5 Quia annui redditus de iure reputantur, & censentur esse inter immobilia, iuxta tex. expressum in Clementina exiui de Paradiso, in vers. cumque annui redditus de verb. signific. & ibi glossa verbo cumque annui, & Cardinal. tex. etiam in auth. de non alien. aut permutãd. reb. Eccles. in principio, l. si quis inquilinos, ff. delegat. 1. cum alijs adductis per D. Couar. lib. 3. var. resol. cap. septimo, numero 2. vers. secundo hos annuos redditus, Pelaez late de maior. prima parte, quæstione 40. numero 6. cum sequentibus, Matiençio in l. 7. titulo 11. lib. quinto nouæ collect. Reg. glossa 1. numero 18. & in l. secunda, glossa prima, numero 82. & 83. titulo nono, eiusdem lib. quinti, vbi hoc intelligit, quando sunt constituti super re aliqua immobili, vt in proposito: & nos lib. secundo, practic. quæstione 146. lib. primo, & est communis omnium sententia, quod hi redditus annui, nisi sint ad modicum tempus limitati censentur inter immobilia, vt cum Baldo, & alijs affirmat Gaspar Rodriguez de annuis redditib. lib. primo, quæstione 14. numero octauo, vbi cum Roderico Suarez idem intelligit de redditibus super bonis mobilibus constitutis, & iuribus ad vitam à Rege concessis.

6 Et quamuis Pelaez vbi supra censeat, præd. iura non loqui de annuis redditibus redimibilibus, sed perpetuis: attamen verius est, & tenendum contrarium, nempe, vt etiam si hi annui redditus redimi possint intra aliquod tempus, vel simpliciter, non tamen ex hoc desinunt esse perpetui, vt in l. sufficit, vbi Ias. alia plura iura allegat. ff. de conditione indebit. Tiraquel. plures DD. citans lib. primo de retract. linag. § 1. glossa 4. numero 120. & latius lib. 2. §. 2. numero 38. cum sequentibus, quos & alios referunt, & sequuntur Gaspar Rodriguez de annuis reddit. lib. primo, quæstione tertia, numero octauo, & quæstione 14. numero octauo, vbi ad hoc citat Molin. de Hispan. primog. lib. secundo, cap. 10. numero sexto, vbi dicit, hanc esse veriorem Doctorum sententiam, & plebius Tiraquel. de retract. lib. primo, § primo, glossa sexta, ex numero tertio. & nos d. quæstione 146. numero 2. & eam sequitur Felician. de Solis 2. tom. de censib. lib. 1. cap. 1. num. 3.

Ex quo sequitur non esse veram contrariam nonnullorum sententiã nec illã, quam etiam alij voluerunt tenere in hoc opin. nempe quod hi census annui constituant tertiam speciem bonorum, ita vt non sint mobilia, nec immobilia: communis namque sententia tenenda in iudicando, & consulendo est, quod quamuis census sint redimibiles simpliciter à iure, inter immobilia censeantur, & computentur, vt expresse hoc probant præd. iura, sicque nihil interest, quod alij DD. dicant ea bona esse improprie immobilia, siquidem etiamsi hoc ita esset, vel proprie, iura expressa, & cõmunis doctrina expresse decidunt, & habet, quod cẽseri debeat, & computari inter bona immobilia præmaxime.

8 Quia vt recte inquit Gaspar Rodrig. d. lib. 1. cap. 3. numero 9. vers. fateor quãdo hi annui redditus sub alterna specierũ mobilium, vel immobilium necessario collocandi sunt, ex mente quidem legis, testatoris, aut contrahentium, ex qua videatur, de redditibus quoque actum esse, tunc sequentur immobilium naturam, vt optime adnotat Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 2. glossa 6. num. 4. id quod deduci potest ex eorum natura, vel qualitate, nam cum prædijs insint, ipsaque veluti accidẽtia quædam afficiant, cum illis identificari necessarium est, iuxta celebrem sententiam Philosophorum, quæ habet accidentia identificari cum subiecto, & illius substãtia subsistere, vt recte cõsiderauit Feliciano de Solis in 2. tom. de cẽsib. lib. 1. c. 1. nu. 3. vbi n. 4. refert, se alio loco renuisse, redditus annuos pecuniarios, simpliciter, & omni statu inspecto censeri bona immobilia, & hoc probat dumtaxat, quãdo redditus annui super bonis immobilibus cõstituti sunt, vt in nostra specie cõtingit, iura

iura namque Regalia, eorumque priuilegia in dotem data constituta sunt, atque imposita super redditibus Regalibus gabellarum, qui sunt immobiles, & perpetui, & cæteri census priuatorũ super prædijs, & alijs bonis immobilibus, & quæ pro talibus reputantur, ergo eorum naturam, & substantiam sortiũtur, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, vt in regula iuris vulg. & in terminis inquit Ant. Galeat. Maluasia, consil. 121. numero 14. lib. 1. post Bald. & Paulum de Castr. quos citat: quod si quis pro certo tempore redditus futuros gabellæ à cõmuni emerit, tunc ipsi redditus, qui demũ percipientur, in fructu esse non censentur, sed proprietati annexi. Vnde si vxori suæ vsumfructũ quis reliquerit, ipsa redditus perceptos non lucrifaciet, sed præstita cautione solum illorum vsumfructũ habebit.

9 Fit igitur ex supradictis proculdubio, quod si consideremus ipsos redditus decursos, quorum dies iam venit, illi inter mobilia computentur, quia statim quod cedunt pensiones & redditus, desunt esse de corpore, seu re principali, & sunt tanquam proprietas separata, sicut fructus separati sunt corpus mobile stans per se: ita in terminis tenet cũ alijs Gaspar Rodrig. lib. 1. q. 3. n. 11. in princip. vers. Secundo limita: hos autem redditus decursos durante matrimonio, & imposterum decurrentes, iam supra resoluimus, quomodo sint diuidendi, & distribuendi inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti, nempe, superstiti, nãque sunt adiudicãdi decursi vsque ad diem mortis alterius, & imposterum decurrendi soluto iam matrimonio hæredibus defuncti. Verum si consideremus sortem principalem regi principio traditam pro his redditibus, & eorum priuilegia, dum non redimuntur, & si pariter instrumenta cæterorum iuriũ redimibilium super bonis priuatorum cõstitutorum, recte remanet supra iure probatum esse cẽsenda inter immobilia, quia sortiuntur naturam, & identitatem eorũ, & non possunt vocari bona mobilia, sed immobilia quandoquidem sunt imposita super redditibus gabellarum, & alijs regijs perpetuis, & bonis immobilibus, & in corporalibus, non enim possunt amoueri, nec portari de vno loco ad aliũ, vt possunt mobilia, & semouentia, & iuxta hæc quæstionem præd. resoluimus.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SALMANTICAE.

Ex Officina Typographica Antoniæ
Ramirez viduæ.

Anno clɔ lɔc xvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

CAPITVM DE SPONSALIBVS, ET MATRIMONIIS LIBRI TERTII

Canonicarum Quæstionum.

APVT primũ, Quot sint spõsalia, & quid? pag. 2. & seq.
Cap. 2. De ætate requisita ad sponsalia de futuro, & ad matrimonia, pag. 11. & seq.
Caput 3. De verbis, quibus spõsalia, & matrimonia contrahuntur, pag. 18. & seq.
Caput 4. An sponsalia de futuro post sacrum Concil. Tridentinum celebrata obligent, eius solemnitate non obseruata, pag. 27. & seq.
Caput 5. An sufficiat acceptatio sponsaliũ absque repromissione, vt vterque contrahentes remaneat obligatus, pag. 32. & seq.
Cap. 6. An promissio matrimonij facta absenti obliget irreuocabiliter ante absentis acceptationem, nemine pro eo acceptante, seu stipulante: & quid si tertius eius nomine stipuletur, vel acceptet? pagina 39 & seq.
Cap. 7. De deliberatione ad sponsalia requisita, pag. 44. & seq.
Cap. 8. De muto, & surdo, furioso, insano, & mentecapto, an matrimonium contrahere possint? pag. 47. & seq.
Cap. 9. De promissione contrahendi matrimonium vnius contrahentis vera, & alterius ficta, deque matrimonio sic cõtracto, pag. 51. & seq.
Cap. 10. De contrahente falso matrimonium cum fœmina, vt ab ea copulam extorqueat, pag. 56. & seq.
Cap. 11. De matrimonio clandestino contracto absque parocho, & testibus an obliget vt sponsalia? pagina 63. & sequentibus.
Cap. 12. De subarratione anuli quid in hac materia operetur? pag. 64. & seq.
Cap. 13. De sponsalibus, & matrimonijs contractis per parentes, pro filijs præsentibus, & tacentibus, pag. 66. & seq.
Cap. 14. De promittente matrimonium pro absente, pag. 69. & seq.
Cap. 15. De obligatione spõsaliorum eorumque exequtione, pagina 71. & seq.
Cap. 16. De sponsalibus contractis per patrem de vna suarum filiarum, pag. 74. & seq.
Cap. 17. Vtrum in sponsalibus, & matrimonijs pœna adijci possit pro firmiori eorum obligatione pag. 76. & seq.
Cap. 18. Vtrum arræ & sic pignus valide promitti possint pro sponsalibus adimplendis? pag. 81. & seq.
Cap. 19. De arris promissis ab sponso spõsæ, vel à marito vxori, pagina 87. & seq.
Cap. 20. De promissione, vel legato sub conditione nuptiarum cum certa persona, pag. 100. & seq.
Cap. 21. De conditione retrahente à nuptijs, pag. 109. & seq.
Cap. 22. An fideiussores, vel pignora dari possint pro securitate matrimonij contrahendi? pag. 118.
Cap. 23. An vxor viro alio migrantem teneatur comitari? & an valeat pactum cum pœna tempore sponsalium adicta cohabitandi virum in certo loco?

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX CAPITVM.

pag.119.& seq.
Cap.24. An sponsalia de futuro, mutuo cõtrahentium consensu, dissoluantur? vel lapso termino ad matrim. celebrandum assignato? pag.124.
Cap.25. An per ingressum religionis professione non sequuta dissoluantur sponsalia? pag.129.
Cap.26. An sponsalia de futuro dissoluantur voto simplici castitatis postea emisso? pag.133.& seq.
Cap.27. De vi sponsalium sequuto matrimonio cum alia persona, pag.135.
Cap.28. An posteriora sponsalia iuramento confirmata derogent prioribus absque iuramento contractis? pag.136.
Cap.29. De sponsalibus ab impuberibus contractis quomodo ea dissoluantur? pag.138.& seq.
Cap.30. De absentia in longinquum sponsi absque alterius licentia vtrum ob eam dissoluantur sponsalia de futuro? pag.141.& seq.
Cap.31. De dissolutione sponsalium de futuro ex causa fornicationis, pag.144.& seq.
Cap.32. De dissolutione sponsalium de futuro ob superueniens impedimentum, vel deformitatem, pag.146.& seq.
Cap.33. De alijs causis ob quas dissoluuntur sponsalia de futuro, pag.149.& seq.
Cap.34. De causis præcedentibus sponsalia de futuro ad ipsa dissoluenda, pag.152.& seq.
Cap.35. An relaxatio iuramenti, vel authoritas iudicis requiratur ad dissoluenda sponsalia de futuro iurata, pag.155.
Cap.36. De probatione sufficienti impedimenti matrimonij ad illud impediendum, ne contrahatur, pag.156.& seq.
Cap.37. De puella virgine in loco tuto, & honesto deponenda quoties ab alio pro sponsa pro fide data petitur, pag.161.& & seq.
Cap.38. An in causis matrimonialibus habeat locum iuramenti delatio, pag.167.

SECVNDA PARS *principalis.*

CAp.39. De sancto Sacramento matrimonij, pag.169.& seq.
Cap.40. De matrimonio tam vere, quam præsumptiuè probato, pag.173.& seq.
Cap.41. De materia, forma, & ministro sacramenti matrimonij pag.184.& seq.
Cap.42. An matrimonium in lege naturæ & veteri fuerit sacramentum, & nunc tale sit in lege noua? pag.186.& seq.
Cap.43. De matrimonio per procuratorem, nuncium, vel per epistolam contracto super cap.fi.de procur.lib.6 pag.189.& seq.& an mandatum ad contrahendum matrimonium possit, vel censeatur tacite reuocatum ex aliquibus actis, ita vt secundum matrimonium valeat,& teneat, pag.197 & seq.
Cap.44. Tertius articulus principalis circa casum in praxi contingẽtem inter duos magnates, an in eo sufficienter fuerit probatus dissensus ad reuocationẽ mandati prius dati de contrahendo matrimonio cum altera, ita vt secundum matrimonium tenuerit non vero primũ, vel è contra? pag.211.& seq.
Cap.45. An hodie post Concil. Trident. matrimoniũ possit contrahi valide per literas, p.242.& seq.
Cap.46. de consensu ad matrimonium requisito,& qualis esse debeat,& sufficiat, pag.245.& seq.
Cap.47. De consensu in matrimonio cum opinione vtriusque coniugis credentis, quod adsit impedimentum, quod re vera non sit, p.252.cum seq.
Cap.48. Confessarius an teneatur admonere coniuges, quos nouit ex ignorantia inualide matrimonium contraxisse? pag.259.& seq.
Cap.49. An coniux impedimenti conscius excusetur à culpa reddendo debitum ad vitanda maiora mala,& quo remedio ei succurratur? pag.265.& seq.
Cap.50. Licitum an sit petere, aut reddere debitum, cum vterque coniux, vel alter contraxit mala fide, dubius de morte prioris coniugis, aut alio impedimento dirimenti? pag.278.
Cap.51. De probatione mortis coniugis absentis requisita ad hoc vt superstes possit licite aliud matrimonium inire, pag.280.
Cap.52. De protestatione ficti consensus ad matrimonium præstandi, p.282.

Cap.53.

Cap.53. De indissolubilitate matrimonij, & an Papa dispenser in matrimonio rato tantum? pag.285.
Cap.54. Matrimonium ratum, an & quo iure, & intra quod tempus dissoluatur professione solemni? pag.288.& seq.
Cap.55. De matrimonio clandestino, pag.294.& seq.
Cap.56. De denunciationibus ad matrimonium requisitis, pag.297.
Cap.57. De dispensatione in denunciationibus ad contrahẽdum matrimonium, pag.302.
Cap.58. An licitum sit matrimonium consummare ante monitiones, vel post, ante benedictiones tamen Ecclesiæ, hoc est velationes? pag.305.
Cap.59. An teneatur quis denunciare impedimentum occultum, pagina 307.& seq.
Cap.60. Ordinarius vel parochus cõscius impedimenti, an teneatur, vel possit cõtrahere volentes, matrimonio copulare? p.310.& seq.
Cap.61. An ex aliqua causa possit valide contrahi matrimoniũ absque parocho, & testibus? pag.315.& seq.
Cap.62. De parocho ministro sacramenti matrimonij, pag.318.& seq.
Cap.63. De domicilio requisito contrahẽtium in aliquo loco ad hoc, vt ibi sortiatur proprium parochum, qui assistere possit, & debeat matrimonio, iuxta decretum Sacri Concilij Trident.& casus grauis in proposito in praxi contingens refertur, atque deciditur, pagina 327.& seq.
Cap.64. De habente duplicem habitationis parochiam, an æque in qualibet possit matrim. inire 344.
Cap.65. De matrimonio vagorum, p.345.& seq.
Cap.66. Ordinarij, qui dicantur ad assistendum valide matrimonio, p.349.
Cap.67. An prohibitio Episcopi, vel constitutionis Synodalis, ne parochus, vel delegatus ad vniuersam curã parochiæ tali matrimonio assistat, nec det licentiã alij assistendi, nisi sacerdotibus approbatis ab Episcopo, annullet matrimonium aliter celebratum? pag.351.
Cap.68. An Vicarius generalis Episcopi possit interesse matrimonio contrahendo,& alij sacerdoti licentiam assistendi concedere? p.353.& seq.
Cap.69. De præsentia parochi, & ipsius officio & testium cum matrimonio assistunt, pag.357.
Cap.70. De matrimonijs, & sponsalibus præsumptis, an cessauerint post Concil. Trid.p.361.
Cap.71. De filijs natis ex matrimonio nullo bona fide celebrato, an sint legitimi? pag.363.
Cap.72. De filijs generatis ex matrimonio clandestino nullo, ob latens impedimẽtum ignoratum, approbato tamen ab Ecclesia tanquam valido detecto postea impedimento, p.368.& seq.
Cap.73. An filij concepti, vel nati ex matrimonio clandestino valido sint legitimi? p.371.
Cap.74. An filij incestuosi susceptifub tractatu matrimonij contrahendi cum dispensatione Papæ obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide vtriusque parentis, legitimentur quoad temporalia,& successionem maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequens matrim. postea de nouo celebratum dispẽsatione Papæ habente clausulam huiusmodi: prolem susceptã si qua forte sit, & suscipiendam legitimam decernendo declaramus, p.374.
Cap.75. De pœnis clandestinitatis matrimonij,& parochi clandestino matrimoniõ interessentis, vel de alieno parocho aliquos coniungente matrimonio, sibi non subditos, p.386.& seq.
Cap.76. De contractibus tam matrimonij quam alijs celebratis metu cadente in constantem virum, an sint nulli ipso iure, vel rescindendi, p.392.& seq.
Cap.77. De matrimonio,& spõsalibus metu celebratis, p.404.
Cap.78. De conditionibus appositis in matrimonijs,& præsertim de illa inter impeditos, si Papa dispensauerit, p.408.
Cap.79. De potestate parentum in filios circa matrimonia contrahenda, pagina 411.
Cap.80. De filiabus inuitis parentibus nubentibus, an possint exhæredari? & an dotem eis parentes constituere teneantur?

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur? pag.414.
Cap.81. De conditione honesta, & posibili de præsenti, præterito, vel futuro adiecta matrimonio, an ipsum suspendat? p.417.& seq.
Cap.82. De conditionibus contra substantiam matrim. turpibus, & impossibilibus adiectis matrimonij contractibus, p.422.& seq.

TERTIA PARS
de impedimentis matrimonij.

CAP.83. De impedimentis matrimonij,p 434.
Cap. 84. De impedimento Catechismi, pag.435.
Cap.85. De impedimento matrimonij voti simplicis,pag.437.
Cap.86.De impedimento raptus,p.441.
Cap.87. De impedimento incestus, pag. 446.
Cap.88. De impedimento vxoricidij, & viricidij,451.
Cap.89. De impedimento erroris personæ,& qualitatis,p.452.
Cap.90. De errore conditionis seruilis,p. 455.& seq.
Cap.91. Libertas an censeatur data seruo, vel ancillæ ex matrimonio eiusdem permissu domini celebrato? pagina 460. & seq.
Cap. 92. An possint serui inuitis dominis matrimonio copulari, p.465.
Cap.93. De filijs an sequantur conditionē patris,vel matris,quoad honores,& statum,pag.467.& seq.
Cap.94. De impedimento voti solemnis, & ordinis,p.470.& seq.
Cap.95. De licentia coniugis,& alijs requisitis ad hoc vt alter coniux post consummatum matrimonium possit in Religione profiteri?& quid quando id fit absq; consensu remanentis in seculo? p. 474. & seq.
Cap.96. De requisitis ad hoc vt vir ex licentia vxoris possit ad ordines promoueri?p 480.
Cap. 97. De clerico beneficiato contrahēte matrimonium valide,vel irrite, pag. 483.
Cap 98 De impedimento consanguinitatis,p.485.
Cap.99. De impedimento affinitatis,pag. 490.& seq.
Cap. 100. De impedimento cognationis spiritualis,p.493.& seq.
Cap.101. De impedimento consuetudinis ad matrim. contrahendum,vel dirimendum,p.497.cum seq.
Cap.102. De impedimento cognationis legalis,p.500.& seq.
Cap.103. De impedimento iustitiæ,publicæ honestatis,p.503.& seq.
Cap.104.De impedimēto disparis cultus, pag.509.
Cap.105. De impedimento criminis, pag. 511.& seq.
Cap.106. De impedimento ligaminis, & de secundis nuptijs,p.517.& seq.
Cap.107 De bigamia,p.522.
Cap.108. De pœnis secundarum nuptiarum infra annum luctus, pagina 528. & seq.
Cap.109.De parente transeunte ad secundas nuptias,quando teneatur reseruare filijs prioris matrimonij proprietatem bonorū,quæ à priore matrimonio processerunt, & quando non? pagina 536. & seq.
Cap.110. De vidua fornicante, an incidat in pœnas secundo nubētium? & an hoc casu sint correctæ Iure Canonico?pag. 555.& seq.
Cap.111. De pœnis à testatore impositis, secundis nuptijs an Iure Canonico sint correctæ?p.556.& seq.
Cap.112. De impedimento impotentiæ frigiditatis,p.562.& seq.
Cap.113.De impedimento maleficij.pag. 570.
Cap.114. De impotentia perpetua cognita contrahentibus matrim. vel illi, qui potens est,an dirimat matrim.vel saltim possint illud contrahere,vt tanquam fratres habitent,& an ad id teneantur?pag. 572.& seq.
Cap.115. De restauratione primi matrimonij,p.574.
Cap. 116. An impotentia perpetua superueniens matrimonio non consummato id dirimat?p.579.
Cap.117. An impotentia puberis impediat seu dirimat matrimonium? p.580.
Cap.118.

Cap.118.De matrimonio contracto in articulo mortis an sit validum? pag.581.
Cap.119.De Hermaphrodito an matrimonium contrahere possit,& in quo sexu? pag.583.
Cap.120.De triennio cohabitationis coniugum experientiæ requisitæ ad declarandum matrimonium irritum ratione impotētiæ,& de alijs in materia opportunis,p.584.& seq.
Cap.121. A quo tempore computandum sit triennium experientiæ ad dissoluendum matrimonium, & an illud debeat esse continuum necne?p.593.& seq.
Cap.122. De potestate dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimoniū, p.597.& seq.
Cap.123. De dispensatione Papæ impedimenti voti solemnis, ordinis Sacri, vel Religionis, matrimonium dirimentis, & quibus in casibus possit Episcopus dispensare,& de alijs in materia, pag.600. & seq.
Cap.124. De expressione graduum consanguinitatis,& affinitatis,& alijs exprimendis in dispensationibus Apostolicis ad contrahendum matrimonium, p. 610.& seq.
Cap.125. An & quando cōmissio dispensandi in matrimonij impedimentis, & quæcunque alia potestas delegata expiret morte,vel cessatione officij personæ cui cōmissa est, vel delegantis, re integra,p.616.& seq.
Cap.126. Quo tempore preces dispensationis matrimonialis debeant esse veræ?pag.623.
Cap.127.An dispensatio in voto castitatis, Religionis, vel non nubendi extinguatur priori matrimonio inito iam dissoluto, vel dispensato egresso territorio dispensantis?pag.625.
Cap.128. De intelligentia aliquarum clausularum, quæ in cōmissionibus dispensationis in impedimentis matrimonij apponi solent in vtroque foro, pag.628. & seq.
Cap.129. De diuortio coniugum quoad torum, & mutuam cohabitationem ex causa fornicationis (hoc est) adulterij, pag.638.& seq.
Cap.130. De restitutione bonorum dotalium soluto matrimonio consistentium in iuribus Regijs, & annuis redditibus,& quo tempore fieri debeat præd. restitutio,pag.647.& seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM
ET VERBORVM OMNIVM
ORDINE ALPHABETICO DISPOSITVS
QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A.

ABBAS Ecclesiæ nulli Episcopo subiectę potest matrimonio interesse, & alij assistendi licentiam cõcedere,c.66.num.p.350.

Ablatiuus absolutus importat cõditionem,c.47.n.9.p.258.

Absenti facta promissio matrimonij, an obliget irreuocabiliter ante acceptationẽ absentis,nemine pro eo acceptãte,& quid si tertius eius nomine acceptet,c.6.n.1.cum seq.pag.39.

Absenti facta promissio matrim. ante eius acceptationẽ potest reuocari, c.6.nu.4.pa 40. Vide verbum,acceptatio.

Absoluere potest proprius parochus etiã non sacerdos ab excõmunicatione non reseruata,c.62.n.20.p.332.

Acceptatio sponsaliũ,an sufficiat absq; repromissione,c.5.n.1.cum seq. pag.32.

Acceptatio an requiratur in promissione matrimonij facta absenti nemine pro eo acceptante,& quid si tertius eius nomine acceptet,c.6.n.1.cũ seq.pag.34.

Acceptatio, & promissio absentis sufficit quod fiat per litteras dimissorias rescribẽdo absenti,vel alio cuicũq; nec requiritur quod intimetur prædicta promissio,vel acceptatio mittenti, c.6.n.14.cũ seq.pag.42.

Adulterium an committatur cum spõsa de futuro,c.1.n.16.pag.6.

Adulteriũ quãdo impediat matrim.cõtrahẽdũ morte alterius cõiugis, & quando nõ,c.105.n.1.p.511.& n.3.pag.512.

Adulteriũ subsequẽs machinationem alterius cõiugis satis est quod fiat durãte matrimonio hoc est ante mortem alterius cõiugis ad impediendum matrim, cap. 105.n.13.p.514.

Adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis requiritur quod sit notũ vtrique ad hoc vt matrim. sequens impediat,c.105.n.14.& 15.pag.514.

Adulteriũ simul cũ machinatione mortis alterius cõiugis ad hoc vt impediat matrim.an requiratur vt fiat in eũ finẽ, ita vt non sufficiat quod in alium fiat, cap. 105.n.16.cum seq. p.514.

Adulterium cõmittẽs simul cũ fide data de cõtrahẽdo matrimonio post mortẽ alterius coniugis impedit matrimoniũ cõtrahi,& dirimit,c.10.n.26. pag.516.

Adulteriũ vxoris est sufficiẽs causa ad hoc vt vir ab ea discedere possit quoad torũ &mutuã cohabitationẽ,c.129.n.1.p.638.

Et quid in vxore propter viri adulterium, ibidem,n.2.

Et an ex natura contractus matrimonij id procedat,ibidem,n.3.

Adultera vxor nõ solum quoad torum, & mutuã cohabitationẽ potest dimitti,sed etiam quoad curam,& disciplinam,cap. 129.n.4.p.639.

Ob adulterium matrim. dissoluto quoad torũ, & mutuã cohabitationem nõ licet neutri eorũ alio superstite ad alias nuptias tranfire, c.129.n.5.p.639.

Adulterium quando fuit cõmissum culpa viri,an diuortium quoad torum, & mutuam cohabitationẽ peti possit ab vxore,c. 129.n.8.pag.639.

Adulterij alterius cõiugis innocẽs an propria authoritate possit abeo diuertere quoad habitationẽ, c.129.n.9.p.640.

Ad probãdũ adulteriũ,nõ sufficit cõfessio alterius coniugis quoad separationem, c.129.n.10.p.640.

Quando adulterij causa petitur separatio matrimonij coram iudice Ecclesiastico quæ praxis seruãda sit, vt recte in causa procedatur,c.129.n.11.p.641.

AEtas requisita ad spõsalia de futuro contrahenda,c.2.n.1.cum seq.p.11.

AEtas septẽ annorũ cum vsu rationis requiritur,vt sponsalia contrahi possint,& ante septennium non sufficit is vsus rationis qui licet alias sufficiat ad peccatũ lethaliter,c.2.n.2.& 3 p.11.

AEtas legitima ad matrimonium validum contrahendum est 12.annus in fœmina, in viro 14 c.2.n.17.p.16.

Ampliã quod huiusmodi ætas debet esse completa,d.c.2.n.18.p.16.

Limita si prima dies prædicti termini ætatis sit incepta,n.19 ibidem.

Idem erit dicẽdum si tres dies ex dicta ætate deficiant, n.20.ibidem.

In dubio ante prædictam ætatem, nec vir nec fœmina præsumuntur generationi aptæ,nisi contrarium asserẽs id probet, c.2.n.21.p.17.

AEtas nec aliqua qualitas desideratur in procuratore ad matrim. celebrandum præter ea quam ius naturale exposcit ad explicãdũ cõsensum nomine alterũ nimirũ rationis vsum,c.44.n.98.p 240.

AEtas quæ esse debeat in masculo quam in fœmina post cõsummatum matrim. ad hoc vt coniux possit in seculo remanere, c.95.n.2.p.474.

AEtas potentiæ generãdi tam in viris quã in fœminis,c.95.n.3.p.474.

AEs alienũ deducendũ est de bonis illius qui arras promisit, item onera & tributa dictorum bonorum,& computandus est valor officiorum vendibilium, c.19. n.22 p.90. secus eorum quæ vendibilia non sunt,ibidem,n.23.

AEquipollentium eadem est disciplina, c. 43.n.33.p.202.

Affinitatem sciuisse contrahentes non sufficit nisi cõstet illum gradũ fuisse impedituum matrimonij,c.71.n.7.p.364.

Affinitas quid sit,& eius definitio, cap.99. n.1.p.490.

Affinitas ex qua copula contrahatur,c.99. n.2.p.490.

Affinitas est personarum proximitas ex nuptijs proueniens secundum leges, c.99. n.3.p 490.

Affinitas durat post mortem eius qui affinitatis causa fuit, c.99.n.4.p.490.

Affinitas proprie gradus nõ habet,sed mẽsurantur gradus inter affines iuxta gradus consanguinitatis, c.99.n.5.p.490.

Affinitas an oriatur ex matrimonio rato non consummato,vel potius impedimẽtum publicæ honestatis,c.99.n.7.p.490.

Affinitas ex matrimonio consurgens an iure naturæ dirimat matrimonium in aliquo gradu lineæ rectæ inter ascẽdentes & descendentes,c.99.n.9.p.491.& quid in linea transuersali,ibidem.

Affinitas iure antiquo, & hodierno vsque ad quem gradum extendatur, c.99.nu. 11.p.492.

Affinitas ex copula illicita contracta, hodie per Sanctum Concil.Trid.non progreditur vltra primum, & secundũ gradum,c.99.n.12.p.492.

Et an in vlterioribus gradibus impediat matrimonium contrahi,ibidem.

Affinitas ex matrimonio orta impedit, & dirimit matrim.intra quartum gradum, c.99.n.14.p.492.

Affinitatis impedimentum non oritur ex matrim. rato non consummato,remanet tamen impedimentũ vlterioris gradus,c.103.n.24.p.508.

Alimenta relicta à viro vxori superstiti sunt eidem præstãda etiam si sit secũdo nupta viro diuiti, c.108.n.16.p.431.

Alimenta sunt præstanda vxori lite pendẽti,c.129.n.20.p.645.

Amicus an sit idoneus testis:vide verbum testis.

Animus contrahendi nouum domicilium probatur iuramento ipsius ad contrahẽdũ ibi matrimonium,c.63.n.15.p.331.

Annuli subarratio quid operetur in materia matrimonij:vide verbũ subarratio.

Annuli immissio,& subarratio facta ab spõso sponsæ recipienti, an inducat matrimonium de præsenti præcipue ad fores Ecclesiæ,& coram sacerdote, c.63.nu. 23.p.333.

Anathematis pœna nõ est latæ sententiæ, sed ferendæ:vide verbum excommunicatio.

Ancilla efficitur libera domino eius eam collocãte in matrimonium viro libero ignaro suæ conditionis, c.91.n.1.p.460.

Idẽ est si dominus dicat clerico quod eos cõiungat matrimonio, c.91.n.2.p.460.

Ampliatur,n.3.ibidem.

Limitatur,n.4.ibidem,p.460.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ancilla contrahens matrimonium tacente domino an eo ipso consequatur libertatem, c.91.n.7.& 8.p.461.
Et quid in seruitute propria quæ est adscripticia, c.91.n.9.p.462.
Ancilla libera efficitur ex eo quod dominus nuptui eam tradat, & instrumentũ dotis conficiat, c.91.n.10.p.462.
Et quid si dominus præsens matrimonio id non conficiat, sed alius, & quid in ancilla adscriptitia, cap. 91. num. 11. cum seq.p.462.
Ancilla an efficiatur libera, domino eius contrahente matrimonium cum ea, ca. 91.n.13.p.462.
Et quid attento iure nostro Regio, cap.95. n.14.p.462.
Archiepiscopus, & Episcopus in sua diœcesi non dubium est quin valide possint assistere matrimonio subditorum dareque licentiam assistendi, c.66.n.1.p.349.
Archiepiscopus nequit assistere matrimonij subditorum suffraganei, quia non est Ordinarius ipsorum nisi in causis appellationis, & in alijs casibus specialibus, c.66.n.2.cum seq.p.349.
Adoptio quid sit, c.102.n.2.p.500.
Adoptio est perfecta, & imperfecta, c.102. n.3.p.500.
Actor si confiteatur matrimonium esse cõtractum in facie Ecclesiæ, sed dixerit filium esse illegitimum propter impedimentum, non auditur, nisi probauerit impedimentum, & malam fidem parentum, c.71.n.6.p.364.
Arcta mulier si per incisionem potest apta reddi matrim. an valide cõtrahat, c.112. n.6.p.563.
Et quid si eius arctitudo nequeat succurri per incisionem, ibidem, n.10.
Arcta fœmina an valide contrahat matrimonium quando à viro proprio non frigido cognosci non potest si ab alio potentiori cognosci possit, aut iam aptata est, c.112.n.25.p.576.
Et quid tunc præsumatur de iure, ibidem, num.26.
Arcta fœmina nupta cuius arctitudini iudicio medicorum potest subueniri per incisionem absque periculo teneatur illã pati, c.112.n.31.p.568.
Arcta fœmina separata ob hoc à viro, & alij nupta, & cognita ab eo an sit tunc prior matrimonium restaurandum, c.113.n.4.p.574.
Et an sit statim separanda à secundo viro, & quid si primus vir aliæ cõjunctus erat matrimonio, & an interdicatur petitio, & redditio debiti, c.115.n.5.p.574.
Arras pater pro filia promittes an eas amittat si faciat quidquid in se est, vt matrimonium celebretur, c.18.n.22.p.86.
Arras si misit sponsus habito tract. tu inter amicos de matrimonio contrahendo cum aliqua fœmina eaque ipsa recipit, videtur eam despõsare, quia hoc est signum sufficiens motuæ promissionis, & quid si parentes eidem fœminæ annulũ miserint, c.11.n.5.cum seq.pag.65.
Arræ, & sic pignus valide promitti possunt pro sponsalibus adimplendis, cap.18.n.1.pag.81.
Et de ratione differentiæ in hoc, ibidẽ.n.2.
Et in appositione pœnæ pro debitore quod tradidi debent, ibidem, n.3.
Ampliatur, num.4.ibidem.
Et sufficit in hoc confessio recipientis, n.5. ibidem, p.82.
Arræ prædictæ an possint promitti in specie, c.18.n.7.p.82.
Arræ prædictæ an possint constitui in quacunque quantitate, c.a.18.n.6.p.82.
Arræ in matrimonijs an possint vtrunque constitui, c.18.n.8.p.83.
Arræ prædictæ quando perdantur, & quãdo non, c.18.n.9.cum seq.p.84.
Et quid in foro conscientiæ, ibidem, n.18. pag.85.
Arræ quas promittit sponsus sponsæ, vel maritus vxori in Hispania succedunt loco donationis propter nuptias, ca.19. n.1.pag.87.
Arræ quas promittit sponsus sponsæ vel maritus vxori in præmium virginitatis, quæ non erat virgo an sint restituendæ per mulierem, cap.19.num.2.cum seq. pag.87.
Arræ præsumuntur dari in præmium virginitatis quod per maritum vxor patitur, c.19.n.3.p.88.
Arræ possunt dari viduæ, & corruptæ, cap. 19.n.5.cum seq.p.88.
Arræ possunt cõstitui ab spõso spõsæ, vel à marito vxori, ante vel post initũ, vel cõsummatum matrim. cap.19.numero 13. pag.85.
Arræ in his Regnis Hispaniæ non possunt dari nec promitti iuxta legem fori vltra decimam partem bonorum promittentis nec huic legi potest renunciari, c.19. n.14.p.89.
Arræ possunt promitti tam de bonis præsentibus quam futuris, & mulier potest eligere tempus valoris bonorum promittentis dummodo decimam illorum non excedant, cap.19.numero 17.pag. 90.
Arrarum promissio in dubio de bonis præsentibus intelligitur nisi futura exprimãtur, & numero 20. reijcitur quædam limitatio, cap.19.n.18.pag.90.
Arras promittens quamuis hæredibus necessarijs careat non potest eas vltra decimam bonorum suorum promittere, c.19.n.21.p.90.
Arras promittentis de bonis deducendum est onera alienum, item onera, & tributa dictorum bonorum, & computandus est valor officiorum vendibilium, seu eorum quæ vendibilia non sunt, ca. 19. numero 22. pag.90. & numero 23. pag.91.
Arræ promissæ vltra valorẽ decimæ partis bonorum eius promittentis non ideo tum vitiantur sed tantum in excessum, c.19.n.24.p.91.
Arras an possit extraneus promittere, cap. 19.n.25.p.91.
Arrarum decima, an computanda sit iuxta valorem bonorum quæ sponsus, vel maritus bona fide possidebat, si postea euincantur, vel aliter constet non fuisse propria, c.19.n.27.p.91.
Arrarum promissio à possessore vinculi, vel maioratus quomodo sit computanda, c.19.n.28.cum seq.p.91.
Arrarum promissio vltra decimam partẽ bonorum promittentis an firmetur iuramento, & cui incumbat onus probandi excessum arrarum, cap.19.nu.37. cũ seq.pag.94.
Arrarum promissio vltra decimam partem bonorum an sit valida in foro conscientiæ, cap. 19. numero 32. cum seq. pag.93.
Et quid in melioratione excedente tertiũ, & quintum facta filiæ per contractum matrimonij inter viuos, ibidem.
Arræ promissæ per virum habentem filios prioris matrimonij an sint extrahendæ ex toto corpore hæreditatis, vel ex ea sola parte de qua potest libere disponere, c.19.n.39.p.95.
Arras magnas promittens vir ea ratione quando ampla sibi dos promissa sit, aliter minores arras promissurus an teneatur arras promissas dote non soluta, cap. 19.n.41.p.96.
Arras an possit minor promittere, remissiue, c.19.n.42.p.96.
Decedẽte vxore in matrimonio consummato hæredes eius lucrantur arras si ipsas elegerit potius quam iocalia intra 20. dies c.19.n.46.cum seq.p.97.
Intellige quod tunc hæredes vxoris tenentur restituere viro vel eius hæredibus sponsalitiam largitatem eiusdem valoris cuius erat tempore receptionis quando soluto matrimonio arras elegerunt, ca. 19.n.48.p.97.
Authoritas Ecclesiæ requiritur, etiam sanctis sufficientibus coniecturis ficti cõsensus ad celebrandum aliud matrim. priori spreto, cap.49.num.49.pag.276.

B.

Baptizatus metu compellitur seruare fidem, c.94.n.16.p.472.
Benedictiones nuptiales ante tempus debitum factæ non sunt iterum faciendæ, c. 76.n.28.p.401.
Benedictiones nuptiales conferri nõ possunt ligatis excommunicatione maiori, c.83.n.11.p.435.
Benedictio nuptiarum à proprio parocho vel ab ordinario, vel eius licẽtiã habente hodie attento Concilio fieri debet, cap. 106.n.4.p.518.
Benedictiones nuptiales sunt necessariæ, & de præcepto, c.106.n.11.p.519.
Benedictiones nuptiales omittere ex contemptu est peccatum mortale, c.106.n. 12.p.519.
Benedictiones nuptiales an & quãdo licet impertiri secundis nuptijs late hic agitur, c.106.n.14.p.519.
Benedictiones nuptiales in primo matrimonio irrito præstitæ non sunt vlterius in alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

in alio impartiendæ, c.106.n.15.p.520.
Beneficium curatum aut simplex recipiēs aut retinens absque animo se sacris initiandi,an peccet,& quando teneatur ad restitutionem fructuum, cap.97. nu.11. pag.484.
Beneficia per sponsalia de futuro non amittuntur,c.97.n.1.p.483.
Beneficia clerici sacris non initiati,an vacent per matrim.validum ab eo celebratum ipso iure, vel requiratur ad id iudicis sententia, c.97.n.2.p.483.
Beneficia clerici matrimonium contrahentis possunt statim impetrari atque alteri conferri,c.97.n.6.p.484.
Bene potest quis ad matrimonium spe lucri inuitari,c.20.n.4 p.101.
Bigamiæ triplex species,c.107.n.1.cū seq. pag.522.
Bigamia nulla contrahitur sine carnali copula,c.107.n.2.p.522.
Bigamia non contrahitur per matrimonium ratum,& non consummatum, ca. 107.n.5.p.522.
Bigamia interpretatiua quatuor modis potest incurri de quibus hic,cap.107.nu.7. pag.523.
Bigamus an sit qui post adulterium vxoris eam carnaliter cognouit conscius adulterij, vel non, c.107.n.12.& 13.p.524.
Bona quæ coniux habuit ex bonis coniugis prædefuncti, ex dispositione legis,statuti, vel consuetudinis reseruantur filijs prioris matrim. transeunte ad secundas nuptias coniuge superstite, c.109.n.42. pag.549.
Et quid ex pacto mutuo inter coniuges inito acquisitorum post mortem coniugis superstite ad secundas nuptias transeunte,c.109.n.43.p.549.
Bonum matrimonij triplex est,non tamen irritatur ob aliquem peruersum finem, qui eius substantiæ, & prædictis tribus bonis minime aduersetur,c.46.n.5. pag. 246. & c.82.n.2. pag.422.
Bona fides in dubio præsumitur circa nouū domicilium acquirendum quando hoc exprimitur: vide verbum domicilium.
Bona fides præsumitur nisi contrarium probetur,c,71.n.4.p.364.

C.

CAlore iracundiæ gesta non valent nec obligant,c.7.n.1.cum seq.p.44.
Canonica portio habenti duas parochias diuidenda est,c.64.n.5.p.345.
Cap.3. de sententia excommunicationis, an habeat locum in percutiente clericū turpiter inuentum cum sponsa sua de præsenti nondum cognita carnaliter, c.1.n.13. cum seq.p.5.
Et an procedat in sponsa de futuro,ibidem, n.15.p.6.
Cap.2.de desponsatione impuberum intellectus,c.2.n.15.p.15.
Cap.neque furiosus 32.quæstione 7. intellectus, cap.8.n.6.p.48.
Cap.in litteris de testibus intellectus,c.44. n.85.p.286.
Cap.1. de consang. & affin. circa qualitatem testium in causa matrimoniali interesse debentium intellectus, c.44.nu. 83.pag.286.
Cap.quia circa de consanguin. & affin. & cap.cum iam dudum de præbendis intellectus,& concordantia, c.48.num.1. p.259.
Cap.vltimi,§.fin.de officio leg.intellectus, c.49.n.17.p.270.
Cap. in præsentia 19. in ordine de sponsalibus intellectus,cap.51.per totum pag. 280.
Cap.ex publico de conuersione coniugatorum littera refertur, & de eius intellectu,& materia agitur, & an bimestre de quo ibi fit ad deliberandum de Religionis ingressu, cap.54. num.10. cum seq. pag.289.
Cap.1.& c.fin. & cap. fraternitatis de frig. & malef.intellectus,& cōcordia,c.120. n.27.p.591.
Cap. fin. de procuratoribus lib 6. non est correctum per Concil. Trid. dūmodo seruetur in eo forma eiusdem Concilij, c.43.n.11.p.193.
Cap. tua nos de sponsalibus intellectus,c. 43.n.35.p.203.
Cap.ex tenore qui filij sint legitimi, an procedat quando matrim. nullū fuit clandestinum omissis denunciationibus, c.71. n.8.p.365.
Cap.fin.in 2.parte de cōdit.appos. intellectus,c.82.n.40.& 41.p.429.

Cap.

Cap.19.De regular.in sessione 25.Concilij Tridentini intellectus,cap.95. nu.28. pag.480.
Cap.quod super in fine de consang.ex vna parte,& c.1.& cap.super eo de cognat. spirit.ex altera intellectus, & cōcordia, c.101.n.9 p.499.
Cap. Capellanum,& cap.1.de secundis nuptijs intellectus,cap. 106. numero 17. pag.521.
Cap.quinto,sessione 24.de reformatione in Concil. Trid. intellectus,cap.128.n. 14.pag 634.
Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante potest assistere matrimonio, vel alij sacerdoti licentiam dare assistendi, c.66.n.5.p.350.
Cardinales in Ecclesijs sui tituli habent iurisdictionem quasi Episcopalē, & ideo possunt assistere matrim. & licentiam concedere assistendi,cap. 66.nu.9. pag. 350.
Castitas. Vide verbum votum.
Catechismus quis sit,& vnde dicatur, cap. 84.n.1.cum seq.p.435.
Catechismi impedimentum an sit sublatum per Sanctum Concil.Trid.ca.84.n. 6.pag.436.
Causa iusta requiritur ad dispensandum in denunciationibus ad matrim. à Sacro Conc. Trid.requisitis,nō tamē requiritur cognitio iudicialis eius, sed satis est quod ordinarius aliqua causa rationabili sibi tantū cognita has denunciationes remittat,c.57.n.1.& 2.p.302.
Causæ iustæ remittendi denunciationes ad matrim. requisitas multæ sunt, & sufficit cuicunque arbitrio Ordinarij iusta, c.57.n.3.p.303.
Causa dispensationis vere probata, si postea deficiat an matrimonium valide contrahi possit,c.126.num.2. & per totum,p.624.
Causa adiecta dispensationi, quod contrahere volentes sunt nobiles,vel principaliores oppidi vel Ciuitatis,an sit probanda,c.128.n.13.p.633.
Cessante causa tunc demum cessat effectus quando cessant omnes causæ, c.19. n.10.p.88.
Ciuilitas acquiritur, hoc est vicinitas per matrim.contractum in loco,cap.63.nu. 18.pag.331.
Circunstantia copulæ habitæ cum alterius sponsa de futuro an sit necessario confitenda, cap.1. numero 18. cum seqq. pag.9.
Circunstantia notabiliter aggrauās peccatum licet speciem eius non mutet,an sit confitenda, cap.1.numero 19. cum seq. pag.10.
Clandestini matrimonij duæ sunt species de quibus hic, cap. 55. numero 1. pag. 294.
Clandestinum matrimonium an dicatur, quando illicite monitiones omittuntur, c.55. num. 5.p.296.
Clandestinum matrim. an dicatur quando omittuntur denunciationes,celebratum tamen fuit publice corā maiori parte vicinię,quoad pœnas incutiendas, ca.55. n.6.p.296.
Clādestinū matrim.nō dicitur quādo celebratur corā parocho, & testibus licet ij nō sint rogati,c.55.n.8. & 9.p.296.
Clam fieri dicitur quod omissis iuris requisitis efficitur, & filij nati ex huiusmodi matrimonio non sunt legitimi,c.55.n.7. pag.296.
Clandestini matrimonij pœna est mixti fori,& sic erit locus præuentioni, & præueniente iudice seculari non est locus inhibitioni iudicis Ecclesiastici,c.75.nu. 11.& 12.p.387.
Clericus sponsam ducens de præsenti valid de non recuperat beneficium, etiā alteri non collatum, quamuis ea ante copulā decedat, vel Religionem ingrediatur,c.97.n.3.p.484.
Clericus contrahens matrim. valide, non potest priora beneficia retinere, sed tenetur ea statim dimittere,ca.97. num.5. pag.484.
Clericus beneficiatus matrim. contrahens non potest beneficium quod habet renunciare,c.97.n.7. pag.484.
Clericus coniugatus non debet admitti ad Ecclesiastica beneficia,neque ad Sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasticas,nisi forte castitatem voueret perpetuam,c.97.n.8.p.484.
Clericus cōtrahēs matrim. nullum an perdat beneficia? cap.107.num.20.p.527.
Clericus in sacris matrimonium contrahēs an sit

an sit irregularis, c.97.num.13.p.485.& c.107.n.19 pag.586.
Cognatio spiritualis quæ ex baptismo nascitur inter quas personas contrahatur iuxta Sanct. Conc. Tridentinum, c.100. n.1 pag.493.
Cognatio spiritualis ex Baptismo, & Confirmatione orta nõ est ex iure diuino naturali, aut ex diuino positiuo, sed ex solo Ecclesiastico, c.100.n.2. pag.494.
Cognatio spiritualis ex baptismo, & confirmatione orta impedit matrim. cõtrah. & dirimit contractum, cap. 100.num.3. pag.494.
Cognatio spiritualis superueniens nõ dirimit matrim. præcedens, peccat tamen coniux patrinus in ea specie, c.100.n.5. pag.494.
Cognationis spiritualis impedimentum, an contrahatur in baptismo priuato, c. 100.n.7 p.494.
Cognatio spiritualis in baptismo an contrahatur inter plures personas tenentes puerum in baptismo vltra quæ describuntur in Sancto Concil. Tridentino, c.100.n 8 pag.496.
Cognatio aliqua spiritualis, an oriatur ex baptismo conditionaliter facto, ca.100. n.10.p.496.
Cognatio aliqua spiritualis an oriatur ex reiteratione solẽni priuati baptismi valide collati.c 100.n.9 p.496.
Cognationis spiritualis species inter susceptum de sacro fonte baptismatis, & filiũ filiamve susc ipientis est sublatum decreto Concil. Trid.c.2.sess.24.c.100. n. 13. pag.497.
Cognatio legalis est effectus adoptionis, ex eaque oritur sicut affinitas ex copula, c.102.n 1 p.500.
Cognatio legalis triplex, vt hic, c.102.n.4. pag.500.
Cognatio legalis imperfecta an impediat, & dirimat matrimonium, c.102. n.5.p. 500.
Cognatio legalis triplex, an impediat, & dirimat matrim.c.102.n.6 pag.501.
Et quid de ea quæ oritur ex linea transuersa, c.102.n.7.p.501.
Cognatio legalis ad hoc vt obstet matrimonio contrah. debent concurrere in eo solemnia iuris, c.102.n.8.p.502.
Cognatio legalis superueniens an impediat debiti exactionem, ca.102.n.9.pag. 502.
Cognatio legalis superueniens spõsalibus de futuro ea dissoluit, cap.102.num 10. pag.502.
Cognatio legalis triplex an obstet matrimonio perpetuo contrahendo, & ad quas personas, & gradus extendatur, c. 102.n.11.p.502.
Cohabitatio coniug. longo tempore habita, inducit præsumptionem in fauorem matrim.c.6 3.n.28.p.331.
Conditio testatoris præcipientis fœminæ, vt alicui nubat sub pœna amissionis hæreditatis aut legati ab eo relicti valet, c. 20.n.5 p.102.
Ampliatur, vt procedat etiã si testator præcipiat vt matrim. contrahat cum cõsanguineo, vel consanguinea intra quartũ gradum, ibidem, n.6.
Ampliatur etiam quando cõsanguinitas est in secundo gradu, ibidem, n.7.
Limitatur, dummodo prædicta cõditio nõ apponatur in legitima, ibidem, n.8.
Conditio apposita per testatorem contrahendi matrim. cũ persona indigna reijcitur à legato, vel hæreditate nisi fœmina cui apponitur prædicta conditio, sit vidua; sed quãuis virgo non teneatur illi nubere tenetur tamẽ ab alijs nuptijs abstinere, c.20.n.9.& 10.p 102.
Conditio ducendi in vxorẽ certam fœminam si ipsa recuset, vel alteri nubat habetur pro impleta, cap.20.num.17.pag. 104.
Conditio mixta cuius implementum pendet ex voluntate alterius ex institutis veluti conditio contrahendi, habetur pro impleta quando impeditur ex facto illius ex cuius etiam voluntate pendet eius implementum, c.20. n.18.p.105.
Conditio maioratus qua cauetur, vt eius successor astringatur cũ certa fœmina matrim. cõtrahere si ea data opera se celauerit, & requisitio sibi nõ fiat, & cõditionis implemẽtũ impediatur, tũc dicitur per eã extitisse, quominus matrim. cõtraheretur poteritq; maiorat° successor cũ qua voluerit cõtrahere obseruato prius quod hic dicitur, c.20.n.18.p.105.
Et an hoc procedat in primogenijs institutis in contractibus inter viuos irreuocabilibus, ibidem, n.19.
Conditio mixta casu deficiens absque alterius culpa, nempe, vt si Maria hæres instituta, vel legataria ea lege, vt Titio antequam in mora sit obierit, vel ipse Titius, an habeatur pro completa, vel non, c.20.num.22.pag.106.
Et quid fauore alimentorum, cap.20. n.25. pag.106.
Conditio mixta quando non impeditur à contrahentibus, sed à quodam tertio, an tunc habeatur pro impleta necne? remissiue, c.20.n.26.p.106.
Conditio abstinendi à matrimonio contracturi adiecta an reijciatur, vel vitiet, ca. 21.n.1.p.109.
Conditiones, quæ iure improbantur, vocãtur impossibiles, c.21.n 3.p.110.
Conditiones impossibiles in contractibus appositæ ipsos vitiant, cap.21. num. 4. pag.110.
Conditio abstinendi à nuptijs adiecta in vltima voluntate reijcitur omnino, & de ratione differentiæ inter contractũ, & vltimam voluntatem, ca.21.n.5.& 6. pag.110.
Improbatur in hoc opinio Metymnæ, cap. 21.n.7.p.110.
Alia opinio Acostæ in hoc etiam improbatur, ibidem, n.8.
Cõditio auertens à liberis procreandis reijcitur, c.21.n.9.p.111.
Conditio legati facti extraneo de centum, si talis virgo non nupserit, &c. non valet, c.21.n. 10.p.111.
Conditio nuptias prohibens adiecta legato relicto patri, tutori, curatori, vel amico, an valeat? c.21.n.12.p.111.
Conditio si mulier cui est relictum legatum, si non nupserit, rogata sit illud restituere an valeat, cap.21. numero 11. pag.111.
Conditio legati relicti Titiæ, & extraneo si ipsa non nupserit an reijciatur pro parte Titiæ, cap.21. numero 13. pagina 111.
Conditio legati auertens à nuptijs spiritualibus an reijciatur, cap.21. numero 14. pag.111.
Conditio in primogenijs, & meliorationibus adiecta quod Monacha, nec sacro Ordini initiati succedant valida est. cap. 21.n.16.p.112.
Conditio adiecta legato qua præcipitur, quod matrim. contrahatur arbitrio, vel consensu tertij an reijciatur, c.21.n.17. pag.112.
Conditio contrahendi matrimonium cum certo genere personarum valet, ca.21. n.19.p.113.
Conditio testatoris hæredi adiecta quod contrahat matrim. cum certa fœmina valet, c.21.n.20.p.113.
Conditio legati adiecta ducendi vxorem cum consilio talis personæ valet, c.21.n. 25.pag.114.
Limitatur in casibus in quibus non solum tenetur quis consiliũ requirere, sed etiã illud sequi, ibidem, n.28.p.115.
Declaratur, n.29.& 30.pag.115.
Conditio per quam matrimonium per aliquod tempus differtur non reijcitur, c. 21.n.26.p.114.
Conditio adiecta legato, si filia mea intra decimum ætatis suæ annum non nupserit valet, c.21.n.27.p.115.
Conditio adiecta legato si Titia non nupserit habebit post mortem suam centum, an valeat, c.21.n.31.p.115.
Conditio non nubendi admittitur in vidua attento iure authenticorum, c.21.n.32. pag.116.
Conditio prohibens nuptias in homine vi duo valida est, c 21.n.34.p.116.
Conditio non contrahendi matrimonium imposita eunuchis valet, ca.21.num.35. pag.116.
Conditio nuptias prohibens valet fauore piæ causæ, c.21.n.36.p.117.
Conditio non contrahendi matrimonium in quodã certo loco, vel oppido valet, c.21.n.39.p.117.
Conditio apposita in primogenijs quod successor teneatur habitare in certo loco sub pœna amissionis valet, cap.23.n. 20.p.123.
Conditio honesta, & possibilis de præsenti vel de præterito adiecta matrimonio illud non vitiat, nec suspendit, si est vera secus si falsa sit, c.81.n.1.p.417.
Conditio possibilis, & honesta de futuro suspẽdit matrim. quousque verificetur, c.81.n.2.pag.417.

Et quomodo sit intelligendum, declaratur ibidem, n. 3. 4. & 5.
Conditionis verificatio apposita in contractu matrimonij, vel sponsalium de futuro, an debeat constare parocho, & testibus, necne? c. 81. n. 6. & 7. p. 418.
Et quit in dubio tenendum sit, an Theologorum, vel Canonistarum sententia, ibidem, n. 8. p. 419.
Conditio inter cõsanguineos, vel affines, si Papa dispensauerit, an eo dispensante remaneat verificata, & celebratum matrimonium, c. 81. n. 12. pag. 420.
Conditiones contra substantiam matrimonij in ipso appositæ vitiant illud, conditiones vero turpes, & impossibiles pro non adiectis habentur, cap. 82. n. 1. pag. 422. & numero 21. & 38. pagina 426. & 428.
Conditiones, & pacta contra tria bona matrimonij tollunt ipsius substantiam, & consensum debitum, cap. 82. num. 3. pa. 422.
Conditio contra substantiam matrim. in ipso adiecta quando ipsum vitiet, vel non c. 82. n. 4 cum seq. pag. 422.
Conditio adiecta matrimonio, nempe si te adulterandam tradideris, est cõtra substantiam matrimonij, ac proinde illud vitiat, c. 82. n. 8. pag. 423.
Conditio adiecta matrimonio, scilicet, si prolem neces, aut mutiles, aut eam mã cam reddas, aut oculos eruas est contraria bono prolis ac proinde vitiat matrim. c. 82. n. 9. pag. 423.
Conditio illa adiecta matrimonio, scilicet, si prolem à nobis semper abijciamus, & alendam exponamus, an vitiet ipsum matrimonium, cap. 82. n. 10. pag. 424.
Conditio apposita matrimonio, nempe cõtraria bonis ipsius si est honesta illud vitiet, vel tantum quando est turpis, c. 82. n. 11. pag. 424.
Conditio adiecta matrimonio, scilicet, cõtraho tecum si prius te voto castitatis sic obstrinxeris, vt nunquam à me petas nec reddas debitum, an vitiet matrim. c. 82. n. 13. pag. 425.
Et quid in pacto, & conditione adiecta de non exigendo debitum, ibidem numero 14.
Conditio, vel pactum adiectum matrimonio, vt liceat ingredi Religionem ante consummatum matrim. illud non vitiat: secus in conditione, quod tenerentur ambo vel alter ingredi Religionem, ante, vel post matrimonij consummationem, cap. 82. numero 15. & 16. pagina 425.
Conditio illa adiecta matrimonio, nempe quod alter coniux minime teneatur debitum reddere, quoties alteri petere nõ licet an vitiet matrim. cap. 82. num. 17. pag. 425.
Conditio apposita in matrimonio ab altero tantum coniugum contra substantiam matrim. an illud vitiet, c. 82. nu. 18. p. 426.
Conditiones adiectæ in sponsalibus de futuro contra substantiam, & naturam ipsorum ea vitiant, cap. 82. num. 20. pag. 426.
Conditio adiecta matrim. nempe si te adulterandam tradas, incitat ad peccãdum, & non reijcitur sed vitiat matrimoniũ, c. 82. n. 25. p. 427.
Conditio turpis adiecta matrim. illud vitiat quoties coniecturis apparet, non aliter contrahentes voluisse contrahere, c. 82. n. 26. p. 427.
Conditio turpis de præsenti, vel de præterito non reijcitur de matrimonio illa verificata, vt in exemplis de quibus hic: secus autem non, cap. 82. numero 27. pag. 427.
Conditio in sponsalibus de futuro adiecta, scilicet contraham tecum si mecum cõcubueris, an sit turpis necne? cap. 82. nu. 28. p. 428.
Et quid in alijs conditionibus, scilicet, si te virginẽ inuenero, vel si in primo coitu mihi placueris, c. 82. n. 29. p. 428.
Conditiones impertinentes vt hic suspendunt matrim. c. 82. n. 31. p. 428.
Conditio impossibilis reputata à contrahentibus possibilis non reijcitur à matrim. vel sponsalibus, cap. 82. num. 42. pag. 431.
Conditio impossibilis ad hoc vt reijciatur matrim. requiritur quod illud cõtrahẽtes cõscij sint iuris hoc disponẽtis, itẽ & sit dubia cõtrahentiũ intẽtio, an animo cõsentiẽdi, vel potius irridẽdi eã cõditionẽ apposuerint: secus si ex alijs cõiecturis

ris constaret conditionem impossibilẽ appositam fuisse ioco absque animo cõtrahendi, c. 82. numero 43. cum seq. pag. 431.
Conditio impossibilis apposita in matrim. siue de præterito, præsenti, vel de futuro reijcitur, c. 82. n. 46. pag 432.
Conditio impossibilis de iure apposita in matrimonio reijcitur sicut impossibilis de facto, c. 82. n 47 pag 432.
Conditio de solo facto impossibilis, an reijciatur de matrim. c. 82. n. 48 p 432.
Conditio adiecta matrimonio, quæ ex sui natura possibilis est, sed ex accidenti impossibilis, vel ex lapsu temporis nõ reijcitur de matrimonio, cap. 82. n. 49 pagina 432.
Conditio adiecta matrimonio, si virgo est, non reijcitur sed valet, c. 82 num. 50. p. 433.
Conditio impossibilis contraria substantię matrimonij an sit reijcienda, c. 82. n. 51. pag 433.
Conditio illa adiecta matrimonio, si non ascẽderis Capitolium, an reijciatur, vel annullet matrimonium, c. 82. n. 52. pag. 433.
Conditio retrahens à nuptijs, an, & quãdo valeat, c. 111. n. 1. pag. 559.
Confessio impedimenti vtriusque sponsi sufficit ad dissoluendo sponsalia de futuro, non tamen confessio illius qui matrimonium recusat, cap. 36. num. 18. pag. 160.
Confessarius, an & quando teneatur admonere pœnitẽtem orta ignorantia invincibili alicuius rei, c. 48. num. 2. cum seq. pag. 160.
Confessores ordinarij possunt excipere cõfessiones extra diœcesim, non tamẽ eorum Vicarij quibus hoc Episcopus delegauerit, c. 62. n 9 pag. 320.
Confessor deputatus pro vagis ille debet eorũ matrimonijs interesse, ca. 65. n. 12. pag. 348.
Confessore semel electo virtute breuis sacræ pœnitentiariæ ad dispensandum in impedimentis matrimonij, an possit electo illo dimisso alterum eligere, c. 125. nu. 17. cum seq. pag. 621.
Confessor electus litteris sacræ pœnitentiariæ in foro conscientiæ ad dispensandum in matrim. approbatus tantum ab ordinario ad audiendas confessiones virorum, non vero mulierũ, an possit præfatas dispensationes expedire, c. 128 n. cum seq. pag 635. & quid in electo Bullæ Cruciatæ, ibidem.
Confessio sacramentalis an sit necessaria ad dispensationem, absolutionem, & cõmutationem voti alicui cõmissam, cap. 128. nu. 18. pag 635.
Cõfiteri an teneatur cõtracturus matrim. ante quam illud contrahat, c. 83. nu. 13. pag. 435.
Coniugatus ad sacros ordines promoueri non potest nisi ab vxore continentiam professente fuerit absolutus, nec tunc est necessaria licentia Episcopi, c. 96. n. 1. & 2 p. 480.
Coniuges non sunt permittendi simul cohabitare quando vir de licentia vxoris professentis continentiam ad sacros ordines est promotus, c. 96. n. 3. pag 481.
Coniuges non sunt inter se affines, sed principium affinitatis, cap. 99. num. 6. pag. 490.
Coniuges iurantes à principio esse potentes si postea dissoluatur matrim. ob impotentiam debent agere pœnitentiam de periurio cõmisso, cap. 115. num. 10. pag. 576.
Coniugi conscio impedimenti, quæ remedia competant, c. 49. n. 3. & 4. pag. 266.
Coniugalis coitus quo tempore considerari debeat, vt proles legitima dicatur, c. 72. n. 6. pag. 370.
Coniugi licentiam concedenti alteri coniugi metu cadenti in constantem virum extortam, integrum est professum repetere, secus quando metus leuis fuit, c. 95. n. 24. pag. 479.
Coniugi dicenti aliquid acquisisse ex contractu oneroso durante priori matrimonio credendum est, cap. 109. num. 65. pag. 554.
Coniux impedimenti conscius an possit reddere debitum dum ab Ecclesia ad id compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet nisi reddat, cap. 49. n. 1. pag. 265.
Coniux conscius impedimenti, illo cessante per dispensationẽ, vel si propria voluntate tolli possit, an teneatur obedire denuo

denuo consentiens, cap. 49. num. 2. pag. 266.
Coniux matrimonio bona fide vtriusque contracto dubitans, tamen postea de ipsius valore, an possit debitum petere, & reddere, & an liceat tunc deponere hoc dubiũ speculatiuum, nec practice dubitare ratione possessionis, c. 49. num. 23. cum seq. pag. 272.
Coniux dato quod suum coniux illicite debitum petat an reddere teneatur, c. 49. n. 30. pag. 273.
Coniux an quãdo conscientia pulsat animum ex credulitate probabili, & discreta, quamuis non euidente, nec manifesta reddere, & postulare debitum possit cap. 49. n. 3. cum seq. pag. 274.
Et an vnus testis impedimenti, vel iuramẽtum alterius coniugis sufficiat, ibidem, num. 32. & 34.
Coniux qui primo dixit esse impedimentũ sui matrimonij si postea se retractet, tenetur alter coniux tunc ei reddere debitum, sed si ei credat non potest petere nec reddere, cap. 49. num. 35. & 36. pag. 274.
Et an teneatur credere, ibidem, n. 37.
Coniux asserens ficte consensisse, quando ei credatur, & quid si protestatio ficti consensus præcesit, & an sufficiat testimonium dicentis adfuisse impedimentum, vt cõiux credat, vel dubiter, & abstineatur, & qualis probatiõ impedimẽti dirimentis sufficiat ad matrimonium dissoluendum, cap. 49 num. 39. cum seq. pag. 275.
Coniux qui dubia fide contraxit matrimonium nullo pacto potest exigere debitũ reddere tamen tenetur, cap. 50. num. 1. pag. 278.
Coniux vterque quando mala fide contraxit matrim. dubitans de impedimento non potest petere nec reddere debitum, c. 50. n. 2. pag. 278.
Coniux dubitans de valore matrim. à se bona fide contracti, quia dubitat de seruitute alterius, an possit teneaturque reddere debitum etiam Ecclesia id præcipiẽte, c. 50. n. 3 pag. 278.
Coniux qui bona fide contraxit matrim. non tamẽ dubitat, sed opinatur matrim. esse nullum, an possit petere, & reddere debitum. c. 50. n. 4. pag. 279.
Coniux vterque intra bimestre à contractu matrim. non tenentur sibi inuicem reddere debitum, sed possunt gaudere illo termino ad deliberandum de Religionis ingressu, cap. 54. nu. 18. pag. 291.
Coniux biennio transacto, vel alio termino à iurisdictione præscripto ad cõsummandum matrim. ipso non consummato, licet negando debitum peccet, poterit nihilominus ad Religionem transire, c. 54 n. 19. pag 291.
Coniux incestuosus vsque ad quartum gradum impeditur petere debitum ab vxore, c. 87. n. 5. pag. 446.
Coniux senex remanens in seculo suspectus de incontinentia an debeat quoque profiteri, c. 95. n. 8 pag. 476.
Coniux manens in seculo ratificans alterius coniugis professionem abs sui licentia factam, non indiget Religionis ingressu, quamuis iuuenis sit, cap. 95. n. 10. pag. 476.
Coniux professus à Religione reuocatus per coniugem tenetur post mortem ipsius ad Religionem redire in casu de quo hic, c 95. n. 14 pag. 477.
Coniux professus reuocatus ab altero coniuge tenetur ei debitum reddere, ca. 95. n. 17 pag. 477. non tamen debet petere, vt in num. 18.
Coniux inualide professus transeundo ad aliud matrim. peccat mortaliter, c. 95. n 21. pag 478.
Coniux absque licentia alterius professus, an teneatur ab ipso reuocatus redire post eius obitum ad Religionem, cap. 95. n. 23 pag. 478.
Coniugi licentiam concedenti alteri coniugi mero cadenti in constantem virum extortam, integrum est professum repetere, secus quando metus leuis fuit, cap. 95. n. 241. pag. 479.
Coniux manens in seculo potest reuocare licentiã à se præstitam dolo graui alteri coniugi ad ingrediendum Religionem, c. 95. n. 25. pag. 479.
Coniux manens in seculo, qui non præstitit licentiam alteri coniugi ingrediendi Religionem, sed tacuit, potest eum reuocare à Religione, cap. 95 num. 26. pag. 479.

Con-

Coniux ad sacros ordines promotus, sola spontanea vxoris licentia, absque alijs à iure requisitis, an possit ab ipsa reuocari, c. 96 n. 4. p. 481.
Coniux scienter, & ex necessitate baptizãs, vel renens tanquam patrinus in baptismo, vel confirmatione filium cõmunẽ, aut alterius coniugis, an priuetur ex hoc iure exigendi debitum, c. 100. num. 6. p. 494.
Coniux superstes tenetur reseruare filijs prioris matrimonij partem dotis datæ filiæ cõmuni ab ambobus coniugibus, iam defunctæ pro parte tangente ex bonis prædefuncti coniugis, cap. 109 n. 3. p. 536.
Coniux secundo nubens priuatur statim ipso iure dominio omnium lucrorũ, quæ à coniuge defuncto perceperat, applicaturque cõmunibus liberis, reseruato sibi solo dum vixerit vsufructu, c. 109. nu. 4. p. 537.
Coniux superstes cum filijs prioris matrimonij, qua ratione teneatur reseruare prædictis filijs ea quæ habuit à priori viro, vel alicuius filio illius matrimonij, c. 109 n. 5 p. 537.
Coniux transiens ad secundas nuptias, an possit præferre aliquem filium prioris matrim. in bonis quæ habuit à coniuge prædefuncto, vel à filio illius matrimonij, c. 109. n. 9 p. 538.
Coniux prædefunctus quando meliorauit filium suum communem, in tertia bonorum parte, & coniugi superstiti reliquit quintum an teneatur hic transiens ad secundas nuptias reseruare illud quintum quoad proprietatem filijs prioris matrimonij, c. 109. n. 12 p. 538.
Coniux superstes transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij quæ ab eo habuit quando secundum matrim non fuit consummatum, vel fuit nullum, cap. 109 num. 28. p. 543.
Coniux transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrim. legatum sibi à prædefuncto relictum titulo legati, institutionis, vel restitutionis, c. 109. n. 29 p. 544.
Coniux transiens ad secũda vota, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona acquisita contemplatione coniugis prædefuncti, n. 109 n. 31. p. 545.
Coniux superstes transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrim. proprietatem bonorũ, quæ habebat in parte hæreditatis fratris præmortui, an potius in eã succedant alij fratres eiusdem matrimonij, c. 109. nu 32. p. 546.
Coniux transiens ad secundas nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrim. bona quæ processerunt ex substantia, aut filio eiusdem matrim prædefuncto, c. 109 n. 33. p. 546.
Etiamsi contemplatione patris vel matris sint acquisita filio, ibidem, numero 34. p. 547.
Coniux trãsiens ad secundas nuptias nõ tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona, quæ peruenerunt ad filium defunctum aliunde, quam ex substantia parentum, sed in eis succedit pleno iure, c. 109. n. 35. p. 547.
Coniux transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrim. illud quod habuit à filio communi eiusdem matrim. titulo oneroso, ca. 109 nu. 40. p. 549.
Coniux transiens ad secundas nuptias acquirit pleno iure bona quę habuit à priori matrimonio nullis stantibus filijs, cap. 109 n. 44 p. 550.
Quod procedit etiamsi coniux prædefunctus filios relinquat ex alio matrim. ca. 109 n. 45. p. 550.
Idem est quando filij fuscepti ex priori matrimonio mortui fuerut, ibidem, nu. 46.
Coniux transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrim. bona quæ habuit ab vno eorum decedente post pupillarem ætatem, ca. 109. n. 67 p. 554.
Coniux transiens ad secundas nuptias, de licentia Principis an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij bona quæ ratione ipsius habuit, c. 109. n. 68. p. 554.
Coniux cui legatum relinquitur sub conditione si caste, & honeste vixerit, tenetur in vtroque foro illud restituere hæredibus defuncti, si castitatem violet etiam occulte, ca. 111. numero 4 pag. 559.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coniux non amittit legatum absolute sibi relictum à coniuge prædefuncto per transitum ad secundas nuptias,ca.111.n.5 p.559.
Coniux quando recessit à viro ante triennium experientiæ cogendus est redire ad cohabirandum sententia excommunicationis,c.121.n.11.p.595.
Coniux potest irritare votum ab altero cõiuge factum absque eius licentia, c.123.n.4 p.601.
Consanguinitatis notitia facilis est in primo,& secundo gradu,non vero in vlterioribus,c.71.n.5.p.364.
Consanguinitatis definitio,c.98.n.1.p.485.
Consanguinei mariti nullam affinitatem contrahunt cum consanguineis vxoris, vt in exẽplis hic positis, c.99.n.8.p.491.
Conscius impedimenti occulti,si nouit cõtrahentes impetrasse dispensationẽ pro foro conscientiæ,an teneatur id denunciare,c.59.n.13.p.309.
Conscius impedimenti ex solo auditu, an teneatur id denunciare,cap.59.num.10. p.309.
Constitutus in periculo vitæ suæ instanti, quod aliter euadere non potest quam occidendo eum,quã occidi iubet Princeps aut potens vir, an excusetur occidendo,c.44.n.36 p.223.
Consensus simultaneus non requiritur in matrimonio contrahendo, sed satis est quod vnus consentiat per prius, & duret in consensu,quando alterius consensus accedit ex postfacto, cap.6.n.5.p.40.
Consensus simul vtriusque contrahentiũ ad valorem matrimonij an sit necessario præstandus absque temporis interuallo, necne,c.45.n.3.p.244.
Consensus mutuus contrahentium est necessarius ad matrim. cap.46. numero 1. p.245.
Consensus matrimonium efficiens non est explicite in copulam, sed in ius & potestatem ad talem copulam implicite autem,& virtute ad talem copulam, c.46. n.4.p.246.
Consensus ad matrimonium non satis est quod sit internus sed oportet quod verbis vel signis exprimatur, & quomodo se habent in hoc signa exteriora, ca.46. n.8.& 9.p 247.
Consensus in valentibus loqui ad matrim. valorem,an requiratur quod verbis exprimatur,vt sufficiant signa,c.60.n.10. cum seq.p.248.
Consensu ficto vel metu cadente in cõstãtem virum extorto vnius ex contrahentibus, satis est, quod si minus legitime cõsensit denuo cõsentiat,absq; eo quod vterq; cõsentiat:nisi alter priorẽ cõsensum reuocauerit, neq; opus est quod de nuo celebretur matri.corã parocho,& testibus si prius corã ipsis fuit celebratũ; de cõsilio autẽ ad maiorẽ securitatẽ, & cautelã, petita fuit licẽtia ab ordinario, & corã testib⁹ iterũ cõtraheretur occulte matrim.nominibus cõtrahẽtiũ nõ expressis prædicto ordinario, & an sit hic opus aliquid declarare contrahentibus prioris matrim.nullitatis,& quid si tẽporis interuallũ in medio interceſſerit,ca. 46.n.14.cum seq.p.250.
Cõsensus in matrim. cũ opinione vtriusq; coniugis credentis quod adsit impedimentũ, quod re vera non sit, an efficiatur matrimoniũ,& quid versa vice,cap. 47.n.1.& 2 p.252.
Consensu deficiente in matrimonio in foro animæ non efficitur matrim. etiam absque præuia protestatione,c.52.n.11. p.284.
Cõsensus cõtrahẽtiũ corã parocho & testibus matrimoniũ sufficit quod intelligatur per interpretes, quãdo cõtrahentes sunt diuersæ idiomatis,c.69.n.5 p.359.
Consensus diuersitas vitiat contractum,vt quando alter pure consensit,alter vero sub conditione,c.82.n.19 p.426.
Consensus filiorum præstitus secundis nuptijs nihil operatur quoad alias pœnas legales,quæ non concernunt filiorũ fauorem,c.59.n.58 p.553.
Consuetudo legitime præscripta valet vt filius non matris,sed patris, aut vtriusq; parentis seruitutem sequatur,ca.93.n.8. p.469.
Consuetudine obtentum est, vt non petatur dispensatio incestus cõmissi cũ consanguinea ad contrahendum matrim. cum alia,quæ non est consanguinea,ca. 87 n.22.p.450.
Consuetudo vim habet inducendi impedimentum dirimens matrimonium,ca. 101.n.1.cum seq p.497.
Consuetudo inducere potest,vt habiles iure Canonico ad contrahendum matrimoniũ habiles sint,c.101.nu.2.cũ seq. p.497.
Consuetudo nullo scandalo adiuncta non habet vim dissoluendi matrim.c.101.n. 3.p.497.
Consuetudo à Summo Põtifice approbata potest inducere impedimẽta matrim. contractũ dirimentia, c.101.n.4.p.498.
Consuetudo ad tempus impediens matrim.& ad tempus separãs valet, vt hic, c.101.n.5 p.498.
Consuetudo,an possit noua impedimenta matrim.inducere,& id dirimentia,cap. 101.n.6.p.498.
Consuetudo est interpretatiua legum,priuilegiorum,& scripturarum quæ ex decẽnij cursu interpretantur,& declarantur etiamsi ad præscribendum requiratur tempus immemoriale,c.109.nu.13. p.533.
Consuetudo quæ in aliquibus diœcesibus inoleuit accipiendi pro dispensationibus matrim. vltra iura licita pro alijs actis,*del arancel*, an sit valida, cap.128. n.3.p.629.
Consuetudo inducens pronitatem peccãdi non valet,c.128.n.4 p.629.
Consuetudo contra interdictũ, vel alias cẽ suras Ecclesiæ habens ne obseruentur, non valet,c.128.n.5.p.630.
Continentia est annexa ordini Sacro, ita vt illum sponte suscipiens teneatur in posterum continere,c.94.n.8.p.470.
Continentia clericorum,non tantum obligat ad continendum à nuptijs,sed etiam à quocumque actu venereo, c.94.nu.9. p.471.
Continentia annexa ordinibus Sacris, an sit de iure diuino, vel cõstitutione Ecclesiæ,c.94.n.10.p.471.
Et an sit ex voto quod Ecclesia annexit ordini sacro, c.94.n.12.p.471.
Continentia annexa ordinibus sacris, an obliget quando sacer ordo fuit irritus ex iusta causa,licẽt voluntarie acceptus, c.94.n.13.p.471.
Et quid quando quis vi præcisa fuit promotus ad ordinẽ sacrũ,c.94.n.14 p.471.
Continentia in ordinato ordine sacro metu,an obliget,cap.94. num.15. cum seq. p.471.
Contractus calore iracundiæ gestus non valet; nisi cum plenum iudicium adest confirmetur,c.7.n.2.p 44.
Cõtractus alij quam matrimonij gesti per nuncium vel per Epistolam, si ante præsentationem mittentem pœniteat,nulla intimatio facta alteri parti, an sint nulli; c.43.n.7.p.191.
Contractus quicumque metu cadenti in constantem virum celebrati, an sint ipso iure nulli,necne,c.76. num.1. cũ seq. p.392.
Contrahens ficte quando teneatur vere consentire: vide verbum ficte.
Contrahentes matrim.constituti in peccato mortali an de nouo peccent mortaliter,& quid de Parocho intereſſente matrimonio,c.41.n.3.p.185.
Contrahentes per procuratorem, optime facient,si postmodum ipsimet iterũ matrimonium ineant ad tollendos scrupulos,c.44.n.101.p.242.
Contrahentes matrim.an scire debeãt primo doctrinam Christianam, c.60.n.8. p.312.
Contrahentes matrim.clandestinum, hoc est,sine parocho, & testibus redduntur inhabiles ad sic contrahendum absque aliqua declaratione, non tamen egent vlla dispensatione si velint iterum contrahere in facie Ecclesiæ,ca.75.n.3.cum seq.p.286.
Contrahentes matrim. clandestinum,arbitrio Episcopi puniri debent,ca.75. nu.8. p.387.
Contrahens vero cõsensu matrim.per metum cadentem in constantem virũ non peccat quamuis id esse nullum sciat,cap. 76.n.28.p.397.
Commissarius Bullæ Cruciatæ, an possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium concurrentibus his de quibus hic,c.121.n.8.p.599.
Cõmissas dispẽsationes matrimoniales Vicario,seu officiali Episcopo simpliciter, an possit Vicarius Episcopi capta possessione Episcopatus, nõtamẽ cõsecrati expedire,c.125.n.14.p.620.
Cõmissarij expresso nomine, vel dignitatis vel vtroq; simul potestas delegata alicui com-

cõmitti potest, & quibus coniecturis id colligatur, & quando morte cõmissarij extinguatur, cap. 125. numero 1. cum seq. p. 616.
Cõmissio seu delegatio facta Vicario, seu officiali Episcopi an eo mortuo, vel revocato transeat ad successorem, c. 125. n. 2. p. 617.
Cõmissiones, & delegationes factæ Vicarijs Capituli sede vacãte, vel habẽtiũ iurisdictionem quasi Episcopalem, an trãseant ad successorem, c. 125. n. 3. p. 617.
Cõmissiones factæ à legato etiam à latere sub nomine dignitatis non transeunt ad successorem, cap. 125. numero 4. pag. 617.
Cõmissio facta Canonico alicuius Ecclesiæ non transit ad successorem præterquam ex mente Pontif. vt hic, cap. 125. n. 5. p. 617.
Cõmissio facta Canonico qui iam resignauerat Canonicatum, an transeat ad successorem, c. 125. n. 6. p. 617.
Cõmissio continens nudum ministerium, seu nudam facti executionem an transeat ad successorem, c. 125. n. 7. p. 618.
Cõmissio facta sub nomine dignitatis conjuncto sanguine, aut stricto amicitiæ vinculo cum delegante, an ad successorem transeat, c. 125. n. 8. p. 618.
Cõmissio facta alicui sub nomine proprio, & dignitatis, an transeat ad successorẽ, c. 125. n. 9. p. 618.
Cõmissio seu delegatio facta officiali diœcesano dispensandi in impedimẽtis matrimonij, vel in alijs rebus, an transeat, eo revocato ad successorem, c. 125. nu. 10. p. 619.
Cõmissio facta officiali, vel Vicario Episcopi non potest expediri per Episcopũ, etiam officiali remoto, cap. 125. nu. 11. p. 619.
Cõmissio facta Vicario, an possit eam expedire postquam desijt esse Vicarius, c. 125. n. 12. p. 619.
Cõmissio facta Vicario, vel officiali Episcopi, non expresso quod sit Vicarius Episcopi, sed talis diœcesis, an expediri possit per Vicarium Capituli sede vacãte, circa dispensationẽ matrimonialem vel alias, cap. 125. n. 13. p. 620.
Commissiones circa dispensationem matrim. in impedimẽtis matrim. in foro externo, & confessori in foro animæ an morte concedentis expirent, & quid si tempore mortis committentis, res iam non erat integra, c. 125. num. 21. & 22. p. 621.
Correctio legis antiquæ non est inducenda in dubio nisi ratio expressa in lege noua apta sit ad corrigendam legem antiquam, c. 43. n. 31. p. 201.
Copula subsequuta post protestationem contra matrim. videtur ab ipsa protestatione recessum, cap. 52. n. 10. p. 284.
Copula quando sufficiat ad ratificandum matrim. nulliter contractum post Sanctum Concilium Tridentinum, cap. 76. n. 31. p. 398.
Copula habita inter consanguineos, vel affines non impedit exactionem debiti à propria vxore vel viro, c. 99. n. 16. p. 493.
Copula inter consanguineos, vel affines habita post obtentam dispensationẽ à Papa, an sit incestuosa, vel non, c. 99. n. 15. p. 493.
Copula habita inter contrahentes matrim. conditionaliter, an operetur implemẽtum conditionis, quasi ab ea videatur recessum per copulam subsequutam, attẽto Iure Cõmuni, & stante Sancto Cõcil. Trid. c. 81. n. 9. p. 419.
Copulæ numerus, an sit exprimendus ad impetrandam dispensationem matrim. super affinitate, c. 124. n. 2. p. 611.
Copulæ habitæ inter contrahere volentes matrim. mentio an sit facienda in dispẽsatione consanguinitatis, vel affinitatis, & quid quando incestus esset occultus, c. 124. n. 12. & 13. p. 614.
Correctio legis antiquæ non est inducenda in dubio, nisi ratio expressa in lege noua apta sit ad corrigendam legem antiquam, c. 43. n. 31. p. 201.
Correctio fraterna præcedere debet antequam impedimentum occultum denũcietur, si probabilis spes sit, quod prodesse rit, c. 59. n. 3. p. 308.
Crimen impediens, & dirimens matrimonium est quando cum adultero interuenit machinatio alterius coniugis, c. 105. n. 5. p. 512.
Ampliatur, vt procedat, etiam in machinatione coniugis infidelis à coniuge fideli, ibidem.
Ampliatur etiam, vt procedat in cooperante consilio, & mandato, cap. 105. num. 5. cum seq. p. 512.
Curæ, hoc est, locum tenentes parochi, an possint dare licentiam alij presbytero assistendi matrimonio remissiue, c. 68. n. 24. p. 356.

D.

DEbitor ita demum tenetur soluere debitum cum à creditore fuerit requisitus, vbi quid in foro conscientiæ, cap. 15. n. 5. p. 73.
Debitor pœnæ conuentionalis dum à se non petitur an possit eam præscribere, & quo tempore, c. 18. n. 21. p. 86.
Decreti Sancti Cõcilij Trid. sess. 24. c. 6. de reform. intellectus, c. 49. n. 18. p. 270.
Deficiente Iure Canonico recurrendum est ad ius Regium, cap. 87. numero 21. p. 450.
Delegatio facta Vicario Episcopi excommunicati, &c. non suspenditur durante ipsa excommunicatione.
Delegati iudicis nullitatem quis cognoscat, c. 63. n. 29. p. 336.
Delegari potest quælibet potestas ordinaria, c. 49. n. 19. p. 270.
Deliberatio quæ requiratur ad validitatem sponsaliorũ, & an facta calore iracũdiæ sufficiat, c. 7. n. 1. cum seq. p. 44.
Deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votum & sponsalia, quæ requiratur, c. 7. & 8. p. 45.
Denunciationibus ad matrim. celebrandũ requisitis illis omissis an validum sit matrim. coram parocho, & testibus celebratum, quando ab ordinario non sunt remissæ, c. 56. n. 2. p. 298.
Denunciationes requisitæ ad matrim. omittere est peccatum mortale, c. 56. n. 4. p. 298.
Denunciationes prædictæ fieri debent in vtriusque cõtrahentium parochijs, quãdo diuersarum parochiarum sunt, c. 56. n. 5. p. 298.
Denunciationes ad matrim. fieri debent vtriusque contrahentium parochijs, vbi diu versati sunt, & principaliorem habent larem, & verisimilius est, quod sciãtur impedimẽta, & an extra Ecclesiam fieri possint in locis competentibus, vt in prædicationibus in quibus magna copia populi conflueret, c. 56. nu. 6. & 7. p. 299.
Denunciare quis non tenetur impedimentum, quod testibus probari non potest, c. 59. n. 1. cum seq. p. 307.
Sed contrarium probatur, ibidem, n. 2.
Denunciare nemo tenetur quod probare non potest, c. 59. n. 2. p. 307.
Denunciationes requisitæ à Sancto Conc. Trid. ad celebrandum matrim. præsumuntur intercessisse excursu decem annorum cohabitationis mariti & vxoris, c. 71. n. 14. p. 367.
Denunciationes ad matrimonium celebrãdum requisitæ à Sacro Concil. Trident. quomodo & quando fieri debent, cap. 56. n. 1. p. 297.
Deserens omnino pristinũ domicilium, si iter agat, aut nauiget animo acquirendi nouum domicilium, dum nõdum acquisiuit incipiens habitare, si matrim. contrahere velit, id posset coram quocunque parocho, vbi quid si alter sit vagus, alter vero incola, ca. 65. num. 13. cũ seq. p. 348.
Dictio, alius, est repetitiua similiũ, & quomodo hoc intelligatur, c. 62. n. 16. p. 321.
Dictio, sed si, aduersatur in iure, & in facto, c. 8. n. 7. p. 48.
Dictionis, sed, natura, c. 19. n. 50. p. 98.
Differentia inter sponsam de futuro, & spõsam de præsenti quæ sit, cap. 1. num. 4. p. 2.
Disparitas nota liberat à ductione matrim. non tamen à restitutione dotis, ca. 10. n. 17. p. 60.
Dispensare qui possunt in denunciationibus ad matrimonium, possunt similiter etiam ex iusta causa breuiare, & prolongare eas, cap. 56. numero 10. pagina 300.
Dispensare, an solus Sũmus Pontifex possit in impedimentis solo Iure Pontificio matrimonium dirimentibus, c. 122. n. 2. p. 597.
Dispensationis Apostolicæ iudex cõmissarius, an possit interrogare cõtrahere volentes matrim. an se carnaliter cognouerint, quando in dispensatione mentio facta non sit copulæ, c. 59. n. 14. p. 309.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dispensatio Papæ in primo,& secundo cõ sanguinitatis gradu fuit valida in casu huius capitis idque probatur, c.63.n.40. p.339.
Dispensare quis possit in iuramentis puris castitatis,vel Religionis, cap. 123.n. 17. p.605.
Dispensationis prioris mentio ad nũbendũ consanguineo an sit faciẽda Papæ,quãdo petitur secunda dispensatio ad aliud matrim.cum consanguineo,c.123.n.19. p.607.
Et quid si fœmina resiliat à prima dispensatione nolens priori consanguineo nubere,c.123.n.20.p.607.
Dispensatio prior ad ducendam consanguineam in vxorem,an euanuisse dicatur pœnitentia sequuta,c.123.nu.21.p. 608.
Dispensatio ad contrahendum matrim. si plura concurrant impedimenta, an valeat aliquibus suppressis si in alijs dispensationibus dispensetur super illis, c.123. n.22.p.608.
Dispensandi facultas in aliquo coniunctionis gradu an extendatur ad eum gradũ, licet duplicatũ,& quid si cõiunctus, gradus esset inferior,& quid in affinitatis & publicæ honestatis gradibus, & quid in linea recta,an sit necessarium exprimere distantiam gradus,cap.124. num.3.cũ seq.p.611.
Dispensationis matrimonialis iudex, hoc est, Cõmissarius, an possit interrogare partes vtrum inter se copula intercesserit quoties in dispensatione adijcitur cõditio,dummodo copula non interuenerit,c.124.n.14.p.614.
In dispensatione cognationis spiritualis,an sit necessario exprimendum quod alter alterum de sacro fonte leuauerit,c.124. n.7.p.612.
Dispensationes, quæ à Legato Apostolico, vel à Sũmo Pontifice Pœnitentiario fiunt non expirant morte Pontificis re integra, c.125.n.23.p.622.
Dispensationis causa vere probata, si postea deficiat an matrim. valide contrahi possit, & quid in dubio late hic agitur, cap. 126. numero 2. cum seq. pag. 624.
Dispensatio in voto castitatis,Religionis, vel non nubendi an sit realis circa plura matrimonia,vel tantum circa primum, c.127.n.127.n.1.& per totũ,c.p.625.
Dispensatio facta in fauorem filij illegitimi pro vno beneficio., an si collatio illius sit irrita,extendatur ad aliud,ca.127. n.2.p.625.
Dispensatio Episcopi ad matrimonium cõtrahendum prodest vbique terrarum, c.127.n.3.p.627.
In dispensatione matrimoniali augmenti dotis clausula alicui commissa, quomodo intelligatur,c.128.n.1.p.628.
Dispensationis expensas,quis solus debeat, quando resilitur à fide data matrimonij contrahendi,c.128.n.23.p.637.
Dissolutionis matrimonij materia est grauissima,& quid oportet in ea circunspicere iudicem,c.120.n.1.p.584.
Dispositio quando dicatur fauorabilis,vel odiosa,c.1.n.10. cum seq.p.4.
Diuortiũ potest peti quoad torum, & mutuam cohabitationem ex causa fornicationis vxoris,vel viri quocumque tempore,c.129.n.6.p.639.
Diuortium an peti possit quoad torum, & mutuam cohabitationem ab vxore,quãdo adulterium fuit cõmissum culpa viri: vide verbum,adulterium.
Diuturnitas peccandi auget peccatum, vide verbum consuetudo.
Dolus & fraus regulariter non præsumitur,& qui aliud dixerit debet id probare,alias non obtinebit, ca.63.n.38.pag. 338.
Dolus & fraus quod probetur indicijs,& cõiecturis atque præsumptionibus quomodo intelligatur,cap.63.num.39.pag. 338.
Domicilium originis non sufficit pro matrimonio ejus qui alibi habet domiciliũ habitationis,c.62.n.29.p.325.
Domicilium iuris fictione, vt originis propriæ,vel paternæ aut beneficij, an sufficiat pro matrimonio contrahendo,cap. 62.n.31.p.325.
Domicilium nquiter acceptum ad celebrãdum matrim. relicta propria patria, videtur fraudulentum,non enim contrahitur domicilium , nisi per decennium aut alio tempore arbitrio iudicis, ca.63. n.2.3.& 10.p.327.
Domicilium in alio loco acquiritur per possessionem immobilium cum cohabitatione,c.63.n.4.p.328.
Domicilium non contrahitur per habitationem mille annorum abeo qui habet animum redeundi ad suam patriã vbi bona sua reliquit,cap.63. numero 5. p. 328.
Domini non possunt prohibere, ne serui matrimonium ineant,c.92. n.2.p.465.
Domini prohibendo coniugia seruorum peccant mortaliter , cap.92. numero 3. p.465.
Dominis quid liceat facere cum seruis contrahentibus matrim. ipsis dominis inuitis,c.92.n.4.p.465.
Dominium transfertur ex contractu metũ celebrato,c.76.n.3.p.393.
Dominus manumittendo matrem ancillã, filij quos habuit ex ea manumissi quoq; censetur,c.91.n.15.p.463.
Domino an liceat seruum coniugatum in longinquas partes vendendum mittere, c.92.n.8.p.466.
Donatio facta absenti Iure communi, & Regio Partitarum,& etiam iure Regio nouiori ante acceptationem potest reuocari,c.6.n.2.& 3.p.39.
Donatio facta piæ causæ, an requirat acceptationem ad eius irreuocabilitatem,c. 6.n.6.p.41.
Donatio facta præsenti, & tacenti non potest reuocari, c.6.n.7.p.41.
Donatio facta infanti absenti per maiorẽ septẽnij non potest reuocari, c.6.n.10. p.42.
Donatio propter nuptias facta à viro vxori valet,c.20.n.3.p.101.
Dos quando à viro præcipitur hæredibus, restituenda vxori debetur statim,etiam infra annum,c.108.n.16.p.531.
Idem est quando vir tempore matrim.promisit dotem restituere statim soluto matrimonio, vt pactum aliquid operetur,ibidem,n.17.
Duo parochi in solidum quoties alicui parochiæ præsunt,potest vterque ex illis, altero inuito,ministrare Sacramenta,& interesse matrimonio alijsque assistendi licentiam dare,etiamsi ipsi interesse habeant diuisas hebdomadas inseruiendi vide verbum parochus.

E.

Ecclesia nunquam præsumit verum matrimonium vbi ex ipsa forma contractus nõ apparet consensus,& quare excludat turpem conditionem.c.82.n.23. p.427.
Et quid in alijs cõtractibus. ibidem.n.24.
Et assignatur ratio differentiæ in hac specie, quare conditio turpis in matrimonio non vitiet ipsum alios vero contractus irritet,ibidem,n.39.p.429.
Electione sponsalitiæ largitati, vel arrarũ semel facta non tenet variare, cap.19. num.51.p.98.
Episcopus an possit dispensare cum coniuge conscio impedimenti occulti sui matrimonij,c.49.n.5.cum seq.p.266.
Episcopus non potest dispensare in lege superioris,fallit in casu vrgentis necessitatis,cap.49. numero 6. cum seq. pag. 267.
Episcopus,an aliquando possit dispensare in impedimento matrimonij dirimente, antequam matrimonium contrahatur,c.49.n.11.p.268.
Episcopus an possit dispensare in prædictis casibus quando facile recurri potest ad nuntium Apostolicum habentem potestatem ad dispensandum, vel ad quemcunque alium habentem potestatem dispensandi,vt est Cõmissarius Cruciatæ,c.49.n.12. p.269.
Episcopus an possit delegare alteri facultatem dispensandi in impedimentis occultis matrim. dirimentibus in casibus in quibus ipse potest dispẽsare, c.49. n.14. cum seq.p.269.
Episcopus potest generaliter delegare casus sibi ratione necessitatis vrgentis cõpetentes antequam contingant,vt in impedimento occulto dirimente matrim. c.49.n.20.& 21.p.271.
Episcopus an possit specialiter delegare casum hæresis attento Conc. Trid. sess.24. c.6.de ref.c.49.n.22.p.271.
Episcopi Vicarius generalis non potest dispensare in impedimento occulto matrim.c.49.n.13.p.269.
Episcopi,& alij habẽtes iurisdictionẽ quasi Episcopalem possunt dispensare in denũciationibus alias requisitis ad matrim.

ante, & post ipsum, cap. 56. numero 9. pag. 300.

Episcopus an possit alicui delegare facultatem dispensandi in denunciationibus requisitis, ad matrim. celebrandum, ca. 56. n. 13. p. 301.

Episcopi licentia alicui clerico concessa, vt assistat matrim. dummodo moneat cõtrahentes ne matrim. consummant antequam monitiones fiant, atis assistat, & non moneat an sit validum matrim. c. 56. n. 14. p. 302.

Episcopus tanquam Ordinarius potest cõferre beneficia extra diœcesim, non tamẽ eius Vicarius, cui hoc Episcopus delegauerit, cap. 62. num. 8. p. 320.

Episcopus non cõsecratus potest exercere omnia Episcopi munera, demptis illis, quæ ab ordine dependent, c. 62. nu. 17. pag. 332.

Episcopus non potest coniũgere matrimonio subditos Abbatum, vel aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, c. 66. n. 8. pag. 350.

Episcopus an possit dispensare contra constitutionem Concilij, c. 75. nu. 23. & 25. p. 390.

Episcopus non potest tollere quãcunque suspensionem ob delictum impositam, c. 75. n. 24. p. 390.

Episcopus potest dispensare cum incestuoso propriæ consanguineæ ad contrahendum matrim. cum alia nõ cõsanguinea, c. 87. n. 23. p. 450.

Episcopus, an ex aliqua causa possit dispensare in impedimentis matrim. dirimentibus, c. 122. n. 4. p. 598.

Episcopus an possit dispensare, si dubium sit an adsit impedimentum, c. 122. nu. 5. p. 598.

Episcopus an possit dispensare in casu Cõcilij Tridentini ses. 24. ca. 5. de reformat. matrimonij, c. 122. n. 6. p. 599.

Episcopus an possit dispensare in casu magnæ necessitatis, cap. 122. numero 7. p. 599.

Episcopus in votis absolutis Religionis, vel castitatis dispensare non potest, nisi in casu quo alter coniux sine licentia alterius coniugis emisit dicta vota, cap. 123. n. 3. & 4. p. 601.

Sed hęc reseruatio Episcopis facta est odio sa, ibidem, n. 5. p. 602.

Episcopus potest dispensare in voto castitatis temporalis ad annum, ca. 123. nu. 6. p. 602.

Episcopus potest dispensare in voto coniugis, non petendi debitum, facto fine alterius coniugis licentia, cap. 123. num. 7. p. 602.

Episcopus non potest dispensare in voto virginitatis seruandæ, nisi vouens expresse voluerit se non obligare ad castitatem seruandam, sed tantum ad corporis integritatem seruandam consistentẽ in abstinentia à primo luxuriæ actu, cap. 123. n. 8. p. 602.

Episcopus an possit dispensare in voto non contrahendi matrim. cap. 123. num. 9. p. 602.

Episcopus potest dispensare in voto assumendi ordinem sacrum, cap. 123. n. 10. p. 603.

Episcopus an possit dispensare aliquo casu ex magna causa de qua hic in voto castitatis absoluto, & quomodo procedat dicta doctrina, cap. 123. num. 11. & 12. p. 603.

Episcopus an possit dispensare in votis pœnalibus ante vel post cõmissam pœnã, in quibus si alias essent absoluta hoc non posset, c. 123. n. 13. p. 604.

Episcopus an possit dispensare ad petendũ debitũ cum cõiuge cui debiti petitio est interdicta ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge, cap. 123. num. 15. p. 604.

Episcopus an dispensare possit cum cõiuge ad petendum debitum qui suo coniuge cognationem spiritualem contraxit, c. 123. n. 16. p. 605.

Episcopus an possit dispensare ad petendũ debitum cum coniuge qui voto castitatis simplici astrictus matrim. contraxit, c. 123. n. 14. p. 604.

Episcopus, an possit dispensare in casibus sibi permissis quando fuit prius additus Papæ pro dispensatione in eisdẽ, c. 123. n. 18. cum seq. p. 606.

Episcopus, an possit Vicarium generalem constituere, vt de sola delegatione cognoscat, c. 125. n. 19. p. 621.

Error personæ dirimit iure naturæ matrimonium, non tamen sunt irrita cætera sacramenta ex errore personæ, c. 89. nu. 1. p. 482.

Error personæ an irritet sacramenta, c. 89. n. 2. p. 452.

Error qualitatis, aut doli antecedẽtis an vitiet matrimonium, c. 89. numero 3. pag. 453.

Error qualitatis quando redundet in errorem personæ, ita vt tunc vere circa personam erretur, ac proinde matrim. sit nullum, c. 89. n. 7. p. 454.

Error conditionis seruilis cum eius ignorãtia reddit matrimonium nullum, ca. 90. n. 1. p. 455.

Error conditionis personæ inter infideles non vitiat matrimonium, nisi aliqua speciali eorum lege irritetur, cap. 90. nu. 2. p. 456.

Error seruitutis ignoratæ, non perpetuæ, sed ad tempus an dirimat matrim. c. 90. n. 3. p. 456.

Error conditionis seruitutis tunc nocet matrim. contrahendo quãdo tempore eius contractus erat nota in eo loco, cap. 90. n. 17. p. 458.

Error seruitutis non veræ, sed adscriptitiæ, vel originariæ nõ dirimit matrimoniũ, c. 90. n. 20. p. 458.

Error seruitutis vnius ex contrahentibus ignoratæ quando impediat, & dirimat matrim. & quando non, cap. 90. num. 27. p. 459.

Eunuchus vno testiculo carens valide contrahit matrimonium, cap. 112. num. 11. p. 563.

Excõmunicationem nõ incurrãt contrahẽtes matrimonium clandestinum, c. 75. n. 10. p. 387.

Excommunicatus maiori excommunicatione potest valide matrim. cõtrahere, c. 83. n. 4. p. 434.

Excommunicatus ante absolutionem contrahens matrimonium peccat mortaliter, c. 83. n. 5. p. 434.

Excommunicatus minori peccat mortaliter contrahens matrim. ante absolutionem, c. 83. n. 6. p. 434.

Excommunicati ambo contrahentes matrimonium an peccent, cap. 83. num. 9. p. 435.

Excõmunicatus maiori, an possit sponsalia de futuro cum iuramento contrahere absque culpa lethali, c. 83. num. 10. p. 435.

Excommunicatione maiori ligati benedictiones nuptiales conferri non possunt, c. 83. n. 11. p. 435.

Excommunicatus maiori vel minori tenetur præmittere absolutionem antequã contrahat matrim. cap. 83. numero 12. pag. 435.

Excommunicatus accipiens Doctoratus gradum validus est, siue in Iure Canonico, siue in Sacra Theologia, c. 83. nu. 5. p. 485.

Excusio non est necessaria quando quis se obligat vti principalis, *y hazięndo de deuda y caso ageno suyo proprio*, c. 19. nu. 26. p. 91.

Exẽpla non arctant regulam, nec alterant substantiam, c. 44. n. 58. p. 231.

Expensas dispensationis quis debeat, quando resilitur à fide data matrim. contrahendi: vide verbum dispensatio.

Extraneus an possit arras promittere de sponsi bonis, cap. 19. numero 25. pagina 91.

Exhæredationis pœna filij, vel filiæ contrahenti matrimonium clandestinum, an hodie per Concilium Triden. sublata sit, & quando matrim. clandestinum sit nullum, & quando validum? ca. 55. nu. 2. cum seq. p. 294.

F.

FAlsitas causæ finalis annullat donationem, c. 19. n. 4. p. 88.

Fama sola impedimenti, an sufficiat ad impediendum matrim. & quæ requirantur ad hoc, cap. 36. numero 13. cum seq. p. 159.

Et quid si de cõtraria fama adessent clariores probationes, ibidem, num. 15.

Fama de morte coniugis absentis an sufficiat, ad hoc, vt superstes aliud matrim. inire valeat, c. 51. num. 3. p. 281.

Fama prædicta adiuuata alijs adminiculis sufficit ad id eo tamen modo vt hic declaratur, c. 51. n. 4. p. 281.

Familiares Episcopi, vel Principis admittũtur in testes pro dominis suis si sint personæ valde honestæ, cap. 44. num. 23. p. 217.

Fauori Reipublicæ conuenit, vt filij matrim. non contrahant absq; cõsensu maiorum, c.21.n.21 p.113.
Ficte contrahens quoties tenetur vere consentire, an sit absoluendus quousq; ue vere consentiat, vel contrahat, necne? ca.9. n.11.p.55.
Ficte matrim. contrahens, si fœminam defloravit, ad quid teneatur si promissionẽ suam adimplere non possit, quia sacris initiatus est, vel alteri matrimonio copulatus, c.10.n.12.p.59.
Ficte promittens se desponsaturum fœminam, & sub ea spe ipsam deflorans quãdo ipse vir est notabiliter dignioris conditionis, vel alia inditia præbuit ficti cõsensus, ex quibus fœmina facile possit præsumere dolum, an teneatur ei aliquid restituere, supposito, quod eam ducere minime tenetur, c.10.n.15. cũ seq. p.59.& 60.
Ficte promittens corruptæ paris conditionis matri.n. conscius corruptionis ad quid teneatur, cap.10. numero 19. pag. 61.
Fictus promissor in casu quo teneatur virginem à se corruptam ducere, & aliam iniuste duxerit, viduus factus tenetur ad prius matrim. cap. 10. numero 13. pag. 59.
Fictus promissor quando immunis est ab obligatione ducendi vxorem ex causa notabilis inæqualitatis, &c. an si interrogatur à iudice, si promiserit poterit id negare, c.10.n.20.p 62.
Fideiiussor, *obligans se*, vt principalis, *bazendo de deuda agena suya propria*, potest conuenire directe absque eo quod præcedat excussio in bonis debitoris, ca.19. n.26 p 91.
Fideiiussores pro securitate matrim. contrahẽdi, interuenire nullo iure prohibetur, c.22.n.1.p.118.
Fidem qui dat alteri acceptanti de contrahendo matrimonium obligatur ad id contrahendum non ex vi sponsalium cum nulla sint, sed ex vi simplicis promissionis acceptatæ, c.5.n.3 p.33.
Limita si alter post acceptationem diu distulerit repromissionem, & matrim. perficere, c.5.numero 4 p.33.
Filia contrahens matrim. clandestinum, an post Concil. Triden. possit exhæredari à patre, cap 75.nu.26 p 390.
Filij nati ex fornicatione cum sponsa alterius de futuro, an sint adulterini, vel dicantur filij naturales, vel spurij, ca. 1.nu. 21.cum seq.p.10.
Filij nati post votum simplex castitatis, an sint naturales, c.1.n.24.p.12.
Filij geniti ex matrim. vere nullo quando adfuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum sunt legitimi, quod non solum procedit in primogenio simplici, verum etiam in eo quod ea lege relictum est, vt non nisi filio legitimo deferatur, c.71.n.2.& 3. p.363.
Filij nati ex matrim. putatiuo nullo, iam ab hinc 30. annis elapsis celebrato, & non alias sunt legitimi, cap.71. numero 15. p.367.
Filij nati in causa capitis, quod nobis, qui filijs sint leg. sunt legitimi, & quid in natis ante Ecclesiæ approbationem, ca.72. n.1.cum seq p.368.
Filij nati seu concepti pendente lite ante sententiã, vel post eam, an sint legitimi necne, remissiue, cap.72. numero 8. pa. 370.
Filij nati ex matrim. celebrato coram parocho, & testibus absque denunciationibus, an sint legitimi, c.73.nu.2.cum seq. p.371.
Filij incestuosi susceptι sub tractatu matrimonij contrahendi cum dispensatione Papæ obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide vtriusque parentis, an legitimentur quoad temporalia, & successionem maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequens matrim. postea de nouo celebratum cum dispensatione Papæ cum clausula de qua hic, c.74.n.1. cum seq.374.
Filij incestuosi præcipue data mala fide vtriusque parentis non legitimãtur per subsequens matrim. ex dispensatione Pontificis celebratum, nec admittuntur ad successionem maioratus, ad quã vocantur legitimi, & naturales de legitimo matrimonio nati, c.74.numero 31. p.383.
Filij, an teneantur inire matrim. quod ipsorum nomine spoponderant parentes, & an peccent filij inuitis parentibus matrim. contrahentes, c.79.n.13.p.412.& n.15.p.413.
Filij quoad libertatem sequuntur conditionem matris etiam si nascantur ex ancilla propria patris, cap.93.num.5. & 6.pag. 468.
Filij naturales legitimati per subsequẽs matrim. celebratum in articulo mortis, an excludant substitutum, cap.118. num.3. p.581.
Filiæ inuitis parentibus nubẽtes an possint ab eis exhæredari, & dotem denegari, cap.80.n.1.& 2.p.414.
Filiæ Lot excusantur à culpa dum cum patre concubuere existimantes nullum virum superesse, qui generationi deseruire posset, cap. 98. numero 15. pag. 448.
Filiorum triplex modus de quorum legitimitate dubitari contingit, c.71.n.1.cum seq p.363.
Filius natus ex coniugato, & soluta omnino ignorante virum illum esse coniugatum sequuto inter eos matrim. validò, fit & est legitimus, cap.72.numero 3.p. 369.
Filius natus ante contractum matrim. in facie Ecclesiæ stante bona fide, & impedimenti ignorantia vnius coniugis legitimus efficitur per subsequens matrimonium validum, cap.72. numero 4. pag. 369.
Filius ad hoc vt dicatur naturalis, stante impedimento quod tempus considerandũ sit, c.72.n.7.p.370.
Filius ex coitu damnato, & nefario natus si rescripto Principis legitimetur, an absolute, & per omnia legitimus efficiatur, c. 74.n.12.p.377.
Filius legitimatus per subsequẽs matrimonium an succedat in maioratu in quo vocati sunt specifice filij nati ex legitimo matrim. & non alias, c.73. n.14.p.377.
Filius legitimatus ex Principis rescripto in amplissima forma an excludat alios consanguineos vocatos ad successionẽ quorumcunque bonorum, cap.74.num.15. p.378.
Filius legitimatus substitutum excludit, ca. 74.n.16.p.378.
Filius legitimatus non comprehẽditur sub vocatione filiorum legitimorum, ca.74. n.27.& 28.p.382.
Filius tenetur sub culpa mortali obedire parenti præcipienti rale matrim. contrahere in casibus de quibus hic, c.79.n.16.cũ seq.p.413.
Filius existente iusta causa non peccat contrahendo matrim. inuitis parentibus, vt hic: secus cessante iusta causa, c.79 n.19. p 413.
Filius quoad honores, & nobilitatem sequitur conditionem patris, c.93. num.1. p.467.
Filius naturalis, an & quando gaudeat vel non nobilitate patris, cap.93. numero 2. p.467.
Et quid quoad exemptionem tributorum, c.93.n.3.p.468.
Filius naturalis habitus ex ancilla, & viro nobili, an paternam nobilitatem consequatur, c.93.n.4.p.468.
Finis contrahentium matrim. qualis esse debeat vt culpa immunes sint, cap.46.n. 7.p.247.
Fœmina potest constitui procuratrix ad contrahendum matrim. pro alia persona simul cum viro, vel duo viri, vel duæ fœminæ, c.43.n.17.p.196.
Fœmina corrupta vrens medijs licitis vt virginitatis defectum tegat, an peccet? necnon, & parentes, & alij intercessores conscij eiusdem defectus, & copulãtes eam matrimonio tanquam virginẽ? c.19.n.12.p.89.
Fœmina rapiens virum, an incurrat pœnas l. vnicæ. C. de raptu virg. cap. 88.nu.6. p.451.
Fœmina transiens ad secundas nuptias intra, vel post annum mortis viri tenetur reseruare filijs prioris matrim. quæ habuit ab illo matrimonio, c. 109. num.7. p.537.
Fœmina minor transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrim. bona quæ habuit ratione illius, c.109.n.66.pag.554.
Fœmina apta copulæ non tamen potente parere, an valide contrahat matrim. ca. 112.n.17.p.565.
Fœmina à viro separata ob impotentiam, & ei restituta ob deceptionem circa impotentiam deprehensam an sit illi restituenda,

tuēda, si ab eo adhuc nequeat cognosci, c.115.n.11.p.576.
Fœmina impotens ignora suæ impotentiæ si proclamauerit aduersus matrimonium audienda est, cap.121.numero 14. p.596.
Forma data esse videtur quando lex Regia statuit quibus in locis, & iurisdictionibus, & coram quibus iudicibus insinuatio fiat, & cum certis modificationibus, c.47.n.7.p.257.
Forma statuti non obseruata actus est nullus, c.47.n.8.p.257.
Forma inducitur ex decreto irritante, & etiam quando statutum aliquid exprimit iuxta actum conficiendum aliter quam Iure communi sit dispositum, ca. 61.n.5.& 6 p.316.
Forma tradita à lege vel statuto est omnino obseruanda alias actus est nullus, ca. 61.n.7.p.316.
Fornicatio vnius coniugis sufficit ad diuortium petendum quoad torum, & mutuam cohabitationem, cap.129. num.7. p.639.
Frater quilibet constituit suam lineam, ca. 98.n.8.p.486.
Frater an possit contrahere sponsalia pro eius sorore, c.13.n.4 p.67.
Frater deponens pro fratre in causa matrimoniali non facit fidem nisi pro valore matrimonij. cap. 44. numero 15. pag. 215.
Fraudulenta cohabitatio in præiudicium parochi proprij vel alterius habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouū parochum non sufficit, cap.63. num.11. p.329.
Fraus & dolus coniecturis, & indicijs probatur, c.63.n.12.p.330.
Fraus ex breuitate temporis præsumitur, & quomodo intelligatur, cap.63.nu.36. p.338.
Fructus pendentes tempore mortis parentis illorum bonorum quæ parens superstes secundo nubens tenetur reseruare filijs prioris matrim. ad quem pertineāt, c.109.n.48.pag 550.
Fructus empti gabellæ à communi pro certo aliquo tempore non censentur esse in fructu sed in proprietate annexi, cap. 130.n.8.cum seq p.649.
Furiosus habens dilucida interualla in dubio præsumitur actum fecisse tempore sanæ mentis, vt actus potius valeat quā pereat, c.8.n.14.p.50.
Si cum furioso mulier contrahat matrim. & postea cum ipse reuersus est ad sanā mentem denuo contrahat matrim. cum eo, tenebit hoc matrim. ex nunc: & an tunc sufficiat tacitus consensus, copula vel cohabitatio ad reualidandū matrim. c.8.n.8.& 9 p.48.& 49.
De furioso, & mentecapto dicta negatiue quomodo intelligenda sunt, ca.8.n.13. p.49.

G.

GEsta per Vicarium generalem Episcopi ab eo reuocatum, an & quando sint valida, & quando non? ca.68.n.22.p. 356.
Gesta per Vicarium generalem Episcopi excommunicati vel suspensi, vel notorij clerici percussor quando sint valida? c. 68.n.19. p.355.
Glossæ authoritas præualet inter opiniones, & qui ei adhæreuit nunquam errauit, c.44.n.59 p.321.
Gradum Doctoratus accipiens excommunicatus validus est siue sit in Iure Canonico, siue in Sacra Theologia, c.83.n.15. p.435.
Gradus omnes contenti Leuitici, ca.18.an obligent in lege noua circa matrim. dirimendum, cap. 98. numero 19. pagina 489.
Gradus propinquioris mentio an sit faciēda ad impetrandam dispensationem matrim. quoties matrimonium contracturi distant in æquali gradu, ca. 124. n.11. p.613.
Graduum computatio quomodo fiat Iure Ciuili, Canonico, & Regio, cap. 98. nu. 10. cum seq. p.486. vbi refertur littera legis 3.tit.6.partita 3.
Grauatus aliquam ducere in vxorē primo renuncians, deinde pœnitentia ductus eam ducere velit an sit audiendus si legatum, vel maioratum petat, c.20.n.13. p.103.
Et quid erit è conuerso, ibidem, n.14.pag. 104.
Gra-

Gratus Seiam accipere in vxorem si cū alia contrahat matrim. eaque postea defuncta, Seiam accipere velit, an hoc sufficiat, vt conditioni parere videatur, vt consequatur maioratum vel vinculum sub prædicta conditione relictum, cap. 20.numero 15.pag.104. & numero 16. declaratur, ibidem.

H.

HAbentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt assistere matrimonio, & alij sacerdoti licentiam ad id concedere, c.66.n.7.p.350.
Habitatio fraudulenta in præiudicium parochi proprij vel alterius habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouū parochum non sufficit, cap.63.num.11. p.329.
Habitator nouus animum suum declarans dicens se velle id habere domicilium, vel perpetuo manere sortitur domicilium, c.63.n.14.p.330.
Hæredes viri tenentur restituere bona dotalia vxori immobilia statim, mobilia autem & semouentia atque incorporalia infra ann. soluti matrim. tenentur tamē eam alere interim si inops sit, c.108.numero 13.pag.531. dum tamen non nubat intra annum luctus, vt in numero 14. ibidem.
Hæredes mariti quando sunt in mora restituendi bona dotalia viduæ eius vxori, tenentur tantum ea restituere quod interest ratione lucri cessantis aut damni emergentis, cap.108. numero 15. pag. 531.
Hæredes viri an hodie teneantur alimenta præstare viduæ vxori, eo tempore quo ei dos non restituitur durante anno si inops sit, c.108.n.18.p.531.
Hæredes mariti, an hodie teneantur restituere vxori valorem bonorum ipsius consumptorum durante matrim. quæ illi fuerunt tradita inæstimata, ca.109.n. 18.p.541.
Et quid quando superfuerunt bona lucrata constante illo matrimonio, solutis patrimonijs vtriusque, & debitis illius matrim. & quid in dubio nō stantibus bonis superlucratis, c.109.n.19. & 20.p.541.
Hermaphroditus an & quādo possit contrahere matrim. & quando peccet, c.119. n.1.cum seq.p.583.
Hypotheca bonorum in alijs contractibus quam promissis arrarum intelligitur de bonis præsentibus, & futuris etiamsi id non exprimatur, & de ratione differentiæ inter vtrunque casum, cap.19.n.29. p.99.

I.

IGnorantia triplex est, affectata & supina & sic vincibilis, & culpabilis, item & inuincibilis quæ excusat, cap.48.num.5. p.262.
Ignorantia non excusat non adhibentem debitam diligentiam inquirendo quod tenebatur inquirere, cap.71.numero 9. p.365.
Ignorantia crassa parochi decreti Concilij circa assistentiam matrim. clandestini, an excuset à pœna suspensionis, c.75.n. 16.p.388.
Ignorantia probatur iuramento eam allegantis, c.90.n.16.p.458.
Ignorantiam allegans pro fundamēto suæ intentionis eam probare debet, ca.90.n. 13.p.458.
Ignorantia iuris in foro conscientiæ excusat, c.109.n.56.p.552.
Ignorantiæ seruitutis vnius contrahentis matrimonium cui incumbat onus probandi, cap.90. numero 12. cum seqq.p. 458.
Impuberes sponsalia contrahentes quando ab eis resilire possunt, ca.29.n.1.cum seq p.138.& 139.
Impubes adepta pubertate tacendo, hoc est, non reclamando videtur ratificare sponsalia à se contracta ante pubertatē, c.29.n.6.p.139.
Impubes quando possit resilire ab sponsalibus pro eo à parente contractis, ca.29. n.10.p.140.
Impubes sicut ab sponsalibus veris resilire non potest ante pubertatem, ita nec à præsumptis, quæ resultant à matrimonio de præsenti ab impuberibus contracto, c.29.n.11.p.140.
Impubes cum iuramento sponsalia contrahens non potest ab eis resilire, sed ille con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contractus in vim sponsalium perfectus est,c.29.n.12.p.140.
Impedimentum matrim.ne illud contrahatur,quibus modis probetur,c.36.n.1.cũ seq.p.156.
Impedimetum matrimonij probatur duobus testibus,imo & vno teste,concurrẽtibus his,de quibus n. 3. etiam si is testis non fuerit citatus sed per partem oblatus,vt in n.5.c.36.p.157.
Ampliatur multis modis, numero 6. cum seq.
Et quid si sponsalia fuerint iurata, ibidem, num.7.
Et quæ requirantur ad hoc vt vnus testis de impedimento sufficiat,ibidem, nu.8. cum seq.
Limitatur n. 10.& 12.& 17. in casu de quo ioi.
Impedientes matrim. directe vel indirecte anathematis pœnam incurrunt ipso facto,&an sit excommunicatio latę sententiæ,cap.79. numero 8. cum seq. pag. 412.
Impedimenta matrimonij quædam sunt quæ impediunt non tamen dirimunt iã contractum,quædam vero quæ impediunt & dirimunt, c.83. numero 1. pag. 434.
Impedimentum incestus, an oriatur cum consanguineis sponsi vel sponsæ de futuro,contra publicæ honestatis impedimentum, cap.87. num. 7. cum seq.pag. 447.
Impedimentum publicæ honestatis iustitiæ hodie iuxta Sanct. Conc. Trid. non extenditur vltra primum gradum,c.87. n.8.p.448.
Impedimentum incestus non oritur cum cognata legali vel spirituali,c.87.nu.10. p.448.
Impedimentum incestus pluribus in casibus non obstat matrimonio contrahendo: primus est quando ignorantes fuit commissus incestus,cap.87. numero 11. p.448.
Secundus est quando fœmina à consanguineo mariti violenter cognita sit, ibidẽ. n.12.
Et an tunc mariti consanguineus incurrat impedimentum ad contrahendum matrim.vt in n.13.p.448.
Et quid si vxor in prædicta specie non omnino inuita,sed timore compulsa cõsensit incestui,ibidem, numero 14. pagina 449.
Tertius casus est,quando semen viri non cecidit intra vas mulieris sed extra,vt in n.15.ibidem.
Quartus casus est quando incestus commissus fuit mortuo iam altero coniuge, ibidem,n.16.
Et de intellectu cap. transmissæ de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ quod videbatur contrarium,ibidem,numero 17.
Et an impedimentum incestus occulti obsit matrimonio contrahendo , ibidem, num.18.
Et an sententia requiratur super incestu,vt impedimentum præstet matrim. contrahendo,ibidem,n.19.
Impedimentum perpetuum ad dirimendũ matrim.quando dicatur tam ex parte viri quam fœminæ,cap. 112. numero 21. p.565.
Impedimentũ,cui absque miraculo subueniri non potest, dirimit matrim. contractum,& quid quando per opus humanũ auferri non potest absque peccato, cap. 112 n.22.& 23.p.566.
Impedimentum impotentiæ si iudicio medicorum medicabile sit absque corporali periculo , quamuis fœmina renuat incisionem,&c. an dirimat matrim , & quomodo hoc intelligatur. cap.112. numero 27.cum sequentibus, pag. 567.& 568.
Impedimenta quoties plura sunt, omnia sunt narranda ad impetrandam dispensationem matrim.& præterea opus est exprimere quoto gradu consanguinitatis,affinitatis,vel publicæ honestatis ex matrim. rato coniuncti sunt contrahere volentes , cap. 124. numero 1. pagina 610.
Impedimentum dirimens,an debeat detegi alteri coniugi & quomodo,ad hoc vt matrim. iterum valide contrahi possit, c.128.n.22.p.636.
Super quibus impedimentis possit Papa,Legatus,Episcopus,vel Cõmissarius Cruciatæ dispensare , vide in eisdem nominibus.
Impo-
Impotentia coeundi perpetua reddit irritum subsequens matrim. non solum iure Canonico sed etiam iure naturali , c. 112.n.1.& 2.p.562.
Impotentia coeundi quæ non est vera,sed solum maxima difficultas non dirimit matrim. vt in exemplo hic posito, cap. 112.n.5.p.563.
Impotentia naturalis viri an detur respectu vnius fœminæ tantum , cap.112.nu. 19.p 565.
Impotentia perpetua ad copulam ex malefitio consurgens dirimit matrim. subsequens cum persona illa ad quam est impotentia,c.113.n.1 p.570.
Impotẽtia perpetua cognita cõtrahẽtibus matrimoniu vel illi qui potens est,an dirimat matrim. vel saltim possit illud cõtrahere,vt tanquam fratres habitent & an ad id teneantur,cap.114. per totum, p.571.
Impotentia perpetua superueniens matrimonio non consummato, an id dirimat, & quid in dubio quando non constat an præcellerit,vel non,c.116.n.1.& 2.pag. 579.
Impotentia propria non plene cognita,an liceat eidem adaliud matrim. transire donec re diligenter inuestigata dubium deponat, cap. 116.numero tertio, pag. 580.
Impotentia puberis,an impediat seu dirimat matrim. cap.117.num.per totum,p. 580.
Impotentiam coeundi an sufficiat allegare ingẽere,vel requiratur etiam quod allegetur species eius, cap. 120.nu. 16. p.589.
Impotentiæ naturalis conscius, an peccet contrahẽdo matrim. c.112. n.4. pagina 562.
Incestuosus coniux vsque ad quartum gradum impeditur petere debitum ab vxore.c.87.n.5 p.446.
Incestuosus non impeditur petere debitũ ab vxore nisi quando incestus committitur ex illicita copula vsque ad quartũ gradum attento Sanct. Con.Trid.c.87. n.6 p.447.
Incestuosus non impeditur petere debitũ ab vxore nisi quando incestus committitur ex illicita copula vsque ad secundum gradum attento Sancto Concilio Trid.ibidem.
Incestus cum affine nullo subsistente matrimonio præstat impedimentum perpetuum matrimonio cõtrahendo , cap. 87.n.9.p.448.
Incestus commissus à viro cum consanguineis vxoris impedit matrim. contrahendum,non tamen dirimit iam contractũ, & eius ratio,c.87. num.1. cum seq pag. 446.
Idem est in incestu commisso ab vxore cũ consanguineis viri,ca.87.num.3.& 4 p. 446.
Incestus commissus cum propria consanguinea,an impediat matrim. contrahẽdum cum non consanguinea, sicut commissus cum affinibus,ca.87.numero 20. p.449.
In dubio pronunciandum est pro matrimonio,c.44.n.6 p.212.
In dubijs est amplectendũ quod tutius est, in quo nullum peccati periculum versatur,& quomodo hoc intelligatur, c.49. n 27 p.272.
In dubio pronũciandum est pro matrim.& quod in eius fauorem standum sit opinioni vnius Doctoris grauis vel minoris partis,cap.63.numero 30. cum seqq. p 325.
In his quæ secreto fiunt admittuntur probationes per coniecturas,c.44.num.59. p.231.
Irregularis an sit contrahens matrim.scienter cum seruo vel ancilla propria, c.90. n.25.& 26.p.459.
Irregularis est qui vera vxore nondum cognita eaque superstite ad aliud matrim. de facto trãsit illud cõsummans, c. 107. n.8 p.523.
Irregularis non est contrahens matrim.cũ vidua à priori viro cognita, c.107.nu.3. p.522.Nec etiamsi fuerit cognita à priori viro vel corrupta si ipse eam non cognouit, ibidem,n.4.
Irregularis an sit qui secundum matrim.de facto contraxit conscius de illius impedimento, & quid de ignorante impedimento,sed bona fide contrahente secundas nuptias,cap.107.numero 9.pag. 523.
Irregularis est contrahens matrim. irritum
cum

cum vidua carnaliter cognita siue consciusſit impedimenti, siue non consummando prædictum matrim.cap.107.nu. 10.p.523.
Irregularis an efficiatur accipiens vxorem fœminam à se solum defloratã, ca.107. n.11.p.524.
Irregularis an sit ducens vxorem iam corruptam, quam putabat esse virginem, capit. 107. numero 14. & 15. pagina 525.
Irregularis, & bigamus an sit qui cognouit vxorem aduteram vi præcisa cognitam, c.107. n.16. pag.526.
Irregularis an sit qui cognouit ex præcepto Ecclesiæ vxorem aduteram compulsus, vel litependẽte, vel quia nequit adulterium probare, cap.107. numero 17.p. 526.
Irregularitas similitudinaria committitur à subdiacono, qui de facto matrim. contraxit cum vidua,& eam cognouit carnaliter,c.107.n.18 p.526.
Irregularitatẽ, an incurrat monachus professus matrim.de facto cõtrahẽs,c.107. n.21.p.527.
Irregularis an sit clericus in sacris constitutus virginem ducens in vxorem,c.107. n.19.p.526.
Irregularis an sit qui post simplex votum castitatis transit ad nuptias, vel quidu-xit vxorem eodem voto adstrictam,ca, 107.n.22.p.527.
Irregularitas bigamiæ, an extinguatur baptismum, vel Religionis professionem, aut dispensationem , cap.107. num.23. p.527.
Iudex interrogans alicui,num mutuo acceperit numos,quos re vera iam non debet,poterit is negare cum iuramento se non recepisse, negando interrogationẽ prout in ipsa continetur, cap.10.nu.21. p.62.
Iudex competens ad dissoluenda sponsalia de futuro ex causis sufficientibus , vbi eius authoritas ad id requiritur est iudex ordinarius Ecclesiasticus vel delegatus, c.35.n.8.p.156.
Iudex ex aliqua iusta causa potest induci ad credendum testibus singularibus, sicut etiam induci potest ad non credendum ; in casibus in quibus ipsi probant, c.44.n.60.p.231.
Iudex causa cognita,an possit restringere, vel prorogare bimestre, de quo in d. c. ex publico de conuersione coniugatorum, quod potest facere regulariter in alijs causis, cap.54.numero 16. & 17.p. 290.
Iudicis arbitrio relinquitur quanta fides sit adhibenda testibus in causis matrim.cõsideratis his de quibus hic,c.44. num.81. p.235.
Iuramenti forma septimæ manus propinquorum quæ sit, cap. 120. numero 13. p.588.
Iuramenti delatio an locum habeat in causis matrim.cap.38.per totum, pag. 167. vbi in hoc distinguitur , & quid attento Sancto Concil. Trid. ibidem.
Et quid in iuramento necessario,ibidem.
Iuramentum adiectum promissioni factæ non impedit eius reuocationem ante acceptationem,cap.6.numero 16. pag. 43.
Iuramentum calore iracundiæ factum nõ obligat,c.7.n.4.p.45.
Iuramentum contra bonos mores ciuiles aut naturales quando dicatur esse, c.17. n.21 p 79.& 80.
Iuramentum soluendi pœnam in sponsalibus adiectam dato quod non obliget, an ea soluta,statim repeti possit, c.17.n. 22.p.80.
Iuramentum impuberis quando firmet eius contractum,& sponsalia, cap.29.n. 13.p.140.
Iuramentum accedens promissioni doris, & cõstitutioni procuratoris ad matrim. & voto,vel professione Religionis,metu tamen extortum, non obligat neque indiget absolutione, ca.76. numero 48. p.403.
Iuramentum in matrimonio graui metu præstitum an obliget,cap.76. num. 44. p.402.
Iuramentum septimæ manus propinquorum debet esse ex quolibet coniuge,ita quod iurare debeant 14. si adsint; sin minus vicinior vltra confessionem vtriusque coniugis,etsi tot deficiant, sufficiũt pauciores arbitrio iudicis, & his deficiẽtibus debent iurare alij bonæ famæ, & omni exceptione maiores, cap.120.numero 10.11.&12.p.588.
Iuramentum coniugũ circa impotentiam quale esse debeat,cap. 120. numero 14. & 15.p.588.
Iure Canonico deficiente recurrendum est ad ius Ciuile,& in nostris Regnis ad ius Regium , cap.91.numero 17. pag. 464.
Iure Ciuili, Canonico,& Regio quomodo graduum computatio fiat,cap.98.n.10. cũ seqq p.486.vbi littera, l.3. tit.6. part. 3.refertur.
Iurisdictio voluntaria commissa ex priuilegio Pontificis delegari non potest,c.49. n.15.p 269.
Iurisdictio Principis priuilegio competẽs non personæ sed perpetuo dignitati, vel officio non est delegata sed ordinaria,& potestatis ordinariæ iura habet,c. 49.n.16 p.270.
Iurisdictio ordinaria voluntaria, & etiam delegata potest exerceri extra territorium,c.62.n.10.p.321.
Iurisdictio iudicis delegati nõ expirat morte delegantis quoad negotia cœpta, ca. 68.n.15.p.355.
Iurisdictio Vicarij Generalis Episcopi cessat ipso iure morte Episcopi , & quid si eius mors ignoretur,cap.68.n. 16. cum seqq.p.355.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentũ tollitur per Sanctũ Concilium Tridentinũ vbi sponsalia quacunque ratione valida non sunt,capite 103. numero.1. p. 503.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentũ durabat vsque ad quartum gradũ, cap. 103.n.3.p.503.
Et quid hodie attento Sancto Concilio Tridentino ,ibidem , numero 5.pagina 504.
Iustitiæ publicæ honestatis definitio,c.103. n.2.p.503.
Iustitiæ publicæ honestatis impedim. vbi sponsalia valida sunt,non excedit hodie primum gradum, & an id procedat tam in linea recta quam in transuersali, cap. c.103.n.5.&6.p.504.
Iustitiæ publicæ honestatis impedim.an hodie attento Sanct. Trid. Concil. procedatio sponsalibus de futuro intra primũ gradum,vel vlterius in matrimonio, ca. 103.n.7.p.504.
Iustitiæ publicæ honest. impedim. an hodie procedat in his qui secundo gradu erant coniuncti ante Conc.Trid.c.103. n.8.p.504.
Iustitiæ publicæ honest. impedim. an hodie attento Sancto Concilio Tridentino procedat in sponsalibus de præsenti contractis , non seruata forma Concilij Tridentini, cap.103. numero 9.p. 504.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentũ non oritur quando factis denunciationibus iuxta formam Concilij non apparet aliquod impedimentum , c.103.n. 10.p.504.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum an oriatur ex sponsalibus in quibus defecit interior consensus , vel adfuit aliud impedimentum occultum, c.103. n.13.p.505.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum in quo sensu sit perpetuum, c.103. n.14.p.505.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum an oriatur ex nixu ad copulam absque matrimonij fide præuia,cap.103.n. 15.p.505.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentũ non dirimit matrim.præcedens , c.103. n.16.p.p.505.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum non oritur ex sponsalibus contractis cum incerta persona , vt hic , & quid in sponsalibus conditionalibus ante aduentum conditionis,c.103.n.18.& 19.p.506.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum an oriatur ex sponsalibus cum Maria sub conditione contractis si postea contrahat sponsalia pura cum eius sorore , capite 103. numero 20. pagina 506.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum , an oriatur ex matrimonio rato absoluto non consummato,c.103.num. 22.p.507.
Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum an hodie oriatur matrimonio rato irrito , dum tamen non sit ex defectu consensus, capite 103. numero 27. p.507.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iustitiæ publicæ honestatis impedim. ex matrimonio irrito cõsurgens non est restrictum per Concilium Trid. ad primũ gradum sed durat vsque ad quartum, cap. 103. numero 25. p. 508.

Iustitiæ publicæ honestatis impedim. an oriatur ex matrim. sub conditione celebrato, capit. 103. numero 26. pagina 508.

Iussus contrahere matrimonium cum persona nobili, an satisfaciat hoc faciendo pro prima vice, an vero pro secunda vice id facere teneatur, cap. 20. num. 12. pag. 108.

L.

LAicus in necessitate baptizans an contrahat cognationem spiritualem, ca. 100. n. 11. p. 486.

Legalis cognatio: vide verbum cognatio legalis.

Legatum virgini si Titio nupserit, nõ efficitur caducum, si virgo illa ex paterno consensu alteri nubat, dummodo ipsa virgo parata fuerit antea nubere Titio, parens id impediuit, cap. 20. num. 11. p. 103.

Legatum relictum Mariæ si Titius cum ea contraxerit, an debeatur si per ipsam nõ steterit sed per Titiũ, vt matrimonium non sequatur, cap. 20. numero 20. pag. 105.

Legatum alicui relictum, vel donatio fiat, si efficiat vt matrim. aliquod contrahatur, eo non contracto, minime debetur, licet omnem diligentiam adhibuerit vt sequatur ex ratione de qua hic, cap. 20. r. 21. p. 105.

Legatum relictum virginibus matrimonio collocandis, an possit, vel debeat distribui Religionem ingredienti, c. 20. n. 27. p. 107.

Legatum relictum certæ virgini maritandæ, si tempore testamenti iam nupta esset, potest illi hoc legatum dari: secus si incertis matrim. iungendis legatum esset, c. 20. n. 28. p. 107.

Legatum certæ quantitatis factum filiæ, si nupserit, & minori si Religionem ingrediatur an valeat, cap. 21. numero 15. pa. 112.

Legatum relictum ei qui puellã violauit, si eam vxorem duxerit de consensu patris, valebit reiecta ea conditionis parte, nempe, de consensu patris, c. 21. num. 24. p. 114.

Legatum ea conditione relictum si Titia non nubat intra certum tempus valet, c. 21. n. 37 p. 117.

Legatum relictum si Titia nupta non erit, valet si nupta non sit, cap. 21. num. 38. p. 117.

Legatum factum Titiæ si non nupserit, Cai, Titio, vel Sempronio valet, c. 21. nu. 40. p. 117.

Legatum relictum sub conditione, vt matrimonium contrahatur cum ignobili, descendente à Iudæis vel Sarracenis valet, & conditio implenda est, cap. 21. nu. 41. p. 117.

Legatum sub conditione habitandi in certo loco, vel quandiu habitauerit in tali loco an valeat, cap. 23. numero 21. p. 123.

Legatum relictum alicui sub conditione, si caste, & honeste vixerit, an amittatur per vnicam fornicationem, c. 111. nu. 6. p. 560.

Legatum relictum pro maritandis fœminis, non potest dari viduis secundo nubentibus, c. 111. n 7 p. 560.

Legatum relictum vxori an debeatur secũdæ vxori, quæ non erat tempore testamenti, c. 111. n. 8 & 9 p. 560.

Legatum relictum fœminis maritandis, an possit dari fœminæ maritatæ sine dote, vel cum modica dote, cap. 111. nu. 10. p 560.

Legatum relictum pro fœmina maritanda, an debeatur fœminæ tempore testamenti maritatæ, cap. 111. numero 11. p. 560.

Legatum relictum consanguineis maritãdis, an debeatur consanguineæ maritatæ post mortem testatoris, c. 111. n. 12. p. 561.

Legatus Papæ an possit dispensare in impedim. Iure Pontificio dirimentibus matrimonium, c. 122. n. 3. p. 598.

Legatus potest assistere matrimonio in Prouincia suæ delegationis, quia est Ordinarius in illa, cap. 66. numero 10. pag. 350.

Legatus dicitur proprius sacerdos ad audiendas confessiones, cap. 66. n. 11 pag. 350.

Legitimatio prolis facta per Papam inter consanguineos, vel affines inter quos dispensat ad contrahẽdum matrim. cessat, & locum non habet si ipsum matrimonium sequutum non fuerit, cap. 74. n. 2. p. 374.

Legitimatio prolis operatur quoad spiritualia, non quoad temporalia, cap. 74 n. 21. p. 380.

Legitimatio filiorum duplex est, cap. 74 n. 24 p. 380.

Legitimatio filiorum à Principe facta ad hoc vt sufficiens sit, debet fieri Principi mentio defectus præcedentis, c. 74. nu. 25. p. 381 & n. 32. p. 383.

Legitimatio filiorum vel dispensatio à Papa facta non est extendenda, in præiudicium tertij nec successorum nisi expresse hoc cauerit Princeps, ca. 74. n. 26. p. 381. n. 32 p. 383.

Legitimationes filiorum dupliciter factæ tantum intelliguntur iure factæ quoad successionem, & hæreditatem parentũ eam petentium, non vero quoad maioratus successionem, antea & per antecessores instituti, cap. 74. n. 29. & 30. p. 382. cum seq.

Legitimitas filiorum ex triplici causa contingere potest, c. 73. num. 4 cum seq. p. 372.

Legitimati, nihil differunt à legitimis, cap. 74. n. 17. p. 378.

Legitimatus est vere legitimus, & non secundum fictionem, ca. 74. num. 18. pag. 378.

L. si vxor, §. diuus, & §. si minor, ff. ad l. Iuliã. de adult. intellectus, cap. 1. num. 17. p. 7.

L. 11. Tauri intellectus, cap. 1. numero 23. p. 11.

L. 52. Tauri, hodie, l. 4. titulo 2. lib. 5. nouæ collect. littera, & intellectus, c. 19. n. 46. cum seq. p. 97.

L. cum tale, §. rescriptum, ff. de condit. & demonstrat. intellectus, c. 21. n. 22. pag. 113.

L. fin. ff. de repud. intellectus, c. 43. n. 42. p. 206. vbi, num. 43. respondetur fundamẽtis contrarijs.

L. 2. titulo 15. partita 4 intellectus, c. 72. n. 5. p. 369.

L. cum ancillis, C. de incestis nuptijs corrigitur Iure Canonico attento, ca. 90. nu. 23. p. 459.

L. 5. titulo 12 partitæ 4. intellectus, c. 91. n. 5. p. 462.

L. fin. tit. 11 partitæ 4. intellectus, c. 91. nu. 19 p. 464.

Leges Imperatorum Romanorum in Hispania non habent vim legum, nisi quatenus ratione naturali innitũtur, vel consuetudine receptæ sunt in praxi vt quotidie videmus iuxta illas iudicare quando expresse decidunt casum non stante iure Regio in contrarium, c. 108. nu. 11. p. 530.

L. Tauri, hodie, l. 1. titulo 8. lib. 5. nouæ collect. Regiæ intellectus circa tertium de quo potest disponere descendens carens liberis, in præiudicium ascendentium, de quibus bonis debeat deduci, vel nõ, vel quando parens superstes transiret ad secundas nupt. c. 109. num. 47. p. 550.

L. 5. in fine, tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg. intellectus, c. 11 n. 5 p. 556.

L. 5. titulo 8. partit. 4 littera refertur, cap. 113. numero 2. p. 570.

L. fin. tit. 8. part. 4. refertur littera, ibid. n. 13.

L. 3. tit. 19. part. 4. intellectus, & littera, cap. 119. n. 25. p. 646.

Lex semper est in vitidi obseruantia, nec sufficit non vsus eius, nisi probetur contrarium vsus, c. 19. n. 36. p. 94.

Lex etsi non afficiat ignorates quoad pœnam extrinsecã secus tamen quoad pœnam intrinsecam annullationis actus, c. 61. n. 10. & 11. p. 317.

Libertas concedi non potest pro tempore limitato sed semper pro quocunque tempore concessa est perpetua, ca. 90. n. 4. p. 456.

Licentia data à parocho ad assistẽdum matrimonio contra formam constitutionis Synodalis, non adijcientis Decretũ irritans est valida, c. 67. n. 4. p. 352.

Licẽtia concessa à proprio sacerdote alteri metu cadenti in constãtem virum, an sit valida, & quid quãdo prædicta licentia est impetrata dolo, & mẽdacijs, cap. 69. n. 14. cum seq. p. 361.

Licentia Episcopi non est necessaria, ad hoc vt matrim. clandestinum (& sic nullum) contrahentes recedant ab eo, & nouũ contrahant, nisi in casu de quo hic; nec parochus in hac specie eos coniũgés alio matrimonio incurreret triẽnalem suspensionem de qua in cap. fin. de clandest. desponſ. c. 76. n. 6. & 7. pag. 386.

Licentia vnius coniugis manentis in seculo post consummatum matrim. non sufficit ad hoc vt licitus sit ingressus alterius coniugis in Religionem, nisi vterque ad Religionem migrauerit præterquam in casu senectutis, cap. 95. num. 1. p. 474.

Licentia Episcopi an sit necessaria ad hoc vt coniux senex post ingressum Religionis alterius possit remanere in seculo, consummato iam matrimonio, cap. 95. numero quarto, cum sequentibus, pag. 475.

Licentia concessa à coniuge prædefuncto superstiti transeundi ad secundas nuptias, sufficit ad transeundum impune ad tertias vel vlteriores, cap. 109. num. 62. p. 553.

Licentia coniugis prædefuncti concessa superstiti transeundi ad secundas nuptias sufficit absque cõsensu filiorum, ca. 109. n. 63 p. 553.

Licitatio vectigalium quæ calore licitantis vltra modum solitæ conductionis inflauit, quãdo admittẽda sit, c. 7. n. 3. p. 11.

Linea consanguinitatis est triplex vt hic, c. 98. n. 3. p 486.

Linea in alio sensu duplex est, directa, & inflexa vt hic, cap. 98. numero 4. pagina 486.

Linea alicuius sumitur sursum, & deorsum non vero per transuersum, c. 98. n. 6 p. 486.

Linea recta debet semper succedere in maioratibus, c. 98. n. 7. p. 486.

Lineæ definitio, cap. 98. numero 2. pag. 486.

Lineæ cum fit mentio de recta linea intelligitur, c. 98. n. 5. p. 486.

Lite pendente inter virum, & vxorem super causa matrimonij, vbi & quomodo ipsa deponenda sit, cap. 37. num. 4. & 5. p. 165.

Lot factum Geneſis 19. cap. qualiter de culpa excusari valeat, cap. 85. numero 7. p. 438.

Lucra acquisita constante matrimonio reseruari non debent filijs eiusdem matrim. per transitum ad secundas nuptias coniugis superstitis, c. 109. n. 41. p. 549.

M.

Machinatio in mortem coniugis, si ab vno tantum fiat, sine adulterio, nõ impedit, nec dirimit matrimonium, ca. 105. n. 4. p. 512.

Machinatio mortis alterius coniugis morte non sequuta non sufficit ad impediendum matrim. c. 105. n. 9. p. 513.

Machinatio in mortem coniugis, simul cum adulterio an sufficiat ad impediendum matrim. facta ab vno coniuge cum alio extraneo, cap. 105. numero 12. p. 513.

Maior septennio contrahens matrim. cum infante non potest resilire donec infans septennium habeat, cap. 29. num. 9. pag. 139.

Mala non sunt facienda vt inde bona eueniãt, & quomodo hoc intelligatur, cap. 85. n. 8. p. 439.

Maleficij signum an liceat destruere ad obtinendam maleficij sanitatem, c. 113. nu. 10. p. 571.

Maleficium quando auferri nõ potest absque alio maleficio an dirimat matrim. c. 112. n. 24. p. 166.

Maleficium perpetuum censetur quando non potest auferri per aliud maleficiũ, c. 113. n. 4. p. 571.

Idem est quando tolli nõ potest nisi per diuinum miraculum: secus si per Ecclesiæ exorcismos, c. 113. n. 5. p. 571.

Maleficium an dicatur perpetuum quando auferri non potest nisi per eundem authorem modo illicito, cap. 113. num. 6. p. 571.

Maleficium in dubio præsumitur perpetuum, c. 113. n. 7. p. 571.

Maleficium qui procurauit non potest petere matrimonij dissolutionem, ca. 113. n. 8. p. 571.

Malefici possunt suis maleficijs reddere hominem viri potentem ad copulam, & quibus modis dæmonis arte soleant id facere, & de alijs in proposito, c. 113. n. 9. p. 571.

Maleficus quilibet, an liceat & possit interrogari, an norit in quo tale maleficium consistat, vt signum destruatur, etsi ille ignorer, non poterit induci, vt per suam artem id inuestiget, & an si forte id addiscat nouo pacto cum dæmone inito, possit ea scientia vti, cap. 113. num. 11. & 12 p. 571.

Maleficij impedimento existente inter cõiuges vltra triennium assignandum est etiam aliud tempus arbitrio iudicis indicto, simul cum coniugibus, vt orationi vacent, & pœnitentiam agant, ca. 120. n. 8. p. 586.

Malitia, an suppleat ætatem in sponsalibus, cap. 2. n. 10. p. 14.

Malitia in matrim. supplet ætatem si tũc adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum, cap. 2. num. 23. p. 17.

Mandati ad contrahendum matrimonium reuocatio annullat ipsum matrim. post eam celebratum etiam ignorata reuocatione, c. 43. n. 5. p. 191. secus in alijs actibus, ibidem, n. 6.

Mandatum ad matrim. contrahendum reuocari potest etiam si fuerit iuratum, c. 43. n. 9 p. 191.

Mandatum contrahendi cum quadam certa persona si mandans, interim sit in alijs occupatus, & nec consentiat nec dissentiat, validum erit matrim. postea celebratum, c. 43. n. 14 p 195.

Mandatum ad contrahendum matrim. potest præstari absque scriptura, ca. 43. nu. 16. p. 196.

Mandatum ad contrahendum matrim. an tacite reuocari possit, necne, & quibus modis, cap. 43. numero 24. cum seq. pag. 197.

Mandatum ad contrahendum matrim. tacite reuocatur, & quibus actibus id fiat, c. 43. n. 28. cum seq. p. 200.

Manifesta sunt commissa alij secreto vbi vergunt in damnum publicum, aut tertiæ personæ imminens futurum, c. 59. n. 6. p. 308.

Maritus ad hoc vt possit ad dignitatẽ Episcopalem promoueri vltra licentiã vxoris necessaria est quoque ipsius professio in Religionem, cap. 96. numero 9. p. 482.

Maritus ordines sacros suscipiens absque licentia vxoris, an irregularis efficiatur, c. 96. n. 10. p. 482.

Mater an possit contrahere sponsalia vel matrim. pro filio vel filia præsenti, & tacenti, & quid si filius sit emancipatus, c. 13. n. 5. cum seq. p. 67.

Mater potest offerre filium suum Religioni, c. 13. n. 6. p. 67.

Mater transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrim. legitimam tangentem alicui eorum ex parte patris prædefuncti quoad proprietatem retento sibi vsufructu, c. 109. nu. 6. p. 537.

Mater transiens ad secundas nuptias, an amittat vsumfructum bonorum, quæ habuit à viro, filijs prioris matrimonij, statim quod ea alienet, & consolidetur cum proprietate, cap. 109. nu. 14. p. 540. & quid si ea alienet ante transitum ad nuptias, ibidem, n. 15.

Mater secundo nubens tenetur præstare filijs prioris matrim. cautionem de bene vtendo arbitrio boni viri, salua rerũ substantia bonorum, quæ habuit à primo matrimonio, cap. 109. num. 16. pag. 550.

Mater transiens ad secũdas nuptias ad hoc, vt teneatur reseruare filijs prioris matrim. bona, quæ ex eo habuit, quatuor requiruntur, & idem dicendum de patre transeundo ad secundas nuptias, c. 109. n. 24. & 25. p. 542.

Mater transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare filijs prioris matrim. proprietatem bonorum quæ habuit à filio ex pupillari substitutione eidem facta per maritum, c. 109. n. 30. p. 545.

Mater transiens ad secundas nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrim. bona, quæ habuit ex donatione extranei durãte primo matrim. c. 109. num. 69. p. 554.

Materia quæ sit grauis in promissione simplici vt eius violatione sit mortalis culpa, c. 5. n. 14. p. 37.

Matrimoniales causæ an possint delegari, cap. 68.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.68.n.4 p.365.
Matrimonij in sacramento qui sint actus sacramenti, effectus & vinculum, ca.42. n.3.p.187.
Matrimonij forma, & de ministro, ca.41.n. 1.cum seq.p.184.
Matrimonij vinculum, rati & non consummati omnino si soluitur professione solemni alterius coniugis, & alter manens in seculo potest ad alias nuptias transire sed non dirimitur per vota emissa à quibusdam fœminis Religiosis Diui Dominici, quas Beatas vocant, & à quibusdam viris Tertij Ordinis Diui Francisci, & quid in Eremitis, & quid in professione trium vel quatuor votorum Societatis Iesu, quod dirimitur per professionem Monialium, & Clericorum Ordinũ Militarium sub clausura viuentium, & quid de Equitibus Militarium Ordinum, qui non viuunt in communi, & de ascendentibus ad Ordinem Sacrum, ca.54.n.1.cũ seq.p.288.
Matrimonio contractu metu cadenti in cõstantem virum, an sit validum, necne, c. 76.num.8.cum seq.vbi resoluitur negatiue, p.394.
Et quando nõ requiritur relaxatio iuramẽti in proposito, ibidem, n.9.
Et quod iustus metus dicetur etiamsi arma semel sumpta fuerint deposita, ibidem, n.10.
Quod procedit siue prædictus metus inferatur per contrahentẽ, siue absque eius culpa per quemcunque alium & ampliatur alijs modis, ibidem, numero 11.cum seq p.395.
Matrimonij ratificatio ad hoc vt ex longa cohabitatione sit valida, requiritur vt ratificans sciat prius cõtractum fuisse nullum, alias namque si ex errore quo putabat prius matrimonium validum fuisse cohabitaret, aut copula maritali accederet, non ratificabitur prius matrim. & quod tempus ad ratificationem requiratur, requiritur etiam præterea quod habitatio illa sit omnino spontanea, cessaueritque omnino timoris causa, cap.76. numero 22.cum seq.p.396.
Matrimonia præsumpta hodie cessant attẽto Concilio Tridentino nisi eius forma seruetur, cap.12. numero 8.pagina 65.
Matrimonij definitio, cap.39. num.1. pag. 169.
Matrimonij in materia in dubio in foro cõscientiæ standum est intentioni contrahentium, in foro vero externo præsumptioni iuris & Ecclesiæ, cap.82.num.22. p.426.
Matrimonio dissoluto ob vtriusque coniugis impedim. vel alterius tantum, an & quando aliud matrim. interdicatur, cap. 112.n.32.p.569.
Matrimonio separato iudicio Ecclesiæ ob maleficium concedenda est licẽtia vtriquetranseundi ad alias nuptias, c.115.n. 6.p.574.
Et quomodo sit hoc intelligendum, c.115. n.7.& 8.p.575.
Matrimonio dissoluto ob adulteriũ quoad torum, & mutuam cohabitationem non licet neutri eorũ alio superstiti ad alias nuptias transire, c.129.n. 5 p.639.
Matrimonio nulliter de facto clandestine contracto absque parocho etiam eo cõsummato, possunt ijdem contrahentes absque dispensatione si nullum aliud impedimentum opponatur de nouo inter se matrimonium celebrare, seruata forma Concilij, cap.61. numero 2. pagina 315.
Matrimonio contracto coram parocho, & testibus nulliter tamen ob impedimentum occultum, an postea obtẽta eius dispensatione sit iterum coram parocho, & testibus celebrandum, vel ratificandum remissiue, cap.61. numero 3. pag. 315.
Matrimonium an per aliquam potentiam possit absque proprio consensu constare, c.46.n.2.p.245.
Matrimonium aut sponsalia non debent iudicari quando non constat de animo contrahentium aut alterius eorũ, quod non habuerint animum contrahendi, sed extorquendi copulam, cap.43.n.34. p.202.
Matrimonium non est iudicandus in foro iudiciali si quis ex cõsensu fœminæ protestetur se nolle consensum præstare per quæcumque verba ab ipso die proferenda vt hic, cap. 43. numero 46. pag. 203.
Matrimonium in neutro foro est illud de facto contractum in quo constat de dissensu per euidẽtia signa exteriora, alijsve legitimis argumentis vel testibus, ca. 43.n.37.p.203.
Matrimonium contrahens per verba de præsenti sed animo ficto, si postea vero animo contraxit eum secunda validum est matrim. secundum, & quid in foro externo Ecclesiæ idem si prædictum mandatum dedit sine intentione contrahendi, cap.43. num.38. cum seq. p.204.
Matrim. attento Iure communi ante Concilium Trid. poterat celebrari per litteras, & per epistolam, validumque erat, & quid hodie post Concilium Tridentinum, cap.49. numero 1. cum seq. pag. 242.
Matrim. celebratum contra interdictum Episcopi vel constitutionis Synodalis validum est, nisi adijciatur decretum irritans in tali prohibitione, c.67. num.1. cum seq.p.351.
Matrim. contractum in minori ætate, an confirmetur datione annuli, vel subarratione facta post maiorem ætatem, ca. 63.n.24.cum seq p.334.
Matrim. iuxta Sanctum Concil. Trid. ad hoc vt valeat celebrari debet coram parocho & testibus, & qualis debeat esse ista præsentia parochi, cap.69.n.1. cum seq p.357.
Matrim. celebrari potest coram parocho illius loci in quo aliquis ad negotium expediendum se contulit non ad breue tempus vt in exemplis hic positis, ca.63. n.20.p.332.
Matrimonium inter duos alienigenas contrahendum qui sunt cogniti, quod non sint comprehensi inter vagabundos potest celebrari coram parocho in cuius parochia contrahentes habitant, ca.63. n.17.p.331.
Matrimonium celebratum à parocho inter vagos absque præuia diligentia, de qua in Sancto Concilio Tridentino de hoc loquente, est validum, cap.67.nu.2. p.352.
Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ est validum, c.67.nu.3. p.352.
Matrimonium contractum coram parocho suspenso vel excommunicato, & testibus est validum, cap.66. numero 39. p.351.
Matrimonium contrahi potest per procuratorem ad id speciale mandatum habentem, coram parocho, & testibus, c. 69.n 6.p.359.
Matrimonium contractum coram parocho ad id accedente, distrahente tamen mente tempore contractus, etiamsi ad sint testes an valeat, cap.69 numero 7. p.359.
Matrim. coram parocho & testibus celebratum eo non intelligente consensum non valet nisi affectaret non intelligere occludendo aures, & oculos, & quomodo hoc intelligatur, cap.69. nu.8.& 9.p.359.
Matrim. coram parocho & testibus vi detentis an valeat, cap.69.numero 10.pag. 360.
Matrimonium coram parocho & testibus celebratum, & consensum intelligentibus valet, quamuis ad aliud fint dolo vocati, capit. 69. numero 11. pagina 360.
Idem est si coram ipsis casu transeuntibus matrim. celebretur, si consensum intelligant, & an tunc peccent parochus & testes, ibidem, n.12.& 13.
Matrimonium an in lege naturæ & veteri fuerit sacramentum, & nunc, an tale sit in lege noua, cap.42. numero 1. & 2.p. 186.
Matrimonium infidelium post legem nouam non est sacramentum, & quid si ambo postea baptizentur & an tunc gratiam conferat, & an tunc opus sit seruare formam Concil. Trident. hoc est, de nouo id contrahere, vel ratificare corã parocho & testibus, cap.42.num.4.cum seq.p.187.
Matrimonium contrahi potest per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum, & requisita ad hoc annunciantur, cap.43.numero 1.cum seq.pag. 189.
Matrim. per longam coniugum cohabitationem solemniter contractum præsumitur, c.71.n.12.p.367.
Matrim. primum soleniter in facie Ecclesiæ

siæ celebratum per procuratorem habentem ad id speciale mandatum præfertur secundo, dum non constat de mãdati reuocatione, cap. 44. nu. 1. cum seq, p. 211.

Matrimonium, an ex solo metu reuerentialis contractum sit nullum, aut validum, capit. 44. numero 31. cum seqq. pag. 221.

Matrim. est validum contractum à filia, nõ præcedentibus minis parentis, sed solũ eo timore, ne patris indignationem incurrat, c. 44. n. 42. p. 224.

Matrim. an irritetur quando intentio contra bona ipsius non deducitur in pactũ, sed in mente retinetur, cap. 46. num. 6. p. 246.

Matrim. ratum non consummatum quo iure dirimatur per professionem solemnem, c. 59. n. 8. p. 289.

Matrim. ratum, & non consummatum, nõ solum professione vnius coniugis dirimitur, sed etiam amborum de communi consensu, cap. 54. numero 9. pagina 289.

Matrim. ratum, & consummatum non dirimitur professione solemni Religionis, c. 54. n. 20. p. 291.

Matrim. consummatur quacunque arte semẽ recipiatur intra vas naturale absque illius penetratione, item etiam si solum vir intra vas naturale fœminæ seminat vt in numero 22. non tamen si non seminat, licet vas fœminæ penetret, vt in n. 24. c. 54. n. 21. p. 291.

Matrim. non consummatur per copulam præcedentem sed per subsequutam matrimonialem, cap. 54. numero 25. pag. 293.

Matrim. an consummetur per copulam vi extortam, cap. 54. numero 26. pagina 293.

Matrim. an consummetur per copulam vi extortam intra bimestre, & an tunc possit sponsa ingredi Religionem, cap. 54. n. 27. & 28. p. 293.

Matrim. contractum ab his qui relicta sua origine rebus, & facultatibus ibidem se contulerunt alibi longe cum animo ibi constituendi domicilium certis ex causis, & intra tres menses postquam illic peruenerunt se postea matrimonio copularunt coram parocho, & testibus an sit validum, cap. 63. per totum, pagina 317.

Matrim. est irritum quando ob excessum membri virilis mulier cognosci non potest carnaliter remedijs debitis adhibitis, c. 112. n. 20. p. 565.

Matrimoniũ prius in iudicio Ecclesiæ dissolutum ratione frigiditatis viri, si ille aliam duxerit, restaurandum est, c. 115. n. 1. p. 474.

Et quid si tunc prior vxor obierat, c. 115. n. 2. p. 574.

Et quid si aliam mulierem cognouerit fornicarie, ibidem, n. 3.

Matrim. contractum non est statim instaurãdum post eius dissolutionem factam ad instantiam mulieris dicentis virum esse impotentem, nulla causa impotentiæ expressa, cap. 115. numero 9. pag. 575.

Matrim. cõtractum mortis articulo, an validum sit, & an filij antea nati legitimentur, & excludant substitutum, c. 118. n. 1. cum seq. p. 581.

Matrim. nulliter celebratum ob impedimẽtum dirimens, impetrata dispensatione, vel eo cessante, vt quia prior vxor viuebat, & iam obijt, non conualescit, & an coniux conscius impedimẽti in hac specie sit necessarium, vel oporteat quod certiorem faciat alterum illius impedimenti, vel satis sit hac nullitate tacite postea renouare consensum, cap. 47. nu. 4. p. 253.

Matrim. & sponsalia præsumpta an cessauerint post Concilium Trid. c. 70. per totum p. 361.

Matrim. ex diuturnitate temporis præsumitur legitime contractum præcedentibus legitimis solemnitatibus ac proinde filij ex eo nati sunt legitimi, c. 71. nu. 11. p. 367.

Matrim. ad hoc vt clandestinum esse dicatur ad effectum illegitimitatis prolis cõstare debet contractum fuisse non præmissis denũciationibus publice in Ecclesia, c. 71 n. 16 p. 367.

Matrim. clandestinum nullum ob latens impedimẽtum ignoratũ, quod fuit approbatum ab Ecclesia tanquam validum, & postea detecto impedimento operatur legitimitatem filiorum, cap. 72. num. 1. p. 368.

Matrim. coram parocho, & testibus celebratum absque vllis denunciationibus nullo stante impedimento dirimẽte validum est, & non est clandestinum, c. 73. n. 1 p. 371.

Matrim. ignoranter in gradibus prohibitis contrahentes neglectis solemnitatibus requisitis in eo contrahendo separãdi sunt & carere debent spe dispensationis obtinendæ, cap. 75. numero 2. p. 386.

Matrim. metu cadente in constantem virum, an ita validum sit, vt nullam prorsus pariat obligationem de non ratificãdo illud respectu eius qui non est passus metum, vel an possit is resilire antequã metus passus ratificet pristinum consensum, c. 76. n. 17. p. 395.

Matrim. contractum metu leui non cadente in virum constantem an sit nullum in foro conscientiæ, cap. 76. numero 19. p. 396.

Matrim. metu cadente in constantem virum ratificatur, si postea accedat copula sponte habita affectu coniugali, & ex tunc incipit valere si alter, qui absque metu consenserat in pristino consensu perseueret, c. 76. n. 21. p. 396.

Matrim. contrahere ante ætatem legitimam culpa est mortalis, cap. 2. num. 16. p. 15.

Ad matrim. contrahendum quæ ætas requiratur: vide verbum ætas.

Matrim. contrahitur per verba præsentẽ consensum coniugalem exprimentia, c. 3. n. 2 p. 18.

Idem erit, si contrahentes corã parocho & testibus dicant inuicem, quod se recipiunt in virum & vxorem, *o que se entregan por marido y muger*, vel tandẽ quod se mutuo consensu coniungunt, vel habeo teneoque in vxorem ex nunc, & prouidebo tibi sicut vxori ex nunc, ipsa consentiẽte, quia omnia important verba de præsenti, cap. 3. numero 3. & 4 p. 19.

Idem erit si quærenti, vis hanc in vxorem? respondeat vir placet, vel volo & similiter fœmina, cap. 3. numero 5. pagina 19.

Matrim. etiam dicitur contractum quando verbum, volo, adijcitur accusatiuo rei, c. 3. n. 6. p. 19.

Matrim. contrahitur etiam per hæc verba; volo te esse vxorem meam, quando illo verbo explicatur velle eligẽtis, seu velle efficax, quod est actu velle, secus si prædicto verbo explicetur appetitus seu desiderium quoddã quod est velle inefficax, c. 3. n. 7 p. 19.

In matrim. contrahẽdis verba prolata sunt intelligenda secũdum communẽ vsum loquendi non solum in foro exteriori, sed etiam in foro animæ quando de intentione contrahentium constare nequit alias, & verba sunt dubia, ca. 3. n. 15. p. 24.

Pro matrim. in dubio pronunciandum est in vtroque foro, c. 3. n. 16. p. 25.

Limita si de intentione contrahentium cõsteret, quamuis verba sint dubia, tũc enim dictæ intentioni standum est in foro conscientiæ, cap. 3. numero 17. & 18. p. 25.

In matrim. contrahendo non requiritur simultaneus consensus, vide verbum consensus.

Matrim. contrahi potest per epistolam, c. 43. n. 2. p. 190.

Matrim. an possit mutus, & surdus contrahere: vide verbum mutus.

Matrim. ficte cõtrahens per verba de præsenti, vel contrahere promittens absque animo se obligandi an teneatur in conscientia vere consentire, c. 9. n. 5. cũ seq. p. 52. 53. & 54.

Matrim. secundum vere contractum post primum ficte celebratum quod inualidum est ex defectu consensus, validum sit necne, c. 9 n. 12. p. 55.

Matrim. falso contrahens cum muliere, vt ab ea copulam extorqueat ad quid teneatur, cap. 10. numero 1. cum seq. p. 56.

Et ipsa seducta tute contrahet matrim. cũ alio si persuaderi potest in viro consensum coniugalem defuisse, ibidem, nu. 2. & 3.

Casus hic in simili refertur in praxi contingens, & numero 4. ampliatur quod fuit dictum numero 1. & numero 5. cũ seq. limitatur aliquibus modis vsque ad n. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inclusiue, & ad quid teneatur vir in specie de qua hic, ibidem, n.10.
Matrim. clandestine cõtractum absque parocho & testibus, an obliget vt sponsalia, c.11. per totum, p.63.
Matrim præsumpta hodie cessant post Cõcil. Trid. c.12.n.8.p.65.
Matrim. quando institutum fuit, ca.39.n.2. p.169. & n.5.p.170.
Matrim. ex eo quod est sacramentum confert gratiam non ponentibus obicem, c. 39.n.3.p.169.
Matrim. propter quas causas est à Catholicis contrahendum, cap.39. numero 6. p.171.
Matrim. quare magis à matre quam à patre nomen assumpserit, cap.39. num.7. p.172.
Matrim. prohibitum Iure canonico contrahere ante annos pubertatis quod regulariter procedit, fallit vt hic, ca.63.nu. 45.p.340.
Matrim. vere probatur quando constat illud celebratum fuisse iuxta formam sacri Concil. Trid. sess. 24.c.1. de reform. c.40.n.1.p.173.
Matrim. non præsumitur nisi probetur, c. 40.n.2.p.173.
Matrim. præsumptum pluribus modis probari potest, cap.40. numero 3. cum seqq. p.174.
Matrim. præsumitur contractum quando sponsam ad propriam domũ traduxit, & quomodo hoc intelligatur, c.40.n.4. p.174.
Matrim. præsumitur contractum quando præcesserunt verba quidem de præsenti, sed iuris interpretatione de futuro, vt inter impuberes, aut impuberem & puberem, & quomodo hoc intelligatur, c. 40.n.5.p.174.
Et quid si postea in ætate legitima constituti velentur, ibidem, num.16. & 18 p. 180.
Matrim. præsumitur ex simultanea viri, & mulieris cohabitatione, & quomodo, & quando hoc locum habeat, & quo tempore præsumatur hoc casu solemnitas requisita, cap.40. numero 6. cum seqq. p.175.
Matrim. quando præsumatur ex traditione annuli per virum facta fœminæ, ca. 40.n.9.p.178.
Matrim. quando præsumatur sub conditione contractum copula subsequuta, & quid hodie attento Concil. Trident. cap. 40. numero 10. cum sequentibus, p.178.
Matrim. quare per procuratorem celebrari possit, non vero cætera sacramenta, c. 43.n.8.p.191.
Matrim. contrahentium interrogatio, & expressio consensus à quo eorum incipere debet, c.46.n.13.p.250.
Matrim. contractum per procuratorem, vel per litteras an conferat gratiam, ca. 43.n.10.p.192.
Matrim. contractum virtute mandati, ad id sufficientis concessi, si tempore contractus matrimonij adfuit verus consensus domini valet, licet tempore mandati præstiti secte consensisset, ca.43.nu.15. p.196.
Matrim. celebratum virtute mandati, seu dispensationis Apostolicæ absque monitionibus præmissis, an sit validum, c.43. n.20.& 21.p.196.
Matrim. contractum per procuratorem bene potest postea per eos iterari, imo bene facient, si hoc obseruent ad vitandos scrupulos, cap.43. numero 22. pag. 197.
Matrim. quãdo fit per procuratorem, quis sit minister, materia & forma, c.43.n.23. p.197.
Matrim. contractum inter Beatam Virginem Mariam & Ioseph quomodo processerit, cap.82.n.12.p.424.
Matrim. an interdicatur feriarum tempore, ipsiusque consummatio, benedictiones, & sponsæ spõsi domum traductio, c.83.n.2.p.434.
Matrim. an liceat contrahere, & nuptias benedicere tempore interdicti, & cessationis à diuinis, cap.83. numero 3. pag. 434.
Matrim. scienter contrahens cum excommunicato an peccet, cap.83. numero 7. p.434.
Matrim. contrahere cum excommunicato minori nondum denunciato nulla culpa est, cap.83. numero 8. pagina 434.
Matrim. contrahentes excommunicati, an ambo

ambo peccent, capit. 83. numero 9. pag. 435.
Matrim. scienter contrahens cum à adstricto voto simplici castitatis peccat mortaliter, cap.85 n.2.p.437.
Matrim. non vitiatur ex solo nominis errore quando de corpore constat, c.89 n.8. p.454.
Matrim. non irritatur ex mendacio, & subreptione ad ipsum inducentium, & quid si tantus esset dolus vt consensum auferret, & quid quando qualitas, in qua erratur, ponitur per modum conditionis, ca. 89 numero 4. cum seq. p.453.
Matrim. contractum ignoranter cum ancilla non valet, & quid si modicum tempus deficiat ad consequendum omnino libertatem, cap 90. numero 5. pagina 456.
Matrim. contrahens ignoranter cum ancilla & postea eam cognoscens carnaliter affectu vxorio iam manumissam, ignarus manumissionis, non censetur reualidare matrim. cap.90. numero 9. pagina 457.
Matrim. cum ancilla contractum ignoranter per decennium reualidatur, ca 90.n. 10 p 457.
Matrim. contrahens ignoranter cum ancilla, an possit detecta seruitute propria authoritate ab ea recedere, c.90.n.11.p. 458.
Matrim. ignoranter contractum cum libertà validũ est, ca 90. numero 19. pag. 458.
Matrim. scienter contractum inter seruos, & matrimonium liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo, non ignorata seruitutis conditione validum est, ca.90. nu.22. pag.459.
Matrim. contrahens scienter cum ancilla, an peccet? cap.90. numero 24. pag.459. est tamen irregularis, vt in numero 25. ibidem.
Matrim. contrahens scienter cum propria ancilla an sit irregularis, cap. 90. nu 26. p.459.
Matrim. contractum ab ancilla, vel seruo, cum persona libera ignara eius conditionis, cum consensu domini vel eo scĩente, & tacente, an matrim. sit validum vel non in casibus in quibus ancilla, vel seruus consequitur libertatem, cap 91. nu. 16. p.463.
Matrim. post solemnem Religionis professionem subsequutum, est irritum, & quo iure sit introductum, c.94 n.5. & 6. p.470.
Matrim. initum à coniuge professo est irritum, cap.95. numero 15. pag.477. aduersus alios, de quibus numero 16. ibidem.
Matrim. contrahentes scienter intra quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, item & Religiosi, moniales, & clerici sacris initiati incurrunt sententiam excommunicationis canonis. c 97 n.12. p 485.
Matrim. valide contracto ab habẽte accessum, & regressum ad beneficium Ecclesiasticũ, vacat etiam accessus, & regressus, c.97.n.4 p.484.
Matrim. in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ, scilicet inter parentes, & filios an vllo casu liceat, nempe si solum ipsi in mundo supersint, cap.98. nu.14. p 587.
Matrim. inter ascendentes, & descendentes vsque ad quem gradum prohibeantur, c.98.n.16.p.488.
Matrim. potest contrahi inter consanguineos, existente vno eorum intra quartũ gradum, cap.98. numero 17. pag.488 & quomodo hoc intelligatur, ibidem, nu. 18. vbi de intellectu, cap. fin. de cõsang. & affin.
Matrim. contractum post sponsalia de futuro cum alia, ex quibus ortum fuit impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, est irritum, & qui illud contraxit tenetur ducere priorem sponsam de futuro, nisi in casu de quo hic, cap.103.n.17, p.505.
Matrim. inter dispares cultu est irritum, voluti fidelis cum infideli, potest tamen in hoc Papa dispensare, c.104. num.1. & 2. p.509.
Matrim. inter personam baptizatam, & cathecumenam est irritum, c.104.num.3. p.509.
Matrim. inter hæreticum, & apostatam, & infidelem non valet, c.104. num.4.pag. 509.
Matrim. personæ fidelis cum hæretica, vel apostata

apostata à fide est validũ, quamuis non sit licitum, cap. 104. numero 6. pagina 510.
Matrim. contrahens cum persona hæretica, vel apostata à fide peccat mortaliter, c. 104 n. 7. p. 510.
Matrim. præcedens debet esse validum ad hoc vt adulterium cum machinatione mortis sequutæ alterius coniugis impediatur matrim. futurum: secus si fuisset irritum etiam bona fide existente, cap. 105. n. 24. p. 515.
Matrim. nulliter celebratum coram parocho, & testibus ob aliquod occultum impedimentum, an sublato impedimento sit iterum celebrãdum coram parocho & testibus, vel sufficiat nouus consensus occultus reuocando priorem cõsensum absque parocho, & testibus, & hoc attẽto Sancto Concil. Trid. ca. 47. nu. 5. cum seq p. 254.
Matrim. consummare ante benedictionẽ Ecclesiæ, an sit peccatum, & quod, & an tunc negare debitum sit peccatum, c. 58. n. 3. & 4. p. 306.
Matrim. post Sanct. Concil. Trident. non aliter contrahi potest quam coram parocho, & testibus, quod etiam procedit in foro conscientiæ, cap. 61. numero 2. p. 315.
Matrim. in mortis articulo deficiente copia parochi an possit valide sine parochi assistentia celebrari quãdo matrim. valde necessarium est, c. 61. nu. 4. cũ seq. p. 315.
Matrim. publice contractum coram maiori parte viciniæ absque parocho nõ valet, c. 61. n. 8. p. 316.
Matrim. ob inuincibilem ignorantiam Cõcil. Trident. vbi illud obligat, celebratum sine parocho, & testibus non valet, c. 61. n. 9. p. 316.
Matrim. celebratum absque parocho, & testibus, vbi nunquam fuit publicatum Concil. valet, capit. 61. numero 11. pag. 317.
Matrim. illorum cui assistit sacerdos ex cõmissione proprij parochi extra Prouinciam committentis an sit validum, cap. 62. numero 7. 9. 12. & 13. pag. 320. & 321.
Matrim. celebratum coram parocho excommunicato, suspenso, vel irregulari, non tolerato, an sit validum, & an huiusmodi parochus possit alio sacerdoti dare licentiam assistendi matrim. ca. 62. n. 23. p. 323.
Matrim. celebratum coram sacerdote de licentia proprij parochi concessa solis verbis externis absque tamen vera intẽtione occulta, an sit validum, c. 62. n. 28. p. 325.
Matrim. in rure celebratum coram parocho illius & testibus, ab eo qui est incola Ciuitatis, vel villæ prædium rure habente, & illuc aliquoties accedente ad exercenda rusticalia an sit validum, cap. 63. n. 7. p. 328.
Matrim. eorum qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentum sibi faciendũ in ciuitate, vbi sunt incolæ, abierunt in aliam, & ibi de licentia Ordinarij ciuitatis, vbi erant incolæ, contraxerunt matrim. non valet, cap. 63. numero 8. pag. 329. & contrarium probatur ibidem, numero 32. & 33. pagina 337.
Matrim. post Sanct. Concil. Trid. de præsenti celebratum à duobus impuberibus, vel à pubere, & impubere, maioribus tamen septennio, solemniter coram parocho, & testibus interueniente copula post pubertatem, cohabitatione, amplexibus, vel osculis non ratificatur absque eo quod eadem solemnitate repetita de nouo celebretur, c. 76. n. 30. p. 398.
Matrim. quando est nullum ob impedimẽtum occultum, an ad eius ratificationẽ oporteat alterum coniugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij, c. 76. n. 40. p. 401.
Matrim. an sicut metu initum ratificatur copula spontanea affectu maritali habita iuxta opinionem Thomæ Sanchez, ita etiam ratificetur copula graui metu extorta, c. 76. n. 41. p. 401.
Matrim. secundum contrahens post aliud matrim. metu contractum cum iuramẽto permanere debet cum secunda, c. 76. n. 45. p. 403.
Matrim. inter impeditos contractum, an valeat non adiecta conditione, si Papa dispensauerit, c. 78. n. 4 p. 410.

Matrim.

Matrim. vel sponsalibus contractis sub cõditione, si Papa dispensauerit, an sit licita pœnitẽtia, & an ea contrahentes incurrant sententiam excommunicationis, cap. 78. numero 1. cum sequentibus, p. 408.
Matrim. contractum à filijs absque parentum consensu est validum, cap. 79. nu. 1. p. 411.
Matrim. contrahens de præsenti sub conditione honesta, an possit consensum reuocare ante conditionis implementum, c. 81. n. 14. p. 420.
Matronæ satis est quod sint peritæ, licet non sint peritissimæ, cap. 119. numero 22. pag. 591. & quot esse debeant, c. 120. n. 23. p. 591.
Matronarum, & medicorum circa impotentiam coniugum plura dubia remissiue declarantur, cap. 121. numero 14. p. 596.
Mentecaptus non potest contrahere, nec donare, c. 8 n. 11. & 12. p. 49.
Metu res acquisita transit eo vitio affecta in quemcunque possessorem, ca. 76. n. 4. p. 393.
Metum passus, sua culpa incidens in eum, non potest agere ad rescissionem contractus, & idem est quando metus absq; iniuria infertur; secus quando metum passus culpæ reus fuit, sed metus iniuste, & non iuridice incutitur, tunc enim subuenitur metum passo, c. 76. n. 5. & 6. p. 393.
Metu leui extorta, an sint in foro conscientiæ, & externo restituenda ad petitionẽ partis metum passæ, c. 76. n. 7. cum seq. p. 393.
Metus cadens in constantem virum quo iure irritet matrimonium, ca. 76. nu. 15. p. 395.
Metus, an irritet matrimonium quando iuste incutitur, cap. 76. numero 16. pag. 395.
Metus reuerentialis cum importunis precibus, an sufficiat, & quando ad rescindendum contractum, c. 44. nu. 37. & 38. p. 223.
Metus reuerentialis, an sufficiat respectu patrui ad contractum rescindẽdum, c. 44. n. 39. & 40. p. 224.
Metus reuerentialis patris præcipientis alii quid filio sub pœna suæ maledictionis non est sufficiens, cap. 44. numero 41. p. 224.
Metus reuerentialis cum enormi læsione sufficit ad contractum rescindendum, & idem in matrimonio, vt in exemplis hic positis, cap. 44. numero 43. pagina 225.
Metus durat durãte causa, quamuis in actu exteriori appareat omnimoda libertas, c. 76. n. 25. p. 397.
Metus minor desideratur in fœmina quã in viro constante, cap. 77. numero 2. p. 404.
Metus quotuplex sit, cap. 77. numero 1. pa. 404.
Metus, siue iustus, siue iniustus ex graui malo habitus, vel quod natura accidit, vel in quod sua se culpa coniecit non annullat matrimonium, & quid quando metu iniusto matrimonium fuit celebratum, cap. 76. numero 49. cum sequentibus, p. 403.
Metus impedimentum, vel alias dirimens occultum, etiamsi postea sit sublatum, non tollit quin iterum sit expresse denuo celebratum coram parocho, & testibus, vel saltem absque eis sequendo quorundam opinionem, c. 76. n. 32. cum seq. p. 400.
Metus solus reuerentialis viri erga vxorẽ, parentis erga filium, an sit sufficiens ad rescindendum matrim. vel alium contractum, cap. 44. numero 32. pagina 221.
Et quid, vbi cum metu reuerentiali simul concurrit nimia crudelitas, & sæuitia eius, cui reuerentia debetur, ibidem, nu. 33. p. 222.
Et quid si pater erat vir terribilis, & nimiũ crudelis & sæuitiam præseferat, solitusque sit sæuire vbi suæ non obtemperatur voluntati, etiamsi minæ & verbera non præcesserunt, d. cap. 44. n. 34. & 40. p. 222. & 224.
Metus minor cadit in puerum quam in virum, c. 77. n. 3. p. 404.
Metus quis dicatur cadens in constantem virum arbitrio iudicis relinquitur, & quidiure Regio, cap. 77. nu. 4. & 5. pag. 405.
Metus mortis, mutilationis mẽbri, & gra-

ui

ui corporis cruciatus, grauiumque verberum cadit in constantem virum, cap. 77 n.6.p.405.
Metus armorum est cadens in constantem virum, licet illa portans eis non vtatur, & etiamsi arma fuerit deposita, cap.77. n.8.p.405.
Metus carceris, an sit cadens in constantē virum, c.77.n.10.p.406.
Metus infamiæ an sit cadens in constantē virum, c.77.n.11.p.406.
Metus excommunicationis, an sit cadens in constantem virum, cap.77. num. 12. p.406.
Metus amissionis bonorum, an sit cadens in constantem virum, cap.77. num. 13. p.407.
Metus amissionis magni lucri, an sit cadens in constantem virum, c.77.nu.14. p.407.
Metus reuerentialis in quos detur, vt dicatur cadere in constantem virum, ca.77. n.15.p.407.
Metus in personas filiorum & aliorum cōiunctorum, an sit cadens in constantem virum, c 77 n.16 p.407.
Michaelis Palatij opinio, simpliciter loquētis in materia vxorcidij improbatur, ca, 105.n.25.p.515.
Millie testes singulares regulariter non faciunt fidem, cap.44. numero 2. pagina 212.
Minor an possit arras promittere remissiue, c.19.n.42.p.96.
Minores an possint ordinari, c.109.n.55.p. 552.
Modus turpis impossibilis, vel contra substantiam matrim. appositus in eo, an illud vitiet, cap.82. numero 32. pagina 428.
Monachus professus contrahens matrimonium de facto, an incurrat irregularitatem, c.107.n.25.p.515.
Monitiones requisitæ ad celebrandum matrimonium remitti possunt ex iusta causa, c.71.n.10.p.366.
Moræ purgatio attēto Iure Canonico est licita etiam in casibus, in quibus alias de Iure Ciuili locum nō habebat, dummodo ius alterius non sit factum deterius, c.19 n.92.p.98.
Mors coniugis absentis quomodo sit probāda ad hoc vt superstes aliud matrim. possit contrahere, cap.52. per totum, p. 280.
Mulier transiens ad secundas nuptias, an teneatur reseruare filijs prioris matrim. arras, quas à primo marito habuit, & an possit aliquem illorum in iliis meliorare, c.109.n.38.p.547.
Mulier nobilis quæ plebeio nupsit, qui ei aliquid donauit, ratione nobilitatis, an teneatur transiens ad secundas nuptias, illud reseruare filijs prioris matrimonij, c.109.n.39.p.549.
Mulieri asserenti se cognitam à viro, potius credendum est, quam viro neganti, c.120.n.25.p.591.
Mulier sero proclamans impotentiam viri, nō auditur ante triēnium, secus post, c.120 n.26.p.191.
Mulier post contractum matrim. an teneatur credere marito dicenti se ficte consensisse remissiue, cap.9.numero 13.pa. 55.
Mulier descendentes habens, quæ secundo non nupsit potest quemcunque ex descendentibus meliorare in tertia, & quinta arrarum parte, c.19. numero 43. pag. 96. secus in muliere secundo nubente, filios prioris matrimonij habente, d.cap. 19.n.44.p.96.
Mulier potest meliorare quemcunque descendentem si secundo non nupsit.
Mulier quæ ingressa est Religionem per metum alicuius personæ etiam si existat in Religione post multos annos viuente illa persona quæ metum ei intulit, non ex hoc purgatur metus, & an hoc procedat stante Sanct. Concil. Trid. cap. 76. n.28. & 29 p.397.
Mulier quæ tempore matrimonij virgo erat, si statim reclamauit allegans viri impotentiam post mensem, vel bimestre audienda est, quamuis vir impotentiam neget, etsi ea probetur per rectum iudicium, dissoluetur matrim. concurrē tibus his de quibus hic, c.120.n.28.& 31. p.591.
Muliere corrupta tempore contractus matrimonij qualis probatio impotentiæ requiratur ad dissolutionem matrimonij, c.120.n.29.p.592.
Munera sponte oblata officiali Ecclesiastico ob expeditionem dispensationis matrim. sibi commissam, an teneatur restituere, c.128.n.7.p.630.
Præcipue si muneris exiguitas esset sponte oblata à persona qualificata cui esset decus illud rehabere, ca.128. nu.8.pag. 631.
Et quid omnino expedita dispensatione præcipue seculentorum, & poculētorū, ibidem, n.9.
Muneris cuiusque spe, aut præmij recipiendi prohibitio de qua in alia clausula matrimonialis dispēsationis quomodo intelligatur, cap.128.num.2.cum seqq.p. 629.
Mutus, & surdus, an possint matrimonium contrahere, cap.8. numero 1. cum seq. p.47.
Mutus, & surdus simul, an possint matrimonium contrahere, cap.8.numero 2.pag. 47.
Mutus, & surdus simul, acceçus, an possint matrimonium contrahere, cap.8.nu.4. p.48.

N.

NAturales, an sint filij nati post votum simplex castitatis, cap.1. num.24. p.11.
Non refert quid ex æquipollentibus fiat; c. 43.n.33.p.202.
Notarius aut iudex cui contrahere volens fatetur se aliquo impedimento laborare, obtinuisse tamen eius dispensationē pro foro conscientiæ an possit id non scribere, sed admonere illum vt taceat, c.60.n.7.p.311.
Nullj humanæ potestatis, cōiūgere aliquos est concessum in matrimonio, sine illorum consensu, cap.46. numero 3. pag. 246.
Nuptiæ secundæ vel vlteriores, & sic dissoluto matrimonio per mortem alterius coniugis licitæ sunt, cap.106.num.10.p. 519.

O.

OBstetricum inspectio facienda est ad sciendum an mulier sit carnaliter cognita, c.63.n.49.p.343.
Occidens vxorem propriam animo aliam incertam ducendi, licet peccet contrahendo, matrim. tamen valet, ca.105.nu. 22.p.515.
Ordinarius an teneatur dispensare in denūciationibus ad matrim. stante iusta causa, vel an potius remaneat in sua mera voluntate, vel an ab eius denegatione quādo dispēsare tenetur possit appellari, & an interim si sit graue periculum in mora expediendi dispensationē, nec possit haberi copia iudicis Ordinarij, vt dispenset, possit denunciationibus omissis matrim. contrahi coram parocho & testibus, & quid quando dispensare non tenetur Ordinarius, c.57. num. 4. cum seqq. pag.304.
Ordinarij mentio quoties fit in decreto, ni si subiecta materia aliud poscat, intelligitur non tantum de Episcopo sed etiā de omnibus habentibus iurisdictionem Ecclesiasticam, cap.66. numero 14 pag. 350.
Ordinarius ad impartiendam benedictionem nuptiarum dicitur qui habet iurisdictionem ordinariam eo loco, vt Archiepiscopus, Episcopus & generalis Vicarius eorundem, c.106 n.6.p.518.
Ordinarius cui committitur dispensatio ad matrimoniū an teneatur verificare verba illa dispensationis ipsi ex certis, & rationabilibus causis animum suum mouentibus cupiunt, cap.128. numero 15. p.634.
Ordinarius cui committitur dispēsatio matrimonialis potest ex iusta causa dispensare circa monitiones, non obstāte clausula dispensationis qua asseritur, seruata forma Concilij Trid. cap.128.n.11.pag. 632.
Et quid quando matrim. est nullum ex impedimento dirimente, & denuo est celebrandum, cap.128. numero 12. pag. 632.
Ordinatus sacris ante vsum rationis, vel ante pubertatem an teneatur ad continentiam, cap. 94. numero 18. pagina 473.
Ordinis peruersio, quando non est de substantia, non vitiat actum, c.95.num.12. p.476.
Ordo sacer quo iure matrim. dirimat, cap. 94.

94.n.10.p.471.
Ordinatus sacris metu, & non consentiēs, Iure Canonico, & Regio non recipit characterem, capite 94. numero 17.p. 473.
Officialis Episcopi, qui semel pronunciauit rescriptum sibi commissum esse subreptitium, an possit amplius se in causa intromittere, & sic reuocare suam huiusmodi sententiam, & quid è contra, & an tanquam Ordinarius id possit facere, capite 125. numero 15. & 16. pagina 621.
Officialis Episcopi cui est commissa dispēsatio quibuscumque verbis, de quibus hic potest alij committere receptionem testium, ac informationem, c. 125.n.20. p.621.
Officialis Ecclesiasticus expediens dispensationes matrimoniales sibi commissas, an teneatur, munere oblata sponte, restituere, c.128. numero 7. pag.630.
Præcipue si esset exiguitas muneris, sponte oblati à persona qualificata, cap.128.n. 8.p.631.
Opinio vnius celebris Doctoris, quando communi opinioni præferatur, vel è cōtra, c.3. n.19 p.26.
Oscula & alij tactus impudici non sunt licita inter sponsos de futuro impeditos cōtrahere matrimonium adiecta conditione, si Papa dispensauerit, c.78.n.5. pag.410.
Oues & alia animalia æstimata in dotem tradita si fuerint perempta debent suppleri ex fœtibus eorundem, vide verbum, dos.

P.

PActa matrimonialia, quod vnus ex filijs nascituris fidei Catholicæ adhæreat & alter hæresi sunt prorsus nulla, & irrita, c.104.n.8.p.510.
Pactum cum pœna quod vir teneatur habitare cum vxore in certa Ciuitate vel Oppido, an valeat, c.23.n.15. cum seqq. p.122.& 123.
Palatij opinio circa transitum Religionis iuuenis improbatur, cap.95.num.5.pa. 475.
Papa circa ea quæ sunt de iure positiuo habet potestatem illa reuocandi ex tunc, idest retro, idem est in legitimatione Papæ, etiam quoad honores seculares, ca. 74.n.4.& 5.p.375.
Papa potest tollere constitutionem iuris positiui etiam quoad effectus præteritos, cap. 74. numero 6. & 7. pagina 376.
Papa potest legitimare aliquem, quoad ordinē, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam: secus respectu iuris iam alij quæsiti ex hæreditate alterius, c.74.n.8. 9.& 10.p.375.
Papa dispensando in radice matrimonij potest legitimare filios spurios antea natos, vtendo clausula prolem susceptam, &c. & quando dicatur dispensare ad radicem matrimonij, cap.74 numero 11. pag.376. & num.20. 22. & 23.& 33.p. 384.
Papa an possit dispensare, vt quis posset ducere duas sorores successiue in vxores, affirmatur, cap 99. numero 10. pagina 491.
Papa, an possit dispensare in impedimentis naturali, & diuino iure dirimentibus matrim, cap.122. numero primo, pag. 597.
Papa solus dispensare potest in impedimētis solo Iure Pontificio dirimentibus matrim.cap.122.numero secundo, pagina 597.
Papa potest dispensare in voto castitatis in ordinibus sacris emisso, & quæ causa requiritur, cap.123. numero primo, pag. 600.
Papa an possit dispensare ex magna causa in solemni Monachorum castitatis voto ad matrimonium contrahendum, ca. 123.n.2.p.601.
Parentes, an possint contrahere sponsalia & matrimonia pro filijs suis spurijs etiā ex damnato coitu generatis, cap.13.n. 8.p.67.
Parentes, an & quando possint contrahere sponsalia, vel matrimonia pro filijs suis, cap.13.numero 1.cum seqq & quid quādo filij sunt absentes, vel non sunt doli capaces, p.67.
Parentes peccant impedientes matrim. filiorum absque iusta causa; potest tamen pater medijs suauibus impediri matrim. filij quando aliàs nō tenetur filius ad id matrimoniū, c.79.n.6.p.411.
Parentes quoties possunt exhæredare filios, non tenētur eis alimenta præstare, nisi ea quæ sunt præcise necessaria ad vitam, & ideo tenentur dotare filias in hac specie in quantitate necessaria quando alia alimenta filiæ non suppeterent, capit.80. numero tertio, cum seqq.pag. 414.
Parens transiens ad secundas nuptias, an & quando teneatur reseruare filijs prioris matrimonij æstimationem bonorum consumptorum, cap.109.numero 17.p. 541.
Parens transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare bona quæ habuit à priori matrimonio quoad proprietatem, non solum filijs illius matrimonij sed etiam nepotibus & pronepotibus, c.109.nu. 27.p.542.
Parens transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrimonij bona quæ habuit ab eo, quamuis prædicti filij non sint hæredes, & renunciauerint hæreditati parentis prædefuncti cum iuramento, cap.109. numero 36 p. 547.
Vide verbum coniux.
Parentum consensus ad sponsalia, vel matrimonia filiorum, non est satis, nisi ipsi filij consentiant & Canones aliud insinuantes intelligendi sunt de honestate, & leges aliud statuentes sunt abrogatæ, vt in numero 3. cap.69. num.2. & 3. p.411.
Parentes non possunt cogere filios ad tales nuptias, sed libere eas, vel alium statum eligere debent, cap. 79. num.4.p. 411.
Parochus non potest dispensare in monitionibus requisitis ad matrim.celebrandum, etiam si constitutio Synodalis vel Episcopus id sibi non reseruauerit, cap. 56.n.12.p.301.
Parochus assistens matrimonio absq; monitionibus an & quando excusetur, cap. 57.n.8.p.305.
Parochus regulariter factis denunciationibus in Ecclesia iuxta formam Concilij Tridentini si nullum opponatur impedimentum, potest nulla exquisita Ordinarij licentia matrimonio assistere, cō trahentesque matrimonio copulare, ca. 60.n.1.p.310.
Parochus opposito impedimento potest interdicere matrimonium, non autem de impedimento cognoscere, sed debet rem Ordinario remittere, cap 60.nu.2. p.311.
Parochus non potest assistere matrimonio frangentis aliorum sponsalium fidē, sed tenetur remittere ad Ordinarium, cap. 60.n.3.p.311.
Parochus proprius, vel Ordinarius ad impartiēdam benedictionem nuptiarum quis dicatur, c.106.nu.5.cum seqq.pag. 518.
Parochus cuiusque nubentium potest benedictionem nuptialem præstare, capite 106. numero octauo, & 9. pagina 518.
Parochus non sacerdos potest concedere licentiam sacerdoti ad assistendum matrim. non tamen non sacerdoti nec etiā Ordinarius, cap.62.numero 21. & 22.p. 323.
Parochus generaliter, vel specialiter interdictus à sacramentorum administratione an valide mat. im. assistatur, c.62.nu. 25.p.324.
Parochus absque vero titulo stante communi errore, an valide assistere possit matrim.c.62.n.26 p.324.
Parochus ipso iure priuatus beneficio an valide assistat matrimonio, vt in exemplis hic positis, c.62.n.27 p.325.
Parochia propria & diœcesis quæ dicatur, c.62.n.30.p.325.
Parochia acquiritur ratione habitationis quando ea breuis temporis non est, sed in id oppidū se aliquis recepit causa alicuius negotij expediendi, vt acquirunt scholastici in loco studij, famuli, & mercenarij non ad breue tempus locantes operas in domo heri, & hi qui causa pestis aut belli aliquo confugiunt, cap.63. n.19.p.331.
Parochus delegatus ab Episcopo ad nutū, an valide assistat matrimonio, ca.62.nu. 32.p.325.
Parochi verba, coram quo celebratur matrimonium, non sunt de essentia ipsius, & an peccet parochus venialiter

eaminiſtens c.69.n.3.p.356.

Parochus aſsiſtens matrimonio an poſsit varba proferre per interpretem coram teſtibus,c.69.n.17.p.361.

Parochus & teſtes aſsiſtentes matrimonio clandeſtino abſque præmiſsis denunciationibus peccarent grauiter & in exteriori iudicio cõdignis pœnis ab Ordinario sunt puniendi, cap.75.numero 9 pa. 387.

Parochi pœna intereſſentis matrimonio eorum qui non sunt de ſua parochia,ca. 75 n.15.p.388.

Parochus alienus,vel alius,qui non eſt parochus non aſsiſtens matrimonio, ſed alij licentiam aſsiſtendi concedens non incurrit pœnam ſuſpenſionis nec aliam arbitrio iudicis,cap.75.numero 18.pag. 388.

Parochiam duplicem quis habere poteſt quando in vtroque æqualiter habitat,c. 64 n.1.p 344.

Parochiam duplicem habens, an æque in qualibet poſsit matrimonium inire, & quod vterque parochus ex illis poteſt audire confeſsionem eius & adminiſtrare ſacramenta,c 64.num.2.cum ſeqq.p. 344.

Parochus non poteſt pro matrimonio vagorum intereſſe niſi diligenti inquiſitione præmiſſa,& obtenta Ordinarij licẽtia,c.65.n.6.p.346.

Idem eſt in alienigenis alibi habentibus fixum domicilium, ibidem, numero ſeptimo.

Quod procedit etiam quando alter ſolum ex contrahentibus vagus aut forẽſis eſt, d.cap.65. n.8. pag. 347. vbi quiseam licentiam præſtare poſsit, & quid de illis qui de certa parochia intra idem oppidum vel Ciuitatem morantur,dum ad aliam parochiam tranſlati non sunt ſed ad breue tempus alicubi hoſpitantur, c. 65 n.9 p 347.

Parochus vagorum ad aſsiſtendum eorum matrimonijs erit quicunque parochus, c.65.n.10.p 347.

Quod procedit etiã ſi in fraudem proprij ſacerdotis vagi dereliquiſſent domicilium ibidem,n.11.

Parochi delegati quos Epiſcopi cõſtituũt, & ad nutum ipſius amoueri poſſunt, & vicecurati à parochis proprietarijs inſtituti, an poſsint alteri ſacerdoti licentiam aſsiſtendi matrimonio concedere, c.66.n.18.p.351.

Parochus tenetur habere librum in quo ſcribat nomina patrinorum baptiſmi,c. 84.n.7 p.436.

Parochus an ſit miniſter ſacramenti matrimonij,capite 41,numero ſecundo,p. 185.

Parochus & teſtes non eſt opus, ad valorem matrim. contracti per procuratorem,quod videant litteras in quibus continetur poteſtas procuratoris, ſed tantum quod mandatum ſit ſufficiens, & quod exprimatur coram eis conſenſus de præſenti,cap. 44. numero 100. pag. 241.

Parochus triennio ſuſpenſus, quia interfuit matrimonio clandeſtino, ſi iterum alio matrimonio interfuerit, primo triẽnio ſuſpenſionis durante, an per integrum aliud triennium ſuſpendi debeat, c.75.n.19.p.389.

Parochus ſuſpenſus ab officio quia interfuit matrimonio clandeſtino, an ſit ſuſpenſus etiam à beneficio, c.75.nu.21.p. 389.

Parochus ſuſpenſus, quia interfuit matrimonio clandeſtino, an abſolui poſsit ab Epiſcopo ſuo,cap.75. numero 22.p. 389.

Parochus aſsiſtere non debet matrimonio eorum quorum alter faſsus eſt votum emiſsiſſe, ſed eo non teneri,quia ficte vouit,capite 60.numero quarto, pag. 311.

Ampliatur,num 5.ibidem.

Et quid quando parocho, vel iudici Ordinario denunciatur impedimentum,ibidem, num.6.

Parochus vel Ordinarius qui nouit impedimentum inter contrahere volentes quid facere debeat, cap.60. numero 10. p.312.

Parochi proprij aſsiſtentia exigitur de neceſsitate ſacramenti ad valorem matrimonij,cap.62. numero primo, pag. 318.

Parochus proprius vtriuſque contrahentium eſt Epiſcopus, & eius Vicarius generalis,c.62.n.2 p.319.

Parochus alienus virtute Bullæ Cruciatæ non poteſt eligi ad aſsiſtendum matrimonio,capite 62.numero tertio,pagina 319.

Parochus proprius alterius contrahentis ſufficit quod aſsiſtat matrimonio pro eius valore, ſaltem ſi ſit parochus illius contrahentis,in cuius parochia celebratur, imo etiam ſi extra parochiam vel dioeceſim celebretur matrimonium, & an ad hoc requiratur licentia Ordinarij vel parochi loci in quo matrimoniũ celebratur, & an peccet puniendusque ſit parochus proprius aſsiſtens matrimonio abſque prædicta licentia, cap.62 numero quarto, cum ſequentibus,pagina 319.

Parochus proprius aſsiſtens matrimonio, an debeat eſſe ſacerdos necne,ca 62.nu. 15.p 321.

Parochus etiam ſi non ſit ſacerdos poteſt licentiam concedere ſuis parochianis confitendi alieno parocho, ſicut eam quoque concedere poteſt recipiendi Euchariſtiam à Religioſo, cap.62.n.18. p.322.

Parochus an poſsit & debeat intereſſe matrimonio hermaphroditorum,cap 119. numero ſecundo,cum ſequentibus,pag. 583.

Partus ſequitur ventrem quoad conditionem matris,cap.93.numero 6.& 7.pag. 468.

Pater qui in neceſsitate filium ſuum ex cõcubina baptizat non poteſt eam ducere in vxorem,cap.100.numero 12.pag. 487.

Pater ſi promittat alicui in vxorem filiam ſuam Mariam,& caſu quo nequeat eius vxorem,ad quid teneatur, cap.16.nu.4. p.73.

Pater promittẽs arras pro filia,an eas amittat ſi faciat quidquid in ſe eſt,vt matrim. celebretur,cap. 18. numero 22. pagina 86.

Pater quando filiæ legauit ducenta pro ea maritanda,vel pro ſua dote,quam pater in vita ſua poſtea maritauit,datis ſibi ſolis centum,an poſsit tunc filia ab hæredibus patris alia centum reſidua ſibi petere, vel non, cap.20.numero 29. pag. 108.

Pater quid poſsit facere cum filio matrimonium contrahente contra ipſius voluntatem,c.92.n.5.p.465.

Patres impedientes iniuſte matrimonia filiorum an incurrant excommunicationem,& quid de alijs habentibus iuriſdictionem externam,c.79.num.11. & 12. p.412.

Pater quando filiam matrimonio collocat tenetur eam dotare, etiam ſi ei dotem non promiſerit tempore matrimonij, cap.80.numero ſexto,& ſeptimo, pag. 414.

Idem eſt ſi filia nupſit cum patris cõſenſu cum modica,& minus competenti dote,quia poteſt augmentum petere, cap. 80 n.8 p.415.

Pater tenetur filiam dotare, etiam ſi ei alimenta præſtare non teneatur, quando eſt diues,c.80.n.9. p.415.

Pater filiæ monaſterium ingredienti tenetur dotem cõſtituere,c.80. numero 10. p.415.

Et idem eſt reſpectu filij volentis ad ſacros ordines promoueri,ca.80. numero 11. p.415.

Pater an teneatur dotare filiam maiorem 25. annorum ipſo inuito nubentem,ca. 80.n.12 p.415. & quid in filio eiuſdem ætatis nubente inuito patre, ibidẽ, n.15.

Pater poteſt increpatione paterna cogere filiam ad certum matrim.c.97.n.5.pag. 411.

Peccatum mortale non eſt contrahere ſpõſalia inualida ante ſeptennium: ſecus vero eſt in matrimonio cõtracto ante ætatem legitimam,cap.2.numero 15.& 16. p.15.

Penſiones Eccleſiaſticæ,an vacent per cõtract. matrim.cap.97.numero 9.pagina 484.

Perſonæ maiores,& negotia maiora veniunt in mandatis procuratorum, & in contractibus,& alijs rebus, licet nominentur minores,vel minora, cap.44.nu. 91. p. 238.

Peruerſio ordinis quando de ſubſtantia non eſt,actũ non vitiat,cap.95.nu.12.p. 476.

Pœna arbitraria imponenda eſt ſacerdoti benedicenti ſecundas nuptias in caſu nõ permiſſo,c.196.n.19.p.521.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœna de qua in authentica, cui relictum, C. de indictione viduit. toll. aduersus viduam secundo nubentem infra annũ luctus, an sit hodie correcta per Ius Canonicum, cap. 108. num. 10. cum seqq. p. 530.

Pœna noua mitior à lege imposita corrigit grauiorem antiquam: secus in pœna noua imposita à iudice, cap. 75. num. 17. p. 388.

Pœna an adijci possit in sponsalibus, & matrim. pro firmiori obligatione, & per totum cap. deciditur negatiue, cap. 17. n. 1. p. 76.

Amplia vt procedat non solũ quando pœna apponitur per ipsos sponsos, sed etiã per eorum consanguineos quando militat eadem ratio probabilis.

Secundo ampliatur, vt procedat, etiã quando pœna ponitur inter multũ astrictos ipsis sponsis amicitia, existente eadem probabili ratione, vt in n. 3.

Tertio ampliatur, vt procedat etiam quando promittentes pœnam graue damnũ inferre possunt contrahentibus nisi contrahantur, vt in n. 4. ibidem.

Quarto ampliatur, vt procedat etiã si pœna sit modica attenta contrahentium dignitate, vt in n. 5.

Ampliatur etiam alijs modis numero 6. cũ seqq.

Pœna adiecta de matrim. contracto dissoluendo non valet, cap. 17. numero 6. p. 77.

Pœna, qua mulier promisit se alicui non nupturam non valet, cap. 17. numero 7. p. 77.

Pœna adiecta fauore matrim. nẽpe quod vir non tenebit concubinam, valet, cap. 17. n. 8. p. 77.

Pœna adiecta matrim. per alios quando nulla imponitur necessitas contrahendi matrimonium, an valeat, cap. 17. n. 9. p. 77.

Pœna adiecta matrim. inter omnino extraneos vt hic bene valet, c. 17. nu. 10. p. 77.

Pœna adiecta per sponsum extraneo, nisi perfecerit sponsalia non valet, ca. 17. n. 11. p. 78.

Pœna promissa ab extraneo contrahenti sponsalia valet, c. 17. n. 12. p. 78.

Pœna adiecta sponsalibus, an valeat quoad id quod interest, cap. 17. numero 14. p. 78.

Pœna promissa inter extraneos, si Petrus nõ duxerit Mariam, an valeat, ca. 17. nu. 13. p. 78.

Pœna adiecta spõsalibus, vel matrimonio, sponte soluta an sit restituenda, c. 17. n. 5. cum seqq. p. 78.

Pœna promissa in contractu sponsalium, an firmetur iuramento, c. 17. n. 17. cum seqq. p. 79.

Pœna promissa in sponsalibus est contra bonos mores naturales, ca. 17. num. 20. p. 79.

Pœna, an datione arrarum debeatur, c. 18. n. 17. pag. 84. & quid in foro conscientiæ, n. 18. p. 85.

Pœna conuentionalis an debeatur in foro conscientiæ, cap. 18. numero 19. pag. 85.

Pœna consistens in lucro non acquirendo adiecta à contrahentibus sponsalia, an valeat, vt in exẽplo hic posito, c. 20. n. 2. p. 101.

Pœnæ impositæ viduæ secundo nubenti infra annum luctus sunt correctæ Iure Canonico, cui est standum etiam in foro seculari, c. 108. n. 2. 6. & 8. p. 528. & iure Regio idem dispositum est, vt in n. 3. p. 528.

Pœnæ impositæ viduæ secundo nubenti infra annum luctus sunt correctæ Iure Canonico, quacumque parte anni nubat, cap. 108. numero septimo, pagina 529.

Pœnæ impositæ mulieri secundo nubenti infra annum luctus in filiorum fauorẽ, non sunt correctæ Iure Canonico, cap. 128. n. 21. p. 532.

Pœnæ mulieris secũdo nubentis infra annum luctus quæ sunt correctæ, & quæ non Iure Canonico intelligendæ sunt de tertijs, & vlterioribus nuptijs, c. 108. n. 22. p. 532.

Pœnæ secundo nubentium non sunt correctæ Iure Canonico quatenus comprehenduntur viduum fornicantem, c. 110. n. 1. p. 555.

Pœnæ conuentionalis de stylo Curiæ non fit condemnatio nisi quatenus interest, c. 18. n. 20. p. 85.

Pœnæ

Pœnæ conuentionalis debitor dum à se non petitur, an possit eam præterire, & quo tempore, cap. 18. numero 21. p. 86.

Pœnæ vel arræ an promitti possint in matrimonio spirituali, vel ingressu Religionis, c. 22. n. 3. p. 119.

Pœnæ impositæ viduæ luxuriosè viuenti non debentur in foro conscientiæ ante condemnationem, cap. 110. numero 7. p. 556.

Pœnæ impositæ transeuntibus ad secundas nuptias, an Iure Canonico sint correctæ, c. 111. n. 2. p. 559.

Pœnæ impositæ à restatore contrauenienti suæ voluntati debentur ante condemnationem, & exemptionem in cõscientia, c. 111. n. 3. p. 559.

Pœnitens matrimonij, vel sponsalium sub conditione si Papa dispensauerit contractorum, tenetur refundere alteri parti volenti stare cõtractui expensas dispensationis, cap. 78. numero 3. pagina 409.

Pœnitere non licet à contractibus conditionalibus ante conditionis euentum, c. 123. n. 21. p. 506.

Pignora pro securitate matrimonij contrahendi an interuenire possint, c. 22. n. 2. p. 118.

Pluralitas vxorum simul & eodem tempore est prohibita, cap. 106. numero primo, pag. 517. & numero tertio, pagina 518.

Potens ad contrahendum quando quis dicatur arbitrio iudicis relinquitur, ca. 63. n. 50. p. 343.

Potentia seminandi intra vas mulieris, an requiratur ad valorem matrim. ita vt nõ sufficiat potestas penetrandi, cap. 112. n. 7. p. 563.

Preces importunæ, an & quando incutiãt iustum metum, cap. 77. numero 17. pag. 408.

Precum veritas de quibus in dispensatione matrim. quomodo verificanda sit, c. 128. n. 10. p. 631.

Precum veritas de qua in dispensatione ad contrahendum matrimonium, quo tempore interuenire debeat & probanda sit tam de iure quam de stylo, cap. 126. n. 1. p. 623.

Præsentia in materia donationis vel promissionis matrimonij non præsumitur nisi probetur, c. 6. n. 8. p. 41.

Præsentia non requiritur ad sponsalia contrahenda in casu de quo hic, cap. 6. nu. 9. p. 42.

Præsumptio iuris tantum admittit probationem in contrarium, ca. 2. num. 22. p. 17.

Priuilegia, & indulgentiæ virtute Bullæ Cruciatæ concessa, & alia de quibus hic non expirant morte Papæ ea concedentis, c. 125. n. 24. p. 622.

Probari incontinenti dicitur quando intra triduum probatur, cap. 29. numero 4. p. 139.

Proclamatio contra matrim. quo tempore fieri debeat, cap. 120. numero 18. p. 589.

Promissio facti alieni obligat etiam in foro conscientiæ, c. 14. n. 3. p. 69.

Promissio facti alieni obligat etiam hodie attento Iure Ciuili, & in his Regnis attenta l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collectionis Regiæ, c. 14. n. 4. p. 69.

Promissio facti alieni, si obseruauerit recte quod promisit, libet erit à pœna, & interesse, c. 14. n. 6. p. 70.

Quod procedit etiamsi promiserit alterum facturum cum effectu, ibidem, numero 7. cum seqq. vbi limitatur aliquibus modis.

Promissio interna tantum homini facta non obligat seclusa iuris positiui dispositione attento solo iure naturali, ca. 4. n. 5. p. 30.

Promissio Deo facta matrimonij contrahendi ex se nisi alijs vestiatur circumstantijs valida est, cap. quarto, numero 6. p. 30.

Promissio simplex matrimonij non mutua ab altero tantum acceptata absque repromissione, an obliget sub culpa iethali, an vero veniali, cap. 5. num. 7. cum seqq. p. 35.

Promissio matrimonij facta absenti, an obliget irreuocabiliter ante absentis acceptationem nemine pro eo acceptante, seu stipulante, & quid si tertius eius nomine stipuletur vel acceptet, capite sexto, numero primo, cum seqq. p. 39.

Promissio facta absenti, ante illius acceptationem potest reuocari, cap. 6. numero 4. p. 40.
Procurator constitutus ad contrahendum matrim. non debet excedere fines mandati, alias matrim. erit nullum vt in exemplis hic positis, cap. 43. numero 19. p. 196.
Procurator ad contrahendum matrim. cũ certa quadam fœmina, non potest aliũ in sui locum substituere nisi hoc sibi cõcedatur specialiter à domino, ca. 43. n. 4. p. 190.
Procurator datus ad contrahendum matrimonium quibus verbis vti debet cum illud contrahit, cap. 43. numero 18. pag. 196.
Promissio matrim. facta præsenti & tacenti non potest reuocari, cap. 6. numero 7. p. 41.
Promissio matrim. facta infanti absenti per maiorem septennio, non potest reuocari, cap. 6. numero 10. cum seqq. pag. 42.
Promissio matrimonij facta absenti ad sui irreuocabilitatem, an requirat quod ipsa intimetur absenti per certum nunciũ, vel epistolam, cap. 6. numero 12. cum seqq. p. 42.
Promissio de matrimonio contrahendo facta absenti aliquo stipulanti vel acceptãti pro eo, an possit reuocari, ca. 6. nu. 17. p. 43.
Promissio facta de matrimonio contrahẽdo ab homine irato, aut alio passionis motu subito percito non valet, cap. 7. n. 6 p. 45.
Promissio sponsalium quando sit animo promittendi non tamen se obligandi, an vera sint sponsalia, & in foro conscientiæ obligent, & quid in promissione matrimonij iuramento stabilita, c. 9. n. 1. & 2. & 3 p. 51.
Promittens factum alienum non satisfacit fidei præstitæ si ficte, & simulate id adimpleat, hoc est, *per cumplimiento*, c. 14. n. 5. p. 70.
Promissio pœnæ inter extraneos, si Petrus non duxerit Mariam an, valeat: vide verbum pœnæ promissio.
Promittens sub certa pœna Titium fideiussorem, & adhibita omni diligentia nolit Titius fideiuuare licet promissor excusetur à pœna, sed non ab alio fideiussore æque tuto præstando, cap. 14. n. 10. p. 71.
Promittens sponsalia prius monendus est, quod si renuat fidem adimplere cogendus est censura Ecclesiastica, nisi vt hic, c. 15. n. 2. p. 72.
Promittens sponsalia nullo præmisso tempore, nec conditione quando cogendus sit fidem adimplere, cap. 15. num. 3. pag. 73.
Promittens aliquam ex pluribus se ducturum, quid si postea, vna ex eis carnaliter cognoscat, cap. 16. numero 5. pag. 75.
Promittens vir magnas arras ea ratione, vt ampla sibi dos promissa sit, aliter minores arras promissurus, an teneatur arras promissas, dote non soluta: vide verbum arras.
Promittens generaliter vnum sacrum cũ animo se obligandi, si id omittat an delinquat mortaliter, cap. 5. num. 15. cum seqq. p. 38.
In promissione simplici quæ sit materia grauis, c. 5. n. 14. p. 37.
Si quis promisit alicui acceptanti contrahere matrim. obligatur ad id contrahendum non ex vi sponsalium, sed ex vi simplicis promissionis acceptatæ, cap. 5. nu. 3. pag. 33.
Limita si alter post acceptationem diu distulerit repromissionem, & matrimonium perficere, cap. 5. numero 4. pag. 33.
Si promissor ad complendam suam fidem de matrimonio contrahendo tempus adiecerit, an liberetur ex lapsu temporis assignati, cap. 5. numero 5. pagina 34.
Promittẽs fœminæ se eam ducturum, quã putabat virginem esse, an teneatur hoc adimplere si ipsa virgo non erat, etiamsi iuramento firmasset suam promissionẽ, c. 10. n. 11. p. 58.
Promittens fictæ matrimonium fœminæ, eamque deflorans, ad quid teneatur, si promissionem suam adimplere non potest, quia sacris initiatus est, vel altera matrimonio copulatus, cap. 10. nu. 12. p. 59.
Promittens ficte matrimonium puellæ, & volens eam sic deceptam ducere, parentes autem id renuant ad quid teneatur, c. 10. n. 13. p. 59.
Promittens vere matrim. non tenetur seruare fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est, &c. vt hic, cap. 10. n. 24 pag. 62.
Promittens matrimonium pro absente ad quid teneatur, c. 14. n. 1. p. 69.
Promittens factum alienum Iure Canonico ad quid teneatur, cap. 14. numero 2. p. 69.
Proprius parochus ad contrahendum matrimonium dicitur illius loci, in quo contrahentes habent animum permanendi, secus si habeant ad tempus rediturí ad proprium domicilium, c. 63. n. 6. p. 328.
Protestatio præcedens alterius coniugis nullitatis consensus per quæcunque verba à se præstandi, an sufficiat ad irritandum matrim. postea subsequutũ, c. 52. n. 1 cum seqq. p. 282.
Protestatio metus clam facta ad hoc vt valeat debet esse cadentis in constantem virum, alias secus, quod procedit non solum, quando protestatio fit aduersus eũ qui metum illaturum timetur ad matrim. contrahendum, sed etiam aduersus tertium, qui metum non infert, & hoc fauore matrimonij, quia summã libertatem requirit, c. 52. n. 6. cum seqq p. 283.
Protestatio facta in ipso actu matrimonij aduersa parte præsente, & non contradicente, probatur metus ex ea, ca. 52. n. 9 p. 284.
Protestatio dissensus ad matrim. contrahẽdum ad forum exterius est necessaria: secus quoad forum animæ, c. 52. n. 11. p. 284.
Protestatio vnius ex contrahentibus matrimonium facta, non valet in præiudiciũ alterius absque eius consensu, c. 43. n. 25. p. 199.
Protestatio coniugis ante matrimonium affirmantis, se nolle per quæcumque verba postea à se proferenda matrim. contrahere, an sit sufficiens dissensus in iudicium, cap. 49. numero 52. pagina 277.
Prouisores Capituli sede vacante quibus fuit cõmissa dispẽsatio potuerunt ea expedire, c. 63. n. 41. p. 339.
Proximus pubertati quis dicitur, ca. 3. n. 46. & 47. p. 343.
Puberis reclamatio de sponsalibus à se contractis ante pubertatem coram quo fieri debeat, c. 29. n. 7. p. 139.
Puberes qui dicantur ad contrahendũ matrimonium, c. 63. n. 43. p. 340.
Pubes si post 14. annum habilis non sit, hoc est, potens ad copulam, an possit contrahere matrim. cap. 63. numero 44. pag. 341.
Pubes cum impubere contrahens matrimonium numquam resilire potest, c. 29. n. 8 p. 139.
Puella virgo petita in matrimonium contra voluntatem parentum, vel aliorum cum quibus habitat, quibus casibus, vbi, & apud quem deponenda est atque cõstituenda, vt plena libertate fruatur, & de praxi obseruanda in proposito, & quanto tempore remanenda sit in deposito, c. 37. n. 1. cum seqq p. 161.
Pupillus sicut sepulturam eligere, nec parochiam mutare, ita nec sua voluntate potest domicilium constituere, cap. 63. numero 9 pag. 329. & numero 34. pag. 337.
Purgatio moræ attento Iure Canonico est licita etiam in casibus in quibus alias de Iure Ciuili locum non habebat, dummodo ius alterius non sit factum deterius, c. 19. n. 52. p. 98.

Q.

QVando actus non est à parte rei cõtra iustitiam nec restituendi obligationem inducit, & nihil refert an bono vel malo animo fiat ad restitutionis obligationem producendam, cap. 118. num. 4. p. 582.

R.

RAptor fœminæ, vt cum alia contrahat matrim. an incurrat pœnas Sanct. Concil. Trid. cap. 86. numero 10. pag. 442.
Raptor debet quoque pati pœnas Iure cõmuni impositas, moderate tamen, cap. 86. n. 25. p. 445.

Raptor fœminæ ad matrim. contrahendū, si ipsam ducat vxorem, an liberetur ab infamiæ pœna de qua in Concil. Trid. c.86 n.26.p.445.
Raptus Iure Ciuili attento dirimebat matrimonium inter raptorem, & raptam celebratum, cap. 86. numero 1. pagina 441.
Raptus ab initio nascentis Ecclesiæ non dirimebat matrimonium nisi quatenus cō sensus deerat raptæ, cap. 86. numero 2. p.441.
Raptus Iure Canonico antiquo, & nouiori, an interdicatur, cap.86. numero 3.p. 441. & numero 4. refertur intellectus cap. fin. de raptoribus.
Raptus alienæ sponsæ, an hodie impediat matrim. cum ea vel alia, cap.86. num.5. p.441.
Raptus de quo in Sancto Concilio Trid. an requirat traductionem de loco ad locum, c.86.n.9 p.442.
Raptus hodie attento Sancto Concilio Trident. quamdiu impediat matrim.c. 86. num.6. cum seqq. pag.441. & ipsius Concilij intellectus.
Raptus pœna, an requirat copulam, ca.86. n.11.p.443.
Raptus pœna, an habeat locū sequuta pœnitentia rapientis antequam perueniatur ad locum ad quem rapiebatur, c.86. n.13.p.443.
Raptus pœna, an habeat locum attento Sancto Concilio Tridentino, quando ipsa volens abducta fuit, cap.86. numero 12. p.443.
Raptus importunis precibus factus, aut si fœmina conducto pretio extrahatur, an sit puniendus eisdem pœnis, c.86.nu. 14.p.443.
Raptus pœna non est locus, si virgo consentiens ignorantibus tamen parentibus abducatur. & quid quando fœmina volens inuitis parentibus abducitur, c.86.n. 16.& 17.p.443.
Raptus cuiuscunque mulieris, an comprehendatur in decreto Concilij Trid. cap. 86.n.21.p.444.
Raptus propriæ sponsæ de futuro, reclamātibus parentibus, non comprehenditur sub decreto Sancti Concil. Trid. de hoc agentis, cap.86.n.22.p.444.
Raptus pœnā an habeat locum in fœmina virum nolentem rapiente, cap.86. numero 23. pag. 444. & numero 30. pag. 445.
Raptus ad matrim. contrahendum qua pœna puniatur Iure Communi, & de alijs circa intellectum l. vnicæ, C. de raptu virg. remissiue, cap.86. numero 27. pag. 445.
Raptus pœna de qua in Sancto Concilio Tridentino locum habet, vbi ipsum est receptum, alias imponitur pœna Iuris Communis, cap.86. numero 29. pagina 445.
Raptus pœna, an habeat locum in fœmina rapiente virum ad matrim. contrahendum, cap.86. numero 30. pag. 445. & an sit nullum matrim. contractum cū iouene rapto violenter, ibidem.
Ratihabitio occasionis coniugis vna cum adulterio sufficit, ad impediendum matrim. cum superstite, c.105. n.8. pag. 413.
Ratione ex duabus assignatis à quacunque dispositione cessante, non obid cessat dispositio alteratione remanente, c.90. n.7.p.456.
Ratio differentiæ quare consuetudo possit noua impedimenta matrim. inducere, non vero inducta à Iure Canonico tollere, c.101.n.8.p.498.
Ratio generalis legis disponentis in casu speciali extenditur ad omnes casus in quibus ratio debita potest applicari, ca. 43.n.3.p.201.
Redditus annui de iure reputantur, & censentur esse inter bona immobilia etiam si sint census redimibiles, c.130.nu.5.p. 648.
Reipublicæ interest quod multis ex legitimo matrimonio procreatis augeatur, c.21.n.2.p.109.
Relaxatio iuramenti, vel authoritas iudicis an sit necessaria ad dissoluenda sponsalia de futuro, cap.35. numero 1. & 2. p. 115.
Religiosi habentes licentiam audiendi confessiones, an & quando possint eas audire extra diœcesim licentiam concedentis, c.62.n.14.p.321.
Relictum alicui sub conditione si non nupserit, an possit in foro conscientiæ peti, ac habitum secure teneri si nuptias contraxerit, c.20.n.1.p.100.
Reuocatio procuratoris tacita, ad hoc vt sit sufficiens quomodo debet apparere, c.43.n.26.p.199.
Reuocatio Vicarij generalis quomodo sit intimanda, cap. 68. numero 13. pagina 354.
Restitutio dotis: vide verbum dos.
Rogatus ab vrbis custodibus, num veniat ex tali loco, quem falso putant peste infectum esse, potest iurare ex eo se non venire ioselligēdo ex eo peste infecto, c.10.n.23.p.62.
Rumor impedimenti non sufficit ad impediendum matrim. & quæ differentia sit inter famam, & rumorem, c.36.n.16. p.160.

S.

Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, c.39.n.4.p.170.
Sacerdos secundas nuptias benedicens in casu non permisso qua pœna puniatur, c.106.n.16.p.520.
Scientia esse potest speculatiua, & practica, & quæ sit vnaquæque harum, c.49.n. 25.p.272.
Scientia, opinio, seu dubitatio speculatiua, quando adest, licitum est aliquando contrarium operari, vt hic, cap.49.nu.26.p. 272.
Scientia non præsumitur alieni facti, sed potius ignorantia, cap.90.numero 15.pag. 458.
Scientia eorum quæ communiter innotescunt præsumitur, cap 90. numero 18. p. 458.
Secreta tenetur manifestare quis, quando petuntur tantum ad peccati remedium, & quid quando quis ea accepit sub confessionis secreto naturali, non vero in confessione sacramentali, c.59. num 7. p.307.
Separatio matrimonij ex causa fornicationis quamuis regulariter fieri debeat, fallit tamen in pluribus casibus vt hic, cap. 129.numero 15. cum sequentibus, pag. 644.
Separatio matrimonij quoad torū, & mutuam cohabitationem ex causa fornicationis vxoris locum non habet, quando vir etiam similiter fornicatus est, c.129. n.15.p.644.
Nec quando ipse vir vxorem prostituerit, ibidem.
Nec quando mulier alteri nupsit propter longam viri absentiā credens esse mortuum, ibidem.
Nec quando latenter ab aliquo cognita sub specie viri lectum subintrante bona fide ex parte coniugis, ibidem.
Nec quando fuit vi oppressa, ibidem.
Neque si post adulterium perpetratum reconciliauit eam sibi carnaliter cognoscens, ibidem, numero 16. vbi de intellectu horum limitationum agitur, p. 644.
Separatio tori fit ob sæuitiam coniugis, c. 129 n.28.p.646.
Separatio matrim. cum petitur coram iudice Ecclesiastico causa adulterij, quæ praxis seruanda est: vide verbum adulterium.
Separatio vt fiat ad torum, & mutuam cohabitationē ex causa fornicationis quæ probatio necessaria sit, cap.129. nu.12. p.641.
Septennium ad sponsalia de futuro valide contrahenda à iure requisitum, an requiratur quod sit omnino completum, necne, cap 90.numero 8.p.457.
Semen fœmineum, an sit necessarium ad generandum. c.54 numero 23. pagina 291. & cap. 112. numero 8. pagina 563.
Seminis pars viri intra vas mulieris, licet non totum an sufficiat ad matrimonij valorem, c.112.n.11.p.563.
Senes possunt valide contrahere matrimonium, c.112.n.12.p.564.
Et quid de sene decrepito, ibidem, numero 13.
Et quid in fœmina quamtumuis vetula, ibidem, n.14.
Et quid in sene adhuc exhausto, vt omnino impotens sit, ibidem, n.15.
Sententia lata in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam, c.115.n.12.cū seq.p.576.
Sententia iudicis nulla requiritur ad declarandam illegitimitatem filiorum, ex clādestino matrimonio nullo genitorum, cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.72.n.9 pag.370.
Serui adscripitilij qui sint, cap.90.nu.21.p. 459.
Serui licite possũt inuitis dominis matrim. contrahere,cap.92.numero 1. cũ seqq. p.465.
Serui vxorati contra voluntatem dominorum,cui potius obedire teneãtur occurrente necessitate domini, & vxoris eodem tempore petentis debitũ, c.92.n.7. p.466.
Seruus contrahens cum ancilla credens eã esse liberam valide cõtrahit,ca.90.n.28. p.460.
Seruus contrahens matrim. sciente domino,an efficiatur liber,cap.91.numero 6. p.491.
Sigillum confessionis sacramentalis obligat etiam respectu pœnitentis,cap.60. n.11.p.313.
Signa impotentiæ tria sunt vt hic, c.102.n. 2.p.584.
Signa certa impotentiæ quando adsunt,nõ est amplius expectandum, & fœmina quocunque tempore audienda est, cap. 120.n.20.p.590.
Signum euidens frigiditatis est,quando ratione eius fuit vir separatus ab alio matrimonio, cap. 120. numero 6. pagina 586.
Solemnitas quando agitur de modico præiudicio præsumitur spatio 10. annorũ: si vero agitur de magno præiudicio spatio 30. annorum,cap.71. numero 13.p. 367.
Spiritualis cognatio vna tantum pullulat in patrino cathecismi,& baptismi simul,c. 84.nu.4. p.436. vide verbum cognatio spiritualis.
Sponsa de futuro,& sponsa de præsenti in quibus differant,cap.primo, numero 4. p.2.
Sponsa de futuro aliquando in iure appellatur vxor,cap.1. n.6.p.3.
Sponsa de futuro non comprehenditur in materia odiosa,secus vero in materia fauorabili,c.1.n.9.p.4.
Sponsa de præsenti nondum cognita decedente, an comprehendatur sub statuto præcipienti,vt vxore decedente absque liberis,vir dotem,vel partem eius lucretur,c.1.n.12.p.4.
Sponsa de futuro vi præcisa cognita carnaliter ab alio, an dissoluatur sponsalia,ca. 31.n.3.p.145.
Sponsa duodennis si transeat ad Religionem, quo tempore expectari debeat ad profitendum, cap.54. numero 12.pag. 290.
Sponsa ab sponso non vi cognita, sed metu cadente in constantem virum,an possit ingredi Religionem,c.54. num.29.p. 293.
Sponsa vel vxor potest arras promittere sponso vel marito, ob aliquam iustam causam,dummodo non excedant decimam partem bonorum eas promittentis,c.19.n.16.p.90.
Sponsalia impuberum verbis de præsenti contracta, an transeant in matrim. de præsenti, si traductio non fiat post Concil. Trid. solemniter coram parocho,& testibus aduertentibus id fieri cum intentione contrahendi,cap.63.num.27.pag. 335.
Sponsalia metu cadente in virum constantem inita,an sint valida; & quid si metus sit leuis, cap.76. numero 46. & 47. pag. 403.
Sponsalia de futuro,an hodie post Concil. Trid. subsequuta copula efficiantur de præsenti, maxime si interfint parochus & testes, cap. 81. numero 11. pagina 420.
Et quid si conditio sit de certa dote constituenda, capit. 81, numero 13. pagina 420.
Sponsalia contracta in diem, nempe contraham tecum ab hinc vno anno,an sint valida,& obligent,cap.82.num.37.pag. 428.
Sponsalia de futuro inter raptorem, & raptam non valent,cap.86. num.24. pag. 444.
Sponsalia si communi consensu dissoluantur,sunt nulla,ac proinde ex eis nõ oritur iustitiæ publicæ honestatis impedimentum,capit.103. numero 11.pagina 504.
Spõsalia cõtracta ab impuberibus quãdo inducant impedimentum iustitiæ publicæ honestatis,vel non, capit. 103. num.12. p.504.
Sponsalia inter fidelem, & infidelem an valeant ea conditione,si hic conuertatur,c.104.n.5 p.509.
Sponsalia contracta inter fidelem,& hæreticum vel apostatam sunt nulla,c.104.n. 9.pag.510.
Sponsalia tripliciter sumuntur vt hic, ca.1. n.1.cum seqq.p.2.
Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio, cap.1. num. secundo & 3. pag. secunda.
Sponsalia vt cõtrahãtur quæ ætas requirant,vide verbum ætas.
Sponsalia de futuro vltima die septennij incœpta contrahi possunt, imo sufficit etiam si duo, vel tres dies septennij deficiant,imo in medio septimi anni, cap. secundo, numero 5. cum seqq. pag.12. & 13.
Sponsalia de futuro in quacumque ætate contracta valent,si via ordinaria,vel miraculose vsus rationis acceleretur, ca.2. n.11.p.13.
Sponsalia non sunt contracta ante septennium, nisi probetur contrahentes esse doli capaces,septennio vero completo contracta sunt valida, nisi probetur nõ esse eos doli capaces,cap.2.numero 11. p.14.
Sponsalia contracta ante septẽnium si nulla sint,post septennium conualescunt ex ratificatione expressa vel tacita, cap.2. n.13.p.14.
Sponsalia inualida cõtrahere non est peccatum mortale, cap. secundo, num.15. p.15.
Sponsalia de futuro quibus modis contrahantur,c.3.n.1.p.18.
Sponsalia de futuro post Concil. Trident. an obligent,eius solemnitate non obseruata, cap.4. numero 1. cum seqq. pag. 27.
Sponsalia de futuro clandestina sunt omnino licita ex se absque culpa, cap.4.nu.2. p.29.
Sponsalia de futuro sunt valida licet contrahentes dispares fiat valde genere,vel diuitijs,dummodo contrahens conscius sit conditionis alterius cõtrahentis,ca.4. n.3.p.29.
Limita si scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeatur,cap.4.nu. 4.p.29.
Sponsalia valida sunt, si tẽpore promissionis matrimonij vterque sit in Ciuitate eadem,vel loco & eodem die,& coram eisdem testibus, alter alteri prædictam promissionem matrimonij fecerit,licet simul præsentes non sint, cap.6. num.9. p.42.
Sponsalia erunt,si quando tractetur de matrimonio contrahendo, viro promittenti matrim. fœmina requisita manum dedit ad fidem recipiendam, c.12. num.7. p.65.
Sponsalia contracta per parentes pro filijs expresse consentientibus, vel tacite si præsentes fuerint nec contradixerint, obligant in vtroque foro, & quid in extraneos,numero 2.9.& 10.pag.68.cap. 13.
Spõsalia vni hoc est, spõsa promissa de Iure ciuili alteri nubere non prohibebatur,sed Iure canonico, & quoad forum conscientiæ est correctum, cap.15.n.1. p.71.
Sponsalia non sunt quoties pater promisit, se vnam ex filiabus indeterminate daturum,& ipsæ consentiãt, neque oritur ex eo publicæ honestatis impedimẽtum,verum in hac specie illis consentiẽtibus electio erit promissoris, cap.16 n. 2.p.74.
Et quid si ante electionem patris omnes eius filiæ,excepta vna, sint mortuæ, an eam teneatur dare pater in foro exteriori,& conscientiæ,ibidem,numero 1. & 3.
Sponsalia de futuro priora dissoluũtur matrim. de præsenti contracto cum alia persona,etiamsi prima sponsalia essent iurata,cap.27.numero 1. pag.135. præterquam si matrimonium fuisset irritũ, ibidem,n.2.
Sponsalia,an obligent post solutum matrimonium, cum alia persona contracta, c.27.n.3.p.135.
Spõsalia de futuro per copulam subsequutam transibant in matrim. hodie secus attento Concil. Trid. cap.27. num.4.p. 135.
Sponsalia priora de futuro non dirimuntur per secunda etiã sequuta copula, & hoc attento eodem Sancto Concil.Trid.ca. 27.nu.5.p.136. vbi num.6.dicitur quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo intelligendum sit, limitatur nu. 7. p. 136.
Sponsalia posteriora iuramento confirmata an derogent prioribus absque iuramento contractis, cap. 28. numero 1. p. 137.
Sponsalia priora, si ante celebratum matrimoniũ cum priore dissoluãtur, an teneatur prior sponsus ad posteriora, cap. 28. n. 2. p. 137.
Sponsalia de futuro etiam iurata, dissoluuntur per fornicationem subsequutam spõsi, vel sponsæ, & quid per tactus impudici, amplexus, & oscula, cap. 31. num. 1. p. 144.
Sponsalia de futuro an dissoluantur vtriusque fornicatione, cap. 31. numero 4. pa. 145.
Sponsalia de futuro, an dissoluantur fornicatione spirituali, vt si alter sponsus in hæresim inciderit, affirmatur, cap. 31. n. 5. p. 145.
Sponsalia de futuro, an dirimantur per impedimentum dirimens superueniens, & quid de impediente tantum, capit. 32 numero 1. & 2. cum sequentibus, p. 146.
Sponsalia de futuro etiã iurata dissoluũtur fœditate notabili superueniente; secus si tempore contractus inerat, cap. 32. n. 3. p. 147. vbi nu. 4. dicitur quomodo hoc intelligatur.
Sponsalia de futuro, an dissoluantur, si spõsa tempore sponsalium pulcherrima esset, postea vero efficiatur notabiliter deformis, c. 32. n. 5 p. 147.
Sponsalia de futuro præcedentia ad dissoluendã, est sufficiens causa notabilis morum asperitas vel sæuitia, quoties de nouo cognoscitur, cap. 33. numero 1. pag. 149.
Sponsalia de futuro dissoluuntur ob graues & capitales inimicitias inter sponsos ortas, c. 23. n. 2. p. 149.
Sponsalia de futuro, an dissoluãtur ob pauperiatem superuenientem, c. 33. n. 3. cũ seq. p. 149.
Sponsalia de futuro dissoluuntur ob notabile incõueniens, vel nouam causam quæ à principio existens, ea contrahi impediret, & procedit etiam, si sponsalia prædicta iuramento essent confirmata, ca. 33. num. 6. & 7. pag. 151.
Et procedit etiam si prædicta noua causa superueniat postquam sponsus fuerit in mora implendi prædicta sponsalia, ibidem, numero 8. non tamen deficeret defectus solus magnæ pulchritudinis, vt in numero 10.
Sponsalia de futuro ex causis præcedentibus notis dissolui non debent, c. 34. n. 1. p. 152.
Secus si erant ab altero probabiliter ignoratæ, ibidem, n. 2. veluti ob fornicationẽ præcedentem sponsæ ab sponso ignoratam, ibidem, n. 3. p. 153.
Idem dicendum est, si sponsus putabat spõsam esse virginem quo vidua esset, ibidem, n. 3. p. 153.
Et quid si sponsus nouit eam esse viduam, ignorauit tamen præcedentem fornicationem, ibidem, n. 4.
Et quid si sponsus conscius erat sponsam impudicam esse & infamem ob fornicationem, vt in n. 5.
Et superiora procedunt etiam si prædicta sponsalia iurata sint, vt in num. 6. secus est in fornicatione sponsi præcedente ipsa sponsalia, ibidem, numero 7. pag. 153.
Sponsalia de futuro, an, quibus casibus ex causis iustis præcedentibus dissolui possunt, hoc fiat ipso iure, vel alias, cap. 34. n. 8. p. 153.
Sponsalia de futuro propria authoritate dissolui possunt, imo dissoluuntur per ingressum Religionis, vel per contractum matrimonij, cum alio postea celebrati, c. 35. n. 3. p. 155.
Sponsalia de futuro vbi est certitudo causæ & facti ex natura rei dissoluuntur absq; aliqua authoritate iudicis, nisi ratione scandali vitandi, cap. 35. nu. 4. & 5. pag. 155.
Limitatur, n. 6. & 7. p. 156.
Sponsalia de futuro, an hodie per copulam subsequutã transeãt in matrim. de præsenti, cap. 40. numero 11. cum seqq. pag. 178.
Sponsalia de futuro, an & quando mutuo contrahentium consensu dissoluantur etiam iurata, c. 24. n. 1. cum seqq. p. 124. & 125.
Vbi etiam quid quando quis requirit alterum, rum, & hic nolit, ibidem, numero 2. p. 126.
Sponsalia certo tempore contrahenda, an eo transacto, dissoluantur, & quid in dubio, cap. 24. numero 6. cum seqq. pagina 126
Sponsalia an dissoluantur per ingressum Religionis professione non sequuta, ca. 25. numero 1. & quid si sponsalia sint iurata, ibidem, numero 2. pag. 129. & 130.
Limitatur nisi necessitas, aut commoditas, & vtilitas sequeretur alteri ex contrahẽtibus, ibidem, n. 3. p. 131.
Spõsalia iurãs, si postea Religionis voto se astringerit, an possit licite matrim. inire animo firmo ingrediendi Religionem, c. 25. n. 4. p. 131.
Sponsalia iurans nullo modo astrictus voto, an possit matrim. inire, animo ingrediendi Religionem antequam consummet, c. 25. n. 5. p. 132.
Sponsalia contrahens, & sub ea spe virginẽ defforans, an possit Religionem ingredi, c. 25. n. 6. p. 132.
Sponsalia de futuro an dissoluantur voto simplici castitatis postea emisso, c. 26. n. 1. cum seqq. p. 133.
Sponsalia de futuro dissoluuntur per votũ suscipiendi ordines sacros, cap. 26. nu. 2. p. 134.
Sponsalia de futuro præcedentia dirimuntur per votum ingrediendi Religionẽ, c. 26. n. 3. p. 134.
Sponsaliorum significatio proprior & frequentior est futurarum nuptiarum promissio, cap. 1. numero 8. cum seqq. pag. tertia.
Sponsalitia largitas ex quibus bonis est detrahenda, cap. 19. numero 40. pagina 96.
Sponsi cognoscentes se carnaliter, remissis denunciationibus ab Ordinario ante celebrationem matrim. dummodo postea fiant, & interim se non cognoscant sub pœna excommunicationis proculdubio contra facientes peccabuer mortaliter, & quid si nulla pœna adijciatur cõtra facientibus, cap. 38. numero 1. pag. 305.
Sponsi post cõtractum matrimonij de præsenti, ante copulam quandoque appellãtur maritus, & vxor, cap. 1. numero 5. p. 3.
Sponsus absens intra eandem Prouinciam quanto tempore expectandus sit Iure Ciuili, & Canonico, c. 30. per totum, p. 141.
Sponsus vi, vel timore graui extorquens copulam ab sponsa de præsenti post bimestre concessum à iure ad deliberandum de Religionis ingressu an peccet, c. 54. n. 30. p. 293.
Spõsus vel sponsa de futuro fornicans astrictus manet, innocens autem liber, c. 31. n. 2 p. 144.
Sponsus si conscius causæ sufficientis ad dissoluenda sponsalia de futuro, sponsam cognouit carnaliter, vtrum videatur ex hoc ius suum remittere, cap. 34. n. 4. pag. 154.
Sponsus aliquo occulto vitio laborans, an possit alterum sponsum alter ad fidem præstitam seruandam cogere quoties, si alter sponsus id sciret, possit ab sponsalibus resilire, cap. 34 numero 10. pag. 154.
Sponsus si prætextu Religionis nimis differat matrim. consummare vagando de vna Religione ad aliam intra annũ probationis potest compelli, dato termino peremptorio, vt maneat in vna Religione, in quo impleto anno nouitiatus profiteatur vel ad coniugem redeat, & matrim. consummet, c. 54. num. 13. cum seqq. p. 290.
Spõsus castitatem vouens, alter à fide spõsalium seruanda est liber, c. 26. num. 4 p. 134.
Sponsus, & sponsa dicentes matrim. non consummasse an illis sit danda fides, ca. 54. numero 31. pag. 294. vide verbum coniux.
Statuto stante quod nullus emat frumentũ in platea, nisi pro suo victu, si quis id emerit pro suo victu totius anni, & postea mutato proposito recedat, & vendat prædictum frumentũ, non punitur, cap. 63. n. 37. p. 338.
Statutum disponẽs quod mulier nupta seu maritata, non succedat patri, aut matri existentibus masculis, locum habet in desponsata per verba de præsenti, nondum ad domum viri traducta, excommuni

Universidad de Deusto
Biblioteca

munivsuſquendi, cap.primo,num.7. p.3.
In ſtatuto prohibente filiam dotatam non ſuccedere patri, minime comprehenditur ſponſa de futuro,cap.1.numero 9. pag.4.
Statutum præcipiens, vt vxore decedente abſque liberis,vir dotem, vel partem eius lucretur an comprehendat ſpõſam de præſenti nondum cognitam decedẽtem,c.1.n.12.p.4.
Steriles an matrim. contrahere poſsint,ca. 112.n.16.p.565.
Stips quid ſit,& eius definitio, c.98.nu.9.p. 486.
Stuprum an committatur quando fœmina ſponte ſua ad lectum viri cauſa luxuriæ accedit,ipſaque ab eo carnaliter cognoſcitur,cap.86.num.18. cum ſeqq p. 444.
Surdus an poſsit matrim. contrahere:vide verbum mutus.
Suſpenſionis pœna per triennium impoſita parocho intereſſenti matrim.clandeſtino nullo,non eſt ipſo iure lata, ſed imponenda,nõ eſt correcta per Concilium vltra pœnam arbitrariam, c.75.n.13.& 14.p.388.
Suſpenſus,exulatus, aut relegatus ad tempus ſi illo durante aliam ſimilem pœnã incurrat,an confundatur tempus ſecundæ cum tempore primæ vel non,ca.75. n.20.p.389.
Suſpenſus generaliter,ſi ſolis ordinibus minoribus ſit,nõ peccat contrahendo matrimonium, cap.83.numero 14. pagina 435.
Suſpenſionis reſeruatio à iure inducta contra ſacerdotem benedicentem ſecundas nuptias in caſu non permiſſo, iam eſt ſublata per extrauagantem concertationi Ioannis XXII. ca.106. numero 18. pag.521.

T.

TAcens videtur conſentire quantum eſt in ſui fauorem,non vero in ſui præiudicium,c.5.n.2.p.32.
Tenens puerum in Catechiſmo: vide verbum cognatio ſpiritualis.
Teſtes ſingulares regulariter non faciunt fidem,c.44.n.2.p.212.
Teſtes redduntur ſingulares ex diuerſitate loci,& temporis,quod procedit etiam, quando teſtes ſingulares tendunt ad eũdem finem,etiam ſi deponant in genere ſuper eadem facto principali, c.44.n.4. & 5.p.112.
Teſtes in cauſa matrimoniali requiruntur omni exceptione maiores,cap.44.nu.9. p.213. ſed contra,num.68. cum ſeqq p. 232.
Teſtes conſanguinei infra quartum gradũ vxoris ſecundi matrim. carnaliter cognitæ non ſunt admittendi contra primũ matrim.cap.44. numero 14.p.215.
Teſtes conſanguinei & affines in cauſa matrimoniali non ſunt omni exceptione maiores,c.44.n.13.p.214.
Sed contra, numero 68. cum ſequentibus p.232.
Teſtes mediatores & proxenetæ matrim. an faciant fidem pro eo, cap.44. numero 16. & 17. pagina 180. & pag. 92. & 93.
Teſtes familiares & domeſtici non ſunt omni exceptione maiores in cauſa matrimoniali,c.44.n.18.p.216.
Teſtes qui alias ſunt inhabiles,an admittantur in his, quæ ſunt difficilis probationis,& ſic in ſubſidium,vt ſunt ea quæ cõmuniter occulte fieri conſueuerunt, & ſic quando veritas aliter probari nõ poteſt,c.44.numero 20.& 21.p.217.
Teſtes inhabiles admittuntur quando concurrunt cum alio habili;quod procedit etiã in duobus teſtibus examinatis quorum vnus eſſet inhabilis alius vero pluſquam habilis,ſed hoc procedit quando ex natura rei, de qua agitur,probanda veritas alias ſciri non poteſt,vt in crimine hæreſis & ſimilium:ſecus vero ſi ex accidenti non poſsit per alios probari, c.44.n.24.& 25.pag.217.& 218.vbi ponuntur exempla.
Teſtes domeſtici ad probandum ea, quæ domi facta ſunt,non recipiuntur quando agitur de matrimonio diſſoluendo, & interuenit copula producentis,c.44. n.27.p.219.
Teſtes inhabiles producti ab eo qui potuit adhibere teſtes habiles,& eos non produxit, non probant, etiam ſi factum ſit de ſui natura difficilis probationis, cap. 44.n.28 p.219.
Teſtes inhabiles,etiam quando veritas aliter haberi non poteſt,non probant,ſi patiatur plures defectus neque ſunt teſtes integri,& omni exceptione maiores,c. 44.n.29.p.219.
Teſtes inhabiles, etiam quando concurrũt cum alio habili non admittuntur in cauſa matrimoniali, in qua etiam numerus teſtium nõ ſupplet, idemque eſt in alia cauſa ciuili graui,ſicut nec in cauſa matrimoniali,cap.44. numero 30. pagina 220.
Teſtes ſufficit quod conueniant in vnum, & eundem finem rei,licet in alijs diſcrepent.c.44.n.53.p.223.
Teſtes ſingulares bene probant præſumptam voluntatem,cap.44.nu.54.& 55. p.230.
Teſtes ſingulares bene probant, quando agitur de probando aliquem eſſe hæreticum in genere,ſecus quando agitur de probanda aliqua ſpecie hæreſis, vel quando agitur de probando aliquo actu in quo de neceſsitate tempus ſit probandum vt in exemplo hic poſito, c.44.n.56 & 57 p.230.
Teſtes ſingulares probant,quando ſunt valde digni,& deponunt veriſimilia,ca.44. n.61 p.231.
Teſtes ſingulares probant quando ratio concordiæ teſtium ſingularium eſt eadem veritas, cap.44. numero 62. pag. 231.
Teſtes ſingulares probant quando cum eis concurrunt aliæ coniecturæ,cap.44.nu. 63.p.231.
Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes,licet ipſi ſe non inuicem allegent cũ poſſint eſſe conteſtes,ca.44. numero 64.p. 231.
Teſtes omni exceptione maiores non requiruntur quando agitur de fœdere matrimonij.& ſic de eo contrahendo, vel probando, quinimo etiam fœminæ & conſanguinei admittuntur ſeruatis ſeruandis.ca.44.nu.68.p.232.
Et numero 69.refertur littera,l.16.ti.9.partita 4.
Teſtis vnicus deponens de impedimento ſufficit ad matrimonium impediẽdum, cap.36.num.19.pag.97.
Teſtes inhabiles qui iure alias repelli poſſunt à teſtificando, non admittuntur in cauſa matrimoniali,prout ſunt infames, periurij,inimici,excommunicati & ſimiles,& quomodo hoc intelligatur,ca.44. n.70.p.232.
Teſtes inhabiles regulariter non admittuntur,c.44.n.71.p.233.
Teſtes inhabiles,quot in cauſa matrimonia li admittuntur,nullus opinatur, niſi quãdo ſit matrim. coram parocho & teſtibus,vel ſponſalia in inſtrumento publico,& quid quando agitur de probando matrimonio clandeſtino,cap.44. nu.72. p.233.
Teſtes quicunque habentes vſum rationis ſufficiunt ad matrim. valorem, nec deſideratur quod habeant qualitates à iure requiſitas,quare admittuntur,licet ſint infames,excommunicati,parentes,conſanguinei, ſerui, familiares, fœminæ, imo & infideles ex rationibus innumeris ſeqq. adductis, cap.44.numero 73. p.233.
Teſtes inſtrumentarij appoſiti in inſtrumento ex communi contrahentium cõſenſu,quamuis alias ſint illegitimi,& inhabiles faciunt ſufficientem fidem, nec repelluntur, cap. 74. numero 74. pag. 233.
Teſtes rogati,& vocati à partibus vt interfuit actui,generaliter fidem faciunt,quãdo procedit non ſolum in teſtibus inſtrumentarijs:ſed etiam in adhibitis in priuata ſcriptura nõ negata & hoc multo magis procedit in teſtibus ſubſcriptis tam in publica quam in priuata ſcriptura, c. 44.n.75.p.233.
Teſtes in matrimonio adhibentur communi conſenſu contrahentium:ergo ſufficiunt quicũque,præſertim cum in libro parochi deſcribendum ſit matrim. cum nominibus teſtium,vt præcipitur in Cõcilio Tridentino, cap.44. num.76. pag. 233.
Teſtes omni exceptione maiores admittũtur etiam quando agitur de diſſolutione matrimonij, & ſeparatione coniugum, ſed imo & tunc parentes,& conſanguinei vtriuſque ſexus ſunt teſtes idonei,& ſufficiẽtes ad hoc,imo & meliores ſunt,

cap.44 n.77.p.233.
Testes debere esse omni exceptione maiores quomodo intelligatur, c.44.n.84.p.236.
Testes consanguinei, vel affines admittuntur etiam quando agitur de dissoluendo matrim. contracto per procuratorem non solum ratione consanguinitatis, sed etiam cuiusque alij impedim. c.44.n.86. & 87 & 90.p.237.
Testes familiares admittuntur quando agitur de probando aliquo negotio, in quo familiares verisimiliter habent maiorē notitiam quam alij, cap.44.num.88.pag. 237.
Testes fama & conuersatione præclari deponentes de dissensu matrimonij bene probant, c.44.n.89.p.238.
Testes domestici bonæ famæ & opinionis faciunt fidem, etiam si agatur de dirimē do matrimonio occulto, vel publico, c. 44.n.95.p.239.
Testes inhabiles, an in causa matrimoniali admittantur cum alio habili, & an numerus testium suppleat defectum, ca.44.n. 97.p.239.
Testes ad matrim. nō requiritur quod sint rogati, c.44.n.99.p.241.
Testis omni exceptione maior dicitur ille, qui nulla exceptione repelli potest, cap. 44.n.10.p.214.
Testis omni exceptione maior, seu omni suspitione carens non est ille, cuius fides non tantum ex obiectione perimitur sed & diminuitur eius opinio in discrimē, & magnam dubitationem reuocatur, c.44.n.11.p.214.
Testis qualitas quod sit maior omni exceptione debet deduci, & probari, & ideo cauti debēt esse Aduocati in hoc, c.44. n.12 p.214.
Testis idoneus, an sit amicus, c.44.nu.19.p. 216.
Testi domestico in his quæ domi fiunt magis creditur quam alteri, cap.44.n.22.p. 217.
Testis valde amicus admittendus videtur, c.44.n.94.p.239.
Testis vnus affirmans cōiugis absentis mortē an sufficiat ad hoc vt superstes aliud inire valeat matrimonium, c.51.num.2. p.280.
Testi deponenti de metu magis credendū est quam mille testibus deponētibus de spontanea voluntate, cap.77.num.7.p. 405.
Testium singularitas triplex est, cap.44.n. 52.p.229.
Textus decidentes non licere ducere vxorem quam polluit per adulterium, quomodo sint intelligendi, cap.105.num.2. p.511.
Timens coactionem potentis, timere quoque necesse est protestari coram eo, & ideo sufficit protestatio clam facta coram testibus, cap.52.numero 8. pagina 284.
Timor reuerentialis matris, an sufficiat ad rescindendum contractum, cap.44.nu. 49 pag.227. Et quid in sorore respectu fratris maioris, num.50. vbi de fratre minori respectu maioris, cum eo habitante.
Triennium experientiæ copulæ ad dissoluendum matrim. vel quando expectandum sit vel non, cap.120.nu.4. cū seqq. p.585.
Triennium experientiæ copulæ in maleficiatis est necessarium, cap.120.num.7. p.586.
Triennium datum ad cohabitandum coniugibus incipit currere à tempore quo vir cœpit copulam intentare, cap.120. n.19.cum seqq.p.190.
Triennium, an sit expectandum ad dissolutionem matrimonij, quando sunt signa dubia impotentiæ, & an deinde probatio aliqua requiratur, cap.120.num.9.p. 587.
Triennium experientiæ à quo tempore cōputandum sit ad dissoluendum matrim. & an illud debeat esse continuum, necne, cap.121.numero 1.cum seqq. pag. 593.
Triennium ad dissolutionem matrimonij in dubio à quo tempore computandum est, cap.121. numero secundo, pagina 593.
Triennium experientiæ, an præcise computetur à tempore intentatæ copulæ, vel potius à tempore à iudice præscripto peracta à coniugibus pœnitentia, ca. 121.n.3.p.593.
Triennium experientiæ, an computādum sit à die plene pubertatis, vel antea quando coniux eam non est adeptus, & plena pubertas quæ dicatur, cap.121.nu.4. p.594.
Triennium experientiæ an debeat esse cōtinuum, cap.121.numero 5. & 7.pagina 594.
Et quid de tempore infirmitatis, n.8. ibidē
Triennium experientiæ sumi debet moraliter non metaphysice, ca.121.n.9. p.594.
Tutor si contrahat sponsalia pro suo minore requiritur pro eorum validitate expressus minoris consensus, vel eius rati habitio, c.13.n.3.p.67.

V.

VAgi quomodo matrimonium contrahere possint & debeant, cap.65.nu. 1.cum seqq p.345.
Et an peccet parochus si diligentiam requisitam à Concilio Tridentino non obseruauerit, num.15.vbi quod valebit matrimonium, d. cap.65. numero 15. pagina 348.
Vagi qui dicantur, & quis sit eorum parochus, cap.65. numero secundo, pagina 346.
Vagi possunt cuicunque parocho fateri, c. 65.n.3.p.346.
Vagi vbique sortiuntur forum, possuntque pro delictis alibi commissis puniri, cap. 65.n.4.p.346.
Vagus dum hospitatur in aliqua parochia obiter non tenetur præcise in ea recipere sacramenta, sed potest fateri cuilibet curato diœcesis, cap.65.numero 5. pag. 346.
Velationes & benedictiones nuptiales receptæ in propria patria à suo parocho matrimonij alibi contracti confirmant ipsum matrimonium, cap.63.num.21.p. 332.
Verba an sint de substātia matrimonij, vel sufficiant signa exteriora consensus in valentibus loqui, cap.63. numero 22.p. 333.
Verba enunciatiua non inducūt dispositionem quando contingit principaliter dubitari de eo, quod enupciatur & nūc dubitatur, cap.44.numero 7.p.212.
Verba enunciatiua dicuntur illa, quæ continent præambulum, vel procœmium in quibus non consistit voluntas, seu per se non stant sed in aliud transeunt, & nō est verbum principaliter orationis, cap. 44.n.8.p.213.
Verba enunciatiua inducunt dispositionem quando illud enunciatum eam important & proferuntur ab eo, qui disponere potest, cap.44. numero 67. pagina 232.
Verba enunciatiua quando adsunt dispositiua bene probant, quia ipsa stant de per se, cum emanent principaliter propter se, c.44.n.65.p.232.
Verba enunciatiua probant, quando sunt necessaria ad actum de quo agitur, & eius validitatem quoad illum actum, c. 44.n.66.p.232.
Verba dispositiua legis vbi proprie nō decidunt casum certum, si ratio dispositionis illum decidit, ille casus dicitur proprie esse in dispositione, cap. 43. nu. 32. p.201.
Verba gratia frequentioris vsus posita in lege eam non solent restringere, quin ad casum minus frequentem extendatur, cap. 88. numero quinto, pagina 451.
Verba illa, nunquam te derelinquam pro alia, non efficiunt matrim. cap.3. nu.12. p.22.
Verba illa, non habebo aliam vxorem, vel non ducam aliam, aut aliquam, nisi te vel non erit mihi alia vxor, nisi ea, quid inducant, ca.3.numero 13.cum seqq.p. 23.
Verba illa, volo tecum contrahere matrimoniū vel te in vxorem accipere, an inducant matrimoniū de præsenti, vel spōsalia de futuro tantum, cap.3.nu.8. cum seqq.p.19.
Verba, an sint de substantia matrimonij, late hic agitur, cap. 40. in fine, pagina 173.
Verbis quibus sponsalia de futuro contrahantur, cap. tertio, numero primo, pag. 18.
Verbis quibus matrimonium cōtrahatur, c.3.n.2.p.18.
Verbum, libere, denotat non esse necessarium licentiam sacerdotis parochialis

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere, c.30.n.4.p.142.
Verbum, debet, quid importet, c.79.nu.14. p.412.
Vestes lugubres præstitæ vxori viduæ, an sint restituendæ hæredibus viri, infra annum luctus ipsa secundas nuptias contrahente, & delecto quotidiano, c.108. n.19.& 20.p.532.
Vetare ne procurator contrahat matrim. habet vim reuocationis, ca.43. num.41. p.205.
Vicarius generalis Episcopi potest dispensare in monitionibus requisitis ad matrim. à Sancto Concilio Tridentino etiam si non habeat ad id specialem delegationem Episcopi, cap.56.n. 11. pag. 300.
Vicarius generalis Episcopi an possit interesse matrimonio, & alij clerico concedere licentiam assistendi, c.68.n.1.cũ seqq.p.353.
Vicarius generalis Episcopi non est proprius sacerdos ad audiendas confessiones, nec facultatem alij ad id concedendam, nisi id specialiter ei concedatur, sed contrarium est verius & receptius, cap.68.numero secundo, pag.353.& n. 9.p.354.
Vicarius generalis non potest de causis matrim. cognoscere, sed contrarium est verius & receptius, c.68.n.3.p.353. & n.8. p.354.
Vicarius generalis seu vicem alicuius gerens omnia potest quæ is cuius vices gerit, cap.68.nu.6.p.354.
Vicarius generalis Episcopi est Ordinarius, ordinariamque iurisdictionem gerit, idemque est in alijs Vicarijs generalibus habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, vt in numero 10. idem est in Vicarijs generalibus Ordinum Militarium, in suis Vicarijs, vt in n.11.ca. 68.n.7.p.354.
Vicarius Episcopi sede vacante habet iurisdictionem ordinariam, c.66.nu.13.pag. 359.
Vicarius generalis Episcopi, seu Archiepiscopi in sua diœcesi est Ordinarius, ordinariamque iurisdictionem habet, cap. 66.n.12.p.350.
Vicarius generalis Episcopi, vel Archiepiscopi cessante sua potestate, an possit assistere matrimonio, ca.68.nu.14.pag. 355.
Vicarius generalis Episcopi excommunicati vel suspensi, an possit assistere matrimonio alijque licentiam ad id concedere, c.68.n.20.p.356.
Vicarius foraneus non potest assistere matrimonio neque alij clerico ad id licentiam concedere nisi habeat cognitionẽ causarum matrimonialium ab Episcopo delegatam, cap.68. numero 12. pag. 354.
Vicarius generalis Episcopi non potest dispensare in impedimento occulto matrimonij, c.49.n.13.p.269.
Vicarius cui facta est commissio, an possit eam expedire postquam desijt esse vicarius, c.125.n.12.p.619.
Vicarius Episcopi capta possessione Episcopatus, non tamen consecrati, an possit expedire dispensationes matrimoniales & alias commissas Vicario seu officiali Episcopi simpliciter, cap.125.n.14. p.620.
Vicarij habentium iurisdictionem Ecclesiasticam Archiepiscopalem sunt Ordinarij, & nomine ordinarij comprehenduntur, secus est in Vicario foraneo nisi specialem commissionem ad id habeat vel cognitionem causarum matrimonialium ab Episcopo delegatam, c.66.n. 15.cum seqq.p.351.
Vicarij inferiores & foranei non possunt, nec solent licentiam concedere ad contrahẽdum matrim. absque præuijs monitionibus, cap.68. numero 13. pagina 354.
Vidua secundo nubens intra annum luctus non amittit antenuptialem donationẽ, nec ea quæ ex libertate prioris viri ad eã peruenere, nisi habeat filios ex priori matrim. cap.108.numero 4. pag.529. idem quærit quoad hæreditatem sibi à viro prædefuncto relictam, vt in numero 5.
Vidua secundo nubens infra annũ luctus non incurrit hodie in pœnam de qua in l.si qua mulier, C.ad S.C.Trebellianum cum similibus, cap.108. numero 9. pag. 529.
Vidua secundo nubens, vel vlterius non tenetur reseruare filijs prioris matrim. à quo nullã bona habuit, sed filijs illius matrim. si supersint à quorum patrimonio paterno habuit bona, ca.108.nu.34 pag. 533.
Vidua fornicans vltra vel post annũ luctus incurrit pœnas iuris, cap.110.num.2.p. 556.
Vidua luxuriose viuẽs amittit suam medietatem lucrorum constante matrimonio acquisitorum, ca.110. numero 3. pagina 556.& quomodo intelligatur, numero quarto.
Vidua semel fornicans intra vel post annũ luctus non amittit dotem, cap.110.nu.6. p.556.
Vidua secundo nubens, an amittat sibi legatum relictum à marito, si vel donec caste, & honeste vixerit, ca.110. num.8.p. 557.
Et an idem, vel secus sit in relicto à filio prædefuncto vel à patre aut ab alijs cõsanguineis ipsius viduæ, cap.110.nu.9.p. 557.
Et quid in legato vsusfructus viduæ facto à marito, donec caste, & honeste vixerit, eo adiecto quod si ad secundas nuptias transierit, legat ei centum, c.110, nu. 10.p.557.
Vidua luxuriose viuens priuatur proprietate bonorum ex prioris viri substantia acquisitorum, & tenetur ea reseruare filijs prioris matrimonij, & quid in foro conscientiæ, ca.110. num.11.& 12.pag. 557.
Vidua luxuriose viuens amittit tutelam filiorum, c.110.numero 5.pag.558. secus in viro fornicante, ibidem, n.16.
Vidua luxuriose viuens retinendo tutelam ante iudicis condemnationem an peccet, c.110.n.17.p.558.
Viduus constituens arras fœminæ, quam putabat virginem esse, & postea conscius defectus virginitatis vitam coniugalem cum ea agat, an videatur valide donare, c.19.n.11.p.89.
Viduus luxuriose viuens, an incurrat pœnas quas incurrit vidua luxuriose viuẽs, c.a110. nu.13. p.557.
Vigo in conditione apposita legato, non nubendi intelligitur quasi nulli nupsit, quamuis corrupta sit, cap.21. num.33.p. 116.
Vir magnas arras promittens ea ratione quod ampla sibi dos commissa sit: vide verbum arras.
Vir transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrim. omnia quæ habuit à prima vxore, & alijs filijs prioris matrimonij quoad proprietatẽ, sicut idem statutum est in fœmina transeunte ad secundas nuptias, iuxta l.15. Tauri, quæ est l.4 titulo primo, lib.5.nouæ Recop.cap.109.num.8.p.537.
Vir impotens aut frigidus, an possit proclamare contra matrim. ad se releuandum oneribus illius, c.121.n.13.p.596.
Viro fatenti consummasse matrim. credendum est, vxore negante, nisi in casu de quo infra, cap.120.num.17.& 21. pag. 589.& 590.
Viro proclamanti contra matrim. propter arctitudinẽ mulieris, seruanda sunt omnia quæ dicta sunt in fœmina proclamãte, c.120.n.30.p.592.
Viro asserenti se cognouisse alias fœminas, non vero propriam, an ea possit vti prædicta confessione ad petendum diuortium, quando ipsa allegauerit esse impotentem, c.121.n.12.p.596.
Vir non tenetur, facta separatione matrim. quoad torũ ex causa fornicationis vxorem etiam emendatam recipere, c.129. n.13.p.643.
Si tamẽ velit potest eam recipere, nisi Religionem professa fuerit, ibidem, n.14.
Viro dicenti adesse impedimentum in suo matrimonio, an sit adhibenda fides respectu sui ipsius, c.49.n.40.& 41.p.275.
Et quid respectu vxoris, & quæ certitudo requiratur in hoc, n.42.
Et quæ coniecturæ sufficiant, iudicis arbitrio committitur, n.43.
Et est sufficiens coniectura reuocatio consensus incontinenti facta, num.44. cum seqq.
Et quid si puella neget se verum consensum præstitisse, n.45.p.276.
Viricidium an sufficiat ad impediendum matrim, c.105.n.10.p.513.
Viricidium factum ab vxore alia causa quã contrahendi matrim. non sufficit ad impediendum matrim. c.105.n.11.p.513.
Voluntas plus declaratur facto, quam verbis, c.63.n.25.p.334.

Votum Religionis aut castitatis prius emittens virginemque postea deflorans fide data de matrim. contrahendo cum ea, an teneatur ad matrimonium, vel prius ad votum, c.25.n.7.p.132.
Votum castitatis præcedens spōsalia de futuro irritat, c.26.n.4.p.134.
Votum simplex castitatis impedit matrimonium contrahendum, contractum tamen non dirimit, c.85.n.1.p.437.
Votum habenti impediens matrim. contrahendū non tamen illud dirimēs, interroganti, an valeat matrimoniū contrahendum aduersus prædictū votum qualiter secure sit respondendū, c.85.n.5.p.437. & an liceat tunc consulere malum simpliciter, vt maius malum euitetur vt in exemplo de quo n.6 p.438.
Votō simplici castitatis, aut Religionis, vel sacri Ordinis assumendi, aut matrim. nō ineundi astrictus non potest matrim. cōtrahere absq; dispensatione, c.85.nu.4.p.437.
Votū solēne Religionis impedit, & dirimit matrimoniū postea contractū, votū tamen simplex tantum impedit contrahēdum, c.94.n.1.p.470.
Votū solēne ad impediēdū matrimonium postea cōtractū solū dicitur quod solēnizatum fuerit per susceptionē sacri Ordinis, aut per professionē expressam, vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatis, ca.94.n.2.& 7 p.470.
Votū simplex est generale cōprehendens multā materiā, scilicet, Castitatis, Religionis, &c. vt hic c.94 n.3 p.470.
Votū solēne particulare est, quia non fit, nisi de castitate in clericatus ordinibus, & de Religione per professionem, c.94.n.4.p.470.
Votū tēporale coniugis manentis in seculo an sufficiat altero Religionem profitente, c.95.n.6.p.476.
Votū castitatis perpetuū cōiugis manentis in seculo, an efficiatur solemne, eo ipso, quod alter profiteatur, c.95.n.7.p.476.
Votum coniugis iuuenis remanentis in seculo, non sufficit, quamuis ita honestæ vitæ sit, vt nullus incontinentiæ timor subsit, c.95.n.9.p.476.
Votum professionis factæ ab altero coniuge irritæ, an valeat vim voti simplicis, c.95.n.22.p.478.
Votum firmissimo animo emissum profitendi Religionē, ante matrimonium cōsummatum an validum sit c.4.n.7.p.30.
Votum matrim. an obliget, quando ea ratione fit, quod vouens se fragilem, & frequenter carnis tentationibus succumbē tem speretur, c.4.n.8.p.31.
Votū matrim. quando fit in honorē Dei, & causæ pietatis, an validū sit, c.4.n.9.p.31.
Votum calore iracundiæ factum, non obligat, c.7.n.4.p.45.
Votum castitatis simulque Religionis emissum absque incertitudine intentionis tenetur dum dubitat de intentione reputare se ad castitatem obligatum, quāuis non admittatur ad Religionem, cap.9.nu.4.p.51.
Votum Deo emissum nullo præmisso termino quando teneatur adimpleri, ca.15.n.4.p.73.
Vsus communis loquendi semper attendē dus est & prævalet communi significationi verborum, c.1.n.7.p.3.
Vsus communis loquendi attendendus est in dubio quem valorem habeant verba prolata in matrimonijs contrahendis in vtroq; foro, c.3.n.14.& 15.p.24.
Vsusfructus parenti competens ex bonis alterius coniugis prædefuncti quando superstes transit ad secundas nuptias non extinguitur exeunte filio de potestate patris, c.109.n.26.p.542.
Vultus potentis terribilis absque minis incurit iustum metum, c.44.n.35.p.222.
Vxor appellatur illa, quæ iā à viro suo est cognita, c.1.n.4.p.3.
Vxor vel sponsa potest arras promittere marito vel sponso ob aliquam iustam causam, dummodo non excedant decimam partem bonorū eas promittentis, c.19.n.16.p.90.
Vxor tenetur sequi virum, vt transferat domicilium quousque fuerit, sub pœna peccati mortalis, c.23.n.1.& 2.& an requiratur causa ad hoc, nu.3.p.119.
Limitatur vt procedat, nisi vxor absque graui detrimento virum sequi non possit ibidem, n.4.p.120.
Limitatur etiam nisi maritus vellet vxorē pertrahere ad peccandum, ibidem, n.5.
Vxor, an teneatur sequi virum vagabundum, cap.23.num.6.cum seqq.pag.120. & 121.
Vxor tenetur alere virum suum inopē culpa sua bannitū, c.23.n.12.p.121.
Vxor, an teneatur sequi & comitari virum quando ipse ob delictum in exiliū mittitur, c.23.n.11.p.121.
Vxor quando ex causa necessaria reddit à domicilio illud alio transferens, tenetur vir ipsam sequi c.23.n.13.p.121.
Est tamen quædam differentia in hoc inter virū & mulierē, ibidē, n.14.p.122.
Vxor spoliata à viro, quamuis ante omnia sit restituenda, hoc tamen fallit quando matrimonium fuit clandestinum, ca.75.n.1.p.386.
Vxor quæ nolebat consentire cuidam instrumento percussa valde per maritum si postea mulier cōsensit ex interuallo, metu hoc feciſſe videtur, c.76.num.27.p.327.
Vxor virum occidens, an iure impediatur cum alio matrim. inire, c.88.n.4.p.451.
Vxor quæ voto castitatis emisso licentiam concessit viro ad sacros Ordines suscipiendos redditur inhabilis ad matrimonium contrahendum post viri vitam, & an de facto contractum dirimatur, cap.96.n.5.p.481.
Vxor quæ contraxit Ordini sacro suscipiēdo à marito, eaque reluctante, maritus fuit sacris initiatus, non prohibetur eo mortuo matrimonium inire, c.96.nu.6.p.482.
Et quid in vxore tacite consentiente, ibidē, n.7.& 8.
Vxores simul habere nunquam vlli licuit, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum, c.106.n.2.p.517.
Vxorum pluralitas nulli hodie lege Euangelica est permissa, c.106.n.3 p.518.
Vxor transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrimonij sponsalitiam largitatem, quam habuit à viro prioris matrimonij, c.19.n.45.p.97.
Vxor consummato iam matrimonio agēs possessorio aduersus maritum excipientem de consanguinitate, vel alio impedimento prius restituenda est, quam cognoscatur de exceptione cum suis declarationibus, & limitationibus, ca.37.nu.6. pag.166.
Vxor non tenetur credere viro negāti verum consensum præstitisse quando cōiecturæ prioris consensus sunt vehemētes, & cætera, c.49.n.50.p.276.
Vxor trāsiēs ad secūdas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrimonij quæcūque bona habuit à primo marito titulo lucratiuo, c.109.n.1.p.536.
Vxor trāsiēs ad secūdas nuptias tenetur reseruare omnia quæ habuit ab intestato à filijs prioris matrimonij quoad proprietatē, (solo vsufructu retēto) reliquis filijs prioris matrimonij, c.109.n.2.p.536.
Vxor audiri non debet ad dissolutionē matrim. ob impotentiā viri ante triennium, nisi in casu de quo hic. c.120.n.21.p.590.
Vxor adultera nō solū quoad torū, & mutuam cohabitationē potest dimitti, sed etiam quoad curam, & disciplinam: vide verbum adulterium.
Vxor separata à viro causa fornicationis potest petere, vt reintegretur matrimoniū quādo ipse vir, facta separatione, cū alia muliere fornicauit, c.129.n.18.p.645.
Et an tunc vir teneatur dotem vxori restituere quando ea superlucratus fuerat, c.129.n.19 p.645.
Vxor sponte recedens à viro propter adulterium ab ea cōmissum, non potest petere extra domū alimenta à viro, & quid si iam facta sit separatio per iudicē, c.129.n.22.& 23.p.645.
Vxor recedens à viro propter concubinas publice ab eo retētas an possit petere alimēta à viro, c.129.n.24.p.646.
Vxor propter sæuitiam viri seorsum habitans debet ali à viro, c.129.n.27.p.646.
Vxori separatæ à viro per iudicis sententiā datur electio aliu. ētorū, vel fructus suæ dotis, c.129.n.26.p.646.
Vxori affirmanti esse virginem, idque cōstet per aspectum matronarum, potius credendum est, quam viro asserenti cōtrarium, c.120.n.21.p.590.
Vxor occisa à viro in vindictam adulterij cōmissi impedit matrim. cōtrahendum nō tamē dirimit iā cōtractū, etiamsi eā adulterio deprehensam propria authoritate occidat: secus si vir adulteram sibi traditam authoritate iudicis occidat, c.88.n.1.2.& 3 pag.451.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca